

In quinque sequentibus Theologica mysteria pandit, in quibus adeo processit, ut omnibus quod mutarentur aut imitarietur reliquerit, quid excogitarent prope nihil. Vno verbo si rerum ordinem multis usque doctissimis qui Albertum sunt insequuti ademeris, nihil in illis praeter Albertum reperire.

Novus decimus miranda profus diuina omnipotentia & sapientia secreta prodit, dum rerum ordinem & originem inquirat, agendo de materia prima, de tempore, de caelo, de Angelis & homine. Quae in Despara laudes in vigesimo literis exarant, non ingenio tantum illum suo, sed studio etiam quo in illum ferebatur, assecutum esse plane declarant, quae sic accurata sunt, ut de praesenti illius auxilio nemo qui legerit, dubitabit.

In Miscellaneis stupendam ingenij fertilitatem exhibet, qualem vix unquam mortalium quisquam est assequutus. Percurre, beneuole Lector, & adhuc maiora videbu quam possimus verbis exprimeret. Nec te terreat tantorum voluminum congeries, has spe recreatum, mortalem posse percurrere quae mortalis scripsit. Cum aliunde non solum Alberti Magni meritum & sibi, hoc gratitudinis debeas pignus, ut saltem oculis sin mente tantum opus delibes, sed etiam laboribus, vigiliis, studio, perquisitioni & sollicita sagacitati RR. PP. celi beerrimi Ordinis Praedicatorum. Quid enim dicemus de R. P. Thoma Turco praedicti Ordinis generali Magistro: in arduis fatis esse voluisse immensam pondus etiam Atlantidis impar viribus ad caelos caedere parum. Addeamus omnes fere Europa partes non solum zelo domos proprias inuisendi, sed etiam ut peruersos, qui tot regionibus tamque diffusi sparsi erant & veluti sepulti codices, nobis compararet. Auxit animum inter tot tantisque labores felix faustusque successus: ita ut nihil ipsi deesse videretur quam tantorum operum Authoris praesentia qua fruere- tur. Arrisit diuinum nomen pii R. P. Potis: vitaque sanctus facie ad faciem intuetur, quod in enigmate & in speculo suorum operum demirabatur. Ipsius zelo simul & dignitati successit R. P. Nicolaus Rodolphus, sed praematura morte ad superos euoatus, successorem reliquit, qui non solum nunc Ordini sapientissime praesert, sed etiam qui ad hanc luculentam & tantum expetitam lucubrationem omnes cogitationes, omnia studia, omnem denique auctoritatem conuerteret. Vtrique muneri non solum successit, sed amulus extitit, Ordinis & totius vniuersi utilitati consulens. Distrabebat tamen mentem tantorum munerum sollicitudo, hinc regiminis pondus, illinc cura praeli assidua: & ut alter Moyses nimis laboribus impar, solum sibi elegit R. A. P. Cochet exprouincialem & probatissimam integritatis laude benemeritum, qui iustaret ut immensa M. Alberti volumina hic ederentur.

Sed mirandum sane quantum opera contulit R. A. P. Iammy: omnia enim volumina per- uestigauit, a mendis expurgauit, innumeris locis rescripsit, citationibus quae desiderabantur illustrauit, copiosissimis indicibus auxit, & ad maiorem distinctionem titulos qui tractatibus aut partibus eorum decernit, supplens: vniuersa denique in quam optimum licuit ordinem negotiose digessit, ita ut sicut olim de Sophia decrepita muliere & paupere quae obuiantes cur- ribus detrahebat lapides dum Apollinis templum construere tur, inscriptum fuit, Sophia me fecit, possimus nunc iustum dicere, R. A. P. Iammy me fecit, dum indefesso labore pristino aut forsas nunquam viso statim tanta volumina restituit. Vale.

Mirare eum qui viuens non habuit parem, extinctum & Beatum venerare doctissi- mum studiose imitare.

Hoc suadent

Tuz Bencuolentia obsequenissimi & deuotissimi
Claudius Prost.
Petrus & Claudius Rigaud, frat.
Hieronymus de la Garde.
Ioan. Ant. Huguetan, Filij.
Bibliopola Lugdunenses.

CATALOGVS.



CATALOGVS

Operum Beati Alberti Magni XXI.

Voluminibus comprehensorum.

In primo continentur.



- ITA Beati Alberti Magni.
De predicabilibus lib. 1.
De decem predicamentis lib. 1.
De sex principiis lib. 1.
De interpretatione lib. 2.
De syllogismo simpliciter, id est, priorum ana-
lyticorum lib. 2.
De demonstratione, id est, posteriorum analyti-
corum lib. 2.
Topicorum lib. 8.
De sophisticis elenchis lib. 2.
In 2.
De physico auditu lib. 3.
De caelo & mundo lib. 4.
De generatione & corruptione lib. 2.
De meteoris lib. 4.
De mineralibus lib. 5.
In 3.
De anima lib. 3.
Metaphysicorum lib. 13.
In 4.
Ethicorum lib. 10.
Politicoorum lib. 8.
In 5.
Parua naturalia, siue
De sensu & sensato lib. 1.
De memoria & reminiscencia lib. 1.
De somno & vigilia lib. 1.
De motibus animalium lib. 2.
De aetate siue de iuuentute & senectute lib. 1.
De spiritu & respiratione lib. 2.
De morte & vita lib. 1.
De nutrimento & nutribili lib. 1.
De natura & origine animae lib. 1.
De unitate intellectus contra Aueroem lib. 2.
De intellectu & intelligibili lib. 2.
De natura locorum lib. 1.
De causis proprietatum elementorum lib. 1.
De passionibus aeris lib. 1.
De vegetabilibus & plantis lib. 7.
De principis motus progressiui lib. 1.
De processu vniuersitatis a causa prima lib. 1.
Speculum astronomicum, in quo de libris lici-
tis & illicitis tractatur.
In 6.
De animalibus lib. 26.
In 7.
Commentarij in Psalmos.
In 8.
Commentarij in Threnos Ieremiae.
Comment. in Baruch.

- Comment. in Daniele.
Comment. in 12. Prophetas minores.
In 9.
Comment. in Mattheum.
Comment. in Marcum.
In 10.
Comment. in Lucam.
In 11.
Comment. in Ioannem.
Comment. in Apocalypsum.
In 12.
Sermones de Tempore.
Orationes super Euang. Dominic. totius anni.
Sermones de Sanctis.
Sermones 32. de Sacramento Eucharistiae.
Liber de muliere forti.
In 13.
Comment. in Beatum Dionysium Areopagi-
tam.
Compendium theologiae veritatis, septem li-
bris digestum.
In 14.
Comment. in 1. lib. Sententiarum.
In 15.
Comment. in 2. & 3. lib. Sententiarum.
In 16.
Comment. in 4. lib. Sententiarum.
In 17.
Prima pars Summae Theologiae.
In 18.
Secunda pars Summae Theologiae.
In 19.
Summa de creaturis diuisa in duas partes, qua-
rum prima est de quatuor coelis, secunda
de homine.
In 20.
Mariale, siue quaestiones 236. super Missus est.
De laudibus B. Virginis lib. 12.
Biblia Mariana.
In 21.
Miscellanea, siue
De apprehensione & apprehensionis modis
lib. 1.
Philosophia pauperum, siue isagoge in li-
bros Aristotelis de physico auditu, de caelo
& mundo, de generatione & corruptione,
de meteoris, & de anima.
De Sacrificio Missae lib. 1.
De Sacramento Eucharistiae lib. 1.
Paradisus animae, siue de virtutibus libellus.
De adhaerendo Deo libellus.
De Alchimia libellus.

BEATI
ALBERTI
MAGNI,
RATISBONENSIS EPISCOPI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,

COMMENTARII } *in Ioannem.*
 } *in Apocalypsim.*

Recogniti per R. A. P. F. PETRVM IAMMY, sacre Theologie Doctorem, Conuentus
Gratianopolitani, eiusdem Ordinis,

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

Operum Tomus Vndecimus.



LVGDVNI,

Sumptibus { CLAVDII PROST.
 } PETRI & CLAVDII RIGAVD, Frat.
 } HIERONYMI DELAGARDE.
 } IOAN. ANT. HVGVE TAN.

Via Mercato-
ria.

M. DC. LI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



PRIVILEGE DV ROY.

NOUS VYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, à Nos Amex & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlements, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenans, & à tous autres de nos Iusticiers & Officiers qu'il appartient, Salut: Nostre cher & bien Amé JEAN ANTOINE HUGVETAN, le fils, Marchand Libraire à Lyon, Nous a fait remonstrer qu'il desireroit imprimer les *Oeuures d'Albert le Grand*, ce qu'il ne peut faire sans grand frais, desquels il craindroit d'estre frustré s'il n'auoit Nos lettres sur ce necessaires, lesquelles il nous a tres-humblement suppliés de luy accorder. A CES CAUSES, Nous auons permis & permettons par ces presentes, à l'Exposant d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous les lieux de nostre obeissance ledit liure, en vn ou plusieurs Volumes, en telles marques, en tel Caractaire, & autant de fois qu'il voudra, durant vingt ans entiers & accomplis, à compter du jour que chaque Volume sera acheué d'imprimer pour la premiere fois: & faisons tres-expresses defences à toutes personnes de quelle qualite & condition qu'elles soyent de l'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter en aucun lieu de nostre obeissance sous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, faulces marques ou autrement, en quelque sorte & maniere que ce soit, sans le consentement de l'Exposant ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de quinze mille liures d'amande, payables par chacun des Contrevenans, & applicables vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hostel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Exposant, de confiscation des Exemplaires contrefaits, & de tous depens dommages & interests, à condition qu'il sera mis deux Exemplaires dudit Liure en nostre Bibliothèque publique, & vn à celle de nostre tres-cher & Feal le Sieur Segurier Cheualier, Chancelier de France, auant que l'exposer en vente à peine de nullité des presentes. Du contenu desquelles Nous voulons que vous fassiez iouir plainement & paisiblement l'Exposant, ou ceux qui auront son droit, empeschant qu'il ne leur soit donné aucun empeschement, Voulons aussi qu'en mettant au commencement ou à la fin de chascun Volume dudit Liure, vn Extrait des presentes, elles soient traues pour duement significées, & que soy y soit adioustée & aux coppies, collationnées par l'vn de nos Amex & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'Original. Mandons au premier Nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'execution d'icelles tous exploits necessaires

nécessaires sans demander autre permission. CARTEL EST NOSTRE
PLAISIR, nonobstant Clameur de Haro, Charte Normande, & au-
tres lettres à ce contraires. Donné à Paris le neuvième iour de Novembre,
l'an de grace mil six cens quarante-quatre, & de nostre Regne le second.

Signé par le Roy en son Conseil.

CONRART.

Ledit Huguetan a associé au susdit Privilege Claude Prost, Pierre & Claude Rigand,
Frères, & Hierosme de la Garde, pour en iouyr avec luy durant le temps porté
par iceluy, conformément à leur Scrit du 7. Fevrier 1644.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 26. Janvier 1651.



D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
Prædicatorum,

IN EVANGELIUM
SECUNDUM IOANNEM
LUCULENTA EXPOSITIO.

Ad instantiam ALEXANDRI IV. pro extirpandis hæresibus
tunc vigentibus Romæ lecta.

Prologus in quo laudatur Euangelista.



QUILA grãdis magnarum alarum, longo mem-
brorum ductu, plena plumis & varietate: venit ad
Libanum, & tulit medullam cedri. Ezech. 17. In ista
auctoritate commendatur Ioannes Euangelista in scri-
bendo Euangelium à sex, in quibus præcellit in scribendo:
quorum primum est à figura quam habet inter Euangelistas,
per hoc quod dicitur [Aquila grãdis] Secundum est alti-
tudo contemplationis, per hoc quod dicitur [magnarum
alarum] Tertium est ordo dispositionis in partibus materie
quam scribit, in hoc quod dicitur [longo membrorum
ductu] Quartum est multitudo mysteriorum & sacramentorum, per hoc quod dicitur [ple-
na plumis & varietate. Quintum est consecutio intentionis in scribendo Euangelium, per
hoc quod dicitur metaphorice [venit ad Libanum] Sextum & ultimum est consummatio
incorruptionis quam intendit per sacramenta descripta: & hoc typice denotatur per hoc quod
dicitur [tulit medullam cedri] figura autem quam adipiscitur in scribendo, notatur per
hoc quod dicitur, Aquila grãdis: in quo notantur duo, scilicet, figura proprietatis, &
eiusdem virtualis quantitas. Figura proprietatis propter sex aquile proprietates Ioanni
attribuitur.

Aquila enim acute videt, ita ut etiam solem in rota irruerherata acie oculi, aspicere dica-
tur: propter quod visus acumen aquila (ab acumine nomen accipiend) vocatur, & ad hoc pullos
an sui

D. Alb. Mag. Prologus in D. Ioan.

an sui sint probare dicitur Cum enim de ovis egressi, iam per naturam coadunatos habent oculos, quemlibet pullorum ad rotam solis videndam disponit: cuiuscunque oculos lacrymari contempserit, illum abicit: & quem illorum pati solem irreuerberata pupilla deprehenderit, hunc tamquam suum fouet & nutrit. Ita Ioan. irreuerberato stylo ad lumen Verbi (quod Sap. 7. candor lucis eterna dicitur) se conuertit, & hereticos hoc lumen aspiciere non valentes, de nido Ecclesie abicit: Catholicos autem hoc lumen intuentes syncera fide, in Ecclesia nido sua doctrina fouet & nutrit. unde Ezech. 1. Facies aquila de super ipsorum quatuor. Alij enim Euangelista humanitatem hominis Iesu Christi describunt, parum se ad diuinitatem eius eleuantes: hic autem ad eterna diuinitatis se attollit, & parum de natiuitate humana se intromittit. Ezech. 1. Facies aquila ex via de super erat. Unde intantum extenta de super erat, ut dicit Aug. quod si paulo altius intonasset, totus mundus non intellexisset. Propter quod in prosa dicitur de ipso: Tam implenda quam impleta, nunquam vidit tot secreta purus homo purius.

Hac aquila dicitur grandis virtuali granditie: quia cum sint tres magnitudines visionis intellectualis (scilicet, videre intellectualia diuina, visione corporali siue sensibili: videre intellectualia diuina visione imaginaria: & videre intellectualia diuina, visione intellectuali simplici: propter quas visiones Paulus 2. Corinth. 12. cum diuina conspiceret, se in tertium caelum raptum fuisse gloriatur) Ioan. omnes istas visiones est adeptus. De corporali enim ipse dicit 1. Can. 1. Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & audiuimus, & manus nostrae tractauerunt de Verbo vita hoc annuntiamus vobis. De imaginaria autem dicit Apoc. 1. Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quae sunt in Asia. De intellectuali vero dicit Ioan. 19. Qui v. dit testimonium perhibuit: & ille scit quia vera dicit. Et ideo intellectuali visione contemplatus aeterna Verbi, visione imaginaria dispensationem & gubernationem Ecclesie vsque in finem, & visione corporali humana Verbi vidit: ex quibus in Epistolis Ecclesiam ad fidem erudit, quae & a tribus intellectum eius illuminantibus didicit. Primum quidem sancti Spiritus inspiratione, secundum angelica illuminatione, tertium autem Iesu Christi corporali instructione. De primo aicit Iob 32. Ut video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. 1. Corinth. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus: sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis. De secundo Dan. 8. Gabriel fac intelligere istam visionem. De tertio Ioan. 13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis. Sum etenim. Isa. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ut audiam eum quasi Magistram. Per primum est Ioan. Euangelista sublimissimus, per secundum Prophetam eximius, per tertium Doctor egregius. Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus: exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Exaltabitur quippe in corporali, eleuabitur in imaginaria, & sublimis erit valde in pura simplici intellectuali visione. Sic ergo est grandis aquila: quia grandis, grandior, & grandissima, secundum tres gradus acutae & diuinae visionis.

Secunda proprietas est quod alte volat, quod (ut dicit in caelesti hierarchia diuinus Dion.) altissimum signat diuinae contemplationis. Non enim Ioan. describit diuina per creata visibilia, in quibus Dei inuenitur vestigium: nec describit diuina per creata inuisibilia, in quibus diuina resultant quasi per speculum: nec describit diuina per aeternitatis occulta, in quibus diuina latent per allegoriae secretum: sed describit diuina per ipsum lumen diuinum: & ideo altissime euolauit. Deuter. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Sic enim docuit nos a vestigio eleuatos, speculum & enigma transcendere, & in ipso incircumscripso lumine per contemplationem volare. Apoc. 8. Audiuimus vocem unius aquila volantis per medium caeli. Unica enim haec aquila auditur per medium caeli volare, vestigium in infimis non tangens, & in medijs creaturis spiritualibus speculum & enigma transcendens, & vsque ad caelum Trinitatis se attollens, quando mediae in trinitate personae hoc

est,

Prologus in Euang. sec. Ioannem.

est, Verbi) describit proprietatem & diuinitatem Iob 39. Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila, & in ardua ponet nidum suum? Hanc enim eleuationem intellectus perficere non potuit nisi solus Deus, & quod in arduissimis se nidum poneret intellectus: unde in prosa dicitur de ipso. Volat autem sine meta quo nec viates, nec Propheta euolauit alius.

Tertia proprietas est, quod quamuis sit avis rapax: tamen sicut & leo est sine praede communicatus: & in hoc laudatur Ioan. quod licet diuina solus videret: tamen non soli sibi retinuit, sed ad utilitatem Ecclesiae Episcopis & Doctoribus communicauit, tali modo scribens & tali sermone quod intelligi possit. Isa. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, hoc est, ut humanus intellectus apprehendere possit grandia quae in libro aeternitatis conspexisti. Habac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit. 1. Cor. 2. Non veni ad vos in sublimitate sermonis aut sapientiae annuntians vobis Euangelium Christi. 1. Cor. 14. Malo quinque verba loqui sensu meo in Ecclesia, ut & alios instruam: quam decem millia verborum in lingua. Osee 8. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini. In gutture quidem tuba est, quando sermo ad cordis referatur intellectum: sed super domum Domini est, quando ad intellectum totius familiae domus sonans pronuntiatur: sicut & aquila volat aperte, a nullo suo volatus occultans. Unde cum tres sint modi scribendi omne quod scribitur, videlicet demonstratiuus, qui doctrinalis vocatur: persuasiuus, quo rationalia & probabilia scribuntur: & narratiuus, quo scribuntur historiae quae nec demonstrari, nec persuaderi possunt: elegit Ioannes simplicissimum enarrationis modum, ut dicit Chrysost. Ut pluribus per hunc prodesset, ut sciretur quod humani ingenio haec nec persuaderi, nec probari possunt: sed reuelatione diuina sunt edocta. Et ideo, ut dicit August. Maior est huius scripturae auctoritas, quam omnis ingenij humani perspicacitas. Et sicut alibi dicit. Quod credimus, debemus auctoritati: quod intelligimus, debemus veritati: quod opinamur, debemus errori.

Quarta aquila proprietas est, quod haec est avis solitaria volans, & sedens, & non cum grege, sicut est consuetudinis multarum avium: & in hoc notatur contemplationis secretum, quod etiam ab inimicis vult esse sequestratum. Thren. 3. Sedebit solitarius & tacebit: quia tenuit se super se. Quia qui se super seipsum vult eleuare, solus sedebit, ab alijs mundanis segregatus, & tacebit a tumultu concupiscentiarum & tentationum. Osee 2. Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. Iob 39. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exaltorum non audit.

Quinta proprietas est, quod in praeceptis & in locis inaccessis nidificat: quod soli Ioanni competit. Praecepta signant alta diuinitatis & personalis proprietatis: quae praecepta sunt non in se, sed quia accessus ad ea per viam rationis praeceptus est: quia ratio non potest ad illa, & ideo inaccessa dicuntur. Psalm. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non poterò ad eam. Iob 39. In praeceptis filicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. In altissimis enim thesauris videt intellectus, ad quos ratio non potest: & solida diuinitatis (quae sunt quasi reseruitiones delictabiles) conspicit: & de longe super tempus ad aeternitatem oculi mentis eius prospiciunt. Et hoc figuratur per hoc Ioan. 1. quod recubuit in caena supra pectus Domini solida veritatis, super quod fundata est Ecclesia. Haec enim solida pectus & filicis est, de quo dicitur Num. 23. De summitate filicibus contemplantor eum, & de collibus considerabo eum. Prima enim veritas filicis dicitur propter soliditatem, collis propter altitudinem, & ab hac in scribendo ad planiora descendit beatus Ioannes. Exod. 33. Est locus apud me: & habo supra petram. Ab ergo indum posuit Ioannes: quia in solido aeternae veritatis mente quiescit, & sic ad planiora humanitatis quasi volatum remittens, descendit: & rursum ad alta reuolans per resurrectionis gloriam ad caelum volatum reduxit.

Sexta

D. Alb. Magn. Ordin. Præd.

Sexta proprietas est, quod (ut dicunt) frequenter Amethystum inter ova ponit: quo lapide serpentes à nido coerceat: ne ova corrumpat vel inficiat. Ita Ioan. hoc Euangelium in n. d. Ecclesie posuit, ultimus scribens inter Euangelistas: ne virus heretica prauitatis serpens antiquus immittens, aliorum Euangelistarum scripturam corrumpere. Et hoc est dictum Chrysofost. Et hoc significatum est Apocal. 21. ubi ultimum fundamentum celestis civitatis dicitur esse Amethystus. In cuius figura Ioan. ultimo suum conscripsit Euangelium ad fugandum virus hereticorum, ut diximus. Hic est lapis præcisus de monte eminentia diuina, sine manibus humana operationis: & construit statuam figmenti mundane vanitatis, & heretica prauitatis. Sic ergo Ioan. est dictus aquila grandis.

Magnarum alarum] per quod notatur altitudo contemplationis, quæ contemplatio duabus virtutibus: quarum vna est puritas cordis, & altera reuelatio veritatis. De prima dicitur Matth. 5. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. De talibus enim dicitur Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se transferi, amicos Dei & Prophetas constituit. Anima enim sancta, ut ibidem dicitur, sedes est sapientia: & hæc est anima cordis puri & mundi: quia sanctitas, ut dicit Dionys. est idem quod pura, & ab omni inquinamento libera munditia. Quis autem purior & mundior quam virgo, licitum nuptiarum contemnens? Et sicut dicitur 1. Corinth. 7. Virgo cogitat quæ Domini sunt: ut sit sancta corpore & spiritu. Secunda ala est, de qua dicitur 2. Corinth. 3. Nos omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tamquam à Domini spiritu. Hæ sunt duæ alæ, de quibus dicitur Apocal. 12. Date sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum. Mulier enim ista est Ecclesia: alæ autem, puritas cordis, & reuelatio veritatis descripta in Euangelio Ioan. quibus Ecclesia volat volatu contemplationis in desertum (secrete à mundo) celestis habitationis, in locum beatitudinis æternæ deitatis, in quo (sicut dicitur 1. Timot. ult.) Deus inhabitat lucem inaccessibilem spiritualis illuminationis. Sic ergo Ioannes aquila grandis alarum magnarum est, quibus in cæna recubuit supra pectus Domini, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, sicut dicitur Col. 2.

Longo membrorum ductu] Hoc est tertium per quod significatur in partibus materie quam describit, ordo dispositionis. Describit enim ordinate Verbi tam essentialem quam personalem proprietatem, operatiuam virtutem, Verbi tam in se quam in assumpta carne manifestationem, Verbi potestatem, Verbi eruditionem, Verbi sanctificationem, & tandem per Verbum factam immortalitatis gloriosam consummationem, sicut infra in libri patebit diuisione. Sic enim Verbum longum habet ductum membrorum. Quia in se primum acceptum deinde ad creaturam essentiali operatione deducitur, & tam in mente quam in gratia manifestatur plenum gratiæ & veritatis, potestatum & eruditum in doctrina & miraculis cognoscitur, sanctificationum veritate Passionis ostenditur, & consummationem esse probatur per gloriam Resurrectionis. Et sic Verbum, ut dicit Hiero. multa signat. Nam est ratio, est & supputatio, & causa vniuersi que rei per quam sunt singula & subsistunt. Et hic membrorum ductus longus est ab æternitate Verbi (quæ ante mundum incipiens) deducta per mundi creationem (quæ per Verbum facta est) per omnes differentias gratiæ & veritatis per Iesum Christum facta: usque in gloriam Resurrectionis, quæ postmodum per Verbi resurrectionem erit futura. Et ideo aptatur isti aquilæ quod dicitur Eccli. 24. Adhuc doctrinam quasi antelucanum effundam, & enarrabo eam usque in longinquum. Antelucanum enim mistum tenebris doctrina est æternæ generationis, quæ ad plenum cognosci non potest. Enarratio autem in longinquum est ordo doctrine per esse naturæ & gratiæ & gloriæ, facta per Verbum: quem ordinem in scribendo Ioan. perficit. Eccli. 24. Qui perficit primus scire sapientiam, & infirmior non inuestigabit eam.

Prologus in Euang. sec. Ioannem.

eam. Hoc enim primus fecit Ioan. & solus, quod ab æternitate incipiens, Dei sapientiam per omnem effectum sapientiæ in esse naturæ, gratiæ, & gloriæ stylum scribendi redierit.

Plena plumis & varietate] Quartum est in quo commendatur à plenitudine numerosa mysteriorum, & Sacramentorum varietate, quam describit. In mysticis enim virtutibus Verbi ostendit in communi & speciali Verbum plenum esse gratiæ & veritatis. Quia Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Gratia in affectibus informationis, veritas in intellectus illuminatione: quod postea particulariter in singulis ostendit virtutibus & doctrinis, Sacramentorum etiam varietas, quia & Baptismus, & Pœnitentia in absolute peccatorum, in Lazari suscitatione: & Eucharistia, & Ordo in potestatis collatione ad consecrandum corpus Dominicum: & Confirmatio in sancti Spiritus insufflatione, & Vinctio extrema in commendatione vinctiõni Mariæ, quæ præuenit eum vngere in sepulchrum: & sanctificatio Matrimonij in hoc quod interfuit nuptijs, describuntur. Et ideo inducitur regina Ecclesia per Scripturam Ioannis amicta varietate. Psalm. 44. Assit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Quia ista varietate vndique radiat aurum diuinæ operationis. Ezech. 16. Vestivi te discoloribus. Hæc est iunica polymita, quam Gen. 37. magnus Patriarcha fecit filio suo dilectissimo. Hæc plumas desideravit qui dixit Psalm. 102. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Isa. 40. Assument pennas ut aquilæ: current, & non laborabunt: volabunt, & non deficient.

Venit ad Libanum] Quintum est per quod notatur consecutio intentionis in scribendo Euangelium. Libanus enim candidatio interpretatur: & Sacramenta euangelica per Ioannem usque ad candidationem gratiæ (quæ per sanguinem Christi consummata est) & usque ad candorem gloriæ (quæ in Resurrectione apparuit) perducuntur: & in hoc totam intentionem suam habet Euangelium. De candidatione sanguinis dicitur Apoc. 7. Lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. De candore gloriæ Sap. 7. Candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis. Sic per Ioannem producit Verbum ex vtero Patris genitum in omni splendore Sanctorum, Psalm. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Sic ex consortio sermonis Domini tota respicitur facies Moysi. Exo. 34. Quia vir ecclesiasticus per doctrinam Ioannis splendores Verbi in consummatione gratiæ per sanguinis ablutionem, & Resurrectionis gloriæ efficaciter participabit: sic Euangelium ad suam peruenit intentionem & finem: & ideo Can. 4. Christus exponit sponsæ sacramentum suæ Passionis, & oblationis suæ deuotionem & fragrantiam, dicens: Vadam ad montem myrræ & ad collem thuris. Et postea vocat sponsam ad candorem, dicens: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: veni de Libano. Sequitur.

Tulit inde medullam cedri] Quod sextum est & ultimum, in quo commendatur à consummatione incorruptionis quam intendit per Sacramenta descripta. Cedrus quippe imputribilis esse dicitur. Et prima incorruptio est in ipsa Verbi diuinitate, ut dicit August. quia vera incorruptio & immortalitas vera est immutabilitas: quia in his quæ mutantur, ipsa mutatio nonnulla mors est. 1. Timot. ult. Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem. Et ab hac incorruptione inchoat Ioannes: & ponit eam radicem omnis incorruptionis, quæ cetera incorruptionis per gratiam & gloriam tam in mente quam in corpore efficiuntur participia: & deducit in incorruptionem gloriæ per Resurrectionem, in qua incorruptibilis Deus, omnia efficitur in omnibus. Sap. 6. Consummatio incorruptionis facit esse proximum Deo. Vnde gloriatur sponsa Can. 1. dicens: Ligna domorum nostrarum cedrina. Quia omnis habitatio Ecclesie his fulcitur incorruptionibus: & à fidelibus participatur: & in his est tota consummatio naturæ rationalis, & Scripturæ: & Sacramentorum Christi perfectio. & hoc est quod dicitur Ezech. 17. Hæc dicit Dominus Deus: Ego sumam de medulla

D. Alb. Magn. Ordin. Præd.

cedri sublimis, & plantabo super montem excelsum & eminentem, in monte sublimi domus Israel. Medulla incorruptionis deitatis virtus est, cuius potestate in se latens, Christus etiam ad incorruptionem resurrexit. Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Hec plantata est super montem, Christum, excelsum in potissimis gratie muneribus, & eminentem in altitudine diuina maiestatis: in monte sublimi dignitatis humane nature, quam immunum à peccato assumpsit: qui mons est domus sue familie Israel, sue omnium fidelium per participationem, ut omnes incorruptionis participes fiant. sicut dicitur Ephes. 4. Donec omnes occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Ex iam dictis patet ea que in principijs librorum solent inquiri, scilicet, *Quæ sit huius libri causa efficiens? Quæ materia sue subiectum? Quæ forma? Quis finis sue utilitas? Quis titulus? Cui parti sapientia supponatur? Efficiens enim causa prima, sapientia diuina est se in Verbo increato Ioanni manifestans, & in Verbo incarnato Ioannem erudiens & mouens ad scribendum.* Matth. 10. Non vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Spiritus autem Patris, Spiritus est sapientie loquentis: propter quod indubitata scriptura huius est auctoritas. Et cum omnis scientia principijs per se nota fulciatur, per que regitur addiscens scientiam, ut deueniat ad propositum sue intentionis: patet quod omnia illius scientie principia sunt veritates diuina per Spiritum sapientie reuelata, & ideo certissima. Ad Titum iuxta scientiam que secundum pietatem est, quam promisit qui non mentitur Deus. Causa vero efficiens proxima exterius est Ioannes, qui arcana Verbi ab ipso sacro Domini pettoris fonte potauit. Ioan. vii. qui & recubuit in cæna supra pectus Domini. Psal. 44. Lingua mea calamus scribe velociter scribens. Et iterum Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus. Et ideo est fidelis. Ioan. 10. Qui vidit, testimonium perhibuit: & ille scit quia verum dicit. Sic ergo hæc scriptura ex interno Auctore est authentica, & ex exteriori est fidelis.

Materia autem sue subiectum, Verbum est tam in se quam in suis proprietatibus personatibus & in essentialibus consideratum, quam etiam in his que perficit in carne assumpta in esse gratie & gloria: & ideo perfecta est ista doctrina que nihil de Verbi proprietatibus & effectibus omittit. Eccl. 1. Fons sapientie Verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata eterna. Ingressus enim Verbi sunt impletio mandatorum æternorum Patris prædestinantis per Sacramenta Verbi, hominem reducere ad lumen Verbi & vitam.

Et à tali unitate verbi hæc scientia est vna, & ut ita dicatur, vnica: & non discursus vel diffusa, sicut scientia seculares aliena mendicantes suffragia ad sui propositi declarationem.

Est etiam libera, istius subiecti libertate. Quæcumque alia est scientia de ente creato, ancillans & ancilla est: sed ista ad quam omnes alie referuntur, libera vel sola est, vel maxime: unde etiam hæc scientia liberat. Ioan. 8. Si vos manseritis in sermone meo, vere Discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

Est etiam nobilissima per subiectum, quod est Verbum incarnatum, quod nobilissimum est. Prou. vii. Nobilis in portis vir eius. Quamuis enim alij Euangeliste diuina scribunt: diuina tamen Verbi incarnati non scribunt: & ideo Ioannes nobilior est inter Euangelistas, sicut eius Euangelium est nobilius inter alias Scripturas diuinas.

Ex dictis autem elicitur, quod cum scientia vna sit nobilior quam alia (ut dicit Arist. in principio lib. de anima) ex eo quod certior est in demonstrando, vel ex eo quod de mirabilioribus & nobilioribus in subiecto & subiecti partibus & passionibus: quod ista scientia omnium est nobilissima, propter necessariam causam nobilitatis. Verbum enim Dei prima lux est, & ratio manifestationis, & intelligendi omnia que manifestantur & intelliguntur: & sic certissimum est probationis & demonstrationis principium, à quo omnia alia habent quod sunt.

Prologus in Euang. sec. Ioannem.

sunt, & principia sunt. Verbum etiam Dei nobilissimum est & mirabilissimum inter omnia, de quibus ut de subiecto tractari potest. Psal. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, &c.

Forma autem, ad quam reducitur modus agendi & ordo iam in præmissis habita est, quia modus agendi nuntiatus est eorum, que intus Spiritus sapientie per Verbum reuelat: & ideo omni acceptione dignus. 1. Tim. 2. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. 2. Cor. 13. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Et ideo, ut dicit Chrysost. excogitationibus & argutijs humanis non indiget. Pl. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vana sunt. Ro. 1. Dicentes seipsos esse sapientes stulti facti sunt. Qui cum gloria Dei cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Ita. 19. Confundentur qui operabantur lignum, plebentes & texentes subtilia. Lignum enim (quod de terra est in filijs subtilibus) est ingenij humani subtilis excogitatio complexa in ordinationem syllogisticam, que confusa est & incerta respectu reuelationis diuina.

Ordo autem iam patuit ex predictis qualiter de Verbi increati proprietate procedit ad verbi manifestationem, quod non nisi suis proprietatibus manifestatur: & Verbi manifestati ostendit in miraculis potestatem & eruditionem, & sic potentis & sapientis. Verbi ostendit sanctificationem & consummationem in gloria. Qui ordo est conuenientissimus, se esse per seipsum cuiuslibet demonstratum. Iob 29. Verbis meis nihil addere audebant: & super illos stillabat eloquium meum. Sicut enim stilla ordinate vna post aliam cadit: ita ordinate Sacramenta Verbi Dei Ioannes pertractat usque in finem.

Finis autem & utilitas duplex est: in se scilicet, quem semper consequitur, hoc est Sacramentorum Verbi sufficiens declaratio. Act. 20. Mundus ego sum à sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Finis autem in altero (qui aliquando consequitur in auditore & aliquando non) est fidei edificatio. Ioan. 20. Hæc autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius. Eccl. vii. Finem loquendi pariter audiamus. Deum time, & manda eius observa. Hoc est omnis homo. Rom. 10. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Est etiam finis confutatio hereticorum male sentientium de Christi verbi Dei deitate, sicut dicit Hier. Nihil enim prohibet, ut dicit Arist. in Topi. 1. a. quod vna scientia sit duorum velut amborum finem: vnus itaque finis, & alterius tanquam eius quod est ad finem. Et sic est hic: quia confutatio erroris elicitur ex declaratione veritatis.

Titulus autem (qui dicitur à greco nomine titan, quod est sol vel radius: eo quod ad contentum in libro illuminat) est, Initium Euangelij Ioannis: nec dicitur initium tantum pro libri parte prima sed quia de Verbo inchoas, dat initium omni esse & doctrina: sicut & Moyses in principio verborum suorum Verbum initium esse & doctrinae posuit à principio: & in hoc finis scripturae redit ad principium: quia Ioannes hoc Euangelium senex ultimo scripsit, ut in sequentibus patet: & sic verificatur illud Apoc. xli. Ego sum alpha, & òprimus, & nouissimus: principium, & finis. Imperfectum enim esset sacrum eloquium nisi à Deo Verbo incipiens, etiam in Deum Verbum terminaretur.

Quod autem queritur, Cui parti philosophia supponatur: Dicendum quod si Philosophia humana attenditur, sapientia nulli supponitur. 1. Co. 2. Quam nemo principum huius mundi cognouit, hoc est, Philosophorum, ut ibidem dicit Aug. Si autem Philosophia est sapientia diuina, tunc Theologie supponitur, quantum ad illam partem que est de Verbo Dei cum suis Sacramentis. Ex superioribus tamen dictis magis proprie dicitur superponi quam supponi, propter eminentiam sue dignitatis. Sic ergo patet de his que in principio libri videntur esse inquirenda.



PROLOGI
S. HIERONYMI,
IN EVANGELIUM
SECUNDVM IOANNEM,
EXPLANATIO.



Hic est Ioannes Euangelista vnus ex Discipulis Domini, qui virgo à Deo electus est, què de nuptiis volentem nubere

vocauit Deus. Huic libro Hieronymus præmittit Prologum ad istius Euangelistæ commendationem, qui diuiditur in duas partes, in quarum prima ostendit ex virtutibus Auctoris, quam ad scribendum hoc Euangelium habuit congruentiam: in secunda vero parte Scripturæ suæ ostendit ordinem & auctoritatem & necessitatem. Prima harum partium diuiditur in duas partes, in quarum prima commendat virtutes, per quas ad scribendum habuit congruentiam: in secunda autem ponit ipsius congruentiæ rationem ex illius virtutibus assumptam. Primo igitur commendatur Auctor ex virtutibus: & circa hoc duo facit. Primo enim sex Auctoris ponit commendationes: secundo autem principalem virtutem à qua commendatur, cui duplex datur testimonium. Inter sex autem, à quibus commendatur, primo commendatur à nomine, cui dicitur [Hic est Ioan. Quia Ioan. est Domini gratia, vel in quo est gratia, vel cui donatum est, siue cui à Domino donatio facta est, interpretatur: quod nomen in præfagium futurorum Ioan. accepit: quia gratiam illuminationis & munditiæ corporis præ cæteris accepit à Domino & quantum ad illuminationem dicere potuit illud 1. Cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesv. De munditia autem corporis intelligatur quod est vnus de illis de quibus dicitur Apoc. 3. Qui non inquinauerunt vestimenta

sua: & ideo ambulabunt cum Christo in albis. Hic est ergo cui datum est à Christo Domino munus gratiarum. Eph. 4. Dedit dona hominibus. Esther 2. Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Sic ergo commendatur à nomine. Commendatur secundo ab officij dignitate. Euangelista hoc est, Doctor, & Prædicator & Scriptor Euangelij. 2. Cor. 3. Cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Isa. 41. Ad Ierusalem Euangelistam dabo. Sic enim est (vt dicitur Mat. 13.) Scriba doctus in regno cælorum, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Sic est eximium inter animalia quibus incumbit thronus Dei Ezech. 1. Apoc. 4. Quartum animal simile aquilæ volanti. Sic est plenus oculis ante, ad Verbi æternitatem: & retro, ad Resurrectionis gloriam (quæ post tempora omnia perficietur) respiciens. Sic est rota altior in quadriga Dei, post regalem dignitatem, post sacerdotij oblationem, post victoriam Resurrectionis (quæ Mat. Luc. Marc. describunt) altitudinem describens deitatis. Ezech. 1. Apparuit rota vna quatuor habes facies. Sic ergo docendo, prædicando, scribendo est Euangelista. Tertia commendatio est à discipulatu Christi, cum dicitur. Vnus hoc est, vnicus antonomastice: quia singulariter se præ cæteris discipulum exhibuit, ex discipulis Domini tam in retinendo Magistri disciplinam in sermone, quam adipiscendo Magistri affectum in charitatis dilectione, quam etiam imitando Magistri sui humilitatem & mansuetudinē, vt dicit. Chry. De quorum. 1. lo. 8. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. De secundo Ioan. 13. In hoc cognoscet omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. De tertio & quarto Mat. 11. Discite à me quia mitis sum, &c. Quarto commendatur ab incorruptione carnis, cum dicitur. Qui virgo] Est enim vt dicit Aug. Virginitas in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. 1. Cor. 7. Virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Et sic fuit sapientiæ dignum receptaculum. Sap. 1. In masculinam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subito peccatis. Sed in virginem mentem Ioan. sapientia ingressa est, cuius theca mundissima fuit virginem eius corpus. 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Hoc est thesaurus castitatis, qui in agro terreni corporis absconditus est Mat. 13. quem considerans Ioan. abscondit: & videntem vniuersa quæ habuit, emit agrum illum. Et ficut præ cæteris virgines in cælo sequuntur agnum quocumque ierititæ præ cæteris virgo Ioan. secutus Dominum, plenius inuestigauit deitatis Christi mysteria. Quinto commendatur à diuina electione, cum dicitur. Est à Deo electus] Quæ electio intelligitur in Discipulum & Apostolum & Euangelistam. Ioan. 15. Ego elegi vos & posui vos, vt caris & fructum afferatis, &c. Ante hoc tamen erat electus per gratiæ, appositionem & æternam prædestinationem. Romano. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imagini Filij sui: hos & vocauit. Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem in ipso, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Mat. 10. & Luc. 6. Elegit duodecim quos vocauit Apostolos. Sexto commendatur à vocatione. Non enim vocatur, vt Mattheus, ab illicito lucro: nec à causa lucri liciti, sicut à piscatione vocatur Petrus, & Andreas: sed ab occupatione matrimonij sancti & à Deo instituti: eo quod præstat impedimentum vitæ contemplatiuæ ad statum, in quo sine impedimento quis Deum potest contemplari. Vnde 1. Cor. 7. Apostolus prouocans ad statum virginitatis dicit. Hoc autem ad vilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est prouocem: & quod sine impedimento facultatè præbeat Domino oblectandi, vel Domino se obseruandi. Et hoc est quod dicit. Quem de nuptiis] hoc est, de solemnitate nuptiarum: volentem per consensum matrimonij nubere per commissionem carnalis copulæ [vocauit Deus] Quod tamen expresse non legitur: sed opinio est quorundam quod factam sit in nuptijs in Cana Galilææ factis Ioan. 2. Nec in hoc voluit aliquod peccatum Ioan. 1. Corinth. 7. Non peccat virgo si nubit: beatorum autem erit si sic permanserit. Nec est præsumendum quod libidine ductus nubere voluerit Ioannes: sed quia tunc fuit propagatio religionis cum transfusione feminis: ideo ignarus iam inchoanda gratiæ, in nuptias consensit. Simile quid habens in mente cum Sara filia Raguelis quæ dicit. Nunquam concupit virum, & mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia: virum autem non cum libidine mea, sed in timore tuo consensu suscipere Job. 3. Et ideo statim postquam intellexit in Christo nobilitas procreari fideles per verbi incorruptionem, quam per carnem: statim cura Christo ad frugem melioris vitæ conuolauit. Et ex hinc accepit Ecclesia, quod hi quid contraxerunt per verba de præfenti, ante carnalem copulam ad frugem melioris vitæ possunt conuolare, etiam altero coniuge contradicente. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium in Euangelio datur: quod & præ cæteris electus à Deo dicitur: & quod huius maris suam pendens in cruce commendatur Dominus, vt virginem virgo seruaret.

In Prologum S. Hier. in D. Ioannem.

mam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subito peccatis. Sed in virginem mentem Ioan. sapientia ingressa est, cuius theca mundissima fuit virginem eius corpus. 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Hoc est thesaurus castitatis, qui in agro terreni corporis absconditus est Mat. 13. quem considerans Ioan. abscondit: & videntem vniuersa quæ habuit, emit agrum illum. Et ficut præ cæteris virgines in cælo sequuntur agnum quocumque ierititæ præ cæteris virgo Ioan. secutus Dominum, plenius inuestigauit deitatis Christi mysteria. Quinto commendatur à diuina electione, cum dicitur. Est à Deo electus] Quæ electio intelligitur in Discipulum & Apostolum & Euangelistam. Ioan. 15. Ego elegi vos & posui vos, vt caris & fructum afferatis, &c. Ante hoc tamen erat electus per gratiæ, appositionem & æternam prædestinationem. Romano. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imagini Filij sui: hos & vocauit. Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem in ipso, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Mat. 10. & Luc. 6. Elegit duodecim quos vocauit Apostolos. Sexto commendatur à vocatione. Non enim vocatur, vt Mattheus, ab illicito lucro: nec à causa lucri liciti, sicut à piscatione vocatur Petrus, & Andreas: sed ab occupatione matrimonij sancti & à Deo instituti: eo quod præstat impedimentum vitæ contemplatiuæ ad statum, in quo sine impedimento quis Deum potest contemplari. Vnde 1. Cor. 7. Apostolus prouocans ad statum virginitatis dicit. Hoc autem ad vilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est prouocem: & quod sine impedimento facultatè præbeat Domino oblectandi, vel Domino se obseruandi. Et hoc est quod dicit. Quem de nuptiis] hoc est, de solemnitate nuptiarum: volentem per consensum matrimonij nubere per commissionem carnalis copulæ [vocauit Deus] Quod tamen expresse non legitur: sed opinio est quorundam quod factam sit in nuptijs in Cana Galilææ factis Ioan. 2. Nec in hoc voluit aliquod peccatum Ioan. 1. Corinth. 7. Non peccat virgo si nubit: beatorum autem erit si sic permanserit. Nec est præsumendum quod libidine ductus nubere voluerit Ioannes: sed quia tunc fuit propagatio religionis cum transfusione feminis: ideo ignarus iam inchoanda gratiæ, in nuptias consensit. Simile quid habens in mente cum Sara filia Raguelis quæ dicit. Nunquam concupit virum, & mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia: virum autem non cum libidine mea, sed in timore tuo consensu suscipere Job. 3. Et ideo statim postquam intellexit in Christo nobilitas procreari fideles per verbi incorruptionem, quam per carnem: statim cura Christo ad frugem melioris vitæ conuolauit. Et ex hinc accepit Ecclesia, quod hi quid contraxerunt per verba de præfenti, ante carnalem copulam ad frugem melioris vitæ possunt conuolare, etiam altero coniuge contradicente. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium in Euangelio datur: quod & præ cæteris electus à Deo dicitur: & quod huius maris suam pendens in cruce commendatur Dominus, vt virginem virgo seruaret.

Hic incipit dare duplex testimonium virginitatis, quæ præcipua virtus est inter eas à quibus commendatur. Primum testimonium est à prærogatiua dilectionis: secundum est à commissa in cruce custodia matris. De primo dicitur [Cui] scilicet Ioan. [duplex testimonium] quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum [datur] per scripturam [in Euangelio] quod ipse Ioannes describit. Vnum scilicet [quod præ cæteris à Deo dilectus dicitur] Et hoc expresse non legitur, sed per antonomasiam intelligitur Ioan. 21. vbi dicitur. Vidit illum Discipulum quem diligebat Iesvs: qui & recubuit in cena super petrus eius. Et quamuis de hoc sint quæstiones difficiles in sequentibus huius libri explicandæ: tamen hoc dici potest, quod præ cæteris dilexit Ioannem: non secundum quantitatem dilectionis, sed secundum signum: & cum dilectio Dei ponat effectum in re dilecta (secundum cuius quantitatem maior dilectio vel minor dilectio dicitur) effectum quidem dilectionis secundum vitam ætiam, maiorem inuenimus in Petro, cui claves commisit & Ecclesiæ gregem, & super quem Ecclesiam ædificandam prædixit Matthei cap. decimo sexto. propter quod & ipse Petrus venter & caput & princeps dicitur Apostolorum. Effectum autem gratiæ in ordine ad vitam contemplatiuam, maiorem inuenimus in Ioanne: qui supra petrus Domini recubuit, quem à dolore mortis præseruandum prædixit, cui sacramenta suæ deitatis reuelauit: & quod hoc præ cæteris dicitur dilectus. Et huius quidem dilectionis causam hic dicit Hiero. esse castitatem virginitatis. Sap. 3. Hæc est quæ nesciunt thori in delicto. Hæc igitur habebit fructum in respectu animarum sanctarum. Chry. autem causam dilectionis huius dicit esse ingenitam huic Apostolo mansuetudinē, in qua præ cæteris Christo similior erat: quia hæc etiam in Moyse dilexit. Num. 12. Erat autem Moyses mansuetissimus virorum omnium qui erant super terram. Hanc etiam in David, qui erat vir secundum cor Dei, dilexit. 2. Reg. 23. Ipse tenuissimus & quasi ligni vermiculus: qui tanta est lenitas, vt non sentiat dum tangitur vel ardeat. Aug. autem dicit, quod causa huius præcipuæ dilectionis erat, quod Ioannes vice versa etiam Christum præ cæteris dilexit. Sed hoc oportuit intelligi secundum modum prædictum in effectu contemplationis: quia pro certo in effectu adionis Petrus præ cæteris feruentius dilexit. Pro. 8. Ego diligentes me diligo. Secundum autem testimonium est [quod huic] Ioan. [matrem suam] Mariam beatissimam Virginem [pendens in cruce] & curam matris amplius visibiliter non agens [commendatur] dicens Ioan. Mulier, ecce filius tuus. Ad discipulum autem: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Et ex illo tunc intelligitur mortuus fuisse Ioseph Domini nutritius, qui si virisset, non alium custodem superordinasset. Tantum ergo depositum committere Ioan. signum fuit prærogatiuæ dilectionis. Et congruebat [vt virginem] matrem] virgo] [matris] [seruaret] curam] gerens ipse.

Denique manifestans sibi Euangelio quod erat ipse incorruptibilis, Verbi opus inchoans: solus Verbum carnem factum esse.

esse, nec lumen à tenebris comprehensum fuisse testatur: primum signum ponens, quod in nuptiis fecit Dominus ostendens quod ipse erat: vel legentibus demonstraret, quod ubi Dominus inuitatus est, deficere nuptiarum vinum debeat: ut & veteribus immutatis, noua omniaque à Christo instituuntur appareant.

Hic ponit congruentiam scribendi Euangelium à commendatis virtutibus sumptam, & præcipue ab ea quæ principalis est inter eas: hæc est mentis & corporis virginitas: quia ex hoc quod in delectationem coitus ratio nunquam descendit, sinceriores & clariorem possidet intellectum: & ex hoc patet quod perpetua incorruptionis meditatio (ut dicit *Augustinus*) limpidius diuina cognoscitur: quia ut dicit *Mercurius Trimegistus*, Deus deorum non nisi abstracto à carne intellectu videri valet & cognosci. Ab hac ergo virtute *Ioannes* sumit duas congruentias scribendi: vnam quidem ad Verbi increati proprietates: alteram autem ad initium signorum, quod prætermittitur ab aliis Euangelistis solus ponit *Ioannes*: & secundum hæc duo pars ista diuiditur in duas partes. In prima autem harum partium tria facit *Hieronymus*, quorum primum est, quod se virginem *Ioannes* in principio Euangelij demonstrauit. Secundum est, per quid se virginem ostendit. Tertium autem est, vsquequo verbi notitiam in scribendo deduxit. Dicit ergo.

Denique quia scilicet virgo erat & aquila, qui non ad carnem, sed ad lumen incircumscriptum oculos duxerat [opus inchoans] suæ scripturæ [in corruptibilis verbi] quia materia suæ scripturæ est incorruptibile Verbum, quod incorruptibile de incorruptibili Patre incorruptibiliter ab æterno generatum est [solus] inter Euangelistas vel inter omnes Scriptores qui de Verbo paterni intellectus scripserunt, ut *Socratus*, & *Plato*, & ante hos *Mercurius Trimegistus* [testatur] per scripturam [Verbum] æternum [carnem factam esse] in ultimis temporibus. Et hoc quidem scribendo facit [manifestans] ipso facto [in Euangelio] sic à se descripto [quod erat ipse] Vel [quid erat ipse] qui virgineo intellectu & incorrupto, aquilina vius virtute, sic æternum lumen conspexerat: & hoc est quod dicit *Augustinus*, quod in libris Philosophorum legerat in principio esse Verbum in paterno intellectu, & quod omnia per Verbum facta sunt: sed non legit ibi Verbum carnem factum esse. Hoc autem plane patet in libro *Socratis de natura Deorum*, & in fine primæ partis *Timæi Platonis*, & in lib. *Trimegisti*, quem de distinctione Deorum & causarum composuit.

Testatur autem hoc *Ioannes* non solum per ea quæ dicta sunt: sed etiam [primum signum ponens] inter omnia quæ Christus fecisse legitur [quod in nuptiis fecit Dominus] ubi mutauit aquam in vinum *Ioan. 2.* & inspidas delectationes & generationes carnis, ad saporem cælestium & intellectualium gaudiorum commutauit, ut dicit *Chrysostomus*. In hoc ostendens quod] Vel [quid erat ipse] sicut prius, qui ad saporem vini de inspiditate aquæ transierat: unde dicit, Seruasti vinum bonum vsque adhuc. Hoc autem fecit [ut legentibus] ad intelle-

ctum spiritualem Euangelium suum [demonstraret] ipsa lectione [quod ubi Dominus] ad nuptias mentales in vnione spiritus creati ad increatum [inuitatus est] per fidei & cognitionis deuotionem [debeat deficere] & abijci [vinum] carnalis gaudij [nuptiarum] carnalium: & virginitatis munditia in integritate cordis generari. *Eph. 5.* Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Lot enim temulentus filias corrupit *Genes. 19.* Nos inebriatus, in genitalibus nudatus, turpiter apparuit *Gen. 9.* Holofernes potatus & crapulatus à vino, capite truncatus sui *Iudith 13.* Baltaasar vinum bibens; regnum perdidit *Dan. 5.* Et sic semper patet quod vinum delectatione carnalis mentem deuirginans corrumpit & in perditionem adducit, E contra sicut dicitur *Dan. 1.* Daniel proposuit in corde suo ne pollueretur de mensa cibi Regis terreni, neque de vino potus eius: & accepit gratiam intelligendi secreta diuina. *Eccles. 2.* Cogitavi à vino abstrahere carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam [& ut] demonstraret legentibus quod ubi inuitatus est Dominus [omnia] quæ in homine sunt [debeant apparere noua] *Apo. apoc. 21.* Dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia [veteribus immutatis.] ubi sub veteri lege per aquam inspidæ carnalis commisionis fiebat propagatio. Mutatio ergo veterum est transitus carnalis iucunditatis inspidæ (quæ magis est in nuptiis) ad iucunditatem sapidæ delectationis, quæ est in vnione spirituum creati & increati in incorruptione intellectus: 1. *Cor. 6.* Qui adheret Deo vnus spiritus est. *Leuit. 25.* Nouis superuenientibus vetera proficietis. 2. *Corinth. 5.* Si qua est in Christo noua creatura: vetera omnia transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

Hoc autem Euangelium scripsit in Asia posteaquam in Pathmos insula Apocalypsim scripserat: ut cui in principio canonis incorruptibile principium prænotatur in *Genesi*: ei etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur, dicente Christo: Ego sum alpha & o.

Secunda pars est in qua locum & ordinem scripturæ *Ioannis* determinat: & diuiditur in duas partes, in quarum prima tangit scripturæ huius locum, ordinem, & auctoritatem: in secunda autem ostendit causam quare ipse *Hieronymus* omnium horum non exponit rationem. Prima autem harum partium tria continet, scilicet, ordinem, locum, & scripturæ *Ioannis* auctoritatem: & diligentiam Scriptoris: & ordinem temporis huius Euangelij ad Euangelia aliorum Euangelistarum. In primo horum duo facit: tangit enim scribendi ordinem, & descripti ordinis inducit rationem. Dicit ergo de loco scripturæ.

Hoc autem Euangelium] *Ioannes* [scripsit] ut posteris proficeret [in Asia] Quod ad commendationem facit Euangelij: quia in Asia minore (quæ est Græcia) multitudo fuit sapientum & literatorum. 1. *Cor. 1.* Græci sapientiam querunt. Et tangit ordinem temporis, dicens [posteaquam in Pathmos insula] ad quam per Domitianum

relegatus fuerat, sicut dicitur *Apocalyp. 1.* [Apocalypsim] quod reuelatio interpretatur [scripserat] Quia sicut dicit *Augustinus in Glossa.* A tempore Dominicæ Ascensionis per annos 45. absque adminiculo scribendi vsque ad vltima Domitiani tempora prædicauit. Sed à senatu Romano occiso Domitiano: præceptoque quod omnia reuocarentur, quæ Domitianus fecerat, & quod infautum Domitiani nomen & imago de lignis & lapidibus eraderetur vbicumque scriptum vel sculptum inueniretur: tunc enim permittente curia, cum de exilio redisset *Ioannes* Ephesum, compulsus ab Episcopis Asiæ de coarctata deitate Filij cum Patre scripsit contra hæreticos, qui eo absente in Ecclesiis in quibus fidem fundauerat Apostolus irreperant, qui Christum ante beatissimam Mariam fuisse negabant: contra quos scribit Verbum in principio fuisse, & in fine temporum carnem factum fuisse: & sic Euangelium secundum ordinem temporis post Apocalypsim scripsit *Ioannes*: & hoc est quod dicit. Alius tamen ordo est librorum quoad continentiam ipsorum: quia in Euangelio fundatio Ecclesiæ per sacramenta Christi describitur: & in Apocalypsi gubernatio Ecclesiæ fundatur, vsque ad vltima tempora per figuras præsignatur: & sic Euangelium est ante Apocalypsim. Huius autem duplicis ordinis subiungit causam, dicens.

Vt cui verbo Dei [in principio] canonis] hoc est, canonice scripturæ [in principio] *Genes. 1.* incorruptibile principium] quo ipsam omnis creaturæ principium est incorruptibile & æternum [prænotatur] cum dicitur: In principio Deus creauit cælum & terram. Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, &c. Hæc enim facta sunt omnia per Verbum incorruptibile: quia ipse dixit, & facta sunt [ei etiam] verbo [redderetur per] *Ioannem* [virginem] [virgineum] intellectum habentem [finis] in vltimo libro canonis [in corruptibilis] Et hoc factum est in Euangelio vltimo secundum tempus descripto, quando dictum est: In principio erat verbum. Vel in vltimo libro secundum continentiam librorum ordinem, hoc est, Apocalypsi: & hoc auctoritate probat cum dicit [dicente Christo] per *Ioannem Apocalyp. vltimo.* [ego sum alpha] quæ est prima litera, & principium primum signat [& o] quæ est vltima in alphabeto græcorum litera, & finem designat: quia ipse est canonice scripturæ principium & finis. Dicitur autem canonice scripturæ: quia ea loco canonis, hoc est, regulæ vtimur in credendis & faciendis & sperandis. *Gala. vltimo.* Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia: & super Israël Dei.

Et hic est *Ioannes* qui sciens superuenisse diem recessus sui, conuocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimenta. promens Christum, descendens in defossam sepulture suæ locum: facta oratione positus est ad Patres suos, tam extraneus a dolore mortis, quam à corruptione carnis inuenitur alienus.

In hac parte describitur auctoritas & diligentia Scriptoris: auctoritas in præscientia futuro-

rum & miraculis: diligentia vero in hoc quod per experimenta multa docuit fidem Christi Discipulos. Dicit ergo [Et hic] tantæ dignitatis & auctoritatis] est *Ioannes* huius Scriptoris Euangelij [qui sciens] ex præscientia futurorum, quæ certitudinaliter non haberetur nisi per Spiritum diuinum. 1. *Corinth. 2.* Quæ sunt Dei, nemo nouit nisi Spiritus Dei. *Actuum cap. 1.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in potestate sua [superuenisse] ex decursu temporis vel officij quod acceperat à Deo. 2. *Timo. 4.* Ego iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat [diem recessus sui] in quo notatur animæ immortalitas, quæ ad Deum recedit. 2. *Corinth. 5.* Audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & presentes esse ad Dominum. *Phil. 1.* Cupio dissolui & esse cum Christo. Esse enim cum Christo multo magis melius est [comocatis] ad modum Patriarchæ *Iacob Genes. 49.* Congregamini & audite filij *Iacob*: audite Israël patrem vestrum [Discipulis suis] qui disciplina fidei ab eo erant imbuti. *Ecclesiastici vltimo.* Appropinquate ad me indocti & congregate vos ad domum disciplinæ [in Epheso] in quo fedes erat metropolitana. *Isa. 2.* De Sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem.

Promens Christum] in se habitantem. Vel [promens Christum] hoc est, Christi fidem. Promens, inquam, hoc est, probans [per multa experimenta signorum] intransiuit, hoc est, per multa signa quæ experimento probauerunt Christi virtutem & fidem. Fides enim non nisi per signa probari potest: demonstratio enim non habet locum in fide: quia demonstratio cogit ad consentiendum: fides autem non est nisi credere volentis, ut dicit *Augustinus*. Cetera potest homo nolens: credere autem non nisi volens. Et ideo demonstratio non habet locum, sed euacuatur fidei meritum: quia [sicut dicit *Gregorius*] fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et ideo fides quæ est super rationem probatur per signum quod est vltra nature virtutem: quia [sicut dicit *Gre.*] rebus mirabilibus fidem præbent facta mirabiliora. Et in hoc notatur diligentia Doctoris, qui per multa fidem firmavit.

Descendens] sine dolore per Christi sibi factam reuelationem [in defossam] profunde [sepulture suæ locum] in quo tamen non corpus eius sed manna scaturiens inuentum est: propter quod quidam piè autumant eum cum corpore & anima in cælum esse translatum, secundum quod ex verbis Christi piè accipitur. *Ioan. 21.* Sicut volo manere donec veniam [facta oratione] pro confirmatione discipulorum positus est [in loco beatitudinis] ad Patres suos] Patriarchas & Prophetas: vel Angelos, qui cum in forma theophanie in illuminationibus diuinis genuerunt. *Genes. 49.* Finitis sermonibus, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum suum & obiit, appositusque est ad populam suam [tam extraneus] hoc est, immunis] à dolore mortis] & hoc erat miraculum: quia bonus homo etiam plusquam alius in morte dolere debuit, ut dicit *Philosophus*. Tamen quidam ex hoc accipiunt quod non sit mortuus, sed superuictus gloria immortalitatis. Sed hoc non esse sentiendum dicit *Exgo de sancto viatore*.

D. Alb. Mag. In Prolog. S. Hier. in D. Ioan.

Vitiorum: quia sententia hæc in omnibus obrinet firmitatem. Morte moriemini. Et ideo probabilius dicit cum esse mortuum, sed statim resuscitatum, sicut & Virginem gloriosissimam. Et sic dolorem mortis absorbit gustus æternæ felicitatis: non sic. ut non esset, sed ut amaritudo eius non sentiretur. 1. *Corinth.* 15. Absorpta est mors in victoria tua: Vbi est mors stimulus tuus? quam à corruptione carnis id est, concupiscentia inuenitur alienus] cum virgo electus à Domino, virgo in æuum permanit.

Tamen post omnes Euangelium scripsit, & hoc virgini debebatur.

Hic ponit ordinem istius Euangelij ad alia: & dicit quod ultimo scriptum sit, & subiungit rationem. Dicit ergo quod licet per multa signa Christum promississet [tamen] ab Episcopis rogatus [post omnes] illos Euangelistas [scripsit]. Sed tunc queritur. Quia ex quo *Matthæus* & alij sufficienter scripserant, videtur scriptura sua superflua. Ad hoc dicit *Greg.* super illud *Ezech.* 1. Rota in medio rotæ. Si queris, Quid *Matthæus* senserit: id quod *Marcus*, *Lucas*, *Ioannes*: & tunc videtur quod in eo Euangelio habito, cætera sunt superflua. Responder ad hoc, quod verum est quod idem dicunt Euangelistæ quantum ad materiam historiae & Sacramentorum Christi: & ideo sunt veri testes concorditer fidem probantes: sed non idem dicunt quantum ad intentionem particularem, & ea per quæ deuenit ad illam intentionem: & quoad hoc sunt diuersi & & necessarij omnes. *Matthæus* enim quamuis in communi attendat ordinare historiam Christi: tamen in particulari intendit asserere Christi regalem dignitatem: & ideo maxime ponit ea per quæ deuenit in illam intentionem, omittis quibusdam aliis ad hæc non expresse facientibus. *Marcus* etiam historiam Christi ordinare intendit, sed tamen particulariter victoriam Christi intendit: & ideo ea specialiter ponit per quæ illa probari poterit: & sic *Lucas* intendit probare sacerdotium, & *Ioannes* deitatem. Et quia per idem secundum diuersas consideraciones venit in diuersa: ideo quædam eadem omnes ponunt, quædam autem diuersa, per quæ diuersas suas intentiones ostendunt. Et ex his pater solutio queritorum. Subiungit autem rationem quare post omnes scripsit, dicens.

Et hoc virgini debebatur] Dicunt quidam, sicut verecundo, qui non vltro se ingerit: sed vltimo coactus, hoc quod faciendum est, facit. Sed hoc nihil est: quia in talibus spiritalibus virgo magis sit audax, præcipue quando iam perfectam habet ætatem: si enim iunior esset annis, diceret cum *Eliu* *Iob* 33. Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam. Sed dicendum, quod vltimam faciem Euangelio adicere (quæ est facies aquilæ) [virgini debebatur] hoc est, virgineum intellectum habenti: quia per visibilia regalis dignitatis, & victorie, & sacerdotij, venit ad inuisibilia diuinitatis. 1. *Corinth.* 15. Non prius quod spirituale est, sed quod animale est: deinde quod spirituale. *Grego.* ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur.

Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio, vel librorum ordinatio ideo à nobis per singula non exponitur: ut sciendi desiderio collato, & querentibus fructus laboris, & Deo magisterij doctrina seruetur.

Pars vltima est in qua ostendit quare dicti ordinis rationem non exposuit. Dicit ergo [Quorum tamen] Euangeliorum [vel scriptorum] tali ordine [temporis dispositio] quare vnus tempore scripsit ante alium, & perfecte quidem scripsit: & tamen secundo locum scribendi dederit [vel] quorum [librorum] Euangelij *Ioannis* & *Apocalypsis* [ordinatio diuersa secundum tempus & continentiam, ut in ante habitis dictum est] ideo] ex certa conscientia [non exponitur à nobis] per rationem expressam & expositiuam [ut] in auditore, vel lectore [sciendi desiderio] has rationes [collato] Per hoc enim quod aliquid tangitur & non enucleatur, excitatur & collocatur in altero desiderio sciendi [et seruetur querentibus] horum omnium rationes [fructus laboris] per meritum & studium inquisitionis. *Psalm.* 104. Querite Dominum, & confirmamini: querite faciem eius semper [et seruetur Deo] qui solus est Magister intus docens. *Matth.* 23. Vnus est Magister vester qui in caelis est [doctrina magisterij] qui intus docet querentes, & ex hoc de reuelatis habere debet gratiarum actiones.





D. ALBERTI MAGNI,
EPISCOPI RATISPONENSIS,
DOCTRINA TOTO ORBE
CELEBERRIMI, ORDINIS
Prædicatorum.

IN EVANGELIUM SECUNDUM IOANNEM
EXPOSITIO

Ad instantiam Alexandri IV. pro extirpandis heresibus
tunc vigentibus Roma lecta.

INCIPIT EVANGELIUM
secundum Iohannem.

CAPUT I.



IN principio
 erat **VER-**
BUM, & VER-
BUM erat a-
puD DEVM,
& DEVS erat
VERBUM.
 Hoc erat in
 principio a-
 puD DEVM.

Iste liber (ut diximus) ut de subiecto est de Verbo increato in se, & in carne assumpta secundum sua Sacramenta considerato : & sicut diximus in aliorum Evangelistarum expositionibus, omnia que inducit quilibet eorum, ad sua propriæ intentionis inducit manifestationem: ita etiam Iohannes omnia que inducit, ad hoc inducit, ut diuinitas Verbi manifestetur: & sic probetur habere faciem aquilæ inter alia animalia thronum Dei circumstantia. Diuiditur autem iste liber totus in duas partes, quarum prima de proprietatibus personalibus & essentialibus Verbi increati in se considerari est: secunda autem est de proprietatibus Verbi in creaturam rationalem ad sanctificandum eam procedentis: & incipit *Iti.*
in D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioh.

Fuit homo missus à Deo. Et patet ordo istarum partium, sicut est ordo eternitatis ad tempus. Prior autem harum partium diuiditur in duas partes: ita quod primo ponit proprietates personales & essentialis, per quas Verbum refertur ad personas diuinas: secundo autem ponit Verbi essentialis proprietates, secundum quas refertur ad creatura per ipsum *Iti.* Omnia per ipsum facta sunt.

In priori harum partium quatuor continentur propositiones, quarum Verbi eterni proprietates ostendentes: quarum prima est quod dicit. In principio erat verbum. Per quam ostenditur Verbi ad intellectum paternum inseparabilitas. Secunda est quod dicit. Et Verbum erat apud Deum. Per quam ostenditur Verbi secundum quam procedit à primo intellectu distinguens proprietates. Tertia est que dicit. Et Deus erat verbum. Per quam ostenditur Verbi ad paternum intellectum essentialis unitas. Quarta est que dicit. Hoc erat in principio apud Deum. Per quam ostenditur Verbi ad principium intellectum coequalitatis & coeternitas. Et sic omnis confutatur heretica prauitas.

Dicit ergo [In principio erat Verbum] ostendens inseparabile esse verbum ab intellectu æterni. Ad hoc autem intelligendum prænotandum est, quod primum principium est intellectus universaliter agens & nihil recipiens, qui est omne quod habet. Nihil autem principij habet rationem nisi aliquid procedat ab ipso: à quo enim nihil omnino procedit, principium esse non poterit. Etiam hoc patet per principij rationem, que dicit, quod principium est, à quo est aliud: & hoc maxime conuenit principio primo. Pri-
 mum

num autem quod est à principio intellectivo, lux est intelligentia, qua seipsum manifestat ex seipso; quod pater per hoc quia iam dictum est, quod principium primum nihil recipit. Si ergo per aliquid se manifestat, oportet quod id procedat ex seipso, in quo se manifestat: & sic in se habet in quo se manifestat. Cum autem sic se manifestat, non nisi se luce sua declarat: & hoc est intellectum intellectualiter se dicere: verbum ergo quo se dicit intellectuum principium, inseparabiliter est in ipso: & sic in principio primo exten- sionem erat Verbum: & hæc est ratio invariabiliter primam probans propositionem: unde *Augustinus* dicit: Cum dicitur [In principio erat verbum] Principium supponit Patrem siue patrum intel- lectum: præpositio autem in (ex eo quod est præ- positio, est transitiva & aliquam notat diversita- tem) notat personam Verbi ad Patrem distinctio- nem: In eo autem quod est hæc præpositio in specie accepta, notat continentiam Verbi, tan- quam lucis in paterno intellectu, sicut ipse di- cit *Ioan. 1.4.* Ego in Patre & Pater in me est. Ver- ba quæ locutus sum vobis à me ipso non loquor. Pater autem in me manens facit opera. Sic ergo secundum verissimam expositionem [In principio erat Verbum] Quod quidem dictum est *Augustinus*.

Quæstio autem surgit hic secundum hanc ex- positionem, quæ sit ratio quod principium sup- ponit Patrem, cum principium sit in multis in- tentionibus, sicut dicitur in quinto primæ Philo- sophiæ *Augustinus* etiam dicit, quod & Pater est prin- cipium, & Filius est principium, & Spiritus sanctus est principium: & simul hæc tres non tria, sed unus principium. Sed ad hoc dicendum, quod absoluta & prima ratio principij activi non est nisi in Patre: Cum enim duo sint processus: primus scilicet quo persona procedit à persona: & secun- dus quo creatura procedit à creatore. Primus processus est causa secundi, ut dicit *Anselmus*. Prin- cipium totius processus primi non est nisi in Pa- tre: quia licet Spiritus sanctus procedat à Filio; tamen hæc Filius habet à Patre: Pater autem est principium, non de principio: & ideo prima au- thoritas principij & prima ratio est in Patre; propter quod dicit *Augustinus*, quod in Patre est prin- cipium totius divinitatis. Et hac ratione antono- masticè principium supponit Patrem.

Sed tunc queritur, quare Ioannes non loco principij posuit Patrem ut dixisset; in Patre erat Verbum? Ad hoc dicendum secundum *Chrysostomum*, quod Ioannes græcis sapientibus & in Philoso- phia enutritis loquebatur: & scripsit contra hære- ticos, qui negabant Christum ante Mariam fuisse. Quia ergo illi mentis noverunt Patrem sub ratio- ne principij, quam sub ratione Patris: ideo à ra- tione principij, quæ illis nota erat, inchoans de- duxit sermonem in notitiam Patris, dicens & concludens sermonem de Verbi principio. Vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à Patre.

Et ex hoc solvitur alia quæstio, quare potius dicit, in principio erat Verbum, quam in prin- cipio erat Filius? Quia intellectus agens universaliter, qui probatur esse Pater, à nobis plus cogno- scitur in manifestatione sui per Verbum, quam in manifestatione sui per Filium: quia propria ma- nifestatio intellectus est in luce intellectus in ipso

candente, quando principiat id, cuius ipse est principium. Filius autem dicit processum natura- rem, quæ licet idem sit cum luce candente & sub- stantia de Patre & in Patre: tamen sub ratione hu- manæ nominis, Filius, secundum quod humanæ in- telligentiæ intellectus per carnalem generationem quædam res notam, non est idem. Et hoc intendit *Chrysostomus*, quando dicit, quod Verbum & non Fi- lium dicit, ne carnale aliquid in divina suspiceris generatione. Sicut autem *Ioannes* rationem prin- cipij deducit usque ad notitiam Patris: ita in ead- em contextione sermonis manifestationem Ver- bi concludit in notitiam Filij, dicens: Vidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti à Patre. Sic enim perfecte construitur fides & destruitur hæresis. Unde etiam procedens dicit de principio & Verbo, Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.

Non est autem prætermittendum quod græco sermone scriptus hic liber habet sic. To logos; To autem est præpositivus articulus græcus, loco cuius in latino non habemus aliquid quod tamen in expositione debeat designari. Denotat enim circa Verbum quod ipsum sit absolute & simpli- citer Verbum, & nihil aliud quam Verbum: & hoc est primum intellectus paterni Verbum in ipso existens, & in ipso florens & coruscans, & quasi quidam globus lucis eius. Cum enim alia verba sint distantia à primo intellectu ut verba participata à creaturis, & verba creaturarum ali- quid aliud sunt quam verbum, & non primum verbum purum: sed participantia ipsum propor- tionaliter pro uniuscuiusque modo & analogia: & sunt immerita potentis & privationibus: & sic aliquo modo à tenebris comprehensa & malitia privationis: & hoc est quod dicitur *Sap. 7.* quod candor lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Hæc ergo sola lux ut præexistens omnibus, & formans om- nes creaturarum luces in tenebris lucet, & tene- bræ eam non comprehenderunt. Hoc ergo ut dicit *Chrysostomus*, intendit per articulum. Per hanc expositionem excluditur hæresis eorum, qui Pa- trem & Filium plures esse Deos dixerunt, ut di- cit *Augustinus* in de agone Christiano, sicut pagani fecerant: quia si plures essent, unus indistincte & inseparabiliter non esset in alio.

Est autem huius primæ propositionis alia etiam à Sanctis tradita expositio Catholica quæ prin- cipium dicit esse æternitatem, ut sit sensus: In prin- cipio, hoc est, in æternitate erat Verbum. Et tunc præpositio, in, notat habitudinem mensuran- tis esse Verbi: quæ mensura siue terminus est principium & finis, sicut ipso nomine æternita- tis designatur: & est simplex nunc indeficienter stans & non movens sese sicut & ipsum esse diminutum, cuius mensura simplex est & indefi- cions.

Sed tunc queritur, qualiter ibi ponatur verbum consignificans tempus, cum dicitur; Erat? Et ad hoc dicit *Augustinus*, quod sum, eram, eras, verbum cum de creaturis dicitur temporales motus desi- gnare: sed de Deo dictum non dicit nisi esse sub- stantivum sine motibus temporis, qui abiciant aliquid in præteritum, & expectent aliquid in futurum. Et huius dicti ratio est, quod tales sunt mensuræ, quales permittit natura mensurati: & ideo cum creatura secundum aliquid in potentia sit

vel in substantia, sicut generabilia, vel in affe- ctione, vel conceptis, sicut Angeli & intellectu- lia creata, & sic non sit simul stans totum esse eorum: oportet quod verba cuiuslibet temporis dicta de creaturis temporales significent motus. Esse autem divinum nullo modo in potentia est, neque secundum substantiam, neque secundum concepta, neque secundum affectiones: sed totum stans simul *Iaco. 3.* Apud quem non est trans- mutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Et ideo verba dicta de ipso non significant motus temporales, sed exponi possunt sicut dicit *Hierony- mus*, est quod nunquam deest. Erat quod nunquam deest. Erat quod nunquam deest. Fuit quod nunquam defuit. Et sic per accidens referuntur ad tempus quod sub æternitate in temporalibus fuit: sicut etiam ipsa æternitas nulli unquam præterito defuit, nec vlli deest præteriti, nec vlli unquam futuro deest: & hoc est quod intendit *Augustinus*.

Sed tunc queritur, quare æternitatem vocat principium? Sed ad hoc dicendum est, quod sicut in his quæ sunt composita compositum semper à simplici principiat, & mobile ab immobili: ita esse fluens, non totum simul existens, sed po- tentis extensum, principiat ab esse simplici quod totum simul stat, & potentis non distendi- tur. Et sic etiam mensura simplex tota simul exi- stens, principium est mensuræ per potentias di- stentæ, sicut est ætatem: & est principium mensuræ fluentis, sicut est tempus. Unde in *de consolatione Philosophiæ lib. 5.* dicit *Boetius*: Qui tem- pus ab ætate, hoc est, ab ætate, ire iubet. Et sic æternitas simpliciter est principium.

Sed tunc queritur iterum, quare *Ioannes* in æternis vltus est verbo præteriti temporis imperfe- cti? hoc enim sua imperfectione maxime videtur repugnare æternitati? Sed ad hoc dicendum se- cundum *Anselmum*, quod quamvis verbum præteriti imperfecti temporis imperfectionem significet actio- nem: tamen in suis componentibus habet vitæ que ea quæ æternitati magis conveniunt præteri- tum enim imperfectum includit & continet præ- teritum & præsens: præsens autem quod solum existentiam habet in ipso, convenit magis ætate præteriti propter existentiam in substantia ipsius nunc acceptam: præteritum autem inter ipsa so- lum est necessarium, & hoc convenit æternitati necessitati: & ideo ratione horum componen- tium vitur eo *Ioannes* ad æternitatem signifi- candum: & hoc est quod dicit [& verbum erat apud Deum] *Augustinus*, ut alius apud *Alamum*. Et ideo in hac propositione distinctio personarum Patris & Filij designatur: hoc autem in per præpositionem notionalem interpositam quæ est, apud.

In hac enim tria consideranda occurrunt, scilicet, quia præpositio est, & quia hæc præposi- tio est, & quia [ut dicit *Priscianus*] non habet adverbij localitatis. Quia ergo præpositio est, tran- sitiva est: & aliterem & diversitatem notat inter ea, quibus apponitur, sicut inter verbum & Deum: & cum aliterem in Deo non esse possit, nisi per- sonarum secundum relationem originis distinctio- rum, oportet quod talis aliterem sit non Verbum & Deum, unde solvitur quæstio quæ hinc posset, quod cum Deus sit substantia & essentia de- signet, virtute cuius, hic tractatur ad standum pro

persona: hoc enim sit per præpositionem notiona- lem, sicut cum dicitur, Deus de Deo: vel Deus generat Deum. Quia sit per verbum notionale aliquando: & aliquando per præpositionem ad notionem pertinentem virtute transiitionis & di- versitatis, quam designat præpositio. Cum ergo Verbum supponat Filium ut dictum est: quia [ut dicit *Augustinus*] eo verbum est, quo filius est: ead- em ratione oportet de necessitate quod Deus sit pro Patre.

Si autem queritur, quare non dicat Verbum erat apud substantiam Dei vel essentiam? Dicit de- ber quod Deus (ut dicit *Damasceus*) dicit deita- tem & substantiam & essentiam divinam secun- dum modum intelligendi, qui est in nomine ut in habente: substantia autem & deitas & essen- tia dicunt naturam rei absolute: & quia habens deitatem & naturam in divinis est persona: ideo hoc nomen Deus, convenientius ponitur pro persona, quam aliquod aliud nomen essen- tiale.

In quantum autem est hæc præpositio, sic signat immediationem, & intelligitur quod Verbum immediatum est Patri secundum naturam processum: ita quod inter paternum intellectum & Ver- bum nihil est medium secundum naturæ ordinem, ut dicit *Augustinus*, quo aliter est ex alitero: non quo aliter prior altero, *Ioan. 8.* Qui misit me, mecum est: & sic Filius virtus est Patris & sapientia: quia illa immediata sunt intellectui universaliter agenti. *Cor. 2.* Christum Dei virtutem & Dei sapien- tiam. Quia enim verbum est, sapientia est: & quia operativum est, virtus est. *Ioan. 5.* Pater meus vltus modo operatur & ego operor.

In quantum autem est habens vim adverbij localis sic notat admodum in re actualium, cum præ- positivum dicitur enim quod miles est apud Regem, & non dicitur quod Rex sit apud militem, & sic notatur admodum in Patre, quamvis nulla indi- catur notetur in Filio. Sic ergo dicitur Verbum esse apud Deum. Si tunc queritur, quare non dicit, Verbum erat apud principium, ut teneat eundem modum loquendi quo *Chrysostomus* fuerat? Sed ad hoc bene valde respondet *Chrysostomus*, quod sapientibus loquens incipit a verbo cuius notat præ- positionem eis notam præpositam, in principio intellectivo, quod primum principium est, erat verbum, sicut & Philosophi consueverunt. De- inde ex illa paulatim fidem inducens loco prin- cipij ponit Deum, & ideo hæc præpositio quasi trahitur ex priori: ex qua etiam manifestatur or- do eorum admodum. Si enim in principio con- sideratur esse Verbum cum creatura novum sit, quod principium illud erat Deus: quia novitas præ- positio indicat non esse, sed esse quod erat apud Deum, ut alius apud *Alamum*, ut non de aliis apud aliud, cum Verbum primum intellectivo sit, & præ- positio præposita præteriti, non est aliud locum, quæ indicat non esse, quibus ab ipso habet admodum relationem: ex hoc ergo apud Verbum præteriti. Per hoc ergo confirmatur sententia *Chrysostomi*, quæ in Deo non esse admodum esse notatur: hoc ergo est quod dicit [& Deus erat Verbum] Hoc significat, Erat, ut ibi dicit *Sapientia*, Ego etiam aliterem præteriti, præteriti non esse omnino creaturam. Non enim de- cuit, ego, nisi Verbum esse substantiam & personam demonstrat.

demonstrata ad intellectum, ad quam esset vnicus intellectus, sicut ad rem per se existentem. Nec diceret, ex ore: nisi ab ore dicentis intellectus procederet. Nec diceret, Altissimi: nisi in Patre designare vellet auctoritatem. Nec diceret, prodij: nisi intellectualem designaret processionem & relationis distinctionem. Nec diceret, primogenita ante omnem creaturam: nisi notaret ordinem causæ ad causatum processionis æternæ sine personæ ad processionem temporalem creaturæ à creatore.

Quæritur, cum ista quæ dicit Ioan. probari possint per rationem, sicut iam in antecedentibus patuit, quare Ioan. ista non probauerit? Et hæc est quæstio Chryso. præcipue cum sapientibus loquatur, vt prius dictum est, & dicat Apst. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Confirmatur autem hæc quæstio per hoc quod dicit August. quod hæc verba accipiuntur etiam de libris Platonis in quibus sensus horum inuenitur verborum: cum Philosophi nihil dixerint sine probationis ratione. Ad hoc autem respondet Chryso. his verbis. Ioannes diuina enuntians, & non humana ratione probans dicit, vt non excogitationem esse credamus quæ dicit: quia excogitationes hominum fallaces sunt & inanes: si enim demonstrationem induceret, fidem impediret, vt in ante habitis diximus. Præterea veritatem diuinam per rationem humanam probaret, & sic primæ veritati propter se non assentiretur, quod esset absurdum: & ideo non demonstrat. Persuasiones autem ex similitudinibus & congruentiis non potuit ponere: quia illæ sequuntur fidem iam fundatam: & ante fidem nihil valent, vt dicit August. in Proemio. l. 7. Nisi crederetis, non intelligeretis. Et ideo hæc sicut inspiratus, simpliciter accipienda denuntiat: & hoc est quod dicit.

Et Deus erat Verbum] Tertia propositio denotans Verbi cum Patre consubstantialitatem: vt sit sensus. Verbum erat substantialiter Deus. Attende autem quod quocumque modo constructionis ordo vertatur, semper est vera propositio. Si enim verbum sit ex parte suppositi, & Deus ex parte apppositi: vera est: quia verbum est Deus: & sic persona subiicitur, & substantia diuina sic prædicatur: qui ordo subiectionis & prædicationis generalis est & artificialis in omnibus: quia de natura suppositi (cuius agere & pati est proprium) est quod subiicitur: & de natura substantiæ formalis & essentialis est prædicari, sicut cum dicitur, Somnus est homo. Si autem Deus subiicitur, & verbum prædicatur: tunc iste ordo constructionis specialis est in diuinis personis: & denotatur per eum quod eiusdem simplicitatis est persona, cuius est essentia, & nihil est in persona nisi essentia diuina: & ideo vtique subiicitur, & apponitur vtique: & sic excluditur error eorum, qui dicebant personas vt substantias & compositas & particulatas debere subiici & non prædicari: & non substantias, qui error tangitur in 1. sent. d. 17. & 18. Et dicitur per verba August. cum tam persona quàm essentia sine natura in diuinis eisdem sint simplicitatis.

Sed tunc quæritur, quomodo in locutione possumus trahere hunc terminum, Deus, vt fundatur pro substantiæ, cum in præhabitis supponit pro personæ?

Sed hoc soluitur plane dicendo, quod Deus pro certo de natura proprii significati supponit substantiam: sed vt dictum est, per præpositionem notionalem in præcedenti propositione cogitur ad standum pro personæ: & ideo cum in ista tertia propositione talis non sit præpositio, nec aliquis alius terminus notionalis, relinquitur naturæ suæ propriæ, per quam supponit essentiam: & sic relinquitur, quod Deus est Verbum essentialiter & non differens per essentiam à Deo Patre, qui est totius deitatis principium. Ioan. 10. Ego & Pater vnus sumus. & 17. vt sint vnum: sicut & ego & tu Pater vnus sumus.

Sed tunc quæritur, quare hic de essentia loquens vtitur verbo præteriti imperfecti temporis, cum alibi de æternitate loquens, verbo præsentis temporis vtatur. Ioan. 8. Antequam Abraham fieret ego sum: Sed ad hoc in præcedentibus fere responsum est quantum est de ratione præteriti imperfecti, quod medium est inter præsens & præteritum, includens vtique extemporum & participans: & confirmatur hoc per Anselmum in libro de concordia præscientiæ liberi arbitrii: vbi sic dicit. In hoc siquidem magis similia sunt æterno præsentis temporaliter præterita, quam præsentia: quoniam quæ ibi sunt, nunquam possunt non esse præsentia: sicut temporis præterita non valent vnquam præterita non fuisse: præsentia vero tempore omnia quæ transeunt fiunt non præsentia. Vt ergo significet immutabilitatem accepit aliquid de præterito, & vt significet existentiam accepit aliquid de præsentis: & hoc colligit simul in consignato præteriti imperfecti. Eram autem est verbum substantiuum, quod significat substantiam vt actum: & hoc propriè conuenit personæ, quando prædicatur substantia de ipsa, vel e contra. Sed Ioan. 8. Iudæis loquens, qui negabant suam æternitatem, vtitur verbo præsentis, vt notet quod nihil transit de sua æternitate, sed tota stet simul. Psalm. 103. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt.

Verbum autem adhuc ponit & non filium propter quinque causas, quarum tres ponit Chryso. & duas August. Prima equidem Chryso. hæc est: vt simplex generatio intelligatur esse. Secunda, vt intelligatur esse sine concupiscentia, spiritalis & intellectualis. Tertia autem vt intelligatur sine distantia genitoris & geniti: quia primum verbum indistincte manet in intellectu se manifestante: filius autem semper non indistincte manet in parte in omnibus in quibus est pater & filius. Hæc autem verba Chryso. facile est intelligere ex præcedentibus. Vna autem ratio quam dat August. est, quod per verbum expressa similitudo intelligatur genitoris & geniti, quæ semper est inter intellectum agentem, & verbum quo dicit se. Dicit enim August. quod cum mens dicit se, nihil minus est in verbo quam in ditente: hoc autem semper non est inter patrem & filium. Secunda autem ratio est, quod cum Ioan. totam virtutem processionis qua Filius procedit à Patre vellet declarare, & Filius non præcedit Patrem vt Filius, sed vt ars Patris & sapientia Patris rationibus viuentibus eorum, quæ sunt: quod hoc modo melius significatur per verbum, quod est ars & similitudo causantis intellectus, quam per nomen filij, qui non dicit nisi ad patrem.

item similitudinem & relationem.

Dicunt quidam etiam sextam huius rationem, quia verbum ostendit tres comparationes vel quatuor, quibus hoc manifestatur Verbum increatum: quarum vna est ad dicentem, & sic in principio erat Verbum. Secunda est comparatio ad corporalem vocem, quam formatione spiritus creati induit, & sic similitudinem ponit ad carnem assumptam, quando Verbum caro factum est. Tertia autem comparationem habet ad ea, quorum causa idealis est in intellectu actiuo primo, & sic dicitur, quod omnia per ipsum facta sunt. Quartam ponunt etiam in hoc, quod verbum nomen est per quam eruditio fit, & sic verbum est lux mentium & Angelorum & hominum. Nomen autem filij non dicit nisi comparationem primam: & sic conuenientius ponit nomen verbi, quam filij. Hoc est ergo quod dicit. Deus erat Verbum. Et sic condemnatur hæresis Arii qui (sicut in libro Arii legitur) dixit Filium non esse Deum; sed virtutem quandam ante totum mundum creatam, per quam sicut per quoddam instrumentum fecit Deus mundum & omnia, quæ sunt in mundo. Quia si hoc esset verum, sequeretur quod hæc propositio non esset vera: Deus erat Verbum: quod falsum est.

Hoc erat in principio apud Deum] Hæc est quarta propositio per quam enuntiat æqualitas maiestatis & æternitatis Patris, & Filij: hoc] inquam, & non aliud [in principio] quod est æternitas [erat apud Deum] Nec excluditur hic Spiritus sanctus, sicut dixerunt Nestorius & Eutyches hæretici: & Paulus Samocetens, qui dixerunt Spiritum sanctum esse seruum, & in aere filij insufflato in Discipulos formatum: quia constat quod principium primum diligit Verbum consubstantiale sibi, quod est spiritus manifestatum: & hic Spiritus dilectionis est intra primum intellectum, sicut & Verbum nec vnquam est processio Verbi sine processione talis dilectionis: & sic neutrum eorum est extra primum intellectum formatum.

Sed tunc quæritur, quare Ioannes non facit statim à principio mentionem Spiritus sancti? Ad hoc autem dicendum, quod illo tempore non fuit error circa processionem Spiritus sancti: tamen in consequentibus expressam mentionem facit processionis Spiritus sancti. Ioan. 14. dicens: Spiritus qui à Patre procedit, &c. Adhuc autem quæritur, cum in principio primæ propositionis principium stet pro Patre secundum litteralem expositionem, quid facit quod hic stat pro æternitate? Ad quod dicendum est, quod hoc accipitur ex modo loquendi. Cum enim præpositiones transitivæ sint, oportet quod aliqua secundum modum loquendi notetur inter suppositum pronominis, & suppositum per hoc nomen Deus, & suppositum per hoc nomen principium, diuersitas: & cum per pronomem de necessitate supponatur verbum, & non sit diuersitas vel ætetas inter verbum & diuinam essentiam: oportet quod hoc nomen Deus, stet pro personæ Patris, quæ ætatem & distinctionem habet ad suppositum Verbi: & sic per virtutem præpositionis, in principium stabit pro æternitate, quæ licet secundum rem non differat à diuina essentia vel personæ, tamen notat differentiam in modo significandi: cum Verbum & Deus dicuntur esse in principio: quia dicit Phil.

D. Alberti Magni, in D. Euang. Ioan.

Iosophus, quod nihil est in seipso: & sic Verbum & Deus sunt simul in principio: sicut in mensura sui esse: & hoc est æternitas. Principium ergo hic stat pro æternitate, cum dicitur: hoc erat in principio apud Deum. Prima enim causa, sicut diximus, est agens intellectus, cui ad facere sufficit Verbum & Spiritus qui procedit: & deducitur forma idealis Verbi in facta: & hoc notatur in Psalm. 31. vbi causam efficientem & sufficientem describit dicens: Verbo Domini caeli firmati sunt: & Spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Hoc est ergo quod dicitur: Hoc erat in principio apud Deum. Notatur ergo per hanc propositionem coæternitas & coequalitas Verbi, & Patris contra hæreticos Ebyonem & Porcyum, qui dicebant Verbum, Filium Iesum-Christum ante beatissimam virginem non fuisse: coæternam enim coequalia sunt in duratione: & coessentialia coequalia sunt in virtute & maiestate. Hoc est ergo quod dicit.

Sed quæstio incidit, ad cuius Verbi creati similitudinem hoc Verbum sumatur magis? Dicit enim Damascenus, quod verbum creatum multis modis dicitur. Dicit enim sic: Verbum est naturalis intellectus motus, per quem mouetur & cogitur; velut lux eius, ens & splendor. Verbum rursum est quod nondum profertur, sed in corde enuntiat. Rursum verbum est angelus sine nutius intelligentiæ eius quod enuntiat alteri, quod in cordis intelligentiæ conceptum est vel affectum. Ad hoc autem dicendum secundum Augustinum in glossa, quod similitudine est verbo primo modo dicto: quia hoc est verbum simile intellectui, & æquale, & indistans, & cum ipso intellectui stans & manens: & est prima forma primum eorum quæ dicuntur: & formatum ab intellectu: & sunt hæc verba Augustini. Quando cogitas aliquam substantiam vnã & perpetuam, omnipotentem, vbique præsentem, vbique totam, nunquam inclusam: quando ista cogitas, hoc est verbum de Deo in corde tuo. Quæcumque dicuntur, soni sunt, syllabe sunt, literæ sunt: hoc verbum quod transit, sonat: quod autem signat sonus, & in cogitatione eius est qui dicit, & in intelligente qui audit, non transit: & ad modum illius stat, & non transit Verbum intellectus primi.

Adhuc autem quæritur virtus, cum verbum possit esse maius quam mens dicens verbum, sicut est quando est de maiori re quam sit ipsa mens dicens: & possit esse minus, sicut est verbum de minori re quam mens dicens: & possit esse de æquali, sicut quando tantum est verbum quantum est in dicente, sicut cum mens dicit se. Ad cuius horum verborum similitudinem sumatur? Et ad hoc dicendum per Augustinum in libro de Trinitate. l. 9. sic dicens. Nota quod minor est quam illud quod noscitur: & plene noscitur potest perfecta non est: si autem maior est, iam superior est natura quæ noscitur quam illa quæ nota est. Mens vero cum seipsum cognoscit non se superat notitia sua. Cum ergo se totam cognoscit, neque secum quæquam aliam, par illi est cogitatio sua. Et ad illius similitudinem sumatur Verbum increatum, cum in intellectu primum dicitur: Et si par est coæternus est, & coequalis est in tota virtute & maiestate. Et hoc est quod intendit.

Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.

Ad hoc autem dicendum, quod comprehendere dicitur multipliciter: vno modo dicitur totum intus claudere, sicut dicit *Augustinus in eodem libro* quod comprehenditur cuius fines circumscribuntur: alio modo dicitur comprehendere, per speciem aperte videre. *Phil. 3.* Fratres: ego non arbitror me comprehendisse. Sequor autem si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum. Tertio modo dicitur comprehendere, per fidem formatam veritatem tenere. *Eph. 3.* Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Primo ergo modo non comprehendit lucem istam aliqua creatura: secundo modo comprehendunt beati: tertio autem modo Fideles deuotissimo autem modo excæcati tenebrosi. Hoc est ergo quod dicit. *Vnde glossa.* Vt nec cæcus comprehendit solem super se lucentem: sed vt tenebræ comprehenderent, de beneficio & largitate luminis fuit, vt dicit *glossa.*

Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.

Hic incipit secunda pars libri, quæ est de manifestatione Verbi per proprietates processionis temporalis, qua procedit in creaturam rationalem ad sanctificandum eam: & diuiditur in duas partes secundum duo testimonia quibus manifestatur, quorum primum est testimonium factum per alium, & secundum est testimonium factum per seipsum. Et quamuis testimonium Verbi factum per seipsum maius sit testimonio factum per alterum, & sic prius videatur esse: tamen quoad nos & nostram inductionem ad verbum, testimonium factum per alium, prius est testimonio factum per verbum. *Vnde super illud Ioan. 5.* Ille erat lucerna, &c. dicit *Augustinus.* Sicut per lucernam venit ad lucem: ita per Ioannem venit ad Christum. Et hoc modo ordinantur partes istæ. Et secunda quidem incipit *secundo capitulo* Nuptiæ factæ sunt &c. Prior autem harum in tres diuiditur partes, in quarum prima commendatur testis & omni exceptione maior ostenditur: in secunda autem ex parte nostra necessitas testimonij inducitur *Ibi* [In mundo erat] Tertio autem ipsum inducitur testimonium *Ibi* [Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clarus dicens, Hic &c.] Prima harum partium diuiditur in tres partes, in quarum prima testis commendatur: in secunda finis missionis eius ostenditur & utilitas *Ibi* [Hic venit] In tertia testis ab eo cui fertur testimonium distinguitur *Ibi* [Non erat ille lux &c.] In prima harum commendatur testis à quatuor, quæ eum omni exceptione faciunt maiorem. Primo quidem à natura: secundo ab officio: tertio ab auctoritate mittentis: quarto à nomine & à nominis significatione. A natura quidem, cum dicitur [Fuit homo] Cuius nature facit mentionem propter tria, quorum primum est, vt nobis congruat: secundum est, vt falsam opinionem elidat: tertium, vt naturam ostendat.

Dicit ergo [Fuit homo] vt nobis & humanato Verbo (prout *gl.* innuit) congrueret: quia si alium testem humanatum Verbum ad homines haberet, testimonium eius non congrueret: quia ex homine testimonium non profertur. Ideo etiam Pontifex, qui præest hominibus in his quæ

ad Deum sunt, homo eligitur *Hebr. 5.* Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus: pro hominibus constituitur in his quæ ad Deum sunt. Secundo elidit falsam de Ioanne opinionem. *Vnde glossa* [homo] Non Angelus, vt heretici volunt. *Vnde sicut Ioannes de se sentit, vt dicit Greg.* ita de eo scribit *Ioannis Evangelista.* Quidam enim dicebant eum Angelum. Quidam autem Christum Deum: quia cum tantæ opinionis esset vt Christus vel Angelus putari posset: voluit magis veritatem confitens subsistere in se; quam in humana opinione rapi supra se. Et ideo dicitur [Fuit homo] Simile faciens Patriarchæ *Gen. 18.* Loquar ad Dominum meum: cum sim pulvis & cinis. Tertio dicit [Fuit homo] quia totus fuit homo, hoc est, rationalis intellectus & torus colens diuina: quod proprium est hominis & honor hominis. *Vnde in Psalm. 8.* Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum: tanti, supple, quia minuiisti eum Paulo minus ab Angelis &c. Dedit enim Deus illi imaginem sui intellectus: & gloria (luminis sui in veritate) & honore (virtutis eius in bonitate) coronauit eum. Quod præcipue conuenit Ioanni, qui bestiale nunquam aliquid commisit: sed imaginem diuinam in se bonis studiis exornauit. Sic ergo dicitur [homo] nihil vnquam animale vel bestiale committens: & ideo omni maior exceptione [missus] Ideo legationis suæ officium. *Ioan. 1.* Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem: hic est qui baptizat in Spiritu sancto. *Abd. 1.* Legatus ad gentes missus est. *Rom. 10.* Quomodo prædicabant nisi mittantur? [à Deo] Ecce auctoritas: non ab hominibus, vel per homines: sed ab ipso Deo. *1sa. 48.* Nunc misit me Dominus & Spiritus eius. *Exod. 3.* Dominus Deus Hebræorum misit me ad vos [cui nomen erat Ioannes] *glossa.* Non ab hominibus impositum, sed à Deo: quasi substantialiter datum. Totum enim quod Ioannes erat, gratia erat annuntiatio, conceptus, natiuitas, & vita tota. Et ideo quasi substantialis sibi erat gratia quæ in nomine significabatur. *1. Cor. 15.* Gratia Dei sum id quod sum &c.

Hæc expositio confirmatur per aliam translationem, quæ sic dicit [factus fuit homo, missus fuit homo, nomen eius Ioannes] *Vnde patet quod & factura & natura Ioannis & missio ad Deum referuntur. Et nomen hoc indicabat quod ex factura indicium erat illi. 1sa. 49.* Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. *Ierem. 1.* Priusquam te formarem in vtero noui te: & antequam exires de ventre sanctificauit te. De missione autem à Deo dicitur *1. Cor. 15.* & *Gal. 1.* Notum vobis facio Euangelium quod Euangelizarum est à merquæ non est secundum hominem: neque enim ab homine accepi illud neque didici, sed per revelationem Christi Iesuy. *Ierem. 1.* Ad omnia quæ mittam te ibis: & quæ mandaucto tibi loqueris ad eos. De hoc autem multa super *Luce* dicta sunt. *Vnde quia Ioannes finis est legis factorum quæ gratiam non conferebant: & initium est legis Christi quæ gratiam confert: ideo congruit ei nomen gratiæ. Mat. 11.* Lex & Prophetæ vique ad Ioannem. A diebus autem Ioan-

nis.

nis regnum celorum vim patitur: & violenti rapiunt illud.

Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum.

Ecce pars in qua agitur de fine aduentus Ioannis & utilitate. Tangit autem hic duo, scilicet, finem proximum aduentus eius qui est finis in ipso: & finem remotum qui est finis in alio. Primum est finis operis: secundus autem est finis intentionis, scilicet, vt omnes crederent &c. Primum finem tangit dupliciter, scilicet in conuincendo, & in speciali *Ibi* [Vt testimonium &c.] Dicit ergo [Hic] scilicet, Ioannes discrete & signanter demonstrans [venit] quasi dicat: quamuis multi ante eum venerint Prophetæ præuocantes auctorem salutis: tamen [hic] signanter [venit] quia (vt dicit *Hier.*) Cæteri tantum cœcitate varum cordis prælogo iubar affirmarum: quidem mundi scelus auferentem indice proditis. *Luce. 1.* Hic erit magnus coram Domino: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & vinum & licetam non bibet. Talis ergo & tantus [hic venit] in auctoritate mittentis. Ioannes enim auctoritate Dei venit tanquam mundi stupor & natura miraculum, in ostensione spiritus & virtutis. *Luce. 1.* Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Elize. Propter quod non à natura: sed ab actu virtutis & potestatis & sanctitatis Angelus dicitur *Mat. 3.* Ecce ego mitto Angelum meum, qui preparabit viam ante faciem meam. & statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis: & Angelus testimonij, quem vos vultis.

In testimonium [Ecce in conuincendo] tangit finem aduentus Ioannis, vt dicitur *Ioan. 5.* Vos misistis ad Ioannem: & ille testimonium perhibuit veritati. Sed obicitur. Lux cum sit manifestatiua sui ipsius, non indiget testimonio. Ad hoc autem dicendum quod hoc verum est, quod propter se non indiget testimonio: sed propter nostram infirmitatem, vt nos manducet ad lucem: *vnde Luce. 1.* Præibit ante faciem Domini parare vias eius. *Mat. 3.* Et conuerteret cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, & patrem Domino plebem perfectam *Luce. 1.*

Et tangit specialiter modum testimonij, dicens [vt testimonium perhiberet de lumine] quod licet in se sit manifestissimum: tamen noster intellectus est ad ipsum vt oculi vespertilionis ad lumen solis. Et ideo (sicut dicit *Diogenes*) Oportet quod luce sibi proportionata manducatur: & quoad hoc indiget testimonio. Quamuis enim lux corporalis se manifestet essentialiter, & ideo non indiget testimonio: tamen lux spiritualis se non manifestat nisi voluntarie & deuote: & ideo oportet habere mediatorem preparatorem ad ipsam suscipiendam. Adhuc autem: quia opus corporalis preparatus ad lucem in vna parte fulgentem, paratus est ad omnem lucem vndique fulgentem: sed non est sic in luce spirituali, quia licet videns est ad vnam veritatem, cæcus est ad aliam: & ideo ad vnam indiget manducate, sed non ad aliam. Adhuc (vt dicitur est) aliqua est proportio oculi corporalis ad lucem extrinsecam: sed nulla est proportio interioris oculi ad lucem

incircumscriptam, & ideo indiget confortante oculus interior. *Iob 36.* Omnes homines vident eum: vnusquisque intrabitur procul.

Sed adhuc obicitur, quia *infra 5.* dicit Christus. Ego ab homine testimonium non accepi: ergo frustra fuit & missio Dei, & aduentus Ioannis. Sed ad hoc dicendum, quod non propter se accepit testimonium: sed propter nos tale testimonium ordinauit: vt omnes crederent per illum ad fidem manducantem. *Mat. 19.* Ioannes baptizauit baptismo penitentiae populum, dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, vt crederetis. *Luce. 1.* Ad dandam sciendam la. p. 5.

Sed obicitur, quia non omnes crediderunt: & sic videtur frustra venisse: quia (sicut dicit *Phil. 2.*) frustra est quod est ad aliquem finem, quem tamen non consequitur. Ad hoc dicendum, quod iste est finis in alio. Et quamuis non semper consequatur propter impedimentum quod est in alio: tamen quia nihil omnino de conuincendo, non est frustra: sed habet finem. Exemplum est de medico non semper sanante, & de rethore non semper persuadente, de Angelo custode non semper effectum custodia, in alio conuincendo, & de Christo redimendo, à quo tamen non omnes redimuntur. Hoc enim est quod dicit in littera.

Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.

Hic patet distinctionem testimonij ab eo cui fertur testimonium: & habet partes duas. Primo ostendit hanc differentiam per propria testis: & deinde per propria Christi *Ibi* [Erat lux vera] Dicit ergo hic [Non erat ille] Ioannes [lux] Contra *Phil. 5.* Fuitis aliquando tenebrarum: autem lux in Domino. Ergo boni sunt lux. Sed dicitur quod boni sunt lux illuminata: sed alia est lux illuminans, quæ est Christus.

Sed contra. Dicit *Augustinus*, quod lux dicitur lumen in propria natura: & illa non est illuminata. Præterea *Mat. 5.* dicitur: Sic luceat lux vestra &c. ergo boni sunt lux illuminans, & non illuminata tantum. Ad hoc dicendum, quod duplex est lux: vna quidem prima quæ est boni lucis & illuminans non illuminata. Alia est lux vera: sed secundaria & à prima luce participata, & alioque consequetur illuminans: ideoque illuminans & illuminata: & hæc est lux perfectior, vixit, sicut Ioannis & aliorum: & hoc est luminare emanans lucem sibi infusam. *Phil. 2.* Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Verbum vite continentes. Prima est lux spiritualis per essentialiam: & de hac dicitur: Non erat ille lux. *Ioan. 1.* Confessus est & non negauit, quia non sum ego Christus. Item *Ioan. 3.* Ipse vobis mihi testimonium perhibetis, quod dicitur: quia non sum ego Christus.

Sed vt testimonium perhiberet de lumine [Lumen dicitur Christus: quia lumen est in alio: & Filius est de alio. Qui primum Verbum dicitur esse, modo dicitur lumen, quia illuminat ad fidei cognitionem. *Luce. 2.* Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebi suæ Israel. *1sa. 7.* Lumen testimonij: signa legem in Discipulis meis. *Vnde hæc lucerna manducit ad lucem propter nostri cordis infirmitatem.*

Erat

Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Tangit distinctionem per lucis vere proprietatem. Hoc totum fit ad excludendum de Ioanne falsam opinionem eorum, qui putabant esse eum Christum. Vera autem lux est, quæ non participat lux est. Illa est lux vera, non quod aliæ lucēs Sanctorum sint falsæ vel vanæ: sed quia sunt tenebris aliquibus immixtæ aut secundum naturam, aut secundum culpam. Verum enim opponitur falso in propositionibus: verum etiam opponitur vano in opinionibus: & verum opponitur phantastico in entibus: & verum opponitur misto in puris secundum naturam. Sicut dicimus verum aurum, purum, aliene nature non permixtum. Sic ergo [Erat lux vera] nullis tenebris & nulli opacitati permixta [quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum]

Sed contra: ergo omnes illuminantur: quod falsum est. *1sa. 6.* Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clauda: ne forte videat oculis &c. Ad hoc dicendum quod lumen est multiplex, scilicet, lumen nature: & lumen gratiæ: & lumen reuelationis secretorum: & lumen gloriæ. Et si hoc intelligatur de lumine nature (& sic intelligit beatus *1ob. 25.* Nunquid est numerus militum eius, & super quem non surgit lumen eius?) Tunc plane est verum quantum ad lumen cognitionis veri & boni concreari. *Psal. 4.* Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Si autem intelligatur de lumine gratiæ: tunc non videtur esse verum quod illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum: quia multi remanent non illuminati.

Si forte dicatur secundum *Augustinum* quod ideo illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quia quæcunque illuminantur, non illuminantur nisi ab eo. Ista videtur non sufficiens responsio. Quia posito quod tres homines illuminantur tantum à me per doctrinam, & nullus alius à quocunque alio illuminetur: secundum hoc esset vera. Ego illumino omnem hominem. Quod falsum est.

Et ideo dicunt quidam, quod accommodata est distributio: & si distribuit pro generibus singulorum, locutio vera est. Et secundum hoc dicitur illuminare omnem hominem: quia illuminat de singulis generibus aliquos, scilicet, nobiles ignobiles, senes cum iunioribus, & mares & feminas, & diuites & pauperes. Si autem fiat distributio pro singulis generum, dicunt quod falsa est locutio: & hoc modo non intelligitur. Et ponunt simile: sicut cum dicitur, hæc obstetrix omnes paruos excepit: posito quod nulla obstetrix fit in ciuitate nisi una sola. Hæc enim est vera pro generibus singulorum: quamuis multi forte parui singulares ab ea non excipiantur. Et est similis loquendi modus *Ecol. 36.* Omnem masculum excipiet mulier: cum tamen multi in singulari masculi à muliere non excipiantur. Et sic consuevimus dicere, quod omne animal fuit in Arca Noe: & quod omnis homo fuit in aureo seculo iustus.

Glo. tamen aliter exponit sic dicens: omnis ho-

mo dicitur illa natura in homine quæ ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Alia omnia, quæ sunt in homine, inferiores partes sunt hominis, & quodammodo sunt extra hominem. In illa, scilicet, anima superiori velut in quodam superiori mundo vera lux hæret: & in illum mundum venientes, per gratiam renascentes, illuminat. Quorum enim vita & conuersatio in cælis est, in alio mundo sunt. Hoc ergo *glo.* intendit, quod non sunt homines nisi qui ad superiorum mentis rationem conuertuntur qui cælestibus inhaerent: & illi omnes illuminantur. Et sic [omnem hominem] dicit pro eo, quod ad vere humanitatis pertinet integritatem: & quod ad illius integritatem non pertinet, non est de homine. Et sic omnis homo illuminatur: hoc est, totus homo: & nihil quod est, hominis remanet non illuminatum. Ceteri autem homines nō sunt sed animales, qui non percipiunt quæ sunt spiritus Dei. Et ideo *Psal. 48.* Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. *Dan. 4.* Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei. Et tunc planum est, quod dicit. *1sa. 60.* Surge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Surge, inquam, sursum te age ad superiora tui, in quibus oritur lumen diuinum. Vnde *1sa. 46.* Redite prauaricatores ad cor, hoc est, ad superiora cordis.

In mundo erat; & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.

Hic tangit necessitatem testimonij Ioannis, quæ est ignorantia Dei in mundo. Tangit autem duo, secundum quæ pars ista diuiditur in duas partes. In prima ostendit mundi ignorantiam & ingratitude: propter quæ oportuit dari testimonium. *Ecol. 36.* Da testimonium, quia ab initio creaturæ tuæ sunt. In secunda autem ostendit per oppositam gratiam fidelium ipsum cognoscendum & deuote recipientium, *Ibi* [Quorū autem receperunt eum]. Prima harum in duas diuiditur: nam primo ostendit, quam inconuenienter non est agnitus: in secunda ostendit quam ingrati à suis non est receptus *Ibi* [In propria venit]. In primo dicit tria, scilicet, signum per quod cognosci poterat: & signi causam & rationem: & mundi culpabilem ignorantiam.

De primo dicit [In mundo erat] Dupliciter enim erat in mundo. Primo, ab initio creationis mundi fuit in mundo per potentiam, præsentiam, & essentiam in eo quod (vt dicit *Augustinus*) per omnia opera sua significationis suæ sparsit indicia: Vnde *glo.* [In mundo erat] non vt pars eius, sed vt factor omnibus creaturis infusus, & vt regens quas fecit creaturas. *Rom. 1.* Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. *Sap. 13.* A magnitudine speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri.

Secundo modo vt dicit *Chryso. & Beda* [In mundo erat] id est, visibiliter factus in mundo. *Ioannis 16.* Exiui à Patre & veni in mundum. Non quidem locum mutando, quia vbique est: sed

sed tantum visibilis apparet. *Ierem. 23.* Cælum & terram ego impleo; Et tamen ideo locum non muto, sed carnem qua visibilis appaream assumo. De quo dicitur *Phil. 2.* In similitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo.

Et mundus per ipsum factus est. Quod secundum priorum expositionem ratio est, quare in mundo est per signa præsentis suæ. Omnia enim factor ex ratione & intellectu faciens, signa luminis intellectus sui relinquendo in mundo est. Quia mundi dispositio ostendit sapientiam mundi conseruatio ostendit continentem deitatem: & mundi perfectio ostendit bonitatem: & mundi magnitudo ostendit potentiam. *Gen. 1.* In principio creauit Deus cælum & terram. Hoc autem principium mundi est, quod est potens, continens & sapiens. *Psal. 101.* Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Secundum aliam expositionem dicit *Chry.* Ne opificem Verbum, coætaneum mundo existimes vel alicui creaturæ sicut dicunt hæretici superius inducti: ideo addit [Et mundus per ipsum factus est] quamuis in mundo per assumptam carnem appareat. *1sa. 44.* Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælum solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Hoc est ergo quod dicit.

Et mundus eum non cognouit. Huius secundum primam expositionem duæ sunt causæ, quarum vnā tangit *glo.* dicens, quia omnem sensum & omnem intellectum diuina lux excedit. Aliam causam tangit *Apost. Rom. 1.* dicens: Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt & gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Prima ergo sumitur secundum cognitionem simplicem intellectus, quem excedit lux diuina: & hoc significatum est *Exod. 19.* vbi dicitur, quod Moyses accessit ad Deum in caliginem. Non enim in caligine est, qui (sicut dicitur *1. Tim. 2.*) lucem inhabitat inaccessibilem. Sed caligo est, quia ipse nosse intellectus inaccessibilem lucem intuens, tenebris obopulitur: sicut oculus corporeus tenebris inuoluitur ad rotam solis. *1ob. 37.* Ostende nobis quid dicamus ei: nos quippe inuoluimur tenebris. Alia autem causa, quam ponit *Apost.* sumitur secundum notitiam beneplaciti. Quando enim homo diuina videt & cognoscit, & non approbat per deuotionem tunc in diuersas phantasias euascescit: vnde *Rom. 1.* Obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se ipsos sapientes stulti facti sunt. *1. Cor. 2.* Quia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Mundus autem dicitur hic mundani, per studium & amorem in mundum infertorem habitantes: vnde *glo.* [mundus] hoc est, mundi dilectores: quia omnes creature, Angeli scilicet, & elementa suam creatorem cognouerunt: sed homo minime. Et alia *glo.* Non quod mundi creatura Deum non cognouerat: sed homo qui in mundum, mente mundum amando, descendit [non cognouit]. Secundum aliam *Chryso. & Beda* expositionem [Mundus] sicut eodem modo pro dilectoribus mundi accipitur, qui Christum in gloria mundi non venientem non cognouerunt. *1sa. 53.* In humilitate iudicium eius subleuatum est. Et *1ob. 3.* Quasi absconditus est vultus eius & aspectus.

Baruch 3. Filij Agar exquirunt prudentiam. *D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.*

quæ de terra est &c. sed viam sapientiæ nesciunt; nec commemorati sunt senectus eius. Agar autem interpretatur, vigilia solennitatis: & filij eius sunt, qui se parati in hac vigilia vitæ huius ad mundi huius solennitatem celebrandam.

In propria venit: & sui eum non receperunt.

Hic ostendit quod ingrati à suis non est receptus: & dupliciter exponitur secundum duas *glo.* *Augustini & Chryso.* Prima dicit [In propria venit] in mundum, qui suus est sicut & cætera sua sunt. *Psal. 23.* Domini est terra &c. [Et] sic [sui] id est mundani, in quibus nemo ius habuit nisi ipse [non receperunt eum] etiam principaliter in carne, vel per nuntios venientem. *1ob. 21.* Dixerunt Domino Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Vel secundum *Chryso.* [In propria venit] hoc est, in Iudeos, qui sui proprij erant: quia ex semine David natus erat Rex eorum secundum carnem, & ex eis carnem accepit, & ab antiquo Deus populo illi legem posuit, & promissa implent & adhibuit. *Rom. 15.* Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. *Deut. 26.* Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris. *Psal. 75.* Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius [et sui] omnibus diuersis modis existentibus. *Psal. 115.* O Domine quia ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ [eum non receperunt] per fidem & approbationem. *1sa. 30.* Dixerunt videntibus, nolite videre. Et *1ob. 30.* Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auerte à me viam, declinate à me sententiam, cesser à facie nostra sanctus Israël. *1sa. 1.* Filios nutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. *2. Tim. 20.* Hic est hæres, venite occidamus illum, & nobis obtingat hæreditas. *Ioan. 5.* Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me.

Quorū autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Hic ostendit gratiam & gratitudinem fidelium verbum in mundo cognoscentium & recipientium. Et secundum *glo.* diuiditur in duas partes, in quarum prima dicitur, quod per meritum cognitionis & receptionis Verbi accipiunt potestatem filiationis diuinæ: in secunda autem secundum *glo.* ostenditur qualiter illam potestatem accipiunt *Ibi* [Et Verbum caro factum est &c.] In prima harum tangit tria, scilicet, quod merito potestatem filiationis Domine accipiunt: secundo specificat modum premij: tertio ostendit modum generationis quo filij Dei efficiuntur. Secundum *Ibi* [His qui credunt] Tertium *Ibi* [Qui non ex sanguinibus] Dicit ergo quod quamuis mundus mundane viuens, & sui per naturam, alieni per culpam. *Psal. 17.* Filij alieni meriti sunt mihi. Quamuis, inquam, illi non receperunt tamen quidam pauci excellentes veri receperunt eum. Quorū autem [sine peccatorum acceptance] de Iudeis & gentibus. *Mat. 10.* In veritate conueni quia non est peccatorum acceptio Deum sed in omni gente, qui timet Deum, & operatus est iustitiam, acceptus est illi *Mat. 23.* Non est Iudæus, neque Græcismus est seruus, neque liberis est masculus, neq; femina.

Omnes enim vos estis vnum in Christo Iesu [re-
ceperunt eum] per consensum ad fidem. Hoc
enim est liberi arbitrij, & illud requirit Deus à
nobis : quia aliter ponerebimus obicem spiritui
sancto, & essemus ficti. De quibus dicitur *Sap.*
1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, &
subtrahet se à cogitationibus quæ sunt sine intel-
lectu. *glo.* [quotquot autem receperunt eum] per
fidem, sine iudei, siue gentiles [dedit eis potesta-
tem] Ecce tangit modum præmij collocati in gra-
tia præsentis : quia recipientibus se in donis sem-
per occurrit Deus. Dicit ergo [dedit eis] per
gratiam & munera virtutum. *Esib. 2.* Largi-
tus est munera iuxta magnificentiam principalem
[potestatem] completam, quæ est ex habitu gra-
tiae infusa: quia ex natura quidem habent habili-
tatem, sed ex gratia infusione plenam & com-
pletam accipiunt potestatem [filios Dei fieri]
hoc est, quod fiant filij Dei. Hoc enim fieri est
generationis divinæ, quo primo mouemur per
consensum. Secundum, acceptum donum gratiæ
quod dat facultatem. Tertium est, quod moue-
mur ad opus bonum & meritum, per quod effi-
cimur opus diuinum facientes. Et in hoc com-
pleta est filiatio Dei & forma Dei in nobis. *1. Ioan. 3.*
Videte qualem charitatem dedit nobis
Deus : ut filij Dei nominemur & simus. *Rom. 8.*
Ipse Spiritus testimonium reddidit spiritui nostro
quod somus Dei filij, & hæredes : hæredes quid-
em Dei; cohæredes autem Christi. Hoc autem
fit per gratiam adoptionis, & præcipue per fidem
formatam, quæ est fundamentum in nobis om-
nis boni. Et ideo meritum istud specificat
dicens.

His qui credunt in nomine eius] hoc est, qui
credendo tendunt in nomine eius. Nomen est
quod notam facit intus, & similitudine sua intus
afficit, & se pingit, & sigillat in mente. Hoc
est nomen ut dicit *glossa*, est Emanuel, quod
est, nobiscum Deus, hoc est, Deus in homine :
quia forma Dei in homine facit hominem filium
Dei. *Gal. 4.* Filij mei, quos iterum parturio,
donec formetur Christus in vobis. *Psal. 81.*
Ego dixi diis estis, & filij excelsi omnes. Sicut
enim forma Dei in homine Christum fecit Filium
Dei per naturam, & vnionem in esse : ita hæc
forma contincta in nobis per fidei deuotionem
facit nos Dei filios per adoptionem. *Gal. 3.*
Omnes vos filij Dei estis per fidem in Christo
IESU.

Qui non ex sanguinibus, neque ex
voluntate carnis, neque ex voluntate viri:
sed ex Deo nati sunt.

Tangit hic modum istius diuinæ generationis :
& tangit duo : primo enim excludit modum ge-
nerationis carnis, & deinde concludit modum
verum. Dicit ergo [Qui] scilicet, filij Dei [non]
sunt nati [ex sanguinibus] hoc est commissionem
femini, scilicet, viri & mulieris : sicut homines
omnes carnaliter nascuntur præter Adam, Eua &
Christum, in quibus fuit diuina generatio. *Sap.*
7. Coagularis sum in sanguine ex semine homi-
nis, & delectamento foetini conueniente. In qui-
bus feminibus semen viri est formans, & semen
mulieris est formatum [neque ex voluntate car-
nis] Tangit mouens ad generationem carnalem
ex parte mulieris, quæ caro dicitur propter mol-

litiam & infirmitatem, hoc est, ex concupiscentia
carnali mulieris mouentis [neque ex voluntate
viri] hoc est, voluntaria libidine virum ad gene-
randum mouentis. Ex quibus libidinibus (vt di-
cit *August.*) tanquam ex filia peccati nascitur
peccatum originale in parvulo. *Psal. 50.* Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum, & in pec-
catis concepit me mater mea [sed ex Deo] inter-
ius formante [nati sunt] Et est modus genera-
tionis veræ. Omne enim quod natum est ex Deo,
sine peccato est, vt Adam & Eua & Christus.
Ioan. 3. Quod natum est ex carne, caro est; &
quod natum est ex spiritu, spiritus est. *1. Per. 1.*
Renati non ex semine corruptibili; sed incorru-
ptibili per Verbum Dei vni & permanentis in
æternum. *1. Cor. 1.* Voluntariè genuit nos Ver-
bo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ
eius.

Et Verbum caro factum est, & habi-
uit in nobis.

Hic ostendit qua facilitate homo efficitur filius
Dei, & Deus. Vnde *glo.* continuans sic dicit : Vt
autem securè credamus homines nasci ex Deo,
subdit Deum nasci ex homine. Ex hac enim su-
sceptione infirmitatis sanatur nostra infirmitas,
vt possimus dii vel filij Dei fieri.

Et hoc est [Et verbum caro factum est] Quod
superius est, inferius descendit : quid mirum si
quod inferius erat, in id quod superius erat ascen-
dit? Et iterum alia *glo.* [Verbum caro factum est]
quasi diceret : si Deus est homo factus, credi de-
bet quod homo fiat Deus. Et si Deus homo fa-
ctus venit in mundum, & homo factus Deus
ascendit in cælum. Ex his *glo.* accipitur quod re-
de facta est superior diuisio. Et secundum hoc duo
dicuntur in Verbo, quorum primum est, vnde est
istius generationis congruitas : secundum est, vnde
est istius generationis plena facultas [Et vi-
dimus gloriam eius &c.] Circa primum duo di-
cit: primo enim tangit vnionem per quam genera-
tionis est congruitas : secundo autem tangit mo-
dum istius vnionis. Dicit ergo [Et verbum] Con-
tinuatio patet ex *glo.* quasi diceret, congruum est
dare hanc potestatem renatis : quia & Verbum
diuinum æternum diuina facturum [Verbum caro
factum est] hoc est, homo factum est. Cum au-
tem de verbo & vita & luce supra fecit mentio-
nem; nec dicit, vita caro facta est vel lux, quia
illa nomina essentialia sunt, & incarnatio ad so-
lum Filium habet referri. Non autem dicit, Fi-
lius caro factus est, vt dicit *Chrysost.* ne carnalem,
quæ exclusæ est à diuinis, æstimes generationem.
Supernaturalis enim generatio concipitur, quæ
primo cor obtinet & spiritum, & deinde totam
carnem mundando & sanctificando trahit in spi-
ritus obsequium, & sui societatem : & sic etiam
eayo sanctificata efficitur templum Dei. *1. Cor. 6.*
Glorificate & portate Deum in corde & corpore.
Ibidem. An nescitis quoniam corpora vestra
templum sunt Spiritus sancti? Et sic etiam Ver-
bum sibi eadem vnuit in vtero Virginis benedi-
ctæ. Vnde *Ambr.* Virgo verbo concepit, vir-
go peccatis, virgo peperit regem omnium regu.
Iste autem modus facturæ non importatur in no-
mine filij, & ideo non dicit, Filius caro factus est.
Si autem Queratur, quare solū Verbu caro factū est,
& non Pater, vel Spiritus sanctus? Ad hoc mul-

te sunt assignate rationes, quantum prima est
August. Quia si alia persona quam filius esset
vni carni, hæc esset filius Virginis benedictæ,
& esset Deus personali proprietate vnionem ha-
bens ad carnem; & sic duo filij essent in trinitate:
quod est inconueniens. Secunda est eadem,
quia sicut per filium (qui est & verbum & per Pa-
tris) est facta creatio; sic per eandem personam
debet fieri creatio; quia eiusdem forme est fa-
cere & perficere & perficere quando reformatur
opus. Tertia ratio, quia per opus redemptionis
adoptamur in filios Dei; non autem potest fieri
adoptio in filium nisi per filium naturalem; vn-
de secundum leges impotens generare (vt qui
numquam habuit filium) non potest adoptare.
Col. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, &
transiit nos in regnum filij dilectionis suæ. Et
istæ rationes de isto sufficiant. Dicit ergo, [ver-
bum caro factum est.]

Cum autem factum, sit terminus fieri non cadit
factum nisi super id quod terminat fieri; & sic
virtute locutionis verbum videtur esse factum;
quod falsum est, cum sit æternum. Ad hoc comuni-
ter dicitur, quod fieri & factum non cadunt in ver-
bum, sed assumptio tantum : quia assumens est
ante actum assumptionis; & ideo dicitur quod est
sensu [Verbum caro factum est] hoc est, per
assumptionem factum est, quod verbum est caro.
Sed contra hoc obicitur : Quia cum caro dicat
naturam & non personam : & humana persona
non sit natura humana, sicut nec persona humana
est natura diuina, quia dicit *Bernardus* quod assu-
mens non est assumptum : tunc videtur hæc locu-
tio esse falsa [Verbum caro factum est] quia hoc
falsum est, quod verbum est caro. Sed ad hoc
Hiero. conuenienter dicit quod est figuratiua lo-
cutio, & per synecdochon intelligitur caro homo:
vt sit sensus [Verbum caro factum est] hoc est,
per assumptionem factum est, quod Verbum est
homo.

Sed tunc iterum queritur : quare pro homine
ponit infirmiore partem hominis & non di-
gniore, quæ est anima, sicut *Gen. 46.* Omnes ani-
mæ quæ exierunt de seniore Iacob? Ad hoc ite-
rum conuenienter dicitur, quod Verbum incarnatum
duo fecit : quia per visibile deduxit ad inuisibi-
lem Dei noticiam; & per dolores passionis sana-
uit infirmam & sanctam peccatis naturam : &
ideo in incarnatione nominatur illa pars quæ ma-
gis est visibilis, & magis est passibilis doloris, &
hæc est caro. *Ist. 40.* Omnis caro formum, &
Ibidem. Videbit omnis caro pariter quod or Do-
mini locutum est. *Gen. 6.* Non permanebit
spiritus meus in homine in æternum, quia ca-
ro est.

Sed tunc iterum queritur, Quare non dicit,
Verbum est caro : vel Verbum est vnum carni :
vel Verbum est mutatum in carnem? Respondio.
Nullum eorum conuenienter dicitur. Quia per
primum non importatur assumptio carnis per vir-
tutem locutionis : sed tantum existentia carnis, &
essentialis prædicatio carnis de Verbo. Et hæc
falsa est prædicatio : quia sicut dictum est, natura
humana de persona non prædicatur. Secundus
autem modus loquendi ambiguitatem generat :
quia non quocumque modo Verbum vnum est
carni, sed modo associationis tantum in persona.
Quando autem proprie sumitur vnio : tunc (sicut

dicit *Bernardus*) vnio est vnium. Tertius autem
modus loquendi simpliciter est falsus : quia Ver-
bum in assumptione non est mutatum; & ideo opti-
me dicit [Verbum caro factum est] Vnde *Aug.*
in Iste de trinitate. Sicut Verbum nostrum quodam-
modo vox corporis fit eam assumendo, in qua ma-
nifestatur sensibus hominum : sic Verbum Dei
caro factum est assumendo eam, in qua & ipsam
manifestatur sensibus hominum. Et sicut Verbum
nostrum fit vox, & non mutatur in vocem : ita
Verbum Dei caro factum est, nec fuit mutatum
in carnem. Hoc est ergo quod dicit, Verbum caro
factum est.

Et habitauit in nobis] Hoc ideo dicit, quod in-
conspicua & intranstrata dicatur natura assumpta.
Sensus enim est [habitauit in nobis] hoc est, in
nobis. Si enim conspicebatur natura & perso-
na (cum nulla sit permissio inuisionis) nec esset
ibi natura diuina pura : nec humana natura pura :
sed tertium mixtum ex vniisque : & sic non habi-
taret in nobis. Si autem essent transmutate in
aliud : iterum in veritate suæ nature non essent
transmutate. Vnde Nicæna synodus : quod nec
commissionem passus est, nec diuisionem. *Phil. 2.*
Formam serui accipiens, in similitudinem homi-
num factus est, & habitum inuentus est, vt homo.
Bernardus 3. In terris vilius est, & cum hominibus
conuersatus. Et hoc ostendit alia translatio quæ
dicit [Verbum caro factum est, & tabernaculo
mansit in nobis] hoc est, sicut in tabernaculo in
quo militauit pro nobis. *Leuit. 26.* Ponam ta-
bernaculum meum in medio vestri, & non abici-
et vos anima mea. *Ist. 62.* Non vocaberis vlt-
ra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius
desolata : sed vocaberis voluntas mea in ea, & ter-
ra tua inhabitata : quia terra humana nature à
diuinitate amplius non derelinquetur. *1. Ioan. 13.*
Sicut adheret iumbare ad iumbos viri : sic agglu-
tinabit mihi omnem domum Israël. Hoc est ergo
quod dicit, [Et habitauit in nobis] modum assump-
tionis & vnionis determinans. Sequitur.

Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi
vni geniti à Patre.

Tangit autem hic facultatem ex qua hominis
filios Dei facere potuit : & tangit tria, scilicet, fa-
cultatis certitudinem per visum magnorum te-
stium probatam : facultatis magnitudinem ex in-
tegra hereditate diuinæ gloriæ acceptam : & fa-
cultatum earum prerogatiuam, quæ tota in gra-
tia est virtutis & veritate diuinæ illuminationis.
Dicit ergo [Et vidimus] nos qui testes sumus hor-
um. *1. Ioan. 1.* Quod vidimus oculis nostris,
quod perteximus, & quod manus nostræ con-
tactauerunt de Verbo vite : hoc annuntiamus
vobis. *1. Per. 1.* Non indoctas fabulas secuti,
notam fecimus vobis Domini nostri virtutem :
sed speculatores facti illius magnitudinis. *1. Ioan.*
1. Ego vidi & testimonium perhibui quia hic
est filius Dei. De visu enim perhibetur testi-
monium.

Quid autem videtur dicit [gloriam eius] *Aug.*
Gloria est clara cum laude vocis. *Tullius.* Glo-
ria est laus patens præconium. Vel gloria est om-
nium multorum prædica laudatio. Claret enim in-
notuit cum laude : quia laudibus Angelorum &
cæli se mundo manifestant. *Luc. 1.* Facta est
cum Angelo multitudo cælestis exercitus laudan-

cellis Deo. Cum clara laude innotuit, cui stella testimonium perhibuit. *Matth. 2.* Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Latè patens præconium habuit: quia ore omnium Patriarcharum & Prophetarum prædicatus aduenit. *Act. 10.* Huic omnes Prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius. Latè patens præconium habuit: quia ore Elia de paradiso, & ore Moyfi de inferno, & ore Patris de celo, & ore Discipulorum de mundo prædicatus fuit. *Matth. 17.* Apparuerunt cum eo Moyfes & Elias in monte transfigurationis: & Patris vox de celo, dicens; Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui. Vnde *Apost. ad Phil. 2.* Omne genua flectatur caelestium, terrestrium & infernorum in nomine IESU. Ore multorum prædicatus fuit, qui ex ore infantium & lactentium laudem suam perfecit. *Matth. 21. Marc. 11. Luc. 12. Ioan. 13.* Clamabant pueri dicentes; Benedictus qui venit in nomine Domini. Ore multorum prædicatus fuit, qui ex ore demonum & vocibus Angelorum & vocibus hominum & omnium elementorum prædicatus fuit. Ore quidem demonum *Luc. 4.* Scimus quia sis sanctus Dei. Voce Angelorum *Isa. 6.* Seraphim stabant super thronum clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus. Vocibus hominum *Luc. 19.* Cœperunt omnes turbae descendentes gaudentes laudare Deum, super his omnibus quas viderant virtutibus. De vocibus elementorum *Psal. 18.* Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox &c. Vnde *Luc. 19.* Si hi tacuerint lapides clamabunt. Ecce homo modo [vidimus gloriam eius] hoc est, suæ maiestatis cognouimus diuinitatem.

Magnam autem gloriam hanc ostendit cum subdit [gloriam quasi vnigeniti] Nec est similitudinis positum hoc quod dicit quasi: sed veritatis expressum, quasi vnigeniti filij, non serui. *Hebr. 3.* Amplioris gloriæ iste præ Moyse & quolibet alio sancto dignus habitus est, quanto ampliore honore domus habet is qui fabricauit illam. Adhuc [vnigeniti] Non filij qui cum aliis fratribus gloriam paternam diuideret, ut dicit *Basilus.* Modo autem (quia vnigenitus) totam habet quam cum alio secundo genito non diuisit. *Isa. 22.* Suspendam super eum omnem gloriam domus patris sui [à Patre] qui propter affectum paternum nihil filio subtrahit: & propter hoc quod vnigenitus est totam indiuisam affectum filio impertitur: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Ideo dicitur *Ioan. 3.* Non enim dat Deus ad mensuram Spiritum: quia filio non dat ad mensuram. *Gen. 25.* Dedit Abraham filio suo Isaac omnia quæ habuerat. *Psal. 3.* Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Plenum gratiæ & veritatis.

Tangit tantæ possessionis pretiositatem: & dicit duo: plenitudinem, & pretiositatem. Primum tangit cum dicit, plenum gratiæ: plenitudo enim omnis in ipso fuit. Est enim plenitudo excellentiæ in beatissima virgine. *Luc. 1.* Gratia plena Dominus tecum, Est plenitudo copię suæ

exuberantiæ in Christo homine. *Ioan. 1.* De plenitudine eius omnes accepimus & gratiam pro gratia. Hoc ergo modo plenitudinis Christus fuit plenus gratiæ & veritatis. Genitius pro ablatiuo; hoc est, gratia & veritate. Et hoc quoad se; & quoad nos: quia quoad se, plenitudinem deitatis nullis suis præcedentibus meritis habuit: vnde *Glo.* Homo Christus plenus gratia fuit: quia nullis præcedentibus suis meritis ex quo conceptus est, fuit deitas in eo implens eum omni plenitudine redundante in omnes suos. Vnde & mater sua non dicitur tantum mater IESU, sed mater Dei. Vnde & Nicæna synodus statuit quod non Christocœsus, sed Theocœsus diceretur. Quoad nos autem: quia gratiam & veritatem a plenitudine eius recepimus. Gratiam, inquam, in adpiscendis bonis, & veritatem in implendis promissis: quorum neutrum lex conferebat. *Ioan. 1.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vel gratiam in remissione peccatorum, & veritatem in rectitudine voluntatum: quia veritas est rectitudo solamete perceptibilis, ut dicit *Aug.* Vel gratiam in reformatione affectus per virtutem, & veritatem in illuminatione intellectus per veritatem. *1. Cor. 1.* Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Et *Ibidem infra.* Factus est nobis sapientiæ à Deo & iustitiæ & sanctificatiōis & redemptio. *Ecl. 24.* In me gratia omnis viæ & veritatis.

Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens.

Hic incipit pars illa quæ est de testimonio Ioannis: & diuiditur in tres partes secundum tria quæ sunt in omni testimonio, quorum primum est rei testificandi fidelis enarratio: secundum autem est testimonij perfecta declaratio & manifestatio, & hoc incipit *Ibi* [Et hoc est testimonium Ioannis] Tertium est testificantis intentio, quæ est audientium ipsam testimonium ad fidem prudens inductio *Ibi* [Altera autem die stabat] prima harum subdiuiditur in tres partes, in quarum prima istius partis titulus præscribitur in secunda autem enarratio fidelis rei testificande subiicitur *Ibi* [Hic erat quem dixi] in tertia autem signa veritatis narratæ rei describuntur *Ibi* [Et de plenitudine eius] In prima harum adhuc tangit tria, scilicet, testificantis nomen quod eum ostendit testem fidelem, cum dicit [Ioannes] qui in tantum in ante habitis commendatus est: & ideo fidelis est. *Prover. 14.* Testis fidelis non mentitur. Secundum est, quod mentionem facit de testificando quod hic dicit, confirmata veritate de visu, cum dicit [testimonium perhibet] quod non faceret nisi sciret vera. *Ioan. 5.* Vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit veritati: quia sicut *Ibidem* dicitur, ille erat lucerna ardens & lucens. Ardens in amore veritatis: lucens in ipsa veritate. Præterea ad nihil aliud venit Ioannes nisi ad testificandum. *Supra* Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Tertio tangit modum testimonij: quia apertè dabat testimonium, non timore aliquo retractas, nec zelo inanis gloriæ impeditus: & hoc est [& clamat] aperto ore [dicens] *Osca. 10.* In gurgure tuo sic tuba quasi aquila super domum Domini.

Domini. *Isa. 40.* Vos clamantis in deserto, parate viam Domini.

Hic erat quem dixi.

Hic ponitur enarratio testimonij: & tanguntur duo, quorum primum est demonstrata Christi præsentia: secundum autem enarratio testificantis dignitatis eiusdem. De primo dicit [Hic] *Glo.* Per demonstratum pronomen [hic] innuitur Christum in loco illo fuisse presentem. Sæpe enim ipse Dominus adhuc ignotus antequam baptizaretur & prædicaretur, ad Ioannem solitus erat venire: quia tota vita Ioannis Christi ostensio fuit. *Ioan. 1.* Medius vestrum stetit, quem vos nescitis [hic] ergo [erat] ab æterno, cui esse non est accidens, sed permanens. *Exod. 3.* Qui est, misit me ad vos. *Apost. 1.* Qui est, & qui erat, & qui venturus est [quem dixi] hoc est, quem vobis commendaui quando ad me misistis ab Ierosolymis Scribas & Sacerdotes ut interrogarent me: Tu quis es? Et secundum hoc per anticipationem dicitur quod hic dicit: quia posterius factum narrabitur. Et tunc queritur, Quare hoc per anticipationem Ioannes præmisit? Sed ad hoc dicendum quod sicut prius in diuisione tactum est, quod prius est determinare rem de qua est testimonium & enarrare illam, quam testimonij manifestatio & declaratio: & ideo licet secundum ordinem historie sit istud anticipatum, tamen secundum ordinem doctrine libri pars ista necessaria prius interponitur. Dicit ergo [quem dixi] de celo commendans eum, non laudans incipsum. *2. Cor. 4.* Non nosmetipsos prædicamus, sed IESVM-CHRISTVM Dominum nostrum.

Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

Testimonij enarratio est: & tangit duo, scilicet, enarrationem testimonij, & causam. Dicit ergo [Qui post me] tempore. *Isa. 53.* Vidimus eum nouissimum vitorum. *Isa. 2.* Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini [venturus est] in carnem per naturæ nostre assumptionem: ad baptismum per Sacramenti perfectionem: ad prædicationis officium per eruditionem: in mortem per redemptionem & pretij solutionem: in infernum per incarcerationum liberationem [ante me] dignitate [factus est] Et est sensus & ordo constructionis [factus] prædestinatione diuina [ante me] Natura, gratia & officio. Natura quidem: quia naturam habet Dei unitam. Gratia autem: quia ipsius baptismus confert gratiam, meus autem non. Officio: quia meum officium est legem terminare, & gratiam in alio ostendere. *Matth. 11.* Lex & Prophete vsque ad Ioannem. Christi autem officium est legem implere, & gratiam exhibere. De primo. *Matth. 5.* Non veni legem solvere: sed adimplere. De secundo. *Ioan. 1.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *Glo.* dicit, quod vbi nos habemus [ante me factus est] in græco habetur [coram me factus est] hoc est, apparuit mihi [quia prior me erat] dignitate: & in potestate sua est apparere: quando vult, & prout vult. *Ioan. 1.* Qui misit me baptizare in aqua ipse mihi dixit: Super quem videtis Spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. Deinde tangit causam dicens [quia prior me erat] & di-

gnitate & causa & duratione. Dignitate *Matth. 3.* Cuius non sum dignus calcamenta portare. Causa: quia ipse omnis boni causa est, ego autem ab ipso sum quod sum. *Ioan. 1.* Omnia per ipsum facta sunt. Duratione: quia ipse ab æterno est, ego autem ex tempore. *Ioan. 8.* Antequam Abraham sciret ego sum.

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM-CHRISTVM facta est.

Hic signa veritatis narratæ testificationis describuntur: & sunt verba Euangelistæ quasi dicat, Patet quod ante Ioannem est, & ante omnes Sanctos: quia etiam nos omnes, non solum Ioannes, accepimus hoc quod habemus de plenitudine eius, quæ est plenitudo copię superabundantis. Dicit autem signa duo, scilicet, plenitudinem homini in gratia: & plenitudinem veritatis in sapientia *Ibi* [Deum nemo vidit vnquam &c.] Circa primum tangit tria, scilicet, quia acceperunt omnes Sancti de plenitudine: & quid acceperunt: & modum. Dicit ergo [Et de plenitudine eius] *Isa. 6.* Plena est omnis terra maiestate eius. *Deut. 33.* Abundantia perfructur, & plenus erit benedictionibus Domini [nos omnes accepimus] *Psal. 29.* Repleti sumus mane misericordia tua, & exultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris. Item *Psal. 35.* Incubiabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *1. Cor. 4.* quid habes quod non accepisti?

Quid autem accepimus? [gratiam] virtutis fidei, ut in ipsum credamus [pro gratia] veritatis, ut ipsum intelligamus & cognoscamus. Vel [gratiam] remunerationis [pro gratia] meriti: quia licet æterna beatitudo merces iustitiæ dicatur, est tamen gratia: quia gratiam dedit merendi. Vel quia non sufficeret nostrum meritum, nisi gratia faceret quam habemus in Christo. *Psal. 83.* Gratiam & gloriam dabit Dominus. *2. Cor. 4.* Exequabit gratiam gratiæ eius. Vel [gratiam] impletionis [pro gratia] promissionum.

Modum autem istius acceptionis determinat, dicens [quia lex per Moysen data est] Lex, inquam, quæ est annuntiatio salutis. *Act. 24.* Legem mandauit nobis Moyses in præceptis iusticiarum, & hereditatem domus Iacob, & Israël promissiones. Præcepta autem legis iusticiarum sunt, quia iustitiam ostendunt, & hereditatem promittunt. *Ecl. 45.* Dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, hoc est, disciplinam & vitam ostendens. Sic enim dicit *Psal. 18.* Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, saltem futuram præstans paruulis. Quoniam sub lege sicut sub pedagogo custodiebamur. *Gal. 3.* Lex pedagogus nobis fuit in Christo. Sed quia sicut dicitur *Hebr. 7.* Nihil ad perfectum addaxit lex, ut omnia perficerentur in Christo [gratia] quidem, quam dat in virtutibus & donis & sacramentis: quia per illa se salus hominum [& veritas] impletionis figuratum & promissionum. *Ioan. 1.* Plenum gratiæ & veritatis. *Hebr. 15.* Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiâ. Facies in veritate, & plena gratiarum in bonitate. *Ecl. 40.* Gratia & speciem desiderabit oculus, & super hæc omnia

tismo Ibi [Et interrogauerunt & dixerunt] Adhuc prior harum habet tres partes, in quarum prima responder intentioni querentium, quam voce non expresserunt: in secunda vero respondet duabus questionibus in voce expressis Ibi [Et interrogauerunt eum, quid ergo] in tertia autem brevis ponitur descriptio nuntiorum Ibi [Et qui missi fuerant] in prima harum partium tria facit, scilicet, confessionem de se: assertionem de Christo: & confessionem de se explanationem.

Dicit ergo [Et confessus est] de se veritatem: quia confessus est se non esse quod non erat. *Ecl. 4.* Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confessio adducens gloriam, & est confessio adducens ignominiam. *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem [& non negavit] se esse quod erat. Vt enim dicit *Gregorius*. Magis enim elegit solide subsistere in se, quam humana opinione rapi supra se. *Apos. 2.* Tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. *Matth. 26.* Et si oportuerit me mori tecum, te non negabo. *1. Cor. 1.* Fidelis Deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, est & non. *Mat. 5.* Sit sermo vester, est, non, non: quod autem amplius est, a malo est [Et confessus est, quia non sum ego Christus] expressio est veritatis confessæ. *Supra.* Non erat ille lux. *Ioannis 3.* Ipsi vos mihi testimonium perhibebis, quia dixeram quia non sum ego Christus. Sed queritur, quare Iudæi queriebant quis esset Ioannes, cum scirent genus eius? Ad hoc dicendum, quod quis querit aliquando substantiam: Aliquando etiam personam ad dignitatem pertinentem, & hoc modo querit hic. Quia cum subito procederet de deserto supor erat mundi & miraculum: & ideo dignitatis & officij querunt personam [&] ideo [confessus est] se non esse quod non erat [& non negavit] se esse quod erat, hoc est, præcursores & vocem.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? & respondit: Non.

Secunda pars istius partis est: & habet duas partes. Vnam quidem in qua queritur de determinatis personis in lege præfiguratis: secundam autem in qua ab ipso queritur, quæ sit persona? ex quo negat se esse aliquam personarum in lege præfiguratarum, & omnes de se personas in lege præfiguratas. In priori horum duo sunt: querunt enim de Elia: & querunt de Propheta in lege præfigurato.

Dicit igitur [Et interrogauerunt eum] *Ecl. 13.* Ex multa loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis &c. [Quid ergo?] Et antequam audiant responsum inferant [Elias es tu?] Propter duo querunt de Elia, quorum vnum est similitudo habitus, & vite austeritas. *1. Reg. 1.* dicitur de Elia. Vir pilosus & zona pellicea accinctus renes. De Ioanne autem *Matth. 3.* Ipse Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos eius. Eca autem eius erat locusta & mel sylvestre. Aliud similitudo officij fuit: quia sicut Elia primo diuisit Iordanem in similitudinem & figuram baptismi *4. Reg. 2.* Ita ipse Ioan-

nes in Iordane baptizauit. *Matth. 3.* & *Luc. 3.* Ideo ergo querunt, an in persona sit Elia qui *Malach. 3.* dicitur esse præcedere aduentum Christi. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini [& dixit: Non sum] Elia. Sed obiicitur in contrarium huius *Luc. 1.* vbi ipse præbit ante illum in spiritu & virtute Elia. *Matth. 17.* Elia iam venit, & fecerunt in eo quæcumque voluerunt. *Matth. 11.* Si vultis recipere, ipse est Elia. Ad hoc dicendum quod Ioannes se negat esse Eliam in veritate natura: Christus autem dicit eum Eliam esse in officio præcurrenti & virtute. Vnde *Luc. 1.* Non dixit Angelus; ipse præbit ante illum in veritate personæ & naturæ Elia: sed in spiritu & virtute Elia. Hoc est ergo quod dicit.

Propheta es tu?] Instant vterius querentes studiose & insidiose. *Ecl. 13.* Cave tibi & attende diligenter auribus tuis: quoniam cum subuersione tua ambulas. Dicit autem *Chrysostr.* quod Prophetam intellexerunt illum qui in Dominus Prophetarum promissus fuit in lege. *Deut. 18.* Prophetam suscitabit tibi Dominus de fratribus tuis: tanquam me audies eum. & hunc etiam Prophetam putabant fore Christum. *Luc. 24.* Qui fuit vir Propheta, & potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo. *Aug.* autem dicit, quod intellexerunt Eliseum qui etiam diuisit Iordanem *4. Reg. 2.* In figuram baptismi [Et respondit, non] Sed de hoc iterum obiicitur: quia contrarium dicitur *Luc. 11.* Tu puer Propheta Altissimi vocaberis. *Matth. 11.* Quid exitis in desertum videre? Prophetam? etiam dico vobis plusquam Prophetam. Solutio autem ad hoc est, quod Propheta dicitur dupliciter: scilicet ab inspiratione prophetica, quæ est diuina; & sic Ioannes est Propheta, sicut dicitur *Luc. 1.* Et dicitur ab enuntiatione prophetica; & sic est plusquam Propheta: quia est vox verbi, præfens verbum ostendens, & non procul in futurum enuntians. Et sic patet solutio contrarietatis.

Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? Ait.

Adhuc persistunt pertinaciter inquirentes. *Prover. 27.* Quomodo probatur in consistorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantium. *Psal. 101.* Qui me laudabant, aduersum me iurabant. Adhuc instabant magna de ipso inferentes ut incitarent eum, ut aliquid supra se sentiret. Dixerunt autem duo, scilicet, querentes cuius personam gerat, & quid de officio suo de se dicat: Dicunt ergo [Quis es] hoc est, cuius generis personam quod de tali potestate te intromittis: Quasi dicerent, incertum dedisti de te responsum. *Mat. 7.* Nolite sanctum dare canibus, & margaritas nolite proicere ante porcos [ut responsum demus] hoc est, dare possumus [his qui miserunt nos] ac si dicant, est non propter nos; tamen propter dignitatem mittentium nos certum da de teipso responsum. *Iob 10.* Cogitationes meæ variæ succedunt sibi; & mens in diuersa rapitur [Quid] ergo [dicis de teipso?] quasi dicant: Nos magna præsumimus de te; sed hæc negas: quid ergo de teipso prædicas? Et sicut dicit *Chrysostr.* Magna de Christo dixisti [quid] ergo

ergo [dicis de teipso?] Et simile Iudæi dixerunt Domino *Ioan. 1.* Nemo aliquid in occulto fecit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facta manifesta teipsum mundo. Omnia enim hæc diximus, ut dicit *Chrysostr.* quia aliquid extorqueri volebant: per quod aliquid supra se diceret. Sed ut dicit *Greg.* Veritatem confitendo elegit, ut veritatem dicendo Iam v membrum fieret, cuius nomen sibi fallaciter non usurpasset. *Psal. 18.* Posui ori meo custodiam: cum confiterer peccator aduersum me. Et ideo sequitur humilis de se & cauta & veritate plena responsio [ait] non se laudando. *Prover. 27.* Lauderis alienas, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.

Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.

Hæc est Ioannis de se facta confessio: & habet duas partes, in quarum prima ponitur confessio in secunda autem confessionis confirmatio per Isaiam. Dicit ergo [Ego vox] Non quidem persona: sed in officio & similitudine. Dicit autem quatuor: quid sit, cuius, vbi, & ad quid. Quid sit: quia [vox] propter quatuor. Vox enim verbum præcedit: quia in voce formatum verbum, ut dicit *Aug.* Et sic Ioannes præcurfor est verbi. *Luc. 1.* Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius. Secundum est: quod vox verbum declarat, sicut Ioannes declarabat Christum. *Ioan. 1.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tertium est, quod vox dicitur & verbum audium proficit. *Ioan. 1.* Me oportet minui: illum autem crescere. Quartum est, quod vox est inutilis absque verbo, & sic fuit inutilis prædicatio Ioannis sine Christo. *Mat. 23.* Ioannes baptizauit in aqua dicens: in eum qui post se venturus esset ut crederet, hoc est in Iesum. *Mat. 3.* Ioannes quidem baptizauit aqua. Sic ergo dicitur vox.

Clamantis [quasi diceret.] Non mea sum vox, sed eius qui clamat intentione deuotionis, instantia prædicationis, virtute vocationis. De intentione deuotionis *Hebr. 3.* In diebus carnis sue precēs supplicationesque ad Deum cum clamore valido & lacrymis offerens: in omnibus exauditus est pro sua reuerentia. De instantia prædicationis *Psal. 68.* Laboravi clamans, tunc factæ sunt fauces meæ. Quia in illo clamore salutem desiderabat. *1. Sa. 38.* Sicut pulvis hirundinis sic clamabo: meditabor ut columba. De virtute vocationis qua vocabat etiam longe in peccatis existentes ad penitentiam, mentes ad vitam, & surdos ad auditum *Ioan. 7.* Stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Vnde & Lazarum suscitans clamabat *Ioan. 9.* Et de surdis dicitur *1. Sa. 42.* Surdi audierunt & quis surdus nisi ad quem nuntius mittitur? Sic est ergo [vox clamantis] & a somno peccati hominum excitantis. *1. Sa. 23.* Hora est iam nos de somno surgere.

Et vbi: [in deserto] Quod significat Iudæam in proximo ad desertum redigentem. Vel mundum in deserto desertum. Vel ad Iordanem solitudinem vbi in pedem eum & in Iordanem mundum non habebat. Vnde *Moyses Deut.*

Et interrogauerunt eum [& dixerunt ei] Quid ergo baptizas, nisi tu non es Christus, neque Elia, neque Propheta?

Hic ponitur confessio de baptismo Ioannis: & habet duas partes. Scilicet, clamorolan. Pharisæorum interrogationem: & conciliantissimam Ioannis responsum. In prima hanc dicit [Et interrogauerunt eum] Pharisæi scilicet Ioannem quia sicut dicit *Mat. 23.* Quia non blanditis scribere ad id quod intendunt non possent: sicut calumniam inueniunt, dicentes [quid ergo baptizas] hoc est, quæ prædicatis & vultis nos officium baptismi, non vobis personarum quibus scriptura baptizare concedit non gerat, sicut proprio per ex confessus: Similiter *1. Pet. 2.* Non est tui officij Quia ut aduersum incensum Domino, sed Sacerdotum Domini hoc

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, nisi tu non es Christus, neque Elia, neque Propheta? Hic ponitur confessio de baptismo Ioannis: & habet duas partes. Scilicet, clamorolan. Pharisæorum interrogationem: & conciliantissimam Ioannis responsum. In prima hanc dicit [Et interrogauerunt eum] Pharisæi scilicet Ioannem quia sicut dicit *Mat. 23.* Quia non blanditis scribere ad id quod intendunt non possent: sicut calumniam inueniunt, dicentes [quid ergo baptizas] hoc est, quæ prædicatis & vultis nos officium baptismi, non vobis personarum quibus scriptura baptizare concedit non gerat, sicut proprio per ex confessus: Similiter *1. Pet. 2.* Non est tui officij Quia ut aduersum incensum Domino, sed Sacerdotum Domini hoc

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, nisi tu non es Christus, neque Elia, neque Propheta?

Hic ponitur confessio de baptismo Ioannis: & habet duas partes. Scilicet, clamorolan. Pharisæorum interrogationem: & conciliantissimam Ioannis responsum. In prima hanc dicit [Et interrogauerunt eum] Pharisæi scilicet Ioannem quia sicut dicit *Mat. 23.* Quia non blanditis scribere ad id quod intendunt non possent: sicut calumniam inueniunt, dicentes [quid ergo baptizas] hoc est, quæ prædicatis & vultis nos officium baptismi, non vobis personarum quibus scriptura baptizare concedit non gerat, sicut proprio per ex confessus: Similiter *1. Pet. 2.* Non est tui officij Quia ut aduersum incensum Domino, sed Sacerdotum Domini hoc

est filiorum Aaton. Ita dicunt hic intendentes quod baptizare non sit officij Ioannis [si tu non es Christus] qui potestate propria baptizabit. *Exech. 6.* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos: & dabo vobis spiritum nouum. *Zach. 13.* Exit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris & menstruat [neque Elias] qui tantæ virtutis fuit, vt ignem de celo deiceret. *4. Reg. 1.* & in quo figura baptismi præcessit. *Ecccl. 48.* Amplificatus est Elias in mirabilibus suis: & quis poterit similiter gloriari tibi: qui sustulisti mortuum ab inferis [neque propheta] Vel ille qui in lege promissus est: vel Eliscus cuius magna tor fuerunt: & in eo etiam figura baptismi præcessit.

Attende autem quod bonitas Ioannis tria de se negat: nobilitatem dignitatis, & potestatis in hoc quod dicit: Non sum ego Christus: magnitudinem virtutis & sanctitatis in hoc quod dicit: Non sum Elias: excellentiam sapientie & illuminationis in hoc quod dicit: Non sum Propheta. In his enim tribus, maxima peccata superbie & iactantie fiunt contra Deum, Angelus enim præsumpsit potestatem contra Deum, & cecidit: homo primus sapientiam, & expulsus est à paradiso: Antichristus vsurpabit sanctitatem virtutis, & damnabitur. *Ierem. 9.* Non gloriatur sapiens in sapientia sua: neque gloriatur fortis in fortitudine sua: neque gloriatur dives in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me. Fortitudo refertur ad potestatem, & diuitie ad sanctitatis virtutem.

Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua.

Ecce pars de causa & vera & humili responsione Ioannis: & habet duas partes, in quarum prima de suo baptismo confitetur humilia: in secunda autem de baptismo Christi confitetur sublimia. Dicit ergo [Ego baptizo] quia meus actus est actus hominis in baptizando: quod non est in baptismo Christi. Vnde sensus est [Ego baptizo] hoc est, corpus abluo. Vnde *Gl.* Non impetetur quod ago audacia: quia corpora abluo aqua, non aufero peccata: vt sicut nascendo & prædicando præcursor sum, sic baptizando. Et ideo iterabatur baptismus Ioannis. Vel potius, vere & recte Christi baptismo baptizabantur, qui a Ioanne baptizati fuerunt. *Act. 19.* In quo baptizati estis: Ac illi dixerunt: in Ioannis baptismo. Et tunc baptizauit eos in nomine Domini Iesus. *Act. 17.* Ioannes quidem baptizauit aqua. Ioannes enim introduxit ad consuetudinem baptizandi in materia & actu baptismi: sed non in forma, quæ conferebat sanctificationem. Et ab his duobus Baptista vocatur. Et nullus Apostolorum vel Discipulorum vocatur Baptista: quia illi baptismum Christi conferebant, hoc est, in quo Christus intus operabatur: quia aliter tot essent Baptiste, quot sunt baptizantes. Et sic humilia de se confitetur Ioannes. *Rom. 12.* Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. *Psal. 130.* Neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me.

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.

Hic sublimia de Christo confitetur. Tangit autem tria: mediationem, occultationem, & dignitatis altitudinem. Circa mediationem tangit duo: Mediatoris naturam & actum: & Mediatoris rectitudinem. De primo dicit [Medius autem vestrum] Ad litteram. Inter vos veniens ad baptismum, non se præferens vobis quin humiliter veniat ad baptismum vt baptismum sanctificet. *Math. 3.* Venit Iesus ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. *Iesvs* autem dixit illi: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam [Medius autem] quia medius inter Deum & homines. *1. Timoth. 2.* Mediator Dei & hominum homo Christus *Iesvs*. Vel [medius] qui se omnibus propè posuit & propinquis exhibet ad vsum *Gen. 2.* Lignum vite positum in medio paradisi. Sic medius vestrum & mediator vester [stetit] creatus qui nunquam fuit ad viria incuruatus. *Can. 2.* Et ipse post parietem nostrum: quia solus rectus ad parietem infirmi stetit corporis [quem vos nescitis] Tangit humilitatis occultationem: quia ita humilis inter alios apparuit, quod non cognoscebatur etiam à Sanctis. *1. Cor. 3.* Et ego nesciebam eum. Sed vt manifestaretur in Israël: ideo ego veni in aqua baptizans. *1. Cor. 45.* Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator. *1. Cor. 54.* Quasi absconditus est vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum *Act. 17.* Quod ignorantem colitis: hoc ergo annuntio vobis. *Luc. 10.* Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi Reges & Prophete voluerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis: & non audierunt.

Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt solvam eius corrigiam calceamenti.

Hic confitetur de Christo sublimia: & tangit tria, scilicet, quod altitudo Christi regis debuit habere præcursores, qui eum præcedit secundum dignitatem: quod nullus sanctorum sufficit ad minimi obsequij sui condignam idoneitatem. Dicit ergo [Ipse est qui post me] Nascendo, prædicando, moriendo [venturus est] quem ego vt præcursor prænuntio, sicut lucifer solem, sicut præco Regem, sicut Propheta Saluatorem. *Mat. 21.* Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens. Verebatur filium meum. Post Ioannem etiam venturus erat, qui omnibus humilibus erat humilior. *1. Cor. 53.* Vidimus eum nouissimum virorum. Vnde *1. Cor. 45.* In persona Ioannis dicitur: Ego ante te ibo, & gloriosos terre humiliabo. *Gen. 41.* Præconis voce clamante, vt omnes coram eo genua flecterent, & præpositum scirent vniuersæ terre esse Ægypti, hoc est, mundi.

Qui ante me factus est [æternitate, dignitate, & gratie causalitate. *Ecccl. 24.* Ab initio & ante secula creata sum. *Prouer. 8.* Ordinata sum ab æterno: & sic præcedit æternitate. De dignitate. *Hebr. 1.* Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ipsius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen

men hereditauit. De gratie causalitate *1. Cor. 1.* Gratia & veritas per *Iesum Christum* facta est: Ioannes autem non conferebat gratiam. *2. Cor. 1.* Dominus erat cum eo & magnificauit eum in excelsis. *1. Cor. 9.* Magnificatus ergo Rex Salomon, hoc est, pacificus fuit super vniuersos Reges terre diuitiis & gloria. Hæc tamen in ante habitis exposita sunt.

Cuius ego non sum dignus [neque aliquis] vt solvam corrigiam calceamenti sui [Quod vt *Chryso.* dicit, minimi seruitij est obsequium, hoc est, non sum dignus vt in minimis eius obsequiis appaream. *Luc. 15.* Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Quidam tamen dicunt, quod hoc figuratiue consistat se ad sponsum non esse idoneum, vt ducat sponfam Christi Ecclesiam: quam si duceret nomen sponsi vsurpando, secundum legem calceamenta Christi soluere deberet. *Dem. 25.* Vocabitur nomen eius domus discalceati Israël. Quod improprie Christo solebat facere Ioannes. *Ruth 4.* Solue ergo calceamentum. Tradidit Booz, quando duxit Ruth. Aliter exponitur quod calceamentum deitatis Christi fuit humanitas: pes autem deitas: & corrigia fuit ipsa vnio. *Psal. 59.* & *107.* In Idumæam extendam calceamentum meum. Dicit ergo Ioannes quod non est dignus soluere, hoc est, indagare & exponere corrigiam, hoc est, vnionis mysterium aperire. *1. Cor. 53.* Generationem eius quis enarrabit: quasi dicat condigne nullus.

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Vltima pars est in qua describitur locus, vbi tati memorabile testimonium est perhibitum. Tres autem sunt cause quare describitur locus. Vna quidem quæ dicit *Chryso.* vt sciatur quod non in angulo factum est istud sed coram multis & in manifesto coram eis, qui conuenerunt ad Ioannem de omni genere hominum & locorum. Secunda causa secundum eundem est: quia paulo ante factum est, & si quis dubitaret poterat requirere ab hominibus ibi manentibus. Tertia autem causa mystica est: quia Bethania domus obedientie interpretatur, quæ quia respicit omne præceptum, necessaria est baptizans: quia ipsa est perfecta iustitia, sicut Christus veniens ad baptismum dicit *Mat. 3.* Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. *1. Reg. 15.* Melior est obedientia quam victimæ: & auscultare, magis quam offerre adipem aticum. Dicit ergo [hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem] Hoc, vt dicit *Beda*, dicit ad differentiam illius Bethanie quæ erat iuxta Ierusalem, vbi Dominus Lazarum suscitauit. Et sic due erant Bethanie: vna iuxta Ierusalem, altera trans Iordanem, vbi erat tunc Ioannes baptizans. Tamen *Chryso.* non vult eam vocari Bethaniam: sed translatio quæ ipse exponit: habet sic [hæc in Bethabara facta sunt] Sed prima littera est communior.

Altera die vidit Ioannes *Iesum* venientem ad se.

Hic incipit pars illa quæ est de inductione iudicij ad fidem testimonij. Diuiditur autem hæc pars in duas, in quarum prima ponitur testimonia Ioannis ad fidem Christi conuertentia:

in secunda autem ponitur ipsa conuersio facta in audientibus *Ibi* [Et audierunt eum &c.] Adhuc prima harum subdividitur in duas, in quarum prima per testimonium excitat audientes: in secunda autem iterato testimonio inducit credentes *Ibi* [Altera autem die] Adhuc prior harum subdividitur in tres partes, in quarum prima excitat audientes ad excellentiam Christi in duabus naturis reparantis lapsum generis humani: in secunda iterat excellentiam Christi, quam habet ab æternæ sue deitatis & prædestinationis ad opus redemptionis dignitate *Ibi* [Hic est de quo dixit] In tertia inducit excellentiam sui operantis in sacramentis *Ibi* [Et ego nesciebam eum] In prima harum tanguntur tria, in quorum primo tangitur Ioannis in vita *Iesvs* simplicitas: in secundo Domini *Iesvs* humilitas: in tertio testificantis veritas.

Dicit ergo [Altera autem die] Quia vna die Phariseis de absente *Iesvs* testimonium perhibetur: in qua die fulsit lux intelligentie Ioannis de absente [Altera autem die] post illam, lux intellectus reflexa ad sensum fulsit de presente, *Prou. 4.* Semita iusti quasi lux splendens, & crescens in perfectum diem. Talis enim visio de luce (quæ vera est lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum) vere diem facit in cordibus Sanctorum. *Sap. 18.* Sanctis tuis maxima fuit lux. Et post paucos. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignota vitæ, & solem sine leuitate boni hospitij. Et ideo per columnam dicebantur lucis ad veri cognitionem, & per solem (in tabernaculo sui luminis eos hospitantem & circumdantem) ab æteris tenebris defendebantur. Et ideo in hoc lumine [vidit Ioannes *Iesum*] & cognouit *Ibi 42.* Nunc oculus meus videt te: Idcirco ipse me reprehendo. *Luc. 2.* Viderunt oculi mei salutarem tuum. Et hæc est vna de gratiis factis Ioanni quod intus & extra, cordis & corporis oculis meruit videre *Iesum* [venientem ad se] Ecce vna Domini humilitas: quia ipse maior existens venit ad minorem. *Mat. 3.* Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me: sed hæc est simul amoris & humilitatis. *1. Cor. 14.* Ad eum veniens & manserit apud eum faciemus. *Mat. 7.* Ego veniam & curabo eum. Ita & nunc curatur orbem per baptismi sanctificationem venit ad Ioannem.

Et ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Ecce testificantis veritas de excellentia Saluatoris in vtriusque natura lapsus hominis reparantis: & ideo duo dicit, scilicet, mansuetudinem patientis, & virtutem passionis. Primum est humilitatis: secundum est diuinitatis. Primum tangit cum dicit [Ecce agnus] in quo tria tangit. Præsentie designationem, Christi mansuetudinem & virtutem, & diuinam immolationem. Præsentie Christi designationem tangit, cum dicit per demonstrationem [Ecce] qui semper seipsum saluans nostram operans exhibuit. *Psal. 39.* In capite libri scriptum est de me: vt facerem tuam voluntatem, Deus meus. *1. Cor. 62.* Ecce Saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo [agnus] in hoc tangitur mansuetudo. *Ierem. 11.* Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur.

tatur ad victimam. Vel quia agnus in græco est idem quod pius: latine autem agnus ab agnoscendo dicitur, quia vocem matris in toto grege balantis agnoscit, & agnoscitur ab ea: & sic in agno notatur mansuetudo, & pietas, & agnitio suorum. Mansuetus enim est malis ad se conuersis: pius autem, hoc est, beneuolus bonis, & diligentissima agnitionis agnoscens suos. De mansuetudine *Num.* 12. Erat Moyses mansuetissimus omnium virorum, qui erant super terram. Moyses autem figura est Christi, qui sicut dicitur *Isa.* 53. sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De pietate dicitur *1. Tim.* 4. Exerce te ipsum ad pietatem: Pietas enim ad omnia valet: promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. De agnitione *Ioan.* 10. Ego agnosco meas, & cognoscunt me meæ. *2. Tim.* 2. Cognouit Dominus qui sunt eius. Sic ergo agnus est.

Agnus est etiam ab utilitate, qui lanam suam conuersationis per exemplum dat in vestimentum virtutis, & carnem in cibum nutrimenti spiritualis, & sacro doctrinæ in potum paruulis nondum ad solidum cibum perfectis. De primo dicitur *Job.* 31. Si non de vellibus ouium mearum calefactus est. De lacte autem *1. Cor.* 3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. De lacte simul & lana *Eccl.* 34. Lac comedebatis & lanis operiebamini. Est autem & innocens sicut agnus: & ideo *Exod.* 12. dicitur, quod erat agnus absque macula. Carnem autem in cibum dar perfectis. Caro mea vere est cibus *Ioan.* 6. Et sanguis meus vere est potus. Super *Lucam* autem plura de agno sunt notata *Luc.* 10. Super illud. Ego mittam vos sicut agnos inter lupos. Et ideo hæc sufficiant.

Dei] Hoc ideo dicitur quia agnus est sacrificium Dei, sicut dicitur *Exod.* 12. Tolleis agnum, & immolabit eum vnuerfa multitudo ad vesperam, hoc est, in mundi fine. Et ideo *Num.* 28. dicitur, quod agnus est sacrificium iuge, quod semper est offerendum: hoc enim fit pro peccatis. Vel] agnus Dei] quia qui est Filius Dei, specialiter est hic agnus Dei. *Apoc.* 14. Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centumquadraginta quatuor millia: qui significant vnuerfam redemptorum.

Secundum autem tangit virtutem passionis, quam habet ex deitate, cum dicit] Ecce qui tollit peccata mundi] Ac si diceret. Ego præcurro & ostendo peccata, inuitans ad poenitentiam: ille autem tollit & regenerationis sacramento, & virtute sui sanguinis, excludens Angelum præcurso-rem. Et in figura huius polles & superliminaria sanguine agni lini præcipiuntur *Exod.* 12. *Isa.* 53. Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit vt non perirent. *1. Pet.* 2. Peccata nostra ipse petiuit in corpore suo super lignum.

Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.

Hic iterat testimonium, & excitat audientes à dignitate æternæ suæ deitatis & prædestinationis ad opus redemptionis: & dicit tria: posteriore in

tempore Christi manifestationem, & præcellentem dignitatem ad se operationem, & ipsam æternitatem. De primo dicit] Hic] præsentialiter demonstratus] est de quo dixi.] Offerit enim se vitro ad saluandum. *Prov.* 1. En proferam vobis spiritum meum] Post me venit vir] Hoc hic additur quod dicit, vir, quia vir erat virens in natura, virens in gratia, virens in virtute & sapientia: omnia virere faciens in salutis opere. De primo *Ierem.* 31. Nouum faciet Dominus super terram: scemina circumdabit vitum. De secundo *Job.* 1. Erat ille vir magnus inter omnes orientales. De tertio *Isa.* 4. Apprehendent septem mulieres virum vnum, hoc est, Christum septem virtutes, in quibus vnuerfas virtutum continetur. De quarto *Zach.* 6. Ecce vir oriens nomen eius, & subter ipsum orietur. *Psal.* 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Item *Psal.* 1. Beatus vir qui non abiit &c. Et erit tanquam lignum quod plantatum est focus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

Qui ante me factus est] hoc est, sicut prius: Qui prædestinatione & ordinatione diuina, dignitate factus est] ante me] hoc est, vt sit ante me vt Rex ante præconem, & sicut sol ante luciferum. De primo *Apoc.* 1. Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. De secundo *Malach.* 4. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Vnde sicut sole crescente decreuit lucifer & absconditur: ita Christi lumine coruscante decreuit *Ioan.* 3. Me oportet minui: illum autem crescere (quia prior me erat) æternitate: quia ab æterno prædestinatus est vt esset prior Ioanne & quolibet sancto. *Rom.* 1. Qui prædestinatus est in virtute secundum spiritum sanctificationis. Nulli enim sanctorum conceditur, quod sanguine sponsam Ecclesiam accipiat & munda nisi sibi: hoc enim habet virtute deitatis quæ sola mundat à peccatis: & virtute humanitatis, quam ad sponsam conformat. Et sic prior est æternitate, & dignitate, & efficacia gratiæ redemptionis.

Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.

Hic incipit pars tertia in qua inducit excellentiam Christi in sacramentis operantis: & diuiditur in duas partes, in quarum prima tangit ea quæ faciunt insusceptibile à falsa suspitione testimonium: in secunda autem tangit testimonium ipsum *Ibi]* Ego vidi, & testimonium perhibui] in priori autem partium harum tangit tria, quorum primum est ablatio malæ suspitionis, quæ esse potest propter gratiam familiaritatis: secundum est signum corporaliter apprensus in argumentum veritatis *Ibi]* Et testimonium perhibui] Tertium autem, est auctoritas reuelationis *Ibi]* Ego nesciebam] in primo duo facit. Primo abnegat ex familiaritate personæ acceptionem, & testimonij sui ponit finem & necessitatem.

Et dicit] Et ego] quamuis de ipso feram testimonium] nesciebam eum] ex aliqua familiaris amicitie notitia: quia non sum secum conuersatus in domo vel in patria, sed in eremo. Quamuis ergo nouerim in vitro materno deitatem ipsius

ipsius, tamen ex familiari notitia sanguinis vel conuersationis personam non accepro, vt propter hoc feram testimonium: quia ista carnali amicitia neminem nosco. *2. Cor.* 5. Itaque ex hoc neminem nouimus secundum carnem: & si cognouimus secundum carnem Christum, sed non nunc iam nouimus. Ista sola notitia commendabilis est in Sanctis, quæ non ex carne, sed ex sola Dei gratia procedit. *Matth.* 16. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, &c. Hoc ergo vult dicere secundum *Chrys.* ego] secundum carnalem affectum] nesciebam eum] vnquam, quia mihi conuersanti in deserto, carnalis eius presentia ignota fuit.

Sed vt manifestetur] audientibus me] in Israël] hoc est in Iudæa: vbi notitia Dei esse debet, & cui promissus est Saluator, & à quibus ad gentes fides eius debet deriuari] propterea ego veni] missus à Deo] in aqua] quæ corpus tantum abluat] baptizans] & ad suum baptismum homines inducens & affluens. *Luc.* 3. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans, & baptizans. *Isa.* 12. Notas facite in populis adiuuentiones eius, in mentore quoniam excellentum est nomen eius.

Tamen *Augustinus* dicit, quod nesciebat eum Ioannes, id est, non vt hominem vel Deum, quem ante diu ab ineunte ætate cognouerat, sed nesciebat eum vt baptizantem verum & peccata tolerantem. Et ideo dicitur quod cum quinque modis potestas baptizandi cognosci possit, scilicet, potestas auctoritatis, & potestas cooperationis, & potestas inuocationis, & potestas excellentiæ, & potestas ministerij: quod Ioannes nesciebat eum prout est talem potestatem conferens, nesciuit enim quod nullam istarum potestatum alij vellet conferre nisi potestatem ministerij.

Quod qualiter intelligendum sit, oportet exponere istas potestates. Est enim potestas auctoritatis illa quæ propria auctoritate operatur in baptismo, ad impressionem characteris, & sanctificationem abluentem à peccatis, & institutionem Sacramenti. Hanc enim solus Deus habet & nulli conferre poterit sicut neque quod sit Deus: quia nemo sua auctoritate poterit dimittere peccata nisi solus Deus. *Isa.* 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. *Psal.* 50. Tibi soli peccaui & malum coram te feci. *Matth.* 2. Quis poterit dimittere peccata nisi solus Deus? Potestas autem cooperationis est, vt homo virtute propria cooperetur Deo ad mandationem interiorum & baptismi sanctificationem. Et hanc etiam Deus alij conferre non potuit: quia non potuit conferre quod secum aliqua creatura esset Deus. *Isa.* 63. De gentibus non est vir mecum. Et *ibidem.* Circumspici & non erat auxiliator. *Eccl.* 51. Respiciens eram ad adiutorium hominum & non erat. Potestas autem inuocationis est, vt inuocato nomine alicuius baptismi sanctificaretur, sicut inuocato nomine Trinitatis. Et hanc quidem conferre potuit, sed noluit ne tot essent baptismi quot baptizantes: quia dicitur *Eph.* 4. Vna fides, vnus baptismus. Potestas autem excellentiæ est, vt excellentiori baptizante, excellentius esset baptismus. Et hoc noluit conferre homini, ne spes poneretur in homine, quia dicit *Ierem.* 17.

D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.

Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Potestatem autem ministerij potuit conferre & contulit: vt ministri Ecclesie essent ministri Christi in Sacramento- rum collatione, & nihil obeisse posset ministris vbi bonus est Dominus, vt dicit *Aug.* In multis autem prodesse potest minister bonus. *1. Cor.* 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei &c.

Nesciebat autem Ioannes quod potestates medias nulli collaturus erat quas conferre poterat. Sicut nesciebat secundum *Greg.* Vtrum per ipsam ad infernum descensum erat, vel per alium liberationem ab inferno perfecturus: sed bene sciebat quod potestatem auctoritatis nulli erat collaturus, & ministerij potestatem collaturus erat ministris. Et hoc modo intelligitur illa longa *glo. Augustini* quæ dicit: Visa columba dicit se per eam didicisse &c. Expositio autem *Chrysostomi* literalior est, sed *Augustini* subtilior.

Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens, Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo: & mansit super eum.

Hic facit credibile testimonium per signum Spiritus sancti corporali specie apparentis. Tangit autem hic tria: primo enim finem inducit istius visionis, ne ex leuitate: relata videatur: secundo certitudinem: tertio signum. Dicit ergo] Et testimonium perhibuit Ioannes] quasi di. Non leuitate iactantia hanc visionem retulit, sed quia necessaria fuit: quia non credentibus testimonium perhibuit. *1. Cor.* 14. Signa data sunt non fidelibus, sed infidelibus. *2. Cor.* 13. Factus sum insipiens: vos me coegistis. Et *ibid.* supra. Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. *Psal.* 108. Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & dolosi super me apertum est. Sic enim necessitas reuelationis apud infideles hoc testimonium exegit] dicens, quia vidi] Hic tangit certitudinem, quia vidi eae visu enim testimonium perhibetur. *Act.* 4. Non possumus quæ vidimus & audimus non loqui.

Spiritum descendentem] Ecce tertio ponit signum visum: & dicit quinque. Primum est, quod oculis cordis tamen videtur: & hoc tangit eum dicit] vidi spiritum] scilicet oculis cordis in signo sensibili Spiritum sanctum cognoui. *Isa.* 61. Spiritus Domini super me eo quod viderit me Dominus] descendentem]

Hoc est secundum per effectum intelligendum, quod nec etiam nisi cordis oculis per fidem illuminationem apparet. Descendit enim Spiritus per effectum in sanctificatione aquæ, cui contulit vim regeneratiuam: quia vbique potens est per essentiam, potentiam, & presentiam. *Eccl.* 1. Lustrans vnuerfa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. *Sep.* 1. Spiritus Domini replent orbem terrarum. Item *Isa.* 7. Per nationes in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & Prophe- tas confirmat. Sic enim descendit Spiritus & non aliter. Vel quia descendere facit vt humiliter Sacramentum suscipiatur: sicut malignus spiritus ideo dicitur ascendere, quia per contemptum sacramentorum ascendere facit. *Isa.* 12. In celum con- scendam, super astra Dei exaltabo solium meum.

Psal.

Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Humiliter enim debet homo descendere, ut dicit *Eccl. 10.* in creaturis quæ sunt materia Sacramentorum, salutem querat: qui in gustu creaturæ contra Deum superbiens mortem inuenit. Sic enim tangit modum percipiendi Sacramentum & gratiam Sacramenti per humilitatem. *Iaco. 4.* Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.

Quasi columbam] Ecce tertio tangit hic bonitatis figuram: quia columba innocens avis est, & sine felle amaritudinis. Et hæc figura competebar: quia sicut dicitur *Gen. 8.* Columba nuntia fuit clementiæ de aquis diluuii peccatores submergentis per hoc quod tulit ad arcam tantam viuentis oliuæ: ita nunc in aquis baptismi fert benevolentiam complementum per submersionem peccatorum. *Matth. 3.* Vidit Spiritum sanctum sicut columbam descendentem. *Luc. 3.* Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.

Sed queritur, Secundum quem modum Spiritus sanctus fuit in hac columba plusquam in alia? Aut enim fuit per vnionem ad ipsam: & tunc Spiritus sanctus secundum esse columba fuit, sicut Filius est homo. Aut non fuit vnitus: & sic non fuit aliter in ipsa quam in alia creatura. Adhuc autem queritur, Quare potius elegit columbæ speciem in qua apparet, quam alterius animalis vel alterius creaturæ.

Ad hæc autem sine præiudicio dicendum est, quod quamuis etiam in corporali specie attributa sint personis propria, quæ nulli alij personæ conueniunt: sicut vox quæ sonat super Filium, hic est Filius meus dilectus, attribuitur Patri, & non Filio, vel Spiritui sancto: & Spiritui sancto attribuitur proprie columbæ species, & non Patri, neque Filio: tamen nec Pater vnitus est voci, nec Spiritus sanctus columbæ. Quia quatuor modis apparet Deus in creatura, scilicet, per vestigium & imaginem: & sic est essentialiter & presentialiter in omni creatura. Secundo apparet ad manifestationem alicuius operationis: & sic Pater est in voce, & Spiritus sanctus in columba. Apparet etiam in gratiæ alicuius operatione: & sic Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt in Sanctis, & in aliis etiam in quibus effectus gratiarum gratum facientium vel gratis-datarum operantur. Apparet etiam per vnionem: & sic solus Filius apparuit in humanis: & ideo per ostensionem manifestationis suæ est in columba & non in aliis.

Ad secundum dicendum, quod proprietates istius avis bonitatem ostendunt Spiritus sancti: & quia primum signum clementiæ columba tulit in aquis. Talia autem multa notata sunt. *Luc. 3.* Nec oportet hic repetere. Hoc est ergo quod dicit.

Quarto dicit locum vnde descendit, dicens [de celo] quia de celo vbi est locus gratiæ & gloriæ veniens, indicabat ibi celorum apertionem futuram esse per baptismum renatis. *Luc. 3.* & *Matth. 3.* Cæli aperti sunt super eum. *Eccl. 1.* Aperti sunt mihi cæli & vidi visiones Dei.

Et mansit super eum] Quintum est, quia cum in aliis Spiritus non requiescat, in Christo requiescit, & ex ipso in alios procedit. *1a. 11.* Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus. *Deut. 33.* Benjamin hoc

est filius dexteræ amantissimus Domini: in eo tanquam in thalamo iugiter requiescit. Amantissimus autem non potest esse nisi per amorem Spiritus sancti: & in illo requiescit Spiritus sanctus.

Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.

Hic facit credibile testimonium ex auctoritate reuelantis & reuelationis. Tangit autem tria, quorum primum est iterata amotio suspensionis: secundum autem, auctoritas reuelantis: tertium, auctoritas reuelationis. Dicit ergo [Et ego nesciebam eum] Vel quia affectu carnali non cognouit: vel quia facie ad faciem non cognouit, quia ignotus factus fuerat ex longa absentia: vel quia propter multam humiliationis absconsonem non cognouit hunc esse in persona, quem tamen in mundo sciuit esse per presentiam carnis: vel quia non cognouit eum in potestate sacramentali, quam per seipsum exercere vellet & non alteri committere. Simile est *Gen. 27.* vbi dicitur de Isaac: non cognouit eum, scilicet, filium suum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Sic & in Christo similitudo hispida carnis pro similitudine peccatorum fecit Christum non cognoscibilem etiam Sanctis. *1a. 53.* Quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Quis enim Filium Dei noscat in signis latronis? *Psal. 16.* Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias latronis.

Et si obiiciatur quod Ioannes cognouit Christum in utero matris. Dicendum quod hoc verum est, sed hoc fuit ex instinctu Spiritus sancti. Et dicit *Grego.* quod sæpe Spiritus sanctus tangit corda Prophetarum ad vnum, & non tangit ad alterum. Et sic hic ad notitiam personalem non tetigit cor Ioannis: ideo oportuit ut signo visibili demonstraretur ut Sacramenti sanctificator. Sic ergo dicit: Et ego nesciebam eum. *Psal. 118.* (secundum translationem Theodocionis) homo est, & quis cognoscit eum?

Sed qui misit me] Ecce auctoritas reuelantis [baptizare in aqua] ut homines ad materiam & actum baptismi introducerentur [ille] tante auctoritatis [mihi dixit] *Matth. 26.* Non fui incredulus cælesti visioni, sed his qui fuerunt Damasci primam, & Ierosolymis, & per omnem Iudæam, & gentibus annuntiaui ut penitentiam agerent [Super quem videris] signo corporali. *Psal. 88.* Tunc locutus es in visione Sanctis tuis & dixisti: posui adiutorium super potentem & exaltavi eum de plebe mea, hoc est, Christum Filium meum. *Osæ 12.* Ego visionem multiplicavi eis [Spiritum] sanctum in specie columbæ [descendentem] ad manifestationem sanctificatoris & sanctificationis Sacramenti [et manentem] quiete & ad omnem actum Spiritus, cum in aliis sanctis non sit ad omnem actum, sed ad quosdam. *Ioan. 3.* Non enim dat Deus ad mensuram

mensuram Spiritum, scilicet Filio [hic est] vere [qui baptizat] auctoritatis propriæ potestate, & sui nominis inuocatione, & Patris cooperatione: & non sicut minister, sed ut Dominus & omnipotens: & ideo vnum est baptisma, sicut vna est fides. *Matth. 1.* Vos baptizabimini in Spiritu sancto non post multos hos dies. Et hoc est scilicet, quod sequitur [in Spiritu sancto] Hoc enim modo Christus Dei Patris character intus characterem baptismi imprimit, & in Spiritu sancto qui ab ipso procedit peccata remittit: quamuis ministerium exterioris operationis homo aliquando exerceat.

Et ego vidi] Istud est testimonium excitans ad fidem plenam audientes. Dicit ergo: Et ego vidi sic Spiritum descendentem & manentem. *1a. 118.* Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. *Item 92.* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis [quia hic est Filius Dei] quem ante Virum vocauit, modo audita voce Patris *Luc. 3.* Tu es Filius meus dilectus, Filium Dei esse nominat & declarat: ideoque Pater qui mentiri non poterat, iam aperte hoc declarauit. *Psal. 2.* Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. *Matth. 27.* Verè Filius Dei erat iste.

Queritur autem hic curiosis magis quam deuotis, Si etiam alij cum Ioanne viderunt speciem columbæ & audierunt vocem Patris? Ad hoc sine preiudicio dicendum videtur, quod probabile est alios nec vidisse nec auduisse, nisi forte quosdam Sanctos & deuotos: quia si omnes vidissent & audissent, tunc Ioannis testimonium non fuisset necessarium.

Querunt etiam curiosi, Quid post istam apparitionem factum sit de columba? Et ad hoc dicendum quod licet nouit Deus: dicit tamen *Beda*, quod redacta est in præiacentem materiam: Deus enim illam in Ecclesia manere noluit, ne esset occasio idolatræ: sicut etiam serpentem conteri fecit quem fecerat Moyses in deserto. *4. Reg. 18.*

Alter die iterum stabat Ioannes, & ex Discipulis eius duo: Et respiciens Iesum ambulans, dixit: Ecce agnus Dei.

Hic iterato testimonio inducit credentes: & dicuntur quatuor, in quorum primo describitur dispositio testificantis: in secundo Ioannis copia in discipulis: in tertio respectus Ioannis in auctorem salutis: in quarto testificatio veritatis. Dicit ergo Altera die] nouæ illuminationis, quando iterum Spiritus sanctus cor hominis tetigit, & se Christus ei presentauit. *Psal. 71.* Illuminans tu mirabiliter ad montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde. *2. Pet. 1.* Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefactis attendentes quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco; donec illucescat dies, & lucifer oriatur in cordibus vestris. *Infrâ enim cap. 5.* Ioannes, & lucerna est & lucifer: dies autem & illuminatio facta per Christum [stabat Ioannes] qui a rectitudine veritatis non se flexerat. *3. Reg. 18.* Viuit Dominus.

D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.

minus exercitum ante cuius vultum sto. Vnde *glo.* immobilis stat in culmine perfectionis [Et ex Discipulis eius duo] *Glo.* Firmiter adherentes eius magisterio. Duo autem propter gemine dilectionis affectum, qui minus quam inter duos esse non potest. *Præf. 18.* Frater qui adiunatur à fratre est quasi ciuitas firma. *Eccl. 4.* Si duo sunt fouebuntur murus. *Luc. 10.* Misit eos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo ipse erat venturus. Non facit autem mentionem ut dicit *Chrysost.* de aliis: quia isti deuoti fuerant: alij autem liuore detinebantur zelantes pro gloria Ioannis contra Christum.

Et respiciens Iesum] quia dilectio Ioannis multiplicat respectum ad Iesum. *Barnab. 3.* Discipuli ubi sit lumen oculorum & pax. *Eccl. 1.* Non saturatur oculus visu, & auris auditu non impletur [Ambulantem] ad se, in salute nostra procuranda proficientem. *1. Ioannis 2.* Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. *Eccl. 1.* Animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Sic ergo plus ambulauit passibus virtutum, quam passibus pedum: quia virtutem post virtutem in opere nostræ salutis demonstrauit [Dixit] testimonium iterans propter legitimum audientium. *Præf. 6.* Festina, discurre, fasciata amicum tuum. *2. Tim. 4.* Intra opportune, impotente &c. [Ecce] qui sequendus est sicut dux gregis [Agnus Dei] Verax dux gregis. *Ioan. 10.* Proprias oues vocat nominatim, & ante eas vadit. *1. Pet. 1.* Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis à vana vestra conuersatione paterna traditionis: sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati.

Et audierunt eum duo Discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.

Hic incipit pars quæ est de audientium testimonium Ioannis conuersione: & diuiditur in duas partes in quarum prima ponitur conuersio eorum, qui per Ioannem vocati sunt, & per eos quos vocauit Ioannes: in secunda autem vocatio eorum, qui per ipsum Christum qui iam innotuerat sunt vocati, vel per præcones nouæ legis [Ibi] [in crastinum voluit exire] Et sumuntur istæ duæ vocations penes duo vocantis ad Christum, quorum vnum est intellectus supernaturalis veteris legis, & aliud est reuelatio veritatis: vnde *glossa* (Audierunt Ioannem loquentem & secuti sunt Iesum) dicit: Ergo sic sequentes Iesum, legem amiserunt vtentes eius testimonio. Prior harum partium diuiditur in duas partes, in quarum priori ponitur conuersio Discipulorum per vocem Ioannis: in secunda autem fructus conuersionum in vocatione aliorum [Ibi] [Inuenit hic primum &c.] Adhuc autem prior harum diuiditur in tres particulas, in quarum prima describitur ad Iesum Discipulorum humilis conuersio: in secunda benigna conuersio à Domino susceptio: in tertia vnus conuersorum per nomen proprium descriptio.

In prima harum quinque notantur. Primum est ad Verbum Dei audire patulus, cum dicit [Audierunt eum] aut parua Verbum suscipientes de salute. *Iacobi prima.* Sit autem

omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum & tardus ad iram. *Præd. 20.* Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque. Auris enim non audiens idolum est & non auris vera. *Prov. 12.* Auris sapientum querit doctrinam. *Isa. 50.* Dominus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abij. *Psal. 94.* Hodie si vocem eius audieritis, nolite obturare corda vestra [duo]. Ecce numerus mystice audientium, qui scilicet, duabus auribus audiunt: vna literam, & alia spiritum in litera loquentem. *Isa. 1.* Auribus percipite legem Dei vestri. Vel duo sunt propter geminam dilectionem, sicut antea dictum est [Discipuli] & ideo studiosi. *Ioan. 8.* Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Qui enim non permanet in sermone audito: non est discipulus, sed explorator curiosus & superstitiosus. *Gal. 2.* Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt vt explorarent libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent: sed nec ad horam cessimus subiecti- ni [loquentem] Hoc est quartum. Locutio enim cum intellectu & intentione fit. Et in hoc nota- tur auditus discretio. *1. Reg. 3.* Loquere Domine, quia audit seruus tuus [& secuti sunt IESVM] Ecce quintum, in quo notatur fractus conuersio- nis per Verbum salutis. Secuti sunt enim non tantum passibus pedum, sed imitatione operum & deuotione fidei. *Matth. 4.* Continuo relictis retibus, secuti sunt eum. Per quod etiam vide- tur quoddam testimonium Ioannis istum non sunt secuti: sed potius ad vocationem Domini. Ad hoc autem dicendum est, quod primo ad præ- dicationem Ioannis secuti sunt, & ad familiarem noticiam Domini admissi: sed ad propria tamen redeuntes, postea vocati sunt à Domino, & tunc omnia reliquerunt.

Queritur autem iterum, Quare coram duobus Ioannes testificatus est & non coram omnibus? Ad hoc dicendum quod pro certa testimonium Ioannis coram omnibus fuit sicut *Luc. 3.* dicitur, quod omnes exierunt ad eum: sed tamen familiariter plus impressit hoc discipulis: & hi duo hoc præ ceteris acceperunt, sicut supra dictum est: & ideo sunt secuti. *1. Cor. 23.* Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui. *Dan. 3.* Ecce nunc sequimur te in toto corde nostro & time- mus te.

Conuersus autem IESVS & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum magister) Vbi habitas? Dicit eis: Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima.

Hic tangitur benigna conuersorum susceptio: & dicuntur quinque, quorum primum est Domini ad sequentes benigna conuersio: secundum, dulcissima de illuminatione faciendâ Domini allocutio: tertium est dubij quod querebant sapientissima solutio: quartum est illuminato- rum cum Doctore familiaris mansio: quintum

autem est horæ aduentus eorum ad Christum de- terminatio.

Dicit ergo [Conuersus IESVS] qui semper conuertitur ad eos qui ad se conuertuntur: quia ad literam non terga, sed faciem dulcissimam ad eos conuertit & recipit venientes. *Zach. 1.* Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. *Psal. 89.* Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super sanguis tuos. *Thren. vii.* Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur. Quia illa vera conuersio est: & si quis aliter conuersus est, peruersus est [& videns eos oculis benignitatis. *Gen. 48.* Adducite fratrem vestrum ad me, & ponam oculos meos super eum] sequentes se] quia aliter oculo benignitatis eos non vidisset. *Sap. 4.* Respectus est in electos eius, &

Dicit eis] Ecce benigna & dulcis allocutio de futura illuminatione. *Can. 2.* Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. *Psal. 44.* Diffusa est gratia in labijs tuis. [Quid queritis?] Non ignorans interrogat, sed querit vt illumina- tionis accendat desiderium. *Psal. 33.* Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestre non confundentur. Non autem dicit, Quere queritis (quia de persona illuminati fuerunt per Ioannem: sicut ad passionem vadens *Ioan. 18.* Vbi persona querebatur, etiam intrepidus dixit, Quem queritis?) quia sciuit quod de salute ali- quid diceret querebant. Queritis autem dicit, quia hoc est studiosorum. *Psal. 104.* Querite faciem, hoc est, agnitionem veritatis eius semper. *Matth. 7.* Querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Qui dicunt ei, Rabbi] Nomine magistri nominant quem vt sapientem prædicatione Ioannis cognouerant, qui solus scire viam salutis facit. *Matth. 23.* Vnus est magister vester qui in caelis est Non autem vocant Dominum, cuius ad- huc per miracula potestatem non cognouerunt: quem postquam non cognouerunt, Magistrum & Dominum vocauerunt. *Ioan. 13.* Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Quod autem sequitur [quod dicitur interpretatum magister] Interpretatio est Evan- gelistæ, quia in græco scripsit, & Rabbi est ver- bum hebræum: vnde locutio Discipulorum sic seriatim fuit coniuncta [Rabbi vbi habi- tas?] Causa autem quod habitationem qua- rebant fuit, vt habitatione scita, sepe veni- rent ausu familiari & discerent ab eo viam sa- luti.

Sed quomodo querunt habitationem eius, cum ipse dicat *Mat. 8.* Vulpes foueas habent, volucres caeli nidus: Filius autem hominis &c. *Jerem. 14.* Quare quasi colonus furatus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Ad hoc dicendum quod propriam domum non habuit in terra, sed sicut peregrinus ab alijs re- ceptus est hospitio gratia hospitalitatis: & ta- lem locum quæsierunt. Quia sicut girouagus non discurrebat per plateas de domo in domum, sed sicut docuit Apostolos *Mat. 10.* & *Luc. 10.* in eadem domo mansit, edens & bibens quæ apud illos erant.

Mystice autem delectabilis est ista questio, contemplantium lucem quam Deus habitat. *Canticorum 1.* Indica mihi quem diligit anima mea

mea, vbi pascas, & vbi cubes in meridie, hoc est plena veritatis tua luce, ne vagari incipiam. *Psal. 25.* Domine dilexi decorem domus tue: & locum habitationis gloriæ tuæ *Isa. 57.* Dominus excel- sus sublimis habitans aeternitatem, & sanctum nomen eius in excelsis & in sancto habitans: & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiri- tum humilium. Et ideo etiam isti contriti & hu- miles corde querunt eius habitationem secundum consilium sapientis *Ecl. 6.* Si videris sensatum euigila ad ipsum, & limen ostij eius extera per- tus.

Dicit eis] Ecce querentium illuminatio: & habet duo, scilicet vocationem illuminatoris, & obedientiam illuminatorum. Dicit ergo vocan- do [Venite & videte] Venite primum fidei deuotione, & postea videte intellectus illuminatione. *Isa. 7.* secundum aliam translationem. Nisi cre- dideritis, non intelligetis. *Dem. 33.* Qui appropinquant pedibus eius veniendo, accipient de doctrina eius illuminando. Et hoc est quod dicit *Psal. 45.* Venite & videte opera Domini quæ posuit prodigia super terram.

Illuminatorum autem obedientia describitur, cum dicitur [venerunt] Duo dicuntur vel tria. Aduentus, visio & mansio. De primo dicit [vene- runt] per fidei deuotionem, & per operis imi- tationem, & per præcepti obediendum. De primo dicit *Matth. 11.* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. De secundo *Isa. 2.* Domus Iacob venite & ambule- mus in lumine Dei nostri, hoc est, in lucidis exem- plis ipsius. De tertio *Psal. 33.* Venite filij au- dite me: timorem Domini docebo vos, scilicet, in obedientia præceptorum eius.

Et viderunt] per fidei credulitatem, per intel- lectus illuminationem, & per Scripturæ medita- tionem. De primo *1. Cor. 13.* Videmus nunc per speculum & in ænigmate. De secundo *Mat. 5.* Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vide- bunt. De tertio *Psal. 33.* Gustate & videte quia suavis est Dominus. Gustatur enim medi- tationis delectatione, & videtur verbi Dei in- tellectu.

Et manserunt ibi] Hoc est tertium. Visio enim est fidei: aduentus spei per profectum meri- torum: & mansio charitatis. Vnde viderunt ve- ritatem: venerunt ad beatitudinem: & manserunt in dulcedine bonitatis. *Ioan. 14.* Ad eum venie- mus, & mansionem apud eum faciemus. *Matth. 17.* & *Luc. 9.* Bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: fidei, spei & chari- tatis. Sic venit regina Saba audire sapientiam *3. Reg. 10.* Sic viderunt Samaritani *Ioan. 4.* Ipsi vidimus & scimus quia hic est vere Saluator mun- di. Sic permanerunt fideles amici. *Psal. 14.* Habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo [die illa] hoc est residuum illius diei. Spiritualiter autem in illuminatione percepta à Domino permanerunt. *Psal. 83.* Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Et quia dixit, die illa: ne integra dies esse putetur, subiungit horæ aduentus eorum descriptionem, cum dicit.

Hora autem erat quasi decima] *Ioan. 13.* Nonne duodecim sunt horæ diei: Et ideo hora deci- ma erat quasi vespere. *Luc. 24.* Mane nobiscum quoniam aduerseratis, & inclinata est iam dies.

D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.

Vespera autem, vt dicit *Greg.* finis est mundi: & tunc prima hora diei est origo lucis naturæ in principio creationis hominis. Secunda autem, est illuminatio benedictionis Noe absterfa caligine peccati per diluuium. Tertia autem hora, est sanctificatio Abrahæ per circumcisionis sacramen- tum. Quarta hora, lucis sanctificationis Moysi ad liberationis auxilium. Quinta hora, collectio legis vt peccati ostenderet remedium. Sexta hora, ab impugnantibus defensio iudicum. Septi- ma hora, gubernatio David & aliorum regum. Octava hora, repromissio facta David per Chris- tum exhibenda. Nona hora, liberationis de Ba- bylonica captiuitate per Zorobabel & IESVM magnum sacerdotem. Decima hora, est redem- ptionis factæ per Christum: & in illa cum Chris- to manserunt. Vndecima autem, est remunera- tionis quiescentium vsque in finem mundi. Et duodecima, est glorificationis requiescentium post mundi finem in æternum. Et sic completur dies fidelium. Sic enim *Isa. 38.* Descendit sol decem lineis in horologio Achaz: quia per istas decem horas gratia Christi manifestatur. Et hoc est quod intendit.

Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum.

Hic describitur per nomen proprium vnus: qui audierat testem veritatis. Describitur au- tem nomine, genere, singulari dignitate, & intel- lectus illuminatione & virtute. Dicit ergo [Erat autem Andreas] Ecce descriptio nomi- nis. Andreas enim erat virilis qui primum se- qui Christum ausus fuit. Interpretatur etiam respondens pabulo: qui pabulo verbi quod à Ioanne acceperat, per tam dignum fructum verbi respondebat: & ideo à nomine describitur. *Apoc. 3.* Non delebo nomen eius de libro vitæ. *Exod. 33.* Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Describitur etiam ex genere [frater Simonis Petri] qui ideo de- scribitur vt sit exemplum vocationis Christi in qua maior per minorem vocatur. *1. Cor. 12.* Quæ infirma sunt elegit Deus vt confundat fortia. *Daniel. 13.* Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris. Nominatur autem amplius primo nomine visitato cum dicitur, Simonis qui interpretatur obediens: quia primo est obedire verbo vocationis, & postea erigi in cathedram honoris. *1. Reg. 15.* Melior est obedientia quam victimæ. Vnde sensus est [Simonis] hoc est, qui tunc Simon: postea autem vocandus erat Petrus [vnus ex duobus] singularis digni- tatis in auditu magistri, qui se à communitate Discipulorum excepit. *Ecl. 7.* Virum vnum de mille reperi: mulierem ex omnibus non in- ueni [qui audierant à Ioanne] Verbum enim Ioannis penetravit corda eorum. *Hebra. 4.* Viuus est, sermo Dei & efficax & penetra- bilior omni gladio ancipiti, attingens vsque ad di- uisionem animæ & spiritus, compagum quoque medullarum, & discretor cogitationum & inten- tionum cordis. *Rom. 10.* Fides ex auditu: auditus autem per Verbum Christi [Et secuti fuerant IESVM] auctorem salutis. *Ecl. 23.* Gloria magna sequi Dominum: longitudo enim dierum assu- tur ab ipso.

Inuenit hic primum fratrem suum Simonem.

Tangitur hic vocati per Ioannem & conuersi fructus, propter quem etiam specialiter nominatur. Et nomen alterius non exprimitur: ideo quia de fructu eius nulla mentio habetur. Tangit autem hic tria, scilicet quem vocauit, modum vocationis, & quam digne vocatus Petrus à Domino est receptus [primum] dicit quia postea à Domino missus plurimos adduxit in Achaia & in aliis locis [fratrem suum] cui ex cognatione carnis plusquam aliis tenebatur. 2. *Tim. 1.* Sollicite me quaesuit & inuenit: det illi Dominus inuenire gratiam à Domino & misericordiam. *Gen. 37.* Fratres meos quaero. *Can. 4.* Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meae, vt inueniam te solum in foris? Foris enim est qui in Christo non est [Simonem] id est, obedientem, quo nomine prius vocabatur. *Exod. 24.* Omnia quae locutus est nobis Deus faciemus & erimus obediens.

Et dicit ei: Inuenimus messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit cum ad IESVM.

Modus est vocationis. *Apo. 1.* Qui audit, dicat, veni. Duo autem dicit: inuentum enim ostendit, & vocatum scilicet, Petrum adducit. De primo dicit [Inuenimus] sicut lapidem pretiosum & sicut thesaurum absconditum. Et de vtroque *Mat. 13.* Inuenta vna pretiosa margarita. Ecce primum. Quem thesaurum cum inuenit homo abscondit, & pra gaudio illius vadit & vendit omnia quae habet, & emit agrum illum. *Can. 3.* Inueni quem diligit anima mea [messiam] hebraeum est, & ideo Euangelista interponit [quod est interpretatum Christus] hoc est, vnus Rex & Sacerdos. *Isa. 61.* Spiritus Domini super me eo quod vnxit me Dominus. *Psal. 44.* Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae pra confortibus tuis. Et adduxit eum [sicut anadochus] id est, Saluatorem. Et ex hoc accepit Ecclesia quod in sacramento baptismi & confirmationis vtitur adducentibus qui praesentant suscipientes sacramentum, qui patrini latine, graece autem anadochi vocantur, vt dicit *Dionysius. Mat. 12.* Soluite & adducite mihi. *Psal. 28.* Afferre Domino filij Dei, hoc est, conuersum: afferre Domino filios arietum, hoc est, filios Praelatorum praedicantium qui duces sunt gregis Christi: horum enim filij debent afferri Domino & adduci.

Inuitus autem eum IESVS dixit: Tu es Simon filius Ioanna: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Ecce modus receptionis adducti: & tangit tria, quorum primum est intimi amoris respectus, cum dicit [Inuitus autem eum Iesus] *Gen. 43.* Attollens oculos suos vidit Benjamin fratrem suum vetricum. *Psal. 31.* In via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Inuitus autem corporalis amorem significat cordis.

Dixit: Tu es Simon [Hic secundo tangit simplicitatis columbinae commendationem, cum dicit [Tu es Simon] obediens voci vocantis [filius

Ioanna] *Glossa.* Idem dicitur Ioanna & Iona. Ioanna gratia: Iona columba. Quia filius est columbae & gratia. Vnde *Glossa* dicit: Inuitendo eum corporaliter, quoddam secretum vidit in illo quod esset firmior ceteris. Et hoc est intelligendum post confirmationem: quia ante confirmat omnem negavit ad vocem ancillae. *Luc. 22.* Ego rogavi pro te vt non deficiat fides tua, sed tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et quia idem est Ioanna & Iona, dicitur *Mat. 16.* Beatus es Simon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in caelis. Totus enim simplicitate columbae formatus fuit in filium Dei: & hoc laudat in Petro Christus, quia nihil carnale post conuersionem sequebatur. *Gal. 1.* Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret, Filium suum in me, continuò non acquiesci carni & sanguini &c.

Tu vocaberis Cephas [Graece interpretatur caput. Sed *Beda* dicit sic: Sciendum quod syriaca lingua Cephas rupes vel gratia, & latina petrus dicitur, & vtraque lingua à petra derivatum est petrus. Et hoc est quod sequitur [quod interpretatur petrus] quod a soliditate dictum est. *Mat. 16.* Tu Petrus: & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. *Glossa* autem dicit, quod hoc uomen hic non imponit, sed praesignat imponendum posterius. Dicunt tamen quidam, quod hic imposuit. Sed *Mat. 10.* & *Mar. 3.* & *Luc. 6.* confirmauit. Et *Mat. 16.* vulgavit. Et ab hoc accepit Ecclesia Romana quod electo in Papam nomen mutauit, vt dicunt, cum tamen hoc falsum sit: quia diu per multum tempus electo Papa nomen non fuit mutatum: donec quidam turpe nomen habens, eo quod os porci dicebatur, electus fuit: & ab illo electo in Papam nomen cepit mutari. Sed hoc verum est quod in specialem gratiam Deus suis consuevit mutare nomen, sicut *Gen. 17.* mutatur nomen Abra & Sarai. Et *Gen. 32.* mutat nomen iacob in Israél. Hoc est ergo quod dicit.

In crastinum voluit exire in Galilaeam, & inuenit Philippum. Et dicit ei IESVS, Sequere me.

Hic incipit pars illa quae est de vocatione facta per Christum, qui iam manifestatus per Ioannem cepit vocare Discipulos: & habet haec pars duas partes, in quarum prima agitur de vocatione Philippi: in secunda de fructu illius vocationis facta in vocatione Nathanaelis [Inuenit Philippus Nathanaelem &c.] In priori harum dicuntur tria: vocationis tempus quando facta est, quia [In crastinum voluit exire in Galilaeam] Et sicut dicit *August. in lib. de Concordia Euangelistarum 2.* Iste est primus introitus Christi in Galilaeam in qua discipulum vocauit, & miraculum de mutatione aquae in vinum fecit, antequam mitteretur Ioannes in carcerem. Iterato tamen intrauit postea & fecit miraculum de filio reguli. Tunc ergo postquam Andreas ad testimonium Ioannis venerat, & Petrus per Andream fuit adductus [voluit] voluntate beneplaciti qua nostram salutem desiderauit. *Rom. 12.* Probetis quae sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. *Psal. 50.* Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion vt aedifi-

aedificentur muri Ierusalem: qui de fidelibus ad fidem vocatis aedificantur, sicut dicitur in visione pastorem [exire de Iudaea] large dicta, ubi Ioannes baptizabat iuxta Bethaniam, sicut supra dictum est [in Galilaeam] de qua patria Discipulos vocabat. *Mat. 2.* Nonne omnes isti qui loquuntur Galilaei sunt? Alia etiam de causa in Galilaeam venit: quia ibi Angelo nuntiante fuit conceptus: quia ibidem à pueritia nutritus. His ergo de causis [voluit exire in Galilaeam.

Et inuenit Philippum] ex intentione quaesitum. *Luc. 15.* Quaerit diligenter donec inueniat. Inuenit autem perditum & errabundum. *Psal. 88.* Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Quia & manu fortem fecit Apostolum in virtutis pugna & aspectu desiderabilem in contemplatione veritatis perfecit eum: & seruum suum in obedientia mandatorum. Et ideo vnxit eum oleo misericordiae in remissionem peccatorum & vntione consecrationis in Apostolum: quod praetendit nomen eius Philippus, qui praefago nomine apostolicae dignitatis, os lampadis interpretatur quae ardet charitate. *Psal. 118.* Ignitum eloquium tuum vehementer. Et lucet veritate *Ioan. 5.* Ille erat lucerna ardens & lucens. *Can. 8.* Lampades eius, lampades ignis atque flammaram: quae lucent clara veritate doctrinae. Qui & primum adduxit eunuchum Candaces reginae. *Mat. 8.*

Et dicit ei IESVS] Ecce modus vocationis [sequere me] hoc est, doctrinam & exemplum imitare. *Mat. 9.* Sequere me. *Ioan. 1.* Sequere me. Quia est sequela ad fidei perceptionem, de qua hic loquitur: & est sequela ad regimen percipiendum, de qua loquitur *Mat. 9.* & est sequela ad Martyrium sustinendum, de qua loquitur *Ioan. 1.* Videtur autem non bene continua esse historia: quia *Mat. 16.* & *Luc. 9.* dicunt quod statim post baptismum ductus est Iesus in desertum à Spiritu vt tentaretur à Diabolo. Hic autem innuit *Ioan.* quod cum recessisset à Ioanne baptista, intrauit in Galilaeam. Sed & hoc iterum soluendum est secundum *August.* quod reuera cum primum testimonium Ioannes videns perhibuisset, Christus baptizatus in desertum ductus est: sed post tentationem factam rediit ad Ioannem, & tunc testimonium perhibuit coram Discipulis, & tunc audiuit Andreas. Et per ordinem facta sunt ista quae hic narrantur, quae alij Euangelistae tacerunt. Sic autem continuatur historia.

Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andree & Petri.

Descriptio est patriae Discipuli vocati. Ideo autem describitur, vt notetur quod videns Philippus conuies suos Christum sequentes facilius sequebatur, cum sciret illos bonos & inquirere salutis auctorem. Et hoc est quod dicit [à Bethsaida] ciuitate Galilaeae, quae praefago nomine domus vocationis interpretatur: quia ex illa egressi venatores homines ex ferinis syluestribus moribus venantes Christo coniungerentur. *Ierem. 16.* Miram eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle & caernis petrarum: quia oculi mei sunt super omnes vias eorum. Quosdam enim Apostoli capiunt in monte dignitatis mundanae, & quosdam absconditos in cauer-

nis datæ paupertatis. Et quia venatores praecipue de illa ciuitate assumpti sunt, ideo subditur [ciuitate Andree & Petri qui iam ante vocati sunt.

Sed quaeritur hic, Quare Philippum per se vocauit, cum simplex fuerit & rusticus: & Nathanaelem per Philippum, qui sapiens fuit & literatus? Ad hoc dicit *Chrysost.* quod ideo fecit vt mundi sapientiam confunderet, & sola virtus vocatorum à Spiritu sancto esse sciretur. Si enim sapientes elegisset, conuersio facta per eos sapientiae mundanae ascriberetur. 1. *Cor. 1.* Quae stulta sunt huius mundi elegit Deus vt confundat sapientes &c. Et haec etiam de causa tales constituit Apostolos, & non Nathanaelem sapientem. Haec etiam de causa non per se vocauit Paulum nisi de caelo post Ascensionem, vt sciret non in eo eligi sapientiam mundi, ac aliquid fidei praedicatæ industriae humanae ascriberetur. Vnde ipse dicit. 1. *Cor. 15.* Nouissime vero tanquam abortiuo visus est & mihi. Vnde 1. *Cor. 2.* Sermo meus & praedicatio mea non fuit in persuasibilibus humanae sapientiae verbis: sed in ostensione spiritus & virtutis. Haec est ergo causa dictorum.

Inuenit Philippus Nathanael.

Hic tangitur iam vocati primitiuus fructus: & diuiditur haec pars in duas, in quarum prima describitur Nathanaelis ad Christum vatio: in secunda autem vocati per commendationem facta à Christo confirmatio. In prima harum sunt tres paragraphi, in quorum primo tangitur vocandi inuentio: in secundo inueni vatio: in tertio vocationis sanctorum diligens & discreta examinatio. Dicit ergo [Inuenit] ad salutem quaesitum hic [Philippus] iam à Christo vocatus: & illuminatus [Nathanael] fratrem suum in lege peritissimum, qui interpretatur donum Dei: quia licet eum Philippus vocaret extra, tamen nisi Dominus eum dono suae illuminationis praecessisset intra, non ad fidem venisset. Inuenit autem Philippus istum ex intentione quaesitum. *Can. 3.* Inueniant me vigilae qui custodiunt ciuitatem. Sic enim iam vigil factus Philippus inuenit vagabundum fratrem suum Nathanaelem. Vnde *Beda.* Vide venatorem istum quantum capiendis animabus est intentus.

Et dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Propheta, inuenimus IESVM filium Ioseph, à Nazareth.

Ecce vocationis modus. Modus autem vocationis non est inuitantis: more, sed modo proponentis, vt per Scripturam innotescat sapienter: quia praesumptio esset vocare vel docere sapientem. Et ideo ipse facit auctoritatem Scripturae testantis praemittit, & postea inuentum describit. Dicit ergo [Quem scripsit Moyses] sicut legislator praecipuus. *Ioan. 5.* Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit [& Propheta] quia omnes concorditer Christum praenuntiauerunt. *Ecc. 16.* Suscita precesiones quas in nomine tuo locuti sunt Prophetae priores. Alia littera habet [in lege & Prophetis] Moyses scripsit Christum in lege. *Deut. 18.* Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris: ipsum tanquam me audistis. *Rom. 10.* Finis legis Christus ad in-

striam omni credenti. Moyses etiam scripsit in Prophetis: quia Propheta se habent ad legem sicut doctrina epistoliarum Apostolorum ad Evangelium, ita quod sunt explanationes legis. Quidam tamen ita suppleverunt literam [Quem] supple, scripsit [Moyses in lege] & qui scriptus est [in Prophetis] *Eccl. 36*. Da mercedem Domine sustentibus te ut Propheta tui fideles inveniatur. *Luc. 24*. Oportet impleri omnia quae sunt scripta in Prophetis & psalmis de me [invenimus] diligenter & diu quaeritur. *Cam. 3*. Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea.

I E S V M Descriptio est inveni [I E S V M] salutis auctorem, de quo Patriarcha Iacob ait *Gen. 49*. Salutem tuam Domine expectabo. *Habac. 3*. Ego autem in Domino gaudebo & exultabo in Deo I E S V meo [filium Ioseph] putatum. *Luc. 3*. Ut putabatur filius Ioseph quia nutritus eius erat, & custos, & testis, & minister matris. Custos fidelis tanti thesauri: testis verax sanctitatis templi Dei Filij: minister diligens matris Domini sui [A Nazareth] civitate conceptionis & nutritionis. *Mat. 1*. Nazareus vocabitur *Isa. 11*. Flos de radice eius ascendet. Nazareth autem flos interpretatur propter pulchritudinem conversationis, propter odoris sive opinionis suavitatem, propter fructus in conversione fidelium futuram utilitatem. *Cam. 2*. Ego flos campi & lilium convallium. *Psal. 91*. Germinabit iustus sicut lilium, & florebit in aeternum apud Dominum. Sic ergo examinatione secundum scripturam proponit inveni. In quo notatur, ut dicit *Chrysostr.* quam diligenter in lege & Prophetis meditabatur, qui cordis sui conceptum proponit à testimonio legis & Prophetarum. *Psal. 1*. In lege eius meditabitur die ac nocte.

Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei Philippus; Veni, & vide.

Hic ponitur vocationis factae diligens examinatio: & habet duo, quorum unum, est prudens Nathanaelis per Scripturam collatio: secundum autem per experimentum eius ad quod vocatur probatio. Dicit ergo [Et dixit ei Nathanael] ad Scripturam conferens auditum. *Ioan. 5*. Scrutamini Scripturas: quia ipse sunt in quibus vos putatis vitam aeternam habere [A Nazareth] veniens [potest aliquid boni esse] Et sic remissive legitur. Bonum enim erat quod de Salvatore erat promissum: & hoc Scriptura dixit futurum esse à Nazareth, in hoc quod dixit: Quoniam Nazareus vocabitur, hoc est, flos vocabitur. *Isa. 11*. Flos de radice eius ascendet. Ibi enim translatio 70. habet: Quoniam Nazareus vocabitur. Vel legi potest interrogative sic [A Nazareth] potest venire aliquid boni? Cum de Salvatore *Mich. 5*. dicatur de Bethleem Ephrata, quia ab ipsa surgit dux qui regat populum Israel. *Ioan. 7*. Scrutare Scripturas & vide quia Propheta de Galilea non surgit. Sed tamen notanda est secundum hanc litteram modestia Nathanaelis: quoniam non simpliciter negat, sed interrogando dubitat ut factum examiner. *Psal. 76*. Meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar & scopebam spiritum meum.

Dicit ei Philippus] diligens auditor eorum quae diceret sapiens: & cum non abnueret inuitat ad experimentum [veni] per hoc quod non dissentias [& vide] per experimentum virtutis quae est in ipso quem invenimus. 1. *Ioan. 4*. Probate spiritus si ex Deo sunt. Sic Samaritani adducti ad Christum per loquelam mulieris *Ioan. 4*. Venerunt & viderunt & dixerunt; iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim vidimus & scimus quia hic est vere Saluator mundi. Hoc est ergo quod dicit.

Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo, Ecce vere Israelita in quo dolus non est.

Hic incipit vocati per commendationem confirmatio. Habet autem tres partes, in quarum prima ponitur confirmatio ad fidem per commendationem: in secunda autem ponitur illuminatio confirmati per revelationem secretorum: in tertia vero propter meritum fidei ponitur promissio revelationis mirabilium futurorum. In prima harum tria innuuntur, in quorum primo innuitur dilectionis visio: in secundo, dilecti & visi ad I E S V M appropinquatio: in tertio commendatio. Dicit ergo [Vidit Iesus] intuitu dilectionis. *Psal. 24*. Respice in me & miserere mei [Nathanaelem venientem ad se] Ecce appropinquatio magis intus quam extra. *Iaco. 4* Appropinquate Deo & appropinquabit vobis [Et dicit de eo] qui secreta novit conscientiarum. *Eccl. 23*. Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, intuentes in absconditas partes [Ecce vere Israelita] imitator rectissimi. *Gen. 32*. Nequam ultra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum. *Isa. 49*. Servus meus es tu Israel: quia in te glorificabor. Iste enim est rectissimi imitator, qui nulla curivitate desistit: quinimo etiam ab imperito & idiota non designatur duci ad veritatem. *Dionysius* dicit: Dedisti veritati manus, & falsitatis nexibus es absolutus. Vnde addit [in quo dolus non est] Dolus est, ut dicit *Augustinus*, quando aliud quis simulat & aliud agit. *Prou. 12*. Dolus in corde cogitantium mala. *Isa. 32*. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes cogitabit ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauperi iudicium. *Malach. 1*. Maledictus dolosus. Iste autem simplex est qui non est dolosus: quia à quolibet studio paratus est suscipere veritatem. *Iob. 1*. Homo simplex & rectus, & timens Deum, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam.

Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, Tu es Filius Dei, Tu es Rex Israel.

Ecce secundum ubi ponitur secretorum revelatio: & dicuntur duo, quorum primum est quaestio in qua innotebit desiderium illuminationis: in secundo ponitur illuminatio de revelatione secretorum. De primo dicit ergo [Vnde me nosti?] hoc est, ex qua virtute, cum hoc sit supra virtutem

virtutem humanitatis. 1. *Reg. 16*. Homines vident quae patitur; Deus autem inveniunt cor. *Hebr. 4*. Omnia nuda sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Secreta ergo novit virtute divinitatis.

Respondit Iesus & dixit ei: Ecce illuminatio de secretis. *Psal. 93*. Dominus scit cogitationes hominum. Priusquam te Philippus vocaret, vocatione exteriori, sicut vocat Praedicator; & Deo, sicut vocat esset sub ficu. Ad litteram sub quadam ficu, sed etiam forte cogitans de futuro Salvatore. Vel sub ficu iudicij sub dulcedine peccati. Vel sub ficu iudicij sub dulcedine litterae legis. De prima sic dicitur *Prou. 12*. Qui servat ficum comedit de fructu eius. De dulcedine peccati dicitur *Gen. 3* quod fecerunt sibi de foliis ficu perisomata, hoc est, excusationes in dulcedine peccati. De sicu sterilitatis est lex secundum carnalem litteram dicitur *Matth. 23*. Iam ex te fructus non nascitur. Sub prima ficu fuit Nathanael propter umbram sub secunda propter delectationem concupiscentiarum: sub tertia propter legis Dei memoriam [vidi te] oculo praedestinationis & dilectionis. *Psal. 31*. In via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. *Eccl. 23*. Oculi Domini contemplantur omnes vias hominum. *Iob. 42*. Scio quia vniuersa potes, & quia te nulla latet cogitatio.

Respondit Nathanael] edificatus ad fidem divinitatis [& ait] confitens esse Deum [Rabbi] Dicit *Chrysostr.* adhuc credens esse sapientem qui ex aliqua revelatione Dei secreta novit [Tu es Filius Dei] *Chrysostr.* dicit, quod confitetur eum esse filium Dei non per naturam, sed per adoptionis gratiam: quia adhuc non erat plene illuminatus de fide divinitatis. Alij tamen dicunt, quod hoc ex corde credidit sicut ore confessus fuit. Sed primura probabilis est, sicut inferius patebit. *Ioan. 11*. Ego credidi quia tu es Filius Dei, qui in hunc mundum venisti. Et non tantum confitetur naturam, sed & potestatem & regnum [Tu es Rex Israel] Quia hoc promissum fuit *Isa. 23*. Suscitabo David germen iustum & cognabit, Rex &c. *Psal. 2*. Constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praecipuum eius. Sic ergo confitetur Dei Filium & diuinam in eo potestatem.

Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.

Repromissio est maiorum propter confessionem fidem verorum: & dicit tria. Replicat enim causam inductam fidei, & secundo maius donum promittit, & tertio illud describendo exprimit. Dicit ergo [Quia dixi tibi] secretum quod nemo nisi tu scivisti [vidi te sub ficu]. *Psal. 7*. Scrutans corda & renes Deus [credis] scias quia nemo novit secreta cordium nisi solus Deus, & ideo hoc signo meae deitatis argumentum accipiens credis [maius his videbis] *Ioan. 5*. Maiora his demonstrabit illi opera ut vos miremini. *Ioan. 14*. Signa quae ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.

Sed hoc videtur falsum, quia hoc fuit summa fidei quam laudavit in Petro. *Mat. 16*. Tu es Christus Filius Dei vivi. Et dixit ei Iesus,

Beatus ex Simon battona &c. Et illum exaltavit dicens: & ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Qualiter autem maius isto videre potuit? Adhuc autem quaeritur, quare confessionem istam in Nathanaele non remuneravit sicut in Petro? Ad hoc dicit *Chrysostr.* sicut ante diximus, quod Nathanael licet dixerit verba similia verbis Petri in sensu: non tamen dixit ex eadem & simili fide. Quia Nathanael dixit Filium Dei gratia: Petrus autem filium Dei natura. Praeterea, Nathanael dixit hoc ex studio Scripturae & observatione experimenti quod erat scientia secretorum, quam etiam multi Sancti habent ex revelatione divina: Petrus autem dixit hoc ex fide simplici & devotione. Sic ergo & probabiliter respondit *Chrysostr.* & dixit illud magis specificando.

Et dicit ei, Amen amen dico vobis, Videbitis caelum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.

Confirmationem praemittit. Amen amen, hoc est, vere vere dico vobis. Geminationem autem eius quod est amen, solus habet *Ioannes* inter Evangelistas; quod est signum quod dupliciter veritas eius confirmatur, scilicet revelatione, quia hausit eam in fonte dominici peccatoris *Ioan. 21*. Qui & recubuit in cena super pectus eius. Et confirmatur etiam ex visu & auditu; quia haec vidit & audivit. *Ioan. 19*. Qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius [Videbitis caelum apertum] Tres quidem ex vobis in monte transfigurationis *Matth. 17*. *Luc. 9*. Et omnes in die Ascensionis cum in caelum ascendant *Act. 1*, & Angelos Dei qui deputati sunt in ministerium salutis fidelium Filio Dei. *Mat. 4*. Accesserunt Angeli & ministrabant ei. *Hebr. 1*. Nonne omnes administratorij spiritus sunt in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? *Ezech. 1*. Aperti sunt mihi caeli & vidi visiones Dei [descendentes] ut gratiam illuminationis fidelibus infundant [& ascendentes] ut preces Christi pro fidelibus Deo offerant [super filium hominis] a quo vniuersae recipient illuminationem. Vel Ascendant Angeli & Praedicatorum (qui Angeli dicuntur) dum arcana deitatis reuelant, quia tunc ascendere faciunt. Et descendunt dum docent & praedicant humilia humanitatis. Vbi autem hoc videntur Discipuli, expresse non legitur. Sed multa facta sunt quae scripta non sunt. Est tamen in figura praesignatum *Gen. 28*. ubi vidit Iacob scalam, & Dominum innixum scale desuper, & Angelos Dei descendentes & ascendentes per eam.

Sed quaeritur, in quo hoc fuit maius? Cognitio enim occultorum soli Deo attribuitur: ascendere autem & descendere Angelos etiam Iacob vidit. Respondit, quod maius est quantum ad illuminationem, quia ex de maiori est enim de cognitione humanitatis & deitatis, quod maxima est cognoscere in Christo. Dicit autem super filium hominis] quia cum alij de committione seminum sint nati, & sic filij sunt hominum; Christus sine semine virili natus est, & ideo non hominum sed hominis filius est.

Et attende, quod Nathanael dicit esse Filium Dei

Dei: Christus autem dicit filium hominis, ut det exempla humilia de se sentiendi & non alta sapiendi. *Nov. 12.* Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. *Phil. 2.* Hoc sentite in vobis quod & in CHRISTO IESU: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed exinavit, id est, humiliavit semetipsum &c. Non enim profert altam Patris cognitionem (sicut etiam multi ignobiles faciunt, altiores sui generis parentes iactantes) sed humilem sui generis parentem matrem, dicens [super Filium hominis] sic ergo finita est pars quæ est de testimonio Ioannis. Sequitur pars quæ est de manifestatione Verbi facta per seipsum.

CAPUT II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: Et erat mater IESU ibi. Vocatus est autem IESVS, & Discipuli eius ad nuptias.

Hic incipit pars quæ est de manifestatione Verbi facta per seipsum, in qua suipsum manifestat deitatem. Dividitur autem in tres partes, in quarum prima manifestat se Verbum prout est operativum & eruditivum. Sed quia per eruditionem & operationem intenditur creaturæ rationalis sanctificatio, in secunda parte ostenditur qualiter per Verbum incarnatum creatura rationalis sanctificatur: & incipit in *capitulo 2.* Quia autem per sanctificationem venit ad glorificationem, ideo in tertia ostenditur de glorificatione per Resurrectionem & Ascensionem: & hæc incipit in *2. 2.* Prima autem pars quæ est de Verbi manifestatione, dividitur (secundum duos actus Verbi) in duas partes. Est enim Verbum operativum in potestate divina, & est illuminativum, & falsitatis cæcitate conclusivum, prout est sapientia Dei & scientia: & ideo habet duas partes, & has duas partes profequitur tertium quod convenit Verbo ex his duobus, quod ipsum est vivificativum. Et sic pars ista dividitur in tres partes, in quarum prima agitur de potestate Verbi prout ipsum est virtus Patris. In secunda autem agitur de illuminatione Verbi prout ipsum est sapientia Patris: & incipit in *capitulo 7.* Quia autem per hæc duo vitam inspirat suis, ideo in tertia parte agitur de Verbo prout ipsum est vita hominum: & hæc incipit in *11. capitulo.* Et ideo dicuntur de Verbo tria, scilicet, quod omnia per ipsum facta sunt, & quod ipsum est lux hominum, & quod in ipso sicut in causa secundum *Ambro. vita erat 1000. 1.*

Potestas autem Verbi consideratur sex modis. Aut enim consideratur in potestate mutandi creaturas secundum originalem rationem inventam in ipsis: & sic penes Verbi manifestationem sumitur pars prima de mutatione aquæ in vinum, in quo miraculo deitatem Creatoris in se ostendit Verbum incarnatum. Secunda potestas Verbi est ostensa per ordinem cultus divini. Quia postquam ostenditur virtus Creatoris esse in Verbo, consequenter inferitur quod debetur ei cultus à creatura quam creavit. Sicut etiam *Philosophus* dicit *1. Celi & 2. 2.* quod per numerum, quem invenimus

in creaturis magnificatus & colimus Deum gloriosum eminentem proprietatibus eorum quæ sunt creata. Et sic manifestatur potestas verbi in purgatione templi ubi colitur Deus. Et manifestatio harum duarum potestatum continet hoc secundum capitulum. Tertia autem Verbi potestas est qua operatur in sacramento ad sanctificationem animæ: & hæc potestatem manifestat in tertio & in prima parte capituli quarti.

Quarta autem potestas Verbi est in reformatione naturæ corruptæ in corpore: & hoc dupliciter, scilicet, secundum corruptionem perfectam, & secundum corruptionem quæ est in parte. Et quoad primam potestatem manifestatur in vltima historia quarti capituli: quantum autem ad secundam manifestatur in prima historia capituli quinti. Ex his autem potestatibus resultat quod Verbum legi non subicitur, sicut nec Deus Pater qui semper operatur. Et quantum ad illam potestatem est ordinativum omnium legum: & sic manifestatur in secunda parte quinti capituli, ubi ostenditur esse Dominus, & ordinator sabbati, & aliarum legis feriarum. Est autem adhuc una Verbi potestas, quæ est super omnes potestates, quæ est creaturarum transsubstantiatio ad seipsum, per cuius effectum sibi fideles incorporantur, & vnum cum ipso efficiuntur: & hæc manifestat in *capitulo 6.* Et hæc est Verbi incarnati secundum divinam potestatem operativam sufficiens manifestatio.

Per sex ergo manifestatur Verbum in virtute creaturæ: & ita hæc pars dividitur in sex partes, in quarum prima dicitur, quando & ubi & coram quibus hoc miraculum factum est: secundo describitur huius miraculi necessitas: tertio miraculi faciendi interpellatio: quarto miraculi perfectio: quinto miraculi commendatio: sexto autem miraculi finis & utilitas. In primo horum dicitur quatuor, scilicet, tempus, locus, factum, & coram quibus sit miraculi perfectio. De tempore dicit,

Et die tertia] Ecce tempus: & est die tertia ab additione Nathanaelis ad IESUM: & signat hi dies allegoricè quidem lumen legis naturæ, & lumen legis scriptæ, & lumen legis gratiæ in quo lumine Verbum se manifestavit. *Exod. 19.* Estote parati in diem matrimonii. Omnia enim naturalia & scripta in lege ad lumen gratiæ referuntur. Vel dicitur, quod tres dies sunt tres Verbi manifestationes: in visione sensibili, in visione imaginaria, & in visione intellectu. *Osæ 6.* Vivificabit nos Dominus post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. Vel tres dies sunt tres illuminationes: ad credenda, ad operanda, ad appetenda siue querenda. *Luc. 24.* Tertia dies est postquam hæc facta sunt. *Gen. 22.* Tertia die elevatis oculis vidit locum procul. Ille enim locus est appetendorum. Sic enim & Discipulos per credenda ad operanda, & per operanda ad appetenda gradatim erexit, & ideo tali tempore opportuno miraculum fecit.

Videtur autem inconueniens secundum litteram quod hic dicitur de tempore. Quia Ecclesia celebrat, & tenet quod hoc miraculum Dominus in eodem die quo baptizatus fuit perfecit: constat autem quod vocatio Discipulorum post baptismum facta fuit, & post vocationem fuerit miraculum. Ad hoc dicendum, quod secundum Ecclesiasticum

eclesiasticum ordinem Dominus tertio decimo die post natiuitatē suā à Magis fuit adoratus. Et deinde de trigesimo anno natiuitatis suæ reuoluto ab anno adorationis, fuit baptizatus. Deinde post annum reuolutum eodem die istud miraculum perfecit. Et ideo quod dicitur tertio die intelligendum est, à vocatione Nathanaelis, qui non statim post baptismum vocatus fuit, sed in eodem anno quo baptizatus est Dominus pridie quam annus compleretur. Dicunt tamen quidam, quod illud miraculum non eodem die baptismi factum est: sed quia cum miraculo stelle conuenit & baptismi, in hoc quod Verbum in ipso manifestatur: ideo cum eis in vno festo coniungitur. Manifestauit enim stella Creatorem: vox autem Patris in die baptismi manifestauit Sanctificatorem: & miraculum vini in quo inspidum transit ad gaudij saporem manifestat Glorificatorem. Sed hæc opinio nihil valet, quia eadem ratione & alia multa miracula eodem die celebrarentur. Hoc est ergo quod dicit, Die tertia.

Nuptiæ factæ sunt] Tangit factum. Nuptiæ autem hic dicuntur solemnitates nuptiarum secundum litteram quæ à Domino in paradiso sunt institutæ. *Gen. 2.* Faciamus ei adiutorium simile sibi. Et Adam dixit in Spiritu sancto: Quomobrem relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sexus autem à Domino distinctus est *Gen. 1.* Masculum & feminam creauit eos. Coniunctio sanctificata, cum dicit; Erunt duo in carne una, per vitam indiuiduam sibi adherentes. Actus concubitus imperatus, cum dicitur: Crescite & multiplicamini. Fructus inditus à Deo *2. Mach. 7.* Qui formauit hominis natiuitatem, quique inuenit omnium originem, & vitam & spiritum donauit nobis. Nuptiarum ergo factum est, & officium naturæ, & bonum mortalium, & civilis societas, & remedium concupiscentiæ: & sic est sacramentum Ecclesiæ, in quo propter fidem thori, & bonum sacramenti, & bonum prolis excipitur concupiscentia quæ alias rueret in præcepti honestate nuptiarum. Officium ergo naturæ est vtile. Societas civilis facit ad populationem patriæ. Sacramentum autem Ecclesiæ est honoratum & fructuosum. Et his de causis matrimonium est à Verbo incarnatæ præsentia sua approbatum: ut hoc quod primo pater in paradiso instituerat, hoc etiam primo Verbum incarnatum sua præsentia comprobaret. Et hoc est contra hæreticos nuptias condemnantes, qui Manichæi antiquitus, nunc autem Paterni vocantur. Hæc de causa dicit *Apostolus Eph. 5.* Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Hoc ergo est factum.

Sunt autem, allegoricè & moraliter & literaliter & anagoricè simul accipiendo, nuptiæ hominis & hominis: & nuptiæ Dei & hominis. Nuptiæ hominis & hominis sunt maris & femine legitimarum personarum coniunctio, indiuiduam vitam consuetudinem retinentium. Et per hoc quod dicitur, maris & femine, damnatur omnis immaturalis concubitus. *Rom. 7.* Femine eorum immutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam: masculi in masculos, & femine in feminas turpitudinem operantes. In hoc autem quod dicitur, legitimarum personarum, damnatur omnis incestus consanguineorum

caenaliū vel spiritualium in gradu non concessio peccatorum. *Mat. 14.* Non licet tibi habere uxorem fratris tui. *Leuit. 15.* per torum. *Gen. 1.* Relinquet homo patrem & matrem: cum quibus, supple, non contrahet: & adheret uxori suæ. Per hoc autem quod dicit, indiuiduam vitam consuetudinem retinentium, intelligitur fides, ut uterque coniugum alteri fidem thori seruet. Et per hoc omnis solutus vel adulterinus damnatur concubitus, quia indiuiduam vitam consuetudinem non seruat. *Malach. 2.* Contaminauit iudas sanctificationem Domini quam dilexit, hoc est, sanctum matrimonium. Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob. In spirituali autem cognitione violatur. *1. Tim. 1.* Cum enim luxurie fuerint, in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quando ergo sanctificatio huius matrimonij obseruatur, tunc à Christo honoratur sua præsentia matrimonium. *1. Thessal. 4.* Ut sciat unusquisque vas suum, hoc est, suam uxorem in sanctificatione & honore possidere: non in passione desiderij, sicut & gentes quæ non cognouerunt Deum. In sanctificatione autem possidetur, quando in fide matrimonium contrahitur, & in fide thori promittitur, & in timore Dei personæ coniunguntur: & in honore, & non in concupiscentia possidentur & exercentur. *Tob. 6.* Sunt quidam qui matrimonium suscipiunt ut Deum à mente sua excludant, & suæ libidini irascuntur sicut equus & mulus quibus non est intellectus: & in hos habet potestatem demonium. Hæc ergo est copula carnalium nuptiarum in quibus est IESVS præsens. In fine autem post literæ expositionem, de moralibus & allegoricis & anagoricis dicemus nuptiis.

In cana Galilææ] Tangit hic locum copulationis Galilææ: & locum proprium, in Cana: quæ est quidam vicus Galilææ, ubi iste nuptiæ factæ sunt. Et congruit nomen prouinciæ, quia Galilæa transmutatio facta interpretatur, & ibi literaliter, facta est transmutatio creaturæ, quia aqua in vinum: cordium autem, quia non credentes mutati sunt ad fidem Redemptoris. *Psalm. 101.* Mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Sic innovat omnia quiescet in throno. *Apostolus 1. 1. 1. 76.* Hæc mutatio dextere excelsi. Cana autem zelus interpretatur, quia totum hoc facit zelus Dei ad nos. *1. 9.* Zelus Domini exercituum faciet hoc. Sicut ergo tempus, ita ad miraculum concurrat locus.

Et erat mater IESU ibi] Tangit coram quibus factum sit miraculum: tangitur autem mater ibi fuisse, quia (sicut dicitur) ipsa erat soror matris Iponi. Vel, si hoc non conceditur, fuit nota & compatriota. *Luc. 15.* Conuocat amicos & vicinas suas, dicens: Congratulamini mihi. *Tob. 8.* Tobias præcepit preparari epulas omnibus vicinis suis: & quibusque amicis. Hic enim erat mos antiquorum patrum. Vocata autem sunt honeste matrone, & in eorum aspectu & doctrina sponse ad vitam honestam vel vitam honestatis informantur. Omnis autem honestatis speculum fuit mater Christi. *Ecclesi. 15.* Obuiabit illi quasi mater honorificata. Et ex hoc honeste fuerunt nuptiæ. *Luc. 1.* Vnde mihi hoc ut veniat mater Domini mei ad me? Sic ergo ex matre Dei honeste

statæ & dignitate fuerunt nuptiæ. Iuit autem Christi mater ad eos vt studiosa & officiosa: studiosa, vt pulchritudinis studio cuncta ornaret. *Prover. vi.* Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Officiosa autem vt obsequeretur in necessariis. *Luc. 1.* Exurgens Maria cum festinatione abiit in montana, vt obsequeretur Elisabeth. Pulchre enim & officiose cuncta perfecit. Nominatur Mater Issy ante filium: eo quod non adhuc filius secundum deitatem innouerat, & matri honoris reuerentiam adhuc exhibebat. *Luc. 2.* Descendit cum illis & subditus illis erat. *7ob. 4.* Honorem habebis matri tuæ cunctis diebus vitæ eius.

Vocatus autem est & IESVS qui iam manifestari incipiebat [& Discipuli eius ad nuptias] qui tamen adhuc firmiter non adhaerebant, sed gratia familiaritatis sequebantur, imbuti doctrinis eius cupientes. *Isa. 8.* Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit Dominus. Hi ergo sequebantur potius vt instruendi quam vocati, quia turpe est vocari aliquem nisi etiam secum vocetur sua comititia & familiares suæ. Venit autem IESVS, vt nuptiarum approbator & sanctificator. *Luc. 19.* Hodie solus domui huic facta est. Hoc signatum est: *Reg. 6.* Vbi dixit Dauid: Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam. Arca enim testamenti persona Domini fuit, in qua deitas habitat corporaliter & plena est benedictione gratiæ. Sic ergo terminatur pars quæ est de temporis congruitate, loci opportunitate, & personarum coram quibus factum est miraculum dignitate.

Et deficiente vino.

Sequitur de miraculi huius necessitate quæ breuiter exprimitur per hoc quod dicitur [Et deficiente vino] Ad litteram patet hic contrahentium paupertas: qui in terra vbertatis, vini tempore, suæ iucunditatis vinum sufficienter habere non poterant: & maxime illo quo nuper ante vinum vindemiatum fuerat, & apud multos maxime abundabat, hoc est, in Ianuario. Et ex hoc accipitur qualiter Christus pauper congregationem pauperum amabat, quorum nuptiis interesse non designatus fuit. *2. Corinth. 8.* Scitis gratiam Domini IESVS CHRISTI, quia propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt vos illius inopia diuites essetis. *Iaco. 2.* Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromissit diligentibus se. Dicit autem Hieronymus, quod hoc congruum est, quod vbi Deus inuitatur: vinum temporalis iucunditatis deficere debet. Hoc enim vino Sancti non delectantur, quia inebriantur ad Dei oblivionem, & incendit ad concupiscentiam. *Prover. 31.* Noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas. *Eph. 5.* Nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed impleamini Spiritu sancto. Non enim est dubium quin Christus ad delectantes in vino temporalis iucunditatis nunquam introisset. *Prover. 23.* Cui vix? cuius patri vix? cui rixat? cui fouez? cui sine causa vulnera? cui suffossio oculorum? Nonne his qui morantur in vino & student calicibus epotandis? Ideo de sobriis dicitur *Isa. 16.* In vineis non exultabit neque iubilabit. *Ierem. 48.* Vinum de torcularibus sustuli: non calcabit calcator vuz neque solitam celeuma

cantabit. Celeuma est cantus quem ex iucunditate vini solent ebrii decantare. Congruum ergo est vt in nuptiis Sanctorum tale vinum deficiat. Hæc est ergo miraculi faciendi condigna necessitas.

Dicit mater IESVS ad eum: Vinum non habent.

Ecce miraculi faciendi à matre misericordie interpellatio: & tangit tria. Primo interpellationem ad filium, secundo instructiuam responsionem filij ad matrem, tertio instructionem ministrorum à matre misericordie factam. De primo dicit sic [Dicit mater] quæ carne mater erat & affectu matris filius futuris Ecclesie compatiebatur. *3. Reg. 2.* Pete à me mater mineque fas est me quicquam negare tibi [IESVS] Saluatoris qui ex omni saluat afflictione. *Ecl. 36.* Speciosa Dei misericordia in tempore tribulationis quasi nubes pluuie in tempore siccitatis. Sciuit enim tempus obseruare mater sapientie. Quia tunc tempore iucunditatis, & plus dolebant de defectu, & plus tribulabantur de verecundia paupertatis cum non subesset facultas vnde vinum emeretur. Et sciuit esse scriptum *Prover. 31.* Date siceram merentibus, & vinum his qui amaro sunt animo: vt bibant & obliuiscantur paupertatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Egestas enim fecit merorem & verecundia tribulationem, quorum vtrumque mater ex abundantia filij supplere cogitauit. Et ideo dicit.

Vinum non habent] Nec dicit; dà eis vinum: vt reuerentiam seruet filio, & in liberalitate filij & misericordia spem ponens, tantum defectum ponit. Quarit autem *Chrysost.* Vnde acceperit argumentum præsumptionis de filio quod hoc facere posset, cum in infantia nullum fecerit miraculum? Hæc autem quæstio nulla est: quia sciuit filium naturaliter esse Deum, & omnia posse facere quæ vellet. Adhuc autem sciuit miraculum stellæ præcessisse, & prophetiam Symeonis, & Magorum adorationem, & Pastorum verba, & Angelorum gaudia, & Ioannis testimonium, & vocem Patris, & figuram columbæ. Ex quibus omnibus iam diuinitas eius innotescere cepit, & ideo horam manifestationis per signa sciuit iam esse inchoatam: & ideo signum fieri pro tanta necessitate & vtilitate petebat. Hæc ergo de causa prudens mater IESVS, quia omnia hæc conseruabat conferens in corde suo, dixit ad eum [Vinum non habent] In quo notatur necessitas, & miraculi congruitas. Necessitas enim paupertatis meretur subuentionem. *Psal. 9.* Tibi derelictus est pauper. Miraculi autem congruitas notatur: quia cum non studerent abundare vino temporalis iucunditatis, congruum erat vt daretur eis vinum iucunditatis spiritualis miraculo Dei perfectum. *Ecl. 31.* Exultatio animæ & corporis vinum moderate potatum. *Iudic. 9.* Non possum deserere vinum quod lactificat Deum & homines.

Et dicit ei IESVS: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis facite.

Ecce instructiua responsio filij ad matrem [Quid

[Quid mihi] Duo dicit, quorum vnum est de instructione eorum quæ pertinent ad matrem quantum ad curam presentium: secundum autem de instructione eorum quæ pertinent ad seipsum. De primo dicit [Quid mihi] ad me enim ex officio legationis quo missus sum in mundum, pertinet cura spiritualium non temporalium. *Luc. 2.* Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? Vnde etiam quæsitus ad regnum fugit *Luc. 6.* Et postulat ut diuideret hæreditatem inter fratres, dixit hoc ad se non pertinere *Luc. 12.* [Et tibi] quia hoc etiam ad matrem vt quæ calibatum voverat non pertinebat. *1. Cor. 7.* Mulier innupta & virgo cogit quæ Domini sunt: vt sit sancta corpore & spiritu. *Matth. 6.* Nolite solliciti esse dicentes, Quid manducabimus? autem quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt: scit enim Pater vester quia omnibus his indigetis. Hinc est quod talia non vult peti in oratione nisi pro necessitate. *Matth. 6. Luc. 12.* Primum querite regnum Dei & iustitiam eius: hæc omnia abiciuntur vobis. Hinc est quod non legitur nunquam aliquod miraculum Dominus fecisse nisi ad necessitatem præter istud solum, quod ad supplementum iucunditatis factum est. Ideo dicit [Quid mihi] spiritualibus intento [& tibi] calibatum intentæ [Est mulier] Nec hoc ex ira dixit, vt quidam male sentiunt, vel ex indignatione, vel ex contemptu vt hæretici dixerunt. Sed humillimus custos noluit detegere virginitatem matris: ne per hoc gloriosus in conspectu hominum appareret, antequam per miracula manifestaretur. *2. Cor. 12.* Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.

Aliter etiam in hoc congruè vocat mulierem, quoniam misericordia emollita, mollia sensit de nuptiis celebrantibus, qui ex paupertate vini in proximo manifestanda verecundari fuissent. Hæc est expositio *Origenis* & *Cassiani*: & puro quod vera sit & aliis melior. Vnde mulierem propter sexum vocat, & proprietatem cordis per misericordiam emollit. Et in hoc sensu addit, instruens matrem de his quæ pertinent ad ipsum, dicens.

Nondum venit hora mea] Hora enim Domini ad miracula facienda fuit necessitas patientium, & deuotio expositantium; & edificatio infidelium in fide. Quia sicut dicitur *1. Corinth. 14.* Signa non fidelibus, sed infidelibus data sunt. Horum autem nullum fuit hic: quia non necessitas, nec deuotio expositantium fuit in nuptiis: sed potius fuit ibi societas temporaliter gaudentium. Nec fuit etiam edificatio infidelium: & ideo post miraculum istud sequitur, quod crederent in eum Discipuli eius qui & prius crederant. Hæc ergo quæ dicta sunt, vera hora est Christi ad miracula facienda, & illam ipse nunquam neglexit. Vnde *Isa. 49.* Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. *Ecl. 3.* Omnia tempus habent. Et secundum hunc intellectum confunditur mathematicus qui omnia agit ad electionem horarum, dicens etiam Christum horas obseruare quando adiutorio stellarum miraculare posset: quia ille non est eius intellectus.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Gal. 4. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.

Hoc est ergo quod *Augustinus* ante dicit, quod iste est sensus [Quid mihi & tibi mulier] supple, est commune vnde miracula facere possum: Quod enim ex te habeo mihi & tibi commune, non est nisi infirmitas humana: & ex illa habeo posse mori, & ad hoc quod hoc ostendam, & te in hoc matrem recognoscam [nondum venit hora mea] sed in cruce pendens, & in hoc (quod ex te & tecum habeo moriens) te esse matrem sub cruce recognoscam, & te Discipulo loco mei recommendabo cum illa hora venerit. Ex Patre autem habeo vnde miracula perficere possum. Hæc est expositio *Augustini*. Et cetera non mutantur. Ex hoc inferit *Augustinus*: quod hæc locutio instructoria est. Quia in diuinis quæ Dei sunt, matrem recognoscere non debemus. *Demeter. 35.* Qui dixit patri suo & matri suæ Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum. Hoc est ergo quod dicitur *Matth. 23. capitulo duodecimo.* Quæ est mater mea, & qui fratres mei sunt? Et extendens manus in Discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

Dicit mater eius ministris] Ecce instructio ministrorum. Sciuit enim illius summi tante misericordie quod compateretur verecundie sponsorum, & instruit ad obedientiam secundum nomen suum, quia Maria illuminat interpretatur, & ideo illuminat eos de faciendis [Quodcumque dixerit vobis facite] generaliter obediendo. *Psal. 65.* Obedite voci eius qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit commoueri pedes meos. Dicitur enim eius in potestate est. *Psal. 140.* Audient verba mea quoniam posuerunt. Et iterum *67.* Dabit voci suæ vocem virtutis.

Erant autem ibi lapideæ hydrice sex positæ secundum purificationem Iudeorum, capientes singule metretas binas vel ternas.

Hic tangitur miraculi perfectio. Tangitur autem duo. Vnum est, quod miraculi veritatem ostendit & quantitatem, scilicet materia, & quantitas, & vñs vasorum in quibus factum est vini miraculum. Aliud autem est quod est miraculi perfectum, & hoc est Domini verbum.

Tangit ergo primo materiam naturalem vasorum, cum dicit [Erant autem ibi lapideæ] quia in lapidibus non conuenit poni vinum. Deinde tangit vñs vasorum, cum dicit [hydrice] quia hydrice dicitur à græco hydor quod latine est aqua, quia in terra sicca & montuosa carente aquis, in talibus vasis aqua referuabatur [sex positæ] Dicit quantitatem vini ex numero vasorum quæ occultari non poterant, quia si vnum vas fuisset & parvulum, credi posuisset occulte illud esse allatum cum vino, sed plena sex vasa occultari non possent [secundum purificationem Iudeorum] Hic à fine ostendit miraculi veritatem.

veritatem; quia etiam ad lavanda corpora habebantur hydriae, & non ad vini receptacula. Purificationem autem Iudeorum dicit, quia Iudæis mos erat multa habere baptismata propter multas quas incurrebant inmunditias: nec antequam purificarentur per aquam, comedebant. *Mar. 7.* Et à foro venientes, nisi baptizentur non comedunt. Et multa alia quæ tradita sunt illis servare & baptismata calicum & vrecorum. *Hebræ. 9.* Variis baptismatibus & iustitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis [Capientes singulæ] Ostendit miraculi veritatem à quantitate capacitatis vasorum, quia in occulto nemo vinum tantum attulisset quod tantæ capacitatis vasa implere potuisset [metretas binas] & illæ erant minores, forte ad ablutionem vasorum [vel ternas] quæ maiores erant in ablutionem corporum & vestimentorum. Metreta enim licitur à græco metron quod latine est mensura: & erat apud eos metreta nomen vidualis mensuræ: sicut dicimus vnam, vel quartale, vel sextarium.

Sunt autem istæ hydriae significantes vasa nostræ purificationis: quæ sunt misericordia in miseris, & commotio zeli in malignis, spiritus contribulatus in deuotionis sacrificio, prægestatio quadam æternorum in cultu diuino, consideratio nostræ mortalitatis in huius peregrinationis tadio, & facta meditatio in sacratum literarum verbi Dei studio.

Vas quidem misericordiae est hydria Rebecca *Genes. capitulo 24.* Quæ celeriter deponitur de humeris ut bibat indigens homo, & iumentum eius. Quia compassionis aliorum in humeris portamus, & per miserationis officium hanc hydriam unicuique prout competit indigentia ipsius inclinamus; ut etiam homo rationalis bibat: & ei qui iumentum per insipientiam factus est, consolationem non negamus, dicentes: Bibe, Domine, nam & camelis tuis potum tribuam. Sicut & ipse Dominus nobis dat formam, cum dicit *Psal. 35.* Homines & iumenta saluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Hæc hydria capit mensuras binas: quia & cordis dat compassionem, & in opere præstat subuentionem. *Tob. 4.* Non auertas faciem tuam ab illo paupere. Ecce compassio. Et *ibidem.* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, hoc ipsum impertiri stude. Ecce operis per effectum miserationis subuentio.

Commotio zeli in malignos est hydria Gedeonis *Iudi. 7.* Qui hostes fugauit dum hydrias confregit. Zelus (ut dicit *Beda*) est feruor animi quo mens abiecto humano timore pro defensione veritatis accenditur & comeditur; qui quælibet praua quæ viderit corrigere satagit: si nequit tolerat & gemit. Hæc hydria capit metretas ternas: quia amore veritatis accenditur intus, & ad ea quæ corrigere valet, correctionem fraternæ charitatis adhibet fortis; ad ea autem quæ corrigere non valet, gemitum ponit orationis.

Spiritus contribulatus in deuotionis sacrificio est hydria Elize *3. Reg. 18.* quam super sacrificium quadruplicatam superfundit præcepit, quæ & totum sacrificium & altare perfudit. Quia in deuotione sacrificij contribulati spiritus quatuor

sunt necessaria, quorum primus est purificatio spiritus à peccati contagione. Secundum est segregatio spiritus à curarum sollicitudine. Tertium autem, ipsius spiritus congregatio intra seipsum ut sit totus vnitus in virtute. Quartum autem, ut procedens sit ad Deum in cordis, & oris, & operis veritate & rectitudine. De primo *Ioan. capitulo 9.* Scimus quoniam peccatores Deus non exaudit, sed si quis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit. De secundo *Utsa capitulo 2.* Adducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. De tertio *Ezech. capitulo 34.* Congregabo eas de terris & inducam eas in terram suam in quibus dispersi vos, hoc est, de diuidentibus cor in vnitatem cordis & spiritus. Hinc est quod *Canticorum capitulo 6.* dicitur: Vna est columba mea. De quarto dicitur *Isaie capitulo 38.* Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Hæc hydria capit mensuras binas: quia deuotionem exhibet in affectu, & assensionem veritatis, & contemplationem in intellectu.

Quarta hydria nostræ purificationis est prægestatio æternæ dulcedinis in cultu diuino. Hæc est hydria quam inter vasa templi poni fecit Salomon *3. Reg. capitulo 7.* Et quam remouit Ios *quarti Reg. capitulo 12.* Et quam abstulit à templo Nabuchodonosor *Ierem. cap. 51.* Hæc enim prægestatio quoddam laboratorium æternorum est, quæ quanto frequentius (ut dicit *Ans.*) in dulcedine spiritus percipitur: tanto magis peregrinationem nostram finiri desideramus, & frequentius & feruentius æterna desideramus. Et ideo capit ista hydria metretas ternas; quia aliquando illa gustamus in affectu, plus sentientes in affectu per experimentum, quam videamus per intellectum: sicut dicit *Augustinus in lib. confel. 10. cap. 40.* Aliquando intronitit me in affectum multum inuitatum innotus, ad nescio quam dulcedinem: quæ si perficiatur in me, nescio quid erit quod vita ista non erit. *Psal. 6.* Parasiti in dulcedine tua pauperi Deus. Aliquando autem prægestatio hæc fit in veritatis visione: quando accedit homo ad cor altum & exaltatur Deus in ipso ad visionem occultorum. *Psal. 63.* Aliquando etiam admittitur secundum affectum & intellectum ad limpide felicitatis gratiam, sicut *Paulus. 2. Corin. capitulo 12.* Scio hominem raptum in paradysum (voluptatis scilicet) & audiuit arcana quæ non licet homini loqui. Et istæ sunt metretæ ternæ.

Quinta hydria est consideratio mortalitatis in huius peregrinationis tadio, quæ est *Ecl. 12.* Quæ confringitur super fontem quotidie. Quia si mortalitatem nostram consideramus, tota die confringitur super fontem, vnde supplementa mortalitatis haurimus. Et hanc considerare purificat mentem, sicut dicitur *Ecclesiastici capitulo septimo.* In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis. Habet autem hæc hydria mensuras binas: dum & necessitatem moriendi reducimus ad mentem, & incertitudinem horæ & qualitatis mortis recordamur. De necessitate moriendi

moriendi surgit vitæ contemptus. *2. Reg. 14.* En omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. De incertitudine horæ & qualitate mortis exemplum est Balaam, qui optauit mori morte iustorum, & petiit inter impios morte peccatorum *Num. 23.* Et exemplum *Luc. 12.* De eo qui dixit: Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos. Comede, & bibe, & epulare. Et Deus dixit illi: Stulte hac nocte reuertentur à te animam tuam, & quæ parasti cuius erunt? Et ex hac consideratione surgit quod ad moriendum semper nos præparemus.

Sexta hydria est facti verbi Dei meditatio. Et hæc est hydria viduæ Sareptanæ, & hydria Samaritanæ: de qua sumitur & verbi Dei farina in panem conuertenda, & aqua literalis intelligentiæ propter spiritum relinquenda. Et ideo *3. Regum cap. 17.* Sareptana de hydria sua cibum panis indefinenter exhibuit, postquam à Propheta illuminata fuit de panis illius communicatione in omnes verbum Dei esurientes. Et Samaritana hydriam reliquit, postquam de veritate spiritus illuminata fuit *Ioan. 4.* Hæc hydria capit mensuras ternas: quia Allegoriam exhibet ad edificationem fidei, Tropologiam concedit morali virtuti, & Anagogiam extendit ad fructum regni Dei semper appetendi.

Sic ergo hydriae sex sunt ad purificationem nostram positæ, capientes singule metretas binas vel ternas. Hæc hydriae sunt lapideæ propter sui firmitatem. *Ephes. cap. 2.* Et vos tanquam lapideæ viui superedificamini. In his est aqua insipida semper nisi per Christi & pietatis intentionem in vinum conuertatur, quod ut dicit *Psal. 103.* iustificat cor hominis. De purificationem enim præcepit Dominus *Exodi. cap. 19.* Descendit Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eum. *Leuit. 16.* In sacchario expiatio compleatur.

Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum.

Ecce miraculi perfectio per verbum Dei: & tanguntur duo, scilicet, imperium Domini, & obedientia ministri. Imperium Domini est [Implete hydrias aqua]. Quia licet Dominus ad suæ legationis intentionem dixerit non ad se pertinere delectamenta & iucunditatis temporis huius defluentia: tamen condescendit humane verecundiæ & in iucunditatibus defreniens. *Sap. 16.* Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habebas ostendebas. Hoc ergo ostendens, dixit [Implete hydrias aqua] abundantissimæ suæ largitatis ostendens beneficia. *Psal. 144.* Aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione. *Iacob. capitulo primo.* Dat omnibus affluenter & non improperat.

Hydriae autem implete, sine omni verbo, sola Domini voluntate in optimum vinum conuertite sunt: cum tamen alia miracula & verbo, & tactu corporeo, & aliquando fieri perfecterit. Sed huius causæ duæ sunt. Vna quidem, quia illud miraculum necessitati humane non subue-

nit, & ideo minus curæ adhibuit ad ipsum. Alia autem, ut notetur quod in miraculis necessitati humane subuenientibus aliquid contrarium suæ operationi fuit, scilicet, peccatum quod causa fuit omnium eorum quæ patimur. *Psal. 102.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. *Hier. 17.* Quicquid patimur, peccata nostra memerunt. *Greg.* Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. In creaturis autem est ratio obedientialis, ut fiat eis quicquid diuine placent voluntati, & ideo sine verbo & tacto ad nuntium obediunt. *Psal. 134.* Omnia quæcunque voluit fecit Dominus in celo & in terra: in mari & in omnibus abyssis.

Et impleuerunt eas usque ad summum [ut] larga & abundans sit Dei benedictio. Sed quare *Coryssom.* Quare extra vasa non fecit aquam vinum? Et quare fecit haustam per ministros in vinum conuerti? Et dicit, quod hoc factum est propter nos: quia hausta fuit exposita videntium oculis: & per ministros ut per testes probata, quod vera & viva esset aqua.

Si autem queritur, Quare non fecit vinum de nihilo in vacuis vasis? Dicendum, quod istud conuenientius fuit & diuine operationi, & humane edificationi. Diuine quidem operationi in qua non aspernatus materiam quam creauit, mutauit de duabus qualitatibus contrariis quæ sunt frigidum & humidum, in calidum & siccum: Et si creasset ex nihilo, iam videretur aspernatus materiam quam à principio creauit, & in hoc non conuenire cum Creatore primo. Vnde damnatur Manichæi qui dicunt materiam à malo Deo esse creatam. Quod si esset verum, Christus illa in suis operationibus non videretur. Humane etiam edificationi magis expediret aqua si creatum ex nihilo subito vinum apparuisset; phantasticum opus iudicaretur; quod etiam sit arte maleficorum.

Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferre Architrachino. Et tulerunt.

Ecce miraculi approbatio: & habet duas partes, in quarum prima, præcepto Domini iubetur offerri probatoribus: in secunda autem probatum miraculum commendatur. Dicit ergo primo ut hauriatur, & secundo ut probatori exhibeatur, & tertio obedientia ministrorum ostenditur. Dicit ergo [haurite nunc] subito conuertam aquam in vinum. Et ideo dicit, Nunc: quia quod natura paulatim fecit in vite (succum aquæ in vinum digerens, sicut dicit *Empedocles*, quod vinum est aqua putrefacta in vite) hoc Domini voluntas fecit subito in nunc temporis, & ideo ut infinita virtus se habet ad nature virtutem. Probatum est enim *8. Physicorum*, quod virtus finita est quæ operatur in tempore: infinita autem est ea quæ in nunc operatur. Sic ergo in hac operatione infinita & individua virtus verbi Dei ostenditur esse. *Isa. 12.* Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. *Ioan. 7.* Flumina de ventre eius fluent aquæ viue. *Psal. 45.* Fluminis impetus iustificat ciuitatem Dei. Aqua enim fluxit in vinum, & limpida humana gaudium gustauit æternorum. *Hieron.*

*Novum genus potentie.
Aque rubescunt hydra,
Finnunque iussa fundere
Mutatis unda originem.*

Et ferte Architrachino] Triclinium, ut dicitur glo. est mediana spatium domus à parietibus ubi sedebant conuiantes: & sic triclinium non dicitur domus tricamerata, sed potius medium inter parietes tanquam duos terminos quorum medium est spatium, & hoc triclinium à tribus ordinibus mensarum dicitur, quamvis ordo qui esse posset relinquebatur ad transitum ministrorum. Architrachinus autem, ut dicitur *Chrysostr.* fuit princeps illorum trium ordinum qui præerat ministris: & probabat primus, an ea que erant esculeta & poculeta digna essent que ministrarentur discumbentibus. Dicunt autem alij: Architrachinus vocabatur qui ut princeps honoratior, primus sedebat inter inuitatos in tribus ordinibus discumbentes. Vtrumque istorum potest esse. Sed primum conuenientius esse videtur secundum consuetudinem conuiuantium, quia in conuiuijs talis constituitur probator vinorum. Huic ergo ut probatori sobrio affectu fecit vinum ut probaretur. Et hoc est exemplum nostrum, ut id de verbo gratie propinemus primo probatori vinorum, hoc est, examinatori magistro offeramus, & si placet, ad alios postea deriuemus. Ideo Paulus ascendit Ierosolimam ut cum Apostolis conferret quod prædicauit in gentibus Euangelium: ne forte in vacuum eiretret aut cucurisset *Gal. 2. Præm. 5.* Deriuentur fontes tui foras, & in plateis diuide aquas tuas. *Præm. 9.* Bibite vinum quod miscui vobis.

Et tulerunt] Obedientia est ministrorum. Tulerunt enim vinum libandum Architrachino. Sicut nos etiam nostro examinatori Prælati offerre debemus. Et hoc signatum est *1. Esdræ 2. Et 3. Reg. 7.* ubi libatoria præcipiuntur in templo fieri per que quicquid in templo offertur, an dignum sit Domino, prælibetur.

Ut autem gustauit Architrachinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam.

Ecce miraculi commendatio: & dicuntur hic tria, scilicet, gustus saporis optimi in Architrachino, ignorantia operis diuini, commendatio facti. Dicit ergo [ut autem gustauit Architrachinus] qui adhuc sobrius fuit. Est enim consuetudo ministrorum, comedere post comestionem conuiuantium: & ideo lingua que non erat infecta alio sapore, certius probare potuit. *Præm. 31.* Gustauit & vidit quoniam bona est negotiatio eius. Et *3. Esdræ 3.* O viti, fortissimum est vinum: quia facit obliuisci malorum, & facit hominem per talenta loqui [aquam vinum factam] hoc est, vinum factum ex aqua. Non enim mistam fuit: sed tota aqua ad vini speciem & saporem transierat. Hoc est quod dicitur *1. Is. 21.* Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium & conuiuium vindemiarum. Conuiuium pinguium medullatorum, & vindemiarum defecate.

Et non sciebat unde esset] Hæc est ignorantia operis diuini: ut factum commendetur, & liquor qui forte esset contra operantem, à commenda-

tione non retraheret: & ut taciturnitas magna facientis nobis exemplum vitandæ iactantiæ præberet. Et ideo noluit ut ministri magnalia operum suorum prædicarent. *Eccli. 3.* Quanto magnus es humilia te in orationibus [Ministri autem sciebant qui hauserant aquam] quia sicut dicitur *Præm. 14.* Acceptus est regi minister intelligens. Qui enim sunt ministri opera Dei nosse debent: & nihil eorum sibi attribuere, nec inde gloriam aliquam querere. *1. Cor. 4.* Sic enim nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Hi ergo quia secretis Dei interfuerunt, merito sciunt: maxime quia hauriendo aquas callaborauerunt. Haurire enim est studere diuini.

Vocat sponsum Architrachinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.

Ecce promulgatio commendationis ad alios: & tanguntur in hoc tria. Sponsi vocatio, mundanæ consuetudinis allegatio, & facti vini commendatio. Dicit ergo [Vocat sponsum] qui expensas ministrabat, & que darentur ministris ad præponendum conuiuii ordinabat. Hunc ergo ut principem vocat præ admirabilibus operationibus. *Psalm. 1. 8.* Mirabilis facta est scientia tua ex me &c. Et hoc est quod sequitur [& dicit ei] contrariam huius seculi allegans consuetudinem [omnis homo] humum sapiens [primum] hoc est, à principio conuiuiorum [bonum vinum ponit] Et si contraria est consuetudo apud quosdam, hoc est auaritiæ: ut primum malum vinum bibatur, & tunc à non sumentibus bonum vinum non queratur. Sed largi apud dilectos conuiuias tenent consuetudinem, que hic allegatur [Et cum inebriati fuerint] conuiuias [tunc] ad mitigationem ebrietatis ponit [illud quod deterius] hoc est, aquosius, ut remittantur ebrietas. Sic etiam inter seculi homines ponitur vinum bonum, hoc est, saporosum: hoc est, vinum iucunditatis terrenæ. Et cum homines inebriantur per vinum luxuriæ, tunc proponit diabolus illud quod peius est in peccatorum afflictione. *Præm. 23.* Ne intuearis vinum quando sanescit in vitro & splenduerit color eius: ingreditur blande, & in nouissimo mordebit ut coluber, & quasi regulus venena diffundet [Tu autem] contra consuetudinem faciens [seruasti vinum bonum vsque adhuc] Ita quod modo sapor eius non potest discerni. Sic etiam Deus anteponit vina compunctionis in peccatis & miserijs. *Psalm. 59.* Potasti nos vino compunctionis. Et in fine in deliciis virtutum propinat vinum optimum æternæ iucunditatis. *Canticorum capitulo 5.* Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Item *7. cap.* Guttur eius sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, sabbique eius & dentibus eius dignum ad ruminandum. Hoc est ergo quod dicit in literali intellectu.

Si autem queratur, Quis iste sponsus fuerat? secundum *Hiero. & Aug. in prologo & in Glossa* dicitur, quod

quod ipse fuit *Ioannes Euangelista*. Contra hoc tamen est dictum *Victorini & Chrysostr. & Origenis*. Dicit enim sic *Victor.* Cum virginitas sit in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio: non est credendum quod *Ioannes* cum de virginitate testimonium perhibet, vnquam in nuptias consenserit. Ad hoc dicendum, quod absque dubio celebrior opinio est, quod iste sponsus fuit *Ioannes*, & quod sponsa cum virginibus Deo sacris postea cum matre *Isis* permanserit. Quod autem dicitur, quod virginitas &c. Dicendum est, quod est incorruptio secundum mentem, & incorruptio secundum corpus: & incorruptio secundum vtrumque est virginitas, que quidem radicem habet in mente, & ramos in corpore, ut dicit *Ambr.* Primo & principaliter meditationem habet in mente. Et incorruptionis corporis meditatio pro diuersitate temporis est diuersa: quia non reuelata adhuc tempore gratiæ, quamvis incorruptio corporis desideretur, tamen committitur dispensationi diuinæ, sicut & beatissima Virgo fecit: eo quod tunc matrimonium fructificabat gratiæ diuinæ, quia cum propagatione seminis fiebat etiam propagatio religionis. Tempore autem reuelata gratiæ incorruptio corporis tenebatur in corporis integritate & sanctitate: quia tunc verbo castitatis fiebat etiam ad gentes propagatio religionis. Et quia & matrimonium ante legem, & castitas tempore gratiæ Deo fructificabant: matrimonium Abraham præfertur celibatui *Ioannis*: quia castitatem quam *Ioannes* exhibebat in corpore, Abraham habuit in habitu & mente. Et talis incorruptionis meditatio est virginitas ubi incorruptio tenetur in mente, & incorruptio corporis habetur in habitu mentis, quamvis non sit in corpore. Et quod dicit *Victorinus*, quod non consensit in corruptionem corporis, intelligendum est de illa corruptione que violat habitum continentie in mente.

Hoc fecit initium signorum *Isus* in Cana Galiliæ, & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum Discipuli eius.

Hoc est vltimum: & in hoc tanguntur tria. Primum, signi recapitulatio: secundum est signum gloriæ Dei, finis in ipso signo: tertium est confirmatio Discipulorum, finis in alio. Dicit ergo [hoc initium signorum] per se factorum: quia ante signa per Patrem facta fuerant in stella, & baptismo, & Simeone, & alijs [fecit *Isus*] Et ideo falsum est quod dicitur de signis pluribus in libro de infantia Saluatoris, & in Euangelio Nazarethorum [in Cana Galiliæ] ad solennitatem & approbationem nuptiarum. *Isid. 2.* Dabo prodigia in celo sursum, & signa in terra deorsum. Et quantum ad finem in ipso [manifestauit gloriam suam] hoc est, gloriosam in se latentem diuinitatem, que est gloria sua. *Sep. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. *1. Timo. 1.* Solum Deo honor & gloria. Manifestauit autem per effectum diuinæ virtutis: & hanc considerando ostenditur *Ioannes* esse aquila in visu deitatis [Et crediderunt in eum Discipuli eius] Ecce finis in altero. *Ioan. 11.* Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui qui in hunc mundum venisti. Hæc est ergo expositio literæ.

Sicut autem sunt nuptie hominis & hominis *D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.*

quas Christus sanctas ostendit esse sua presentia ita sunt nuptie Dei & hominis in naturarum coniunctione ad fidei foundationem, in spiritus creati & spiritus increati societate: & hoc in gratia & gloria. De primo dicitur *Matth. 22.* quod simile est regnum celorum homini qui fecit nuptias filio suo: cum humanam naturam diuinæ nature in unitate personæ copulauit, & facta sunt duo (Deus & homo) in carne vna. In quo sicut dicitur *Col. 2.* inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Secundæ nuptie sunt Dei & hominis in vno spiritu in gratia charitatis coniuncti. *1. Cor. 6.* Qui adheret Deo vnus spiritus est. Et iste sunt nuptie. *Isaac & Rebecca Genes. 24.* Qui Rebeccam introduxit in cubiculum matris sapientiæ & intantum dilexit eam, ut dolorem qui ex morte matris acciderat, hoc est, Synagoge temperaret. Hæ nuptie consensum habent in gratia deuotionis, amplexus in vinculis charitatis, osculum in vnione spiritus in vinculo pacis, coniunctionem in vnione & perceptione spiritualis dulcedinis.

Aliæ sunt nuptie Dei & hominis in gloria, quando fidelis anima ingreditur thalamum sponsi in secreto celestis luminis. Et iste sunt nuptie. Assueri regis cum Esther abscondita: in quibus Rex beatus animam humilitate absconditam tunc gloriosam facit, & sui regni facit esse consortem. De his autem super *Matth. & Luc.* multa notata sunt. In omnibus autem his aqua terrenæ consolationis insipida, transit in vinum æternæ iucunditatis in Dei sapore & societate.

Post hæc descendit Capharnaum ipse & Mater eius, & fratres eius, & Discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus.

Hic incipit secunda pars, secundum potestatem operatiuam Verbi manifestatio, que est in cultus diuini ordinatione. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima describitur tempus & locus, quibus ad huius potestatis demonstrationem venit: in secunda autem ordo & ostensio potestatis describitur *ibi* [Et inuenit in templo, &c.] In priori autem harum partium duo dicuntur. Tangitur enim locus mansionis familiaris Domini cum se præparauit ad seminandum Euangelium: & tangitur tempus & locus euangelizationis *ibi* [Prope erat Pascha, &c.] In primo dicuntur duo, scilicet, quod diuertit, & quod ibidem familia remansit. Dicit ergo.

Post hæc descendit Capharnaum] Videtur quod hoc non sit verum: quia nuptie facte sunt in die Epiphaniæ, circa quod tempus non erat prope Pascha Iudeorum. Ad hoc autem dicendum, quod quidem post hæc descendit, sed non statim post hæc: & interim appropinquabat Pascha Iudeorum. Hoc est quod dicit [post hæc] non continuo tempore, sed aliquibus diebus (de quibus non est vis) interiectis: descendit Capharnaum, ubi plurimas fecit virtutes ad conuersionem Galileorum. *Matth. 4.* Relicta ciuitate sua Nazareth, venit & habitauit Capharnaum. Dicitur autem [Descendit] propter loci situm, qui altior fuit iuxta Canan quam iuxta Capharnaum. Vel ut alij quidam dicunt, quod in hoc fragilibus mansit



matri & cognatis condescendit. Unde & sequitur [ipse & mater eius] quam euangelizando propter reuerentiam sexus circumducere non debuit, propter honorem matris à procuratore certæ mansionis non erat dimittenda; & ideo de mansione prouidit matri. *Job. 4.* Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Et ideo descendit Capharnaum. Et propter hoc quod expeditum esset Euangelium relinquit eam, non circumducens eam secum: quia feminarum non est circuire, sed domi discere. *1. Cor. 14.* Non permittitur mulieribus in Ecclesia loqui: sed si quid uolunt discere domi viros suos interrogent [Et fratres eius] Domini fratres hic cognati eius secundum carnem, qui magis adhuc propinquitatis iure sequebantur eum quam ratione doctrinæ: ut dicit *Glô.* Et hos etiam reliquit post se. Unde *Ioan. 7.* Neque enim fratres eius credebant in eum [& Discipuli eius] *Glô.* qui non fratres, hoc est, non propinquas amore adhaerebant; sed cupientes eius infirmari doctrinis. Qui licet cum eo Capharnaum descenderunt: tamen illos ibi non reliquit, sed secum circumduxit & docuit. *100.* *12.* Vbi ego sum, illic & minister meus erit. *Pf. 79.* Non discedimus à te: uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus [Et ibi manserunt non multis diebus] Et quod aliquibus ibi diebus manserunt *Iesvs & Discipuli:* hoc fuit ad prouisionem & consolationem Matris & fratrum. Sed quia cura spiritualium temporalibus est prouidenda: ideo dicitur, quod manserunt ibi non multis diebus. Et causa huius subiungitur, cum dicit.

Et prope erat Pascha Iudeorum, & ascendit *Iesvs* Ierolymam.

Et prope erat Pascha] hoc est solennitas Pasche: quod idem est quod Phase, hoc est, transitus: quia in illo festo commemoratio celebratur transitus de Aegypto: & ideo tunc & azyma comedebant, & agnum immolabant: sicut fecerunt quando de Aegypto exierunt *Exod. 12.* In hoc autem festo *Exod. 23.* Preceptum fuit quod omne masculinum ter in anno appareret coram Domino. Quod & Dominus facere uoluit: quia quamuis ipse legi non subiaceret, tamen legi contrarius coram Iudeis noluit apparere. *Matth. 5.* Non ueni soluere legem, sed adimplere. Ideo dicitur *Deut. 6.* Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui. Et ideo sequitur [Et ascendit *Iesvs* Ierolymam] supple, cum Discipulis suis: ne legi esset contrarius. Et ut in loco solenni, & tempore festiua prädicationem suam inchoaret. *Ioan. 18.* Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudei conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Ille enim ascensus fuit in primo anno antequam Ioannes incarceraretur, eodem anno quo & baptizatus fuit. Et non fuit magnum spatium, sicut patet: quia annus ille non fuit embolifinalis: quia illo anno annuntiatio sua & Passio eodem die fuerunt, quod esse non potuisset in embolifinali.

Moraliter autem iste descensus signat condescensum quo condescenditur infirmis, & fragilitas infirmorum hoc querit ut eis condescendatur.

Roma. 15. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque placeat proximo suo in bonum, ad ædificationem fidei. Debent autem relinqui in uilla pinguedinis (quod Capharnaum interpretatur) ut cura eorum quantum possumus, & quantum sufficit, agatur: ne egestate laborent. *1. Tim. 5.* Siquis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit & infideli deterior. Alias autem & literaliter: uolens ascendere in Ierusalem, transiturus erat per Capharnaum: & sic cura propinquorum non impediuit diligentiam spiritualium.

Et inuenit in templo uendentes boues & oues & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas uendebant, dixit: Auferite ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Hic incipit manifestatio potestatis Verbi in ordinatione culus diuini qui debetur Creatori. Hæc autem pars habet duas partes, in quarum prima est peruersitas humane circa cultum Dei potestatis correctio: in secunda autem signi huius potestatis adhibitio *Ibi* [Respondentur ergo Iudei] in prima harum tria dicuntur. Describitur enim circa locum cultus Dei ministrorum peruersitas: secundò Domini *Iesvs* per correctionem adhibita seueritas: tertio quod hoc ita præsinitur Prophetæ auctoritas. Dicit ergo de primo [Et inuenit] Quia sicut bonus prælatus per uisitationem propriam inquisiuit, & non dissimulauit. Et in hoc formam uisitationis prælatis dedit. *Pf. 138.* Intende ad uisitandas omnes gentes & non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. *Genf. spiritali 18.* Descendam & uidebo uirum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint [in templo] Quod & nomen, & dedicationem habuit, ut non nisi cultui Dei apta ibi exercerentur. Nomen enim habet a temptatione siue contemplatione. Dedicationem autem sicut legitur. *3. Reg. 8. Pf. 92.* Domum tuam decet sanctitudo Domine. Et hoc improprie Dominus Sacerdotibus *Ezech. 44.* Posuisti custodes obseruationum mearum in sanctuario meo uobismetipsis, hoc est, ad utilitatem avaritiæ uestræ. *Ierem. 6.* A minore usque ad maiorem omnes avaritiæ student. *Malach. 1.* Quis in uobis est qui claudat ostia mea, & incendat altare meum gratuito? q d. Nullus, quia omnia uenditis avaritiæ uestræ pretio [uendentes] quod procurauerunt Sacerdotes, ut nullus excusaretur à sacrificijs quando in foribus templi animalium immolatorum inuenirent emptionem, & ementes animalia & sacrificia ad offerendum.

Est autem attendendum, quod in templo erant quatuor atria in templi circuiu. Vnum erat atrium interius in quo erat altare holocaustorum, in quod non intrabant nisi sacrificiorum Sacerdotes & Leuitæ ritum exercentes. Secundum fuit atrium mundorum, in quod laici mundi intrabant, sacrificia sua ad ostium interioris atrij præstantes

stantes ad manus Sacerdotum. Tertium atrium fuit mundarum mulierum ad supplicationem uenientium. Quartum atrium fuit immundarum, in quod etiam Gentiles aliquando intrabant. Et in illo animalia uendebantur iussu Sacerdotum; quod non erat licitum: quia Domino fuit dedicatum: quia etiam in monte ubi apparuit Dominus, fecit poni terminos ne aliquis accederet. *Exod. 19.* Cauete ne ascendatis in montem &c. Et sequitur. *Si iumentum fuerit aut homo non uiuet.* Et ideo in loco isto non debebat aliquid agi nisi quod pertinebat ad emundationem immundorum.

[Boues] quia illi pertinebant ad magna sacrificia [& oues] quæ pertinebant ad minora [& columbas] quæ pertinebant ad sacrificia pauperum [& numularios sedentes] qui ad querendum præstabant & mutuabant emporibus pecuniam: quod licet esset prohibitum, tamen hoc Sacerdotes fieri uolebant propter suum lucrum. Numularij hic dicuntur campores & usurarij. *Ezech. 22.* Usuram & superabundantiam accepisti. *Deut. 23.* Non seuerabis fratrem tuum ad usuram. *Pf. 114.* Et munera super innocentes non accepit. Hoc enim attendentes Pontifices omnia hæc fieri fecerunt propter suam lucra, & libertates illis concedebant, & restitutiones talibus fieri compellebant. Et in hoc imitantur eos nostri temporis Prælati summi, ad quorum fores numularij stant simili uicio usuras exercentes, & maiora habent privilegia ad ipsos quam Sancti & Religiosi. Hoc enim uitium à simoniaco exercetur qui in templo Ecclesie boues uendunt.

Beda. Boues sunt Prædicatores quibus aratur & seminatur terra Domini semine uerbi Dei. *1. Cor. 10.* Non alligabis os boui trituranti. Sed boues uendunt qui non diuino amore: sed quæstus inuoluunt uerbum doctrinæ, vel prædicationis, uel diuinae laudis audientibus impendant. Hoc uerbum attendere debent illi qui temporalia & non spiritualia querunt adipisci. Oues autem sunt opera pietatis. Oues autem uenduntur isti qui humane laudis gratia opera pietatis exercent. *Matth. 23.* Attendite à falsis Prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Columbe autem sunt dona Spiritus sancti, quia super Christum Spiritus sanctus in columbe specie apparuit *Matth. 3. & Luc. 3.* De quibus dicit *Beda.* Columbe uendunt qui acceptam Spiritus sancti gratiam ad pretium dant. Vel qui impositionem manuum ad uulgi fauorem tribuunt. Qui sacros ordines uel beneficia non ad meritum, sed ad gratiam accipiunt, uel quæstus largiuntur; cum scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date *Matth. 10.* Numularij sedentes, hoc est, in lucris quiescentes (ut dicit *Beda*) sunt qui in templo non simulatæ celestibus; sed aperte terrenis rebus in Ecclesia deserviunt, sua querentes non quæ Iesv-Christi. *Philip. 2.* Omnes quæ sua sunt querunt; non quæ Iesv-Christi. Ementes autem, hæc Sacerdotibus pro adipiscenda gratia offerrebant. Sicut & adhuc his tribus modis se ingerunt multi summi Sacerdotibus ut beneficia patrimonij sanguinis Iesv-Christi accipiant. Unde dicit *Bern. ad Eugenium.* Circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, manibus & pedibus reptat, si quo modo ualeat se ingerere in patrimonium Cru-

cifixi: exhibet laborem ut bos, simulat sanctitatem ut ouis, dona appendit pro columbis, & aliquando numulariorum exhibet marsupium.

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis] Hoc est secundum, in quo adhibetur correctionis seueritas: & tangit tria: animalium eiectionem, æris effusionem, & columbarum uenditionis inhibitionem. Circa primum duo facit: descriptionem instrumenti eiectionis, & eiectionem ipsam. Dicit ergo [Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis] *Ecl. 4.* Funiculus triplex difficile rumplitur. Duplex enim funiculus non bene remanditur, & ideo non ubique in percussione coniungitur percusso: sed de tribus optime retunditur & uandique tangit corpus percussum. Et hoc flagellum est pena secundum tres conditiones peccatorum in sententia condemnationis completum: quorum unum est in peccatore malitia, uel ignorantia, uel contemptus: secundum est consideratio deformitatis & scandali in actu peccati: tertium autem est consideratio circumstantiarum. Ex his completitur correctionis seueritas. *Ecl. 40.* Flagella super iniquos creata sunt. *Isa. 23.* Flagellum inundans cum transierit: eritis ei in concussione. *Prover. 26.* Flagellum equo, & chamas asino, & uirga in dorso imprudentium. Quia ergo sic completitur peccati deformitas. *Prover. 5.* Fimbria peccatorum suorum quosque constituntur. Ides etiam seueritas censuræ ex his debet completi [Omnes eiecit] nullum excipiendo, sine personarum personarum iniquitate. *Pf. 5.* Secundum multitudinem iniquitatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine [de templo] in quo illiciti fuerant per Sacerdotes collocati *Isa. 22.* Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Et quia æqualiter displicet Deo iniquus & iniquitas eius, ideo subdit [Oues quoque & boues] nihil enim horum retinuit, nec in usus suos conuertit. *Gen. 14.* Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem celi & terre, quia à filio subreptis usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. *1. Reg. 22.* Si de manu cuiusquam munus accepit: contemnam illud hodie, restituique uobis. In hoc ergo se liberum ostendit uisionum correctorem, dans pro certo formam Prælati quam libera & seuerâ manu & flagello distinctionis Ecclesiastica tales expellant ab Ecclesia: ut beatus *Bern. ad Eugenium.* Flagellum tenes: sciant te ad flagellandum potius quam ad accipiendum esse præpositum.

[Et numulariorum] Secundus modus correctionis. Hæc enim æs non expellit, sed perdendum effudit. Et hoc est quod dicit [effudit] & in diuersa sparsit [æs] pecuniarum [& mensas] in quibus æs ponebatur [subuertit] ut pecunia perdenda spargeretur. *Matth. 8.* Pecunia tua tecum sit in perditionem. Veritas tamen gratia est. Sic eiecit stabularios & numularios. *Isa. 33.* Qui proficit avaritiam ex calumnia & excutit manus suas ab omni munere.

Et his qui columbas uendebant dixit] Tertia seueritas est. Hæc enim non eiecit nec subuertit: sed dixit ista de templo penitus auferenda, ita quod nec ea contingeret uoluit. Causa autem huius non est quædam assignant: quia scilicet columbe non sunt deservende, sed ad templum reducere, cum dona sancti Spiritus significantur

quia etiam boues non detestabatur & oves & pecuniam, sed illicitam negotiationem. Vnde causa huius est, quia in columbis expresse Spiritus sancti gratia significatur quæ per hæresim simoniacam venditur. Vnde *glo.* Specialiter simoniaca hæresis damnatur: quibus dicit [Auferte ista hinc] ne in domo Dei ista hæresis vnquam appareat. *Greg.* Cathedras euerit, quia talium negotiatorum sacerdotium quod per cathedras intelligitur destruit. Hinc est quod sacri Canones simoniacam hæresim damnant, & eos sacerdotio priuari præcipiunt qui de sacerdotio pretium quaerunt. Causam autem factorum & dactorum suorum inducit dicens.

Et nolite facere] opere vestro illicito [domum Patris mei] Ecce manifeste & aperte se Filium Dei dat esse intelligere. *Ierem.* 7. Steristis coram me in domo hac in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis. Liberati sumus: eo quod fecerimus omnes abominationes istas. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? [domum negotiationis] quia in negotiatione sunt insidiae latronum ad accipiendum & fraudandum. *Aug. in Regula.* In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod factum est: vnde & nomen accepit. *Isa.* 56. Domus mea domus orationis est. *Ierem.* 7. Posuerunt offendicula in domo mea, in qua inuocatum est nomen meum. *Zach. vi.* Non erit vltra mercator in domo Domini exercituum. *Psal.* 70. Quoniam non cognoui negotiationem: introibo in portas Domini. *Chry.* Siquis mercator est, expellatur de Ecclesia: quia scriptum est. Quoniam non cognoui negotiationem. *2. Tim.* 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: ut illi placeat cui se probant. Hoc est ergo quod dicit.

Sed questio oritur de ordine historiarum. Quia *Ioan.* dicit hoc factum esse primo anno prædicationis Domini ante Ioannis incarcerationem. *Matth. autem* 21. dicit hoc esse factum anno ultimo prædicationis Domini post decollationem Ioannis. Sed ad hoc dicit *Aug. in li. de Concordia Euang.* quod bis factum est. Et primo anno factum ponit *Ioan.* Ultimo autem anno factum ponit *Matthæus* & alij Euangelistæ. Et ideo etiam alijs verbis in corrigendo Dominus vsus est hic, & in alijs Euangelistis. Hoc est ergo quod dicit.

Recordati vero sunt Discipuli eius quia scriptum est: zelus domus tue comedit me.

Hic ponitur confirmatio propter Prophetæ auctoritatem, quod sic à Spiritu sancto ab initio fuerat ordinatum. Et hoc est quod dicit [Recordati sunt Discipuli eius] supple. post Resurrectionem: cum sicut dicitur *Luc.* 24. aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas [quia scriptum est] in *Psal.* 68. Zelus domus tue] Superius à nobis Zelus bonus est diffinitus. Et ille (sicut dicit, *Chryso.*) est feruens amor in bonum, quia zelus per iram siue ira per zelum dicitur habere turbationem animi quæ in Christum non cadebat: eo quod de Christo scriptum est *Isa.* 42. Non erit tristis neque turbulentus [comedit me] *Aug.* Zelo domus Dei comeditur qui omnia

quæ videt ibi peruersa corrigere cupit, & emendare non quiescit. Si emendare non potest, tolerat & gemit. Hoc etiam dicit *glossa Augustini.* Si in templo figurati quod est domus orationis, prohibet negotiationem quæ honesta puratur: cum sit de his quæ in templo offeruntur: quanto magis prohibet potationes & cetera grauiora?

Quæritur autem hic, Qualiter Iudæi cum multi essent & in potestate constituti, permiserunt vnum hominem humilem ista perficere, quod non insurrexerunt in eum? Dicunt quidam quod hoc dissimularunt, ne notam auaritiæ coram populo in die festo incurrerent. Sed hoc nihil est: & ideo verbum *Hierony.* tenendum est qui dicit. Ignem quoddam atque sidereum videbatur ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie, immutans eorum animum quod non audebant immittere in eum manum. Et hoc fuit iterum signum diuinitatis Verbi incarnati quod aquila videre potuit, in quo se diuinitas (vt dicit *August.*) plusquam in Lazari resuscitatione manifestauit. Hoc ergo scrutantes Scripturas Discipuli inueniunt. *Ioan.* 5. Scrutamini Scripturas, quia ipse sunt in quibus vos putatis vitam habere. *Rom.* 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

Attendendum autem quanti meriti sit zelus domus Dei: & generaliter omnis zelus bonus cuius actum inter prima sua opera Christus ostendit. Cuius merito Phinees pactum sempiterni sacerdotij accepit *Num.* 25. Cuius feruore Mathias templum purgavit. *1. Mach.* 2. Zelatus est zelum legis sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi. Cuius igne accensus Elias Prophetas Baal interfecit. *3. Reg.* 18. *1. Mach.* 2. Elias dum zelat legem receptus est in cælum. *Psal.* 118. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliui sunt verba tua. Zelus autem amarus, est zelus inuidia: & hic non est habendus. *1. Cor.* 3. Quod si zelum amarum habetis & contentiones sunt inter vos, nolite gloriari &c. Sequitur. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstancia & omne opus prauum.

Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?

parte signum ponitur probans & confirmans tantam potestatis auctoritatem: & diuiditur in quatuor partes, in quarum prima ponitur signi petitio: in secunda signi exhibitio: in tertia signi non intellecti declaratio: & in quarta ponitur omnium harum fructus. Dicit ergo [Responderunt ergo Iudæi] dictis his & factis [& dixerunt ei] signum petentes [Quod signum ostendis nobis] quia Prophetæ suam potestatem debet probare per signum. *1. Cor.* 1. Iudæi signa petunt [quia hæc facis] *Ioan.* 6. Quod ergo tu facis signum vt videamus & credamus tibi? *Matth.* 21. In qua potestate hæc facis? Et quis dedit tibi hanc potestatem? *Chryso.* O insania! signone opus erat vt ea quæ malefiebant cessare faceret? Vnde temerarium fuit in talibus quæ aperta sunt quaerere signum. Aliter autem & superbia

perbia, quod indigni sibi signa ostendi quaerant. *Matth.* 12. Generatio praua & peruersa signum quaerit. Et signum non dabitur ei nisi signum Iona Propheta. Et ideo etiam hic ænigmatica dat signum quod intelligere non valent, & tamen est signum passionis & humilitatis, sicut signum Iona Propheta.

Sed tunc quaeritur, Cum peruersi essent, quibus signum aperte intelligentiæ non esset dandum: quare corripit eos? cum scriptum est sic *Eccle.* 1. Peruersi difficile corriguntur: & stultorum infinitus est numerus. Ad hoc dicendum, quod propter peruersos nec veritas iudicij, nec purgatio loci sic est dissimulanda.

Respondit Iesus & dixit eis: Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud.

Ecce signi exhibitio [Soluite templum hoc] hoc est, soluite templum hoc, quod est templum verum in quo deitas inhabitat. *Psal.* 137. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Quia in templo illo notam sui fecit diuinitas. *Exech.* 43. Ingredere est gloria Domini in templum Domini per viam orientalem. *Col.* 2. In ipso inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter. *Exech.* 43. Locus solij mei, & locus glorificationis pedum meorum vbi habito in medio filiorum Israël. In carne enim sua habitauit in medio nostris.

In hoc autem quod dicit [Soluite] pro soluetis: imperantium pro futura enuntiatione ponens, notat quod consentit in hoc quod pro genere humano passurus esset. Et ideo sensus est, vt dicit *Chryso.* [Soluite] hoc est, pro talibus operibus qualia modo facio, tandem templum hoc corporis mei soluetis, putantes vos mihi praualluisse. Sicut Philistini gloriati sunt se praualluisse contra Samsone cum eum dormientem ligassent. Sed illi sicut tandem succubuerunt Samsoni: sic & vos succumbetis & mihi. Et hoc est quod sequitur [& ego] virtute in me latens diuinitatis [excitabo] quasi à somnis [illud] templum *Ioan.* 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Tanquam si surgam à somnis, ea facilitate surgam à mortuis. *Psal.* 3. Ego dormiui & somnum cepi: & exurrexi quia Dominus suscepit me. Item *Psal.* 77. Excitatus est tanquam dormiens Dominus. Sicut enim somnus, occultatio est sensuum & retractio ad interiora: ita mors Domini occultatio est virtutis & operum diuinitatis, & retractio ad interiora: & ideo cum voluit, operationes diuinitatis & virtutes ad exteriora reduxit.

Dicit autem [in tribus diebus] per synecdochem, sicut frequenter alibi dictum est, quia pars prima diei & pars tertij pro toto ponuntur. Fuit enim vno artificiali die in sepulchro, vt dicit *August.* & duabus artificialibus noctibus. Vt vna simpla & luminosa sua morte (quæ per diem significatur nostras duas tenebrosas mortes, culpæ & peccati) (quæ per duas noctes significatur) destrueret. *Matth.* 12. Sicut fuit Iona in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre. *Osea.* 6. Vinificabit nos post duos dies & tertia die suscitabit nos &

vigemus.

Si autem quaeritur, Quare hoc signum dedit præ omnibus alijs? Dicendum, quod hoc fuit signum penitentiae & redemptionis quod solum peccatoribus competeat: nec aperte dandum fuit, quia sicut dicitur *Matth.* 7. Sanctum non est dandum canibus, & margaritæ non sunt spargendæ ante porcos.

Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt Discipuli eius quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ & sermóni quem dixit Iesus.

Hic incipit signi dati explanatio: & dicuntur hic tria. Primum continet rationem inconuenientiae apud non intelligentes. Secundum continet veram huius signi explanationem. Tertium autem continet intelligentibus spiritum hoc signum referentem. Dicit ergo Iudæus infidelis [quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc] Non quidem prima ædificatione quam fecit Salomon, vt *3. Reg.* 6. habetur: vbi dicitur, Ædificauit domum Domini annis septem. Sed secunda ædificatione quando reuersi de Babylonica captiuitate sub Zorobabel & Iesus sacerdote magno & Aggeo & Zacharia prophetantibus, propter bella inimicorum impedita ædificatum est quadraginta sex annis antequam completetur sicut patet. *Esai.* 3. 4. 5. & 6. [& tu in tribus diebus excitabis illud] quali dicam. Hoc est impossibile. Dicit autem *Aug. in li. de 3. questionibus*, quod (sicut inuiri & nolentes) dicitur verum: quia quadraginta sex annis ædificatur templum Domini corporis: quia (vt dicitur) quadraginta sex diebus formatur, & illis per septuaginta multiplicatis perficitur ad nascendum: & sic propter similitudinem temporis in constituendo templum, Domini corpus dicitur templum.

Sed contra illud obicitur per illud *Ierem.* 31. Nouum faciet Dominus super terram, femina virum circumdabit: quia vir perfectus in membris, & virtute, & sapientia fuit Christus ab instanti conceptionis. Non ergo in quadraginta sex diebus ædificatum est corpus Domini. Sed ad hoc dicitur. Quamuis in alijs embryonibus maribus figuratur corpus in quadraginta sex diebus, & perficitur ad natiuitatem in sexies. 46. diebus: tamen Domini corpus statim ab instanti conceptionis figuratum est. Sed in quantitate non fuit completa quantitas nisi. 46. diebus, & postea in quadraginta sex diebus ad nascendum. Et ideo dicitur *August.* intelligitur quantum ad quantitatem molis, & non quoad figuratorem. Et sic similitudo est constitutionis Domini corporis ad tempus ædificationis templi materialis. Hoc enim est veteri templum in quo, sicut dictum est, diuinitas corporaliter habitauit. Et hoc est quod explanando subdit Euangelista verbis suis.

Ille autem dicebat [scilicet Iesus] de templo corporis sui] instantiue, hoc est, de templo quod est corpus suum. *Matth.* 17. Cum sit Dominus

minus omnium, non in manu factis templis habitat indigens aliquo sed (supple) habitat in templo operatione Spiritus sancti perfecto, quod est corpus ipsius. *Hebr. 9.* Per amplius & perfectius tabernaculum non manu facti, id est, non huius creationis, introiit Iesus, hoc enim est gloriosissimum templum & domus deitatis: de quo dicitur *Aggei 2.* Meum est aurum & meum est argentum, dicit Dominus exercituum: magna erit gloria domus huius nouissimæ plusquam primæ. Si enim, ut dicit *Aug.* Templum Dei sanctum est quod estis vos. *1. Cor. 3.* Quanto magis gloriosum templum est corpus Christi, in quo diuinitas corporaliter habitat? *Col. 2.* Et in quo plenitudo omnis gratiæ redundauit. *Ioan. 1.* Plenum gratiæ & veritatis.

Cum ergo resurrexisset à mortuis [spiritu iam dato de cælis *Act. 2.* [recordati sunt iam Discipuli eius] per cordis meditationem, factum Christi reducens ad Scripturam impletam [quia hoc dicebat] de corpore suo, quod verè erat deitatus templum. Tunc enim sicut dicitur *Apoc. 5.* Agnus qui occisus est, iudicatus est esse dignus accipere librum, & per spiritum deitatis soluere septem signacula eius, hoc est, quæcunque scripta sunt de sacramentis incarnationis, Baptismatis, Prædicationis, & Operationis ipsius, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis ipsius [& ideo crediderunt Scripturæ] sicut testificant [& sermoni quem dixit Iesus] sicut implenti Scripturas. Scripturis enim credere rationabilius est. Sermoni autem Dominico credere est eorum qui viderunt signa ipsius. Et sic irrationabiles conuicti sunt per signa. Vnde *Ioan. 20.* Si mihi non creditis, operibus credite. Et hoc est quod dicit.

Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

Istud tenet omnium istorum fructum in his qui nouiter ad fidem edificabantur. Dicit ergo quia [Cum esset Ierosolymis in Pascha] ubi in loco solemniori & tempore solemniori omnes conuenerant [in die festo] Hoc dicitur propter primam diem quæ magis solemnior fuit, & in illo maior turba conuenit [multi crediderunt] hoc est, credere inceperunt [in nomine eius] hoc est, in sui diuinitatis notamine: cuius notam fecit per signa. Non tamen in fide adhuc firmati fuerunt. *Ioan. 7.* Quidam dicebant quia hic est vere Propheta. Alij vero quia hic est Christus [videntes signa quæ faciebat] Hoc enim fuit ad fidem inducendum. *Ioan. 4.* Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. *Ioel. 2.* Dabo signa in celo sursum, & prodigia in terra deorsum: sanguinem & ignem & vaporem fumi. Vnde patet quod isti magis signis quam ex deuotione credebant.

Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis] quia isti temporales erant, & ad tempus credebant, & in tempore tentationis recedebant; sicut ipse

Dominus dicit. Et subiungit causam Euangelista dicens [eo quod ipse] Iesus [nosset omnes] *Jerem. 5.* Domine oculi tui respiciunt fidem. *Hebr. 4.* Omnia nuda sunt oculis eius. Et ideo sciebat quod non essent stabiles [& quia opus ei] Iesus [non erat ut quis testimonium de homine perhiberet] sicut opus est homini qui non videt nisi exteriora. *Jerem. 17.* Ego Dominus scrutans renes & corda. *1. Reg. 16.* Homines vident quæ patent. Deus autem intuetur cor. *Job 26.* Nudus est infernus coram eo: & nullum est operimentum perditioni. *Ecclesi. 23.* Oculi Domini lucidiores sunt super solem, profundum abyssi & hominum corda intuentes in absconditis partibus.

Ipse enim [Iesus] sciebat [ut Deus] quid esset in homine] quod nemo poterat scire nisi Deus. Et hoc iterum aspexit Aquila, & in ipso manifestauit Verbi incarnati diuinitatem. *Job ultimo.* Scio quod omnia potes, & nulla te later cogitatio. *Ioan. 16.* Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi ut quis te interroget. Et in hoc cognouimus quia à Deo venisti & existi. Hoc est ergo quod dicit.

Isti autem quibus non credit se Iesus, falsi sunt fratres: de quibus dicitur *1. Corin. 11.* Periculum in falsis fratribus. Et hoc notatur ex glossa quæ incipit, Ludum Ismaelis &c. quæ valde notanda est contra hereticos. Quia in ea continetur quod heretici iuste à principibus legalibus pœnis affliguntur. Hoc est quod in manifestatione suæ deitatis ostendit Verbum incarnatum per potestatem auctoritatis, quam exhibuit in cultu Dei.

CAPVT III.

ERat homo ex Phariseis, Nicodemus nomine princeps Iudæorum.

Hic incipit manifestatio potestatis Verbi secundum quod ipsum est diuina operatione operationum & eruditum aliquid à se ad sanctificationem. Et habet duas partes: in prima ostenditur potestas & eruditio in institutione, & sanctificatione, & effectu sacramenti regenerationis: & hæc determinatur in hoc *3. cap. 3.* In secunda tangitur potestas & eruditio de gratia significata in aquis: & hoc continetur in prima parte *cap. 4.* Istud autem capitulum in tres partes diuiditur, in quarum prima tangitur de sacramento regenerationis quantum ad institutionem & sanctificationem atque officium. In secunda autem parte tangitur, quod talis sanctificatio fidei operantis in sacramento, finis est missionis Verbi in mundum. In tertia autem parte ponitur eruditio de purificatione quam facit sacramentum. Secunda pars incipit *Ibi* [Sic Deus dilexit mundum] Tertia autem incipit *Ibi* [Post hæc venit Iesus, & Discipuli eius in Iudæam &c.] Prima harum partium subdividitur in duas partes, in quarum prima accipit occasionem veniendi ad hanc doctrinam: in secunda autem ponit doctrinam ipsam *Ibi* [Respondit Iesus & dixit ei. Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit &c. In prima sex continentur, in quorum primo ille, per quem ad doctrinam

nam istam peruenitur, describitur à natura. Secundo, à religione. Tertio, à nomine. Quarto, à dignitate potestatis. Quinto, à diligentia inquisitionis. Sexto, à studio perquirendæ veritatis. Dicit ergo.

Est autem homo] Continuat ad præcedens. Quia dictum est, quod multi crediderunt in eum videntes signa, de quibus vnus fidem acceptam iam per visionem signorum producere nitentur ad veritatis perquisitionem, & sic erat homo rationalis & intellectus colens contemplationem: homo enim est qui colit intellectum. *Gen. 1.* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *Ecclesi. 7.* Deus de terra creauit hominem & secundum imaginem suam fecit illum. Et sequitur. Et secundum se vestit illum virtute. Virtus autem quæ est secundum Deum, est virtus intellectus qua homo est homo: & qui colit illum, colit virtutem diuinam. Et illam iste secutus in hoc quod vidit miracula ad fidem inducentia, verè se esse hominem probauit [ex Pharisæis] Ecce religio. *Act. 26.* Secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Phariseus. *Phil. 3.* Secundum legem Phariseus. Pharisei enim & resurrexerunt credentes futuram & animarum post mortem retributionem. Quod alij *Esai & Sadducei* non credebant [Nicodemus nomine] Ecce descriptio per nomen. Nicodemus enim effluxio terrenitatis interpretatur: qui iam terrena postposuit, quasi ab eo effluerint, & ad studium se transtulit spiritualium. Vnde & Dominus eum in spiritualibus instruit. *1. Cor. 2.* Spiritualis homo diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. *Col. 3.* Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quia terrena effluxa sunt ab ipso [princeps Iudæorum] Ecce commendatio à potestate dignitatis, vel à dignitate potestatis. *Isa. 32.* Non enim vocabitur amplius is qui insipiens est princeps. Et ab hac potestate principatus restitit Iudæis in Dominum frementibus *Ioan. 7.* cum dixit: Nunquid lex nostra eodem modo aliquem nisi prius audierit ab eo? *Isa. 32.* Principes in iudicio præerunt. Est autem Iudæorum princeps, qui consentiens vel glorificans interpretatur: per quos boni significantur, quorum primitiua est iste qui primus venit de sacramento regenerationis instruendus. *Psal. 75.* Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.

Hic venit ad IESVM nocte.

Hic à studio & diligentia inquisitionis commendatur. Quod enim venit propria relinquens, diligentia & sollicitudinis fuit. Quod autem ad IESVM venit, fuit signum fidei. Quod autem nocte venit & secreto, significabat quia extra strepitum discere veritatem voluit: & humanam quendam timorem & verecundiam passus est, ut dicit *Chrysost.* quo detentus coram aliis in publico venire ausus non fuit. De primo dicitur in *Psal. 53.* Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestre non confundentur. *Ecclesi. 51.* Appropinquate ad me indocti & congregate vos in domum discipline. De secundo, quod Saluatorem quæsiuit *Isa. 2.* Venite ascendamus in montem Domini, & docebit nos vias suas. *Deut. 32.* Qui appropinquat pedibus suis accipiat de doctrina eius legem. De tertio, hoc est, quod nocte venit

quantum ad hoc quod venit in secreto *Job. 4.* In nocte quando solet sopor occupare homines, pavor tenet me & tremor. Et post pauca. Et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. *Psal. 41.* In die mandauit Dominus misericordiam suam: & in nocte canticum eius. Quantum ad timorem, quia timebat accedere publice. *Isa. 26.* Anima mea desiderabit te in nocte, & spiritus meo in precordiis meis. De mane vigilabo ad te. *Psal. 118.* Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia otis tui.

Et dixit ei: Rabbi scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Ecce studium perquirendæ veritatis: & dicit tria. Magisterij scilicet confessionem: magisterij auctoritatem: & auctoritatis per signa euidenter probatam rationem. Dicit ergo de primo [Rabbi] hoc est, magister. *Ioel. 2.* Dedit nobis doctorem iustitiæ, & descenderis faciet ad nos imbrem matutinum & serotinum. Doctor enim est magister cuius eloquium stillat in gratia sicut imber temporaneus, & in gloria sicut imber serotinus. *Isa. 30.* Erunt oculi tui videntes præceptum tuum, hoc est, magistrum: & aures tue audientes verbum post tergum monentis. Auctoritatem autem tangit cum dicit [Scimus quia à Deo venisti magister] illi enim credendum est per omnia quæ se à Deo probat venisse. *Ioan. 3.* Qui de celo venit super omnes est. *Mat. 22.* Magister scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces &c. *Ioan. 15.* A Deo exiit & ad Deum, vedit [Nemo enim potest facere hæc signa quæ tu facis, nisi sit Deus cum eo] Ratio est auctoritatis diuinæ, quia per signa credidit: ideo signa pro ratione inducit. *Ioan. 15.* Nisi signa fecissem inter eos quæ nemo alius facit, peccatum non haberunt. *Ioan. 9.* A seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati: nisi esset Deus cum eo, non posset facere quicquam.

Sed contra. *Mat. 7.* Multi dicent mihi in die illa: Domine Domine nonne in nomine tuo prophetauimus? Nonne in nomine tuo demonia eiecimus? Et ego confitebor illis, quia nunquam negui vos. Sed ad hoc dicendum, quod miracula fiunt propter infideles ut conuerterentur. Sed illi qui miracula faciunt, illa facere non possunt nisi Deus ut operari sit cum ipsis. Sed quia miracula, ut dicit *Greg.* Aliquando fiunt ad demonstrandam sanctitatem personarum; semper autem ad demonstrandam sanctitatem Ecclesiæ: ideo aliquando fiunt per bonos in presentia infidelium ad fidem edificandorum, aliquando fiunt per malos in fide tamen Ecclesiæ. Sed hic Nicodemus sumit argumentum à modo faciendi signa, quia Dominus fecit illa in potestate suæ sine inuocatione. Et ideo hoc quod dicitur; Nisi fuerit Deus cum eo, intelligitur quod diuina virtus operans habitat in Christo; non sicut in alio Sancto, qui per supplicationem imperat fieri signa sed sicut aliquid diuinum latens in corpore Christi, sicut & ipsi Iudæi viderunt ignem quiddam & diuinum radiare de ipso. Et ideo Nicodemus venit ad quædam veritatem ab ipso, sicut ab eo in quo latebat aliquid diuinum. Et iste est literæ intellectus. Tamen

Tamen verum est, quod Deus est quadrupliciter in creaturis, scilicet per essentiam, & presentiam, & potentiam, & per inhabitantem gratiam, & per corporalem unionem & naturalem, & per gloriæ informationem. Et primo modo est in omnibus. Secundo modo in Sanctis. Tertio modo in Christo. Et quarto modo in glorificatione. Sed cum homine dicitur esse quando ei præstat auxilium per operationem. *Psal. 20.* Cum ipso sum in tribulatione: eripiam &c. *Cor. 15.* Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Homo autem est in Deo sicut in continente. *Act. 17.* In ipso vivimus, movemur, & sumus. *Matth. 12.* Qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est. Deus autem dicitur esse cum Christo: quia diuinum aliquid radiabat de ipso, quod ipsum Deum esse ostendebat. *Act. 10.* Pertransiuit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cum illo. *Ioan. 5.* Opera quæ ego facio, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.

Respondit IESVS & dixit ei: Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum Dei.

Hic incipit doctrina de sacramento regenerationis: & diuiditur in tres partes, in quarum prima dat regenerationis doctrinam quantum ad effectum, & materiam, & spiritum in sacramento operantem: in secunda autem specialiter tangit doctrinam quantum ad ianæ apertionem per passionem, cuius virtute baptismus cælum aperit: in tertia tangit effectum quantum ad fidem passionis. Secunda pars incipit *Ibi* [Et nemo ascendit in cælum] Tertia *Ibi* [Et sicut Moyses &c.] In prima harum adhuc tres peragraphi dicuntur, in quorum primo ponitur illuminatio de regeneratione quæ fit in baptismo: in secundo ponitur illuminatio de spiritu regenerante *Ibi* [Quod natum est ex carne caro est] tertio ponitur illuminatio quantum ad veritatis immobilitatem in utroque istorum *Ibi* [Respondit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?] Adhuc in primo duo dicuntur, scilicet, doctrina regenerationis, & explanatio doctrinæ, ut sit intelligibilis *Ibi* [dicit ad eum Nicodemus] In primo tria dicit: veritatis scilicet confirmationem [Amen amen] hoc est, Vere Vere, quia habet veritatem consilij æterni in præfinitione Patris, & habet immobilitatem in verbo Verbi increati hoc prænantiantis. Et ideo bis dicit: Amen amen. *1. Cor. 1.* Non est in illo, est & non: sed est in illo, est [dico tibi] ad tui illuminationem & utilitatem. *Eccli. 24.* Illuminabo omnes sperantes in Domino.

Nisi quis renatus fuerit denuo] Nati enim fuimus primo in statu innocentie, & mortui fuimus morte culpæ, quæ nos à via vitæ & gratiæ separauit. *Gen. 2.* Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Et ideo per sacramentum oportet nasci denuo secundum formam filij Dei. *Iaco. 1.* Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt scimus initium aliquid creaturæ eius. Sic enim per sacramentum fidei dat fidelibus potestatem filios Dei fieri: de quibus dicitur, quod ex Deo nati sunt in formam Dei, quam per peccatum amiserant. *M. 2.* Nunquid non vnus

est pater omnium nostrum? Vnus enim omnes adoptiuos generat in formam & hereditatem suam. *Rom. 8.* Quos præcisiuit conformes fieri imagini filij sui, hos & vocauit, supple, regenerationis sacramento. *Isa. 64.* Pater noster es tu, nos vero iurum: & factor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Sic enim denuo nascimur natiuitate diuina, quia prima natiuitas est innocentia per patrem Deum, & secunda post lapsum, est natiuitas in formam filij Dei per regenerationis sacramentum.

Tertio tangit defectum qui est in non suscepto sacramento [non potest videre regnum Dei] Visio autem hæc potestatiue debet intelligi. Sicut videt agricola ea quæ sunt cultura, quæ alius non videt: & pistor videt ea, quæ sunt artis pistoriæ: & ædificator ea, quæ sunt ædificationis, & sic de aliis. Sic enim ad opus & iustitiam videt is, qui percipit sacramentum fidei, ea quæ pertinent ad iustitiam fidei; Quæ alius non renatus videre non potest. Regnum autem Dei, in quo regnat Deus (sicut etiam alibi diximus) dicitur completa & confirmata potestas iustitiæ diuinæ, in qua regnat Deus: sicut Rex regnat in his qui custodiunt leges ab ipso Rege confirmatas. *Luc. 17.* Regnum Dei intra vos est. *Mat. 6.* Adueniat regnum tuum. *Psal. 144.* Regnum tuum Deus, regnum omnium seculorum. Et iterum *Psal. 44.* Virga directionis, virga regni tui.

Contra hanc expositionem videtur esse *gl.* quæ dicit: Non potest me cognoscere. Intelligi debet vt Regem in suis regnantem, qui cognoscitur in iustitiis & legibus suis. In illis enim videtur visio veritatis hic per meritum, & in futuro per præmium. Et sic in idem redit *glosse* intellectus. Per hoc etiam soluitur quod obiici potest per illud *Luc. 16.* Vir diues in regno Dei vidit Lazarum. Quia diues cum malus esset, nunquam vidit regnum Dei visione actiua, quia nunquam vidit iustitias ipsius. Sed vidit Lazarum in splendore iustitiæ, visione simplicis intellectus. Et hoc non vocatur hic videre regnum, quia intelligitur de visione beneplaciti quæ ad opus pertinet. *Sap. 7.* Ostendit illi regnum Dei. Et statim sequitur: Et dedit illi scientiam Sanctorum. Quia dedit illi scientiam practicam, hoc est, operatiuam Sanctorum regni illius, quod est præceptorum & statutorum ipsius regni, in quibus illum honestauit in &c.

Sed hic incidit questio, vtrum iste sermo ex tempore quo prolatus est, habuerit vigorem? Videtur quod sic. Quia non excidit verbum Dei, vt dicitur *Tob. 14. Mat. 13. Luc. 21. Mat. 24.* Verba mea non transibunt. In contrarium autem huius est, quod ex tunc non omnes saluati baptizati fuerunt; cum tamen multi spem in Deo habentes fuerunt mortui, qui nihil sciuerunt vel scire potuerunt de sententia in occulto noctis ad Nicodemum prolata.

Ad hæc dicit magister *Hugo de sancto Vic.* quod tria sunt tempora gratiæ. Ante legem videlicet, & ante sententiam istam: in quo baptismus non fuit, sed circumcisio ab originali purgavit: & ante legem ab eodem purgavit fides & sacrificia quæ ab illis fiebant. Secundum tempus fuit, quo lex finita fuit, & Evangelium inchoauit. Tertium autem tempus, quo Doctrina Evangelij prædicatione Apostolica per orbem est vulgata. In primo

ergo

ergo tempore multi fuerunt saluati sine Baptismo. In secundo tempore multi saluati sunt sine baptismo, & multi per baptismum: quia tunc simul & circumcisio vt finienda, & Evangelium vt inchoandum concurrerunt. In tertio autem nullus saluatur sine baptismo: quia in illo exiuit sonus Apostolorum in fines orbis terrarum, in quo nemo excusatur.

Ad obiecta dicit idem *Hugo*, quod Dominus in verbis istis secretum consilium suum amico suo Nicodemo reuelauit, & non adhuc ista vt communem sententiam protulit, sed post Resurrectionem quando *Matth. 21.* dixit: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et per hoc patet, quod verbum Domini non excidit: sed obligare primo incipit, quando communiter vt statutum promulgatur.

Alij quidem respondent aliter dicentes, quod multipliciter instituitur baptismus. Quantum enim ad Trinitatem operantem virtutem regeneratiuam, dicitur Baptismus institutum in Baptismo Domini quo ipse baptizatus fuit *Mat. 3. & Luc. 3.* Quia ibi Trinitas apparuit. Quantum ad materiam & Spiritum institutus est hic. Quantum autem ad formam debitam institutus est *Mat. in fine.* Sed quantum ad apertionem ianæ institutus est *Luc. 3.* Sed hæc solutio nulla est, quia in baptismo Domini quid factum sit ostenditur: nihil autem per modum statuti promulgatur. Similiter *Mat. 21.* Quid fieri debeat præcipitur, & non promulgatur aliquod statutum. Hic autem directe statuitur. Et ideo solutio *Hugonis* est vera & tenenda.

Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterum introire & renasci?

Hic ponitur explanatio vt melius comprehendatur. Habet autem duo: quæstionem dubitantis, & illuminationem dubium illucidantis. In primo duo dicuntur: primo enim ponit dubium, & secundo rationem infert dubitantis. De primo ait [dicit ad eum Nicodemus] Dubitantis est querere: tunc primo apparet ei veritas. Sed querit vt discere intendens, & non tentator insidiosus. *Matth. 7.* Querite & inuenietis [Quomodo] Qui modum querit, in verbo non dubitauit. Sciuit enim verbum esse sapientiæ, & sic non esse excusandum. *Isa. cap. 55.* Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Sed modum querit *Luc. 1.* Vnde hoc sciam? ego enim sum senex [potest homo nasci cum sit senex?] De nato enim procedit natura in senium, & non reuertitur de senio in iuuentutem & natiuitatem primæ infantie. Erat enim Nicodemus (vt dicit *gl.*) figuram tenens catholicæ memoriam; qui nondum nouerunt ea quæ sunt de spiritu regenerante. Vnde supra in nocte venit. *1. Cor. 15.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi: quia spiritualiter examinatur. Sciuit autem ille carnalia tantum, cognoscens quod dixit *Isa. 65.* Pater centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et ideo non putabat esse aliquam regenerationem, sed putabat quod antiqui in peccatis essent mortui, & nascituri nascuntur non renascituri.

D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.

Nunquid potest &c.] Ratio est impossibilitatis eorum quæ dicebantur. Non enim vidit reditum ad vterum vnde exierat. Et ideo dicit [Nunquid potest] aliquid in ventrem matris suæ [carnalis] iterum introire] quod angustia ventris & perfectio nati non permittunt [et renasci] q. d. Non, quod autem est secundum naturam impossibile (quam solam iste considerat) valde est facile secundum culpam: non est impossibile secundum gratiam. Secundum culpam enim mater est concupiscentia, in cuius vterum regreditur, qui omnia agit secundum fomitem concupiscentiæ. *Eccli. 16.* In die ortus tui non est præcisus vin. bilicus tuus, & aqua non es lota in salutem. Aqua autem hæc baptismatis est, quæ lauat in salutem eos qui renascuntur ad gratiam, sed non eos qui adhuc matris concupiscentiæ adherent umbilico. *Iob. 1.* Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, hoc est, de vtero concupiscentiæ sum egressus, vestibus virtutum spoliatus: & omni die iterans peccatum, ad vterum concupiscentiæ reuertar. *Eccli. 40.* Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus eorum de ventre matris, vsque in diem sepulture in matrem omnium. Sic enim omnes filij ita nascuntur. *Eph. 2.* Et iteramus peccatum in actualibus peccatis, quando ad vterum foedæ matris reuertimur. Et hoc quidem est in matre mala, de qua *Psal. 50.* Ecce enim in iniquitatibus conceptus &c. Hæc est enim mala natiuitas secundum quam tota die fit ad vterum regressus.

Est & alia natiuitas naturæ *Ioan. 6.* Mulier cum parit tristitiam habet, & cum peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium quod habet, quia natus est homo in mundum: secundum quam natiuitatem ad vterum non potest esse regressus. Tertia natiuitas est gratiæ, de qua *1. Ioan. 3.* Qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat illum, & malignus non tangit illum. Et secundum hanc generationem possibilis est regressus ad vterum gratiæ, in quo per regenerationis sacramentum renascimur. Et hunc regressum, & hanc regenerationem Nicodemus ignorauit. Est alia natiuitas gloriæ, de qua *Iob. 11.* Cum te confirmatum putaueris, orietur Lucifer: secundum quam iterum non est possibilis regressus. Hoc ergo est quod dicit.

Respondit IESVS. Amen amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Ecce illuminatio declarans dubitationis rationem. Dicit autem tria, scilicet, sermonis confirmationem, quæ exigitur vt satisfiat dubitanti, cum dicit [Amen amen dico tibi] Quod veritate sermonis, & confirmatione veritatis dico tibi. Trepidantis enim & dubitantis cor non confirmatur, nisi sermone & iuramento. *Heb. 6.* Homines per maiorem sui iurant: & omnis controversie finis, ad confirmationem, & iuramentum. In quo abundantius volens Deus pollicitationis suæ ostendit hereditas immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas immobiles res, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus. Hæc enim supra rationem sunt: & ideo probari non possunt: & ideo confirmationem sermonis accipiunt fidem.

E

Et

Et attende, quod non irascitur ad Nicodemum sermonem Domini impossibilem iudicantem, sed mansuete instruit, & paulatim ad intellectum spiritualium manducit. *Iſa. 42.* Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Et ideo addit.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto] quali dicat. De terrena non intelligo natiuitate, sed de illa quæ est per sacramentum gratiæ, in qua [nisi quis renatus fuerit] ad similitudinem primæ innocentie quantum ad imunitatem culpæ. *Iſa. 1.* Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Et hoc est [ex aqua] ut materia habente vim regeneratiuam [& Spiritu sancto] regenerante. *Gen. 1.* Spiritus Domini ferebatur super aquas. *Pſalm. 28.* Vox Domini super aquas: Deus maieſtatis innotuit. Sic enim completur sacramentum, quando aqua, visibile elementum per virtutem abluuam similitudinem facit extra: & Spiritus regenerans operationem munditiæ facit intus. *Ioan. 1.* Ipse est qui baptizat in Spiritu sancto. *Num. 19.* Qui aqua expiationis asperſus non est, immundus est: & manebit spurcicia eius super eum. *Ezech. 47.* Postquam venerint illuc aquæ, sanabuntur: & uiuent omnia ad quæ uenerit torrentes.

Non potest introire in regnum Dei] tertium est. Confirmat enim sermonem, explanat modum regenerationis, & explanat poenam regenerationem negligentis, dicens [non potest introire] ut possessor [in regnum Dei] Introire enim in regnum, est videre ipsum, quia uisio, ut dicit *Auguſt.* est tota merces, dummodo sit uisio pascens uidentem, quæ est uisio amari & haberi. Et hæc est uisio, ubi uisum lumine suo pascet intrat in uidentem: & uidentem per beneplacitum intrat in rem uisam. Et hæc uisionem non nisi boni habere possunt. *Matth. 25.* Intra in gaudium Domini tui. Sic enim hic intramus in regni iustitiam: & in futuro intrabimus in regni gloriam. Et sic cum primo dixerit, non potest uideri: hic dicit, non potest introire in regnum Dei: quia *Sap. 15.* Nolle te, est consummata iustitia: & scire iustitiam tuam & uirtutem tuam, radix est immortalitatis. *Sap. 6.* Concupiscentia sapientie conducet ad regnum perpetuum. Concupiscentia enim sapientie in uisione beneplaciti iustitiæ, dat regnum iustitiæ in quo regnat Deus.

Sed obiicitur contra ea quæ hic dicuntur. Quia multi baptizati baptismo sanguinis, sine aqua. Et similiter multi baptizati baptismo flaminis, hoc est, spiritus in penitentiâ, qui nunquam in aqua immerſi sunt, regnum Dei intrauerunt. Et sic non semper necessarius est baptisimus aquæ. Sed ad hoc respondet *Magister in sententiis suis li. 4. dist. 4.* dicens, quia uerum est quod quidam in sanguine baptizati, & quidam in Spiritu sancto baptizati saluantur. Sed hoc in illis, ubi sacramentum aquæ non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit, hoc est, qui morientes martyrio uel naturali morte, fide uera quorundem in aqua baptizari & habere non possunt. Quod ergo dicit Dominus, Nisi quis renatus fuerit, &c. Hoc est, regeneratione quam facit aqua & spiritus. Hanc autem regenerationem facit sanguis & penitentiâ in articulo necessitatis, ubi baptisimus aquæ haberi non potest. Et hæc solutio satis est conueniens in loco isto.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est. Et non mireris quia dixi tibi: Oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat: & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei. Quomodo possunt hæc fieri?

In parte ista ponitur illuminatio quantum ad Spiritum operantem. Diuiditur autem hæc pars in duas, in quarum prima tangit illuminationem quantum ad Spiritum operationem perfecte. Sed quia carnalis adhuc Nicodemus oculos ad tantum lumen attollere non ualuit: ideo in secunda parte non intelligentem ad fidem eleuat, ut quod intelligere non ualeat, saltem credat *Ibi* [Respondit Nicodemus] Adhuc in prima parte duo sunt paragraphi] in quorum primo operationem Spiritus explanat: in secundo per similitudinem probat *Ibi* [Spiritus ubi uult spirat] In primo adhuc duo facit, in quorum primo generationem carnis promittit: in secundo generationem Spiritus subintroducitur. Dicit ergo.

Quod natum est ex carne] quasi dicat, bene dico quod non intrat in regnum qui non est renatus ex Spiritu & aqua: quia [quod natus est ex carne] Adhuc corrupta [caro est] hoc est, carnale est. Quia sicut dicit *Aug.* Omnis homo generatione carnis est Adam, & in persona est particularis homo. Et ideo in generatione ista; generatio carnalis transfundit peccatum originale, & ideo generat carnalem in peccato originali existentem. In hac enim generatione portamus imaginem terreni parentis. *Genes. 5.* Genuit Adam filios ad imaginem & similitudinem suam, hoc est, in peccatis existentem. In generatione enim carnali ex lege concupiscentiæ (quæ est filia peccati ut dicit *Aug.*) peccatum originale innascitur in paruulis. Et sic intelligitur [quod natum est ex carne] hoc est, quod non habet mouens ad generationem nisi non concupiscentiam carnis [caro est] id est, carnale est, habens carnis corruptionem: ut formaliter intellecta accipiatur locutio, porius quam materialiter. *Sap. 12.* Erat enim semen maledictum ab initio, & naturalis malitia eorum & immutari non poterat. *Roma. 7.* Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam uelle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Et *ibid.* Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati quæ est in membris meis. Ab hac ergo lege peccati peccatum originale transfunditur. Et sic natum ex carne caro est.

Et] per oppositum [quod natum est ex Spiritu] in quo in uero Ecclesiæ non est nisi Spiritus operans & mouens [est spiritus] formaliter intelligendo, hoc est, spiritualis habens formam Spiritus ad uitam gratiæ, sicut fit natiuitas per Spiritum in Sacramento. *Ioan. 1.* Qui non est sanguinis, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiridis, sed ex Deo nati sunt. Illi ergo nascuntur in spiritum uiuificantem. *Prima Corinth. cap. 15.* Sicut portauimus imaginem terreni: sic & portemus imaginem celestis. Natum ergo generatione primi Adæ est caro: & renatum regeneratione secundi est spiritus,

spiritus, hoc est, spirituale. Hoc est ergo quod dicit. Sic dicitur. *1. Cor. 6.* Qui adheret Deo, unus spiritus est. *Iſa. 26.* A facie tua Domine, concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis. De carne autem quæ dicto modo nascitur ex carne. *1. Cor. 15.* Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: nec corruptela incorruptelam possidebit. Ex quo ergo sic habet in generatione carnis & Spiritus.

Non mireris quia dixi tibi. Oportet uos nasci denuo] quia sicut peccatum unius in generatione corruptæ carnis claudit regnum: ita iustitia unius in regeneratione Spiritus regnum aperit. Et ideo si regnum intrare uultis, oportet uos nasci denuo. Neque hic est aliquid mirandum, quia sic medicina contra originale peccatum ordinatur, quod nec insolitum est, nec præter spem & facultatem admirantis. *1. Pet. 1.* Regenerauit nos in spem uitam, per Resurrectionem IESU-CHRISTI ex mortuis in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in caelis.

Uidetur enim hæc generatio mirabilis, quia dicitur *Iſa. 66.* Quis audiuit unquam tale? aut quis uidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die una: aut parietur gens simul? Sed ad hoc dicendum, quod quidem ista generatio est mirabilis, sicut dicit *Isaias.* Sed tamen posita generationis causa (quæ est Spiritus sanctus operans in Sacramento) cessat admiratio: quia non est mirum si Spiritus sanctus formam gratiæ dans, generat adoptionis filium spiritualem. Et hoc intendit Dominus, dicens [Non mireris] quia iam tibi adoptionis Spiritum regerantem in Sacramento reuelauit: & in illo oportet uos nasci denuo. *Matth. 23.* Vos baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. *Ioan. 1.* Hic est qui baptizat in Spiritu sancto.

Et hoc secundum *Chryſt.* probata minori, quia minus uidetur quod [Spiritus] hoc est, corporea substantia spiritualis & inuisibilis, sicut est uentus [ubi uult] hoc est, libere: quasi habeat liberam suæ spirationis uoluntatem [spirat] undique perflans. *Eccle. 1.* Lustrans uniuersa per circuitum pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur [& uocem] hoc est, sonum aspirationis [eius audis] aure corporea. *Ezech. 3.* Audiui uocem commotionis magnæ post me [sed nescis unde ueniat] quia substantia eius est inuisibilis, & ideo visu exterioris perceptionis nescis uias eius [aut quo uadat] *Eccle. 11.* Ignorans quæ sit uia spiritus, & quæ ratione compingantur ossa, in ventre prægnantis.

Sed contra. Bene sentitur, quod uentus flans ab Aquilone tendit in Meridiem: & è conuerso. Et uentus flans ab Oriente tendit in Occidentem: & è conuerso. Ergo non est uerum quod ponitur in simili posito. Respondendum est secundum *Chryſt.* sicut dictum est, quod quamuis in signo percipitur unde uenit, aut quo uadat flatus uentis: tamen non scitur causa agens cum determinata perceptione, & determinatus locus elevationis eius, nec scitur determinate locus defectionis eius, ultra quem flatus eius non procedit. Et quoad hoc secundum *Chryſt.* dicitur: Nescis unde ueniat, aut quo uadat. Et ideo *Eccle. 11.* secundum litteram dicitur: Ignorans quæ sit uia spiritus. *Pſalm. 114.* Qui producit uentos de thelauris suis, Quia aliquando

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

est clausus in nube, aliquando inuisibiliter expanditur in aeris superficie, aliquando etiam ingreditur viscera terræ, & aliquando immittitur radicibus uegetabilium: & semper uapor talis format omnia, quæ in naturis formantur uirtute calis qua eleuatur: & ideo ad Spiritum sanctum aliquam habet similitudinem. Hanc autem expositionem facit *Chryſt.* ideo: quia ueritas græca in qua scriptus est liber iste habet sic [uentus flans & uocem eius audis &c.] Et hoc simile adaptat à minore sumptum dicens [Sic omnis est qui natus est ex Spiritu] scilicet inuisibiliter formatus in formam, quam dat Spiritus sanctus. Et est sensus: Magis uidetur quod tibi nota sit uia & uirtus spiritus corporei, quam uia & uirtus spiritus incorporei, quia illum saltem audis, istum autem nec uides nec audis: & illa est tibi non cognita & ignota, cū tamen scias quod omnes dat formas naturales nascentibus. Ergo quamuis ignores Spiritum sanctum, scire per simile inductum poteris quod ipse nouas formas diuinas dat omnibus à se generatis. Et quia talis Spiritus in baptismo operatur, scire poteris quod baptizati in nouas formas Filiorum Dei regenerantur. Hæc expositio *Chryſt.* & est uera & literalis.

Auguſtini autem & *Bede* expositiones sunt istæ: ita quod probet à minori & à simili posito. Sed hoc quod dicit Spiritus ubi uult, &c. sit ratio præcedentium. Ac si dicat [Non mireris quia dixi tibi: Oportet uos nasci denuo] quia [Spiritus] sanctus [ubi uult] qui liberam habet deitatem. *1. Cor. 12.* Hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout uult [spirat] hoc est, aspirationis suæ dat gratiam, & effectum, & formam [& illius] quidem uocem audis] tripliciter, scilicet in Scripturis lectam, in sancto prædicatore enuntiatam, & in renato ostensam. De primo *Apoc. 2.* Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. De secundo *Matth. 10.* Non uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris ueſtri qui loquitur in uobis. *Matth. 13.* Non uos estis loquentes, sed Spiritus sanctus. *Matth. 6.* Non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur. De tertio *Gal. 4.* Quia estis filij, similis Deo Spiritum filij sui in corda ueſtra clamantem, Abba pater. Sicut enim spiritus carnalis patris format filium in formam patri similem secundum naturam, & filij ad patrem inclinat affectum, & facit filium patrem inuocare: ita Spiritus Patris celestis in Sacramento per gratiam format baptizatum in formam & assimilationem Patris celestis, & mutat cordis affectum ad eum, & mouet ad eum inuocandum.

Sic ergo [uocem eius] cuius ipse spiritus causa est [audis] & tamen [nescis unde ueniat] hoc est, quomodo cor illius intrauit [aut quo uadat] hoc est, quomodo redierit: quia ipse est natura inuisibilis. Vel [unde ueniat] hoc est, ex qua præfinitione & consilio Dei hoc ueniat [aut quo uadat] hoc est, ad quam beatitudinem deducat. *Iob capitulum nono.* Si uenerit ad me non uidebo eum: & si abierit, non intelligam [Sic est] ut Spiritus sanctus [omnis qui natus est ex Spiritu] in forma inuisibili formatus in Filium Dei, cuius uia ignota sunt tibi: quamuis aliquando audias uocem ipsius quam spiritus loquitur per ipsum. *Eccle. 11.* Ignoras opus Dei qui est fabricator omnium.

Maxime autem illud opus ignoratur quod Deus facit per seipsum. *Iob 36*. Memento quod ignores opus eius, de quo ceciderunt viri.

Secundum autem omnes expositores idem intenditur, scilicet, quod sicut natum ex carne corruptioni vitij subiecta, est caro vitiosa: ita natum ex Spiritu vitium purgante, est spiritus nulli vitio subiectus. Et sicut ex carnali parente generationem primam per legem concupiscentie: ita generationem secundam habemus ex caelesti Patre per spiritum gratie.

Obiiciunt autem quidam quod secundum hoc, homo sanctus purgatus à peccato deberet generare filium non in peccato existentem: quia generabit in forma spiritus quem habet, & habet Spiritum sanctum. Sed ad hoc in præmissis iam est responsum, quia omnis homo in natura est Adam vitiosus, & per hanc naturam vitiatam generat vitiatam, & regeneratione indigentem. Quia hoc vitium naturæ non purgatur sanctitate personæ, quamdiu in natura remanet lex concupiscentie. Et ideo sicut circumcisus generat præputiatum, ut dicit *Augustinus*, traiciens in eum id quo ipse iam caruit. Et sicut granum à palea iam deparatum, generat granum paleatum: ita existens in gratia, generat cum qui in originali nascitur peccato, propter legem concupiscentie remanentem in natura vitiatam, à qua nullus liberat nisi per regenerantem spiritum gratie. Et hoc est quod Dominus probare intendit & instruere Nicodemum. Et pater quod subtilis valde, & rationalis est hæc doctrina.

Respondit Nicodemus & dixit ei] adhuc carnalis & opera Spiritus sancti non intelligens. *1. Co. 2*. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi: quia spiritualiter examinatur [Quomodo possunt hæc fieri] quia carnalibus cogitationibus plenus, ut dicit *Augustinus*, non nisi carnalem meditabatur generationem. *1. Co. 13*. Cum essem paruulus loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus. Et attende reuerentiam Nicodemi, quod non contradicit, neque insultat: sed ut studiosus modum inquirat, sciens verba Christi esse vera & cum effectu; sed modum non considerans, & in mente semper habens quod præmissis: scimus quoniam à Deo venisti Magister, & quod à Deo venienti contradicendum non fuit.

Respondit IESVS, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

Respondit IESVS & dixit ei] altius adhuc non intelligentem illuminando. Dicit autem tria: quorum primum est, quod per modum redargutionis ad Scripturam intelligendam, mentem eius reducit. Secundum est, quod eius qui à Deo exiit sermonibus simpliciter est standum, & simpliciter & firma fide est illi credendum; quia ad intellectum verborum eius non venit nisi per fidem. Tertium est, quod per aliquam rationem intelligendi dicta ostendit per terrenam similitudinem: quamvis diuina non perfecte in terrena similitudine doceri possint. Dicit ergo [Tu es magister] qui Scripturam doces [in Israel] ubi notus est Deus, & diuina in Scriptura præsignata leguntur. *Psal. 75*. Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius [& hæc ignoras] quasi dicat: Hoc est mirum, quod ista præsignata in Scripturis non intelligis. *Isa. 33*. Vbi est literatus: vbi legis verba ponderans:

Hoc est quod Iudæis dicit Christus *Ioan. 5*. Scrutimini Scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me in quibus vos putatis vitam æternam habere. Propter quod & ipse Philippus dixit *Ioan. 1*. Quem scripsit Moyses in lege & Propheta, inuenimus IESVM, Filium Ioseph, à Nazareth. Mirum est ergo quod hoc magister in Israel ignorauit. Sed hoc est quod dicit *Apostolus 2. Cor. 3*. Cum legitur Moyses, velamen est positum supra cor eorum. Tamen hic latenter reducit mentem ipsius ad Scripturarum intellectum.

Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: Quomodo si dixero vobis caelestia, credetis?

Secundum est, in quo ei qui à Deo venit dicit esse per omnia credendum. Dicit ergo [quia] Nos: Ego, & Apostoli, & Discipuli mei quos informauit. *Ioan. 15*. Omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis. *Ioan. 1*. Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Nos ergo, hoc est, ego, & quibus enarraui [quod scimus] verissimo modo sciendi, quia per modum reuelationis Spiritus est, quia omnis humana fallit cogitatio. *Psal. 115*. Ego dixi in excessu meo; omnis homo mendax, quando per Spiritum humanam cogitationem excessi: omnis homo mendax. *Rom. 3*. Est autem Deus verus: omnis autem homo mendax. Sic ergo hoc quod verissime scimus [loquimur] Dicit tamen alia glo. quod per hoc quod pluraliter dicit, loquimur, innuit mysterium Trinitatis. *Ioan. 14*. Ego in Patre, & Pater in me est. *Ioan. 14*. Pater in me manens ipse facit opera.

Et quod vidimus testamur] quia testimonium non est nisi de visu. *Ioan. 8*. Ego quod vidi apud Patrem, loquor. Scit autem: quia est sapientia genita. Vidit omnino: quia omnia nuda sunt oculis eius. *Hebr. 4*. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Scit autem in seipso. Vidit vero in Patre. Et hoc Apostoli viderunt in ipso in gratis & miraculis. *Ioan. 1*. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Et ideo Apostoli sciuerunt, & viderunt. *Hebr. 2*. Contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus-sancti distributionibus secundum suam voluntatem [& testimonium nostrum non accipitis] Et hoc est inconueniens, quando exceptio contra testes non habetur. *Ioan. 3*. Quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Hoc autem provenit ex hoc, quod ille qui testificatus est, cum suis pauper apparuit: & ideo veritas ipsius contempta fuit. Vnde *Ioan. 8*. dixerunt. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. *Ioan. 5*. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me. Causa autem huius est, ut dicit *Glo.* quia carnalis estis.

Si terrena dixi vobis] Tertium est, in quo reducit ad mentem similitudinem terrenam, cuius operationem non crediderunt. Et hoc est quod dicit; si terrena dixi vobis secundum similitudinem spiritus terreni, qui ubique spirat & format naturalia ad similitudinem Spiritus-sancti [& non creditis] spiritualia ad similitudinem terrenorum

terrenorum sumpta, quia sicut dicit *Grego.* Regnum caelorum ideo terrenis simile esse dicitur: quatenus ex his quæ animus nouit, surgat ad incognita quæ non nouit: & ex his quæ viu didicit, quasi conficatus incalcescat. Supernaturalia enim, ut dicit *Dionysius*, non possunt à nobis cognosci nisi per terrenorum similitudinem. Si ergo similitudine terrena posita, non adhuc creditis: cum tamen secundum similitudinem eorum credere deberetis [quomodo si dixero vobis caelestia] sine terrenorum similitudine [creditis?] qu. di. nullo modo creditis. *Sap. 9*. Difficile estimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore: & quæ in caelis sunt quis inuestigabit? Sic ergo legitur secundum *Christostomum Augustinum* autem dicit quod terrena quæ dixit fuerunt, quando dixit: Soluite templum hoc. Hoc enim dixerat de solutione corporis terreni, sicut supra expositum est. Sed prior expositio est conuenientior: *Iob 38*. Numquid nosti ordinem caeli, & rationem eius pones in terra? Ratio enim caeli in terra ponitur, quando caelestia, ut dicit *Grego.* similitudinibus terrenis comparantur.

Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis qui est in caelo.

Hic declarat baptismum per effectum quo per baptismum caelum aperitur, & dicit tria: impossibilitatem in caelum sine baptismo ascendendi, possibilitatem per Filium Verbum in caelum veniendi, & causam huius ostendit esse diuinitatem Verbi incarnati. Dicit ergo [Et nemo ascendit] hoc est, ascendere poterit [in caelum] quia qui terrenam & concupiscentie habet naturam, in caelum non ascendit: quia hoc peccatum originale traxit quod paradysum clausit. *1. Corin. 15*. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: & corruptela incorruptelam non possidebit. *Genes. 3*. Cherubin & flammeum gladium atque ventilem collocavit Dominus ad custodiendam viam ligni vite. Et ideo accessus non patet filiis primi Adæ, qui caro de carne nati sunt, sicut in antehabitis est dictum [nisi qui descendit de caelo] hoc est, visibilis in forma serui apparuit. Per hoc ut dicit *Aug.* descendit. *Baruch 3*. In terris visus est & cum hominibus conuersatus est. hoc est, ad similitudinem hominum in forma hominis factus operatione Spiritus sancti. Et ideo de corporis eius integritate sunt omnes qui eandem formam Spiritus in baptismo acceperunt. Sic enim ipse descendit *Rom. 8*. Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. *Psa. 18*. A summo caelo egresso eius. *Eph. 4*. Qui descendit, ipse est qui & ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia. Omnia autem adimpleuit: quoniam omnibus electis formam suam per spiritum adoptionis indidit: donec omnes occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde *Glo.* dicit, quod ascendit secundum quod homo: quia sic hominibus formam filiationis communicauit per quam in caelum exaltantur. Descendit autem secundum quod Deus: quia sic in forma humana visibilis apparuit; ut hominibus formam daret diuinam. Vnde *Glo.* Hoc pertinet ad secundam natiuitatem in Spiritu: quia nemo in Christo ad Patrem ascendit, nisi qui ex Spiritu

ritu nascitur.

Filius hominis qui est in caelo] secundum quod Deus. Et ideo etiam filij adoptionis adoptiui in caelo efficiuntur per formam Filij naturalis. Et sic omnes sibi conformes saluantur, & nullus alius. *Micha. 2*. Ipse ascendit pandens iter ante eos. *Isa. 63*. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra: iste formosus in stola sua, gradens in multitudine virtutis suæ? Mirabiliter enim formosa est stola Sanctorum quando tota vestis Christi in forma est filij, quæ est forma gratiæ quam Spiritus sanctus in omnibus Sanctis formauit per adoptionem. *Isa. 49* Vno ego dicit Dominus quia his omnibus velut ornamento vestieris, & circumdabis eos tibi velut sponsa. *Psa. 103*. Amictus lumine sicut vestimeto. Vnde *Aug.* dat similitudinem istius locutionis. Sicut si aliquis nudus descenderet de monte, & reascenderet vestitus diceretur quod nemo descendit de monte, nisi qui ascendit in montem: & e converso, nemo ascendit in montem, nisi qui descendit de monte Filius hominis. *Glo.* Cum dicit: Filius hominis ascendit, dat nobis ascendendi certitudinem; cum Filij hominis sumus, qui est in caelo in forma Dei quam largitus est nobis. *Amos 9*. Qui ædificat in caelo ascensionem suam, & fasciculum suum super terra fundauit. Fasciculus autem suus sunt electi. *Ieremia 27*. Cælum & terram ego impleo. *Isa. sexagesimo sexto*. Cælum mihi sedes est: & terra scabellum pedum meorum.

Sunt autem quidam qui querunt vtrum hoc quod dicitur hic conueniat Christo secundum humanam naturam, vel diuinam, aut secundum vtranque: Si secundum humanam: contra. Illius non est descendere qui in infimo fuit humilitatis. Si autem secundum diuinam: contra. Illius non est ascendere qui in summo est maiestatis. Si secundum vtranque: aut diuinam aut conuenientem. Si diuinam: aut ergo sit quod natura humana descendit, & tunc sequitur idem quod prius: & tunc etiam diuina ascendit, quod etiam prius ostensum est esse inconueniens. Si autem humana ascendit: hoc quidem esse posset aliquo modo secundum ascensum loci: sed tunc diuina descendere non conuenit, quia humiliari non potest, & quia est vbique.

Ad hoc autem non est difficile respondere. Quia hoc quod Christus de se dicit secundum vtranque naturam intelligitur prout ipse vnum corpus est cum omnibus electis. Sic enim ratione formæ Filij (quam operatione Spiritus sancti habet ille homo, qui dicitur Christus, sibi inditam secundum vniuersam facientem esse personale, & ratione eiusdem formæ quam per adoptionem habent membra eius) est ascendere in caelum. Ratione autem formæ diuinæ (in qua visibilis apparuit, homini largiens suam deitatem) est descendere. Nec ex hoc sequitur quod deitas humiliata fuerit, vel restricta localiter quæ est vbique: quia in illo descensu nec communicatione passa est, nec mutatione: sed aliquid in se assumptum, quod prius non habuit: & aliquid se conformauit in natura assumpta, cui prius conformis per naturam non fuit, ratione cuius inferius apparuit secundum quod prius non apparerat, & hoc modo venit in caelo autem semper fuit, est, & erit per diuinitatem. Et quod quidam dicunt, quod nemo ascendit in caelum propria virtute nisi qui descendit de caelo, verum est, quia omnis qui ascendit

virtute ipsius ascendit: & ipse solus per virtutem suam propriam ascendit. Et iste est intellectus istius literæ Catholicæ & verus.

Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis.

Hic dat principium per quod baptismus operatur regenerationem. Hoc enim Passionis Christi est Sacramentum. Et dicit duo, scilicet, figuram Passionis, & mysterium fidei. De figura Passionis dicit [Et sicut moyses exaltauit serpentem] *Num. 21.* Fac serpentem æneum, & erige eum in palo: & qui percussus aspexerit eum viuet. Iste serpens æneus quoniam nihil veneni habuit, sed multum sonoritatis, quia æs sonorus est, significat Christum similitudinem habentem in forma humana cum venenatis, hoc est, peccato vitiat: nihil tamen habuit veneni siue peccati. Erectio autem eius in palo, erectionem Christi significat in cruce. Et aspectus in eum, est intuitus fidei ad Christum patientem. Et hic fidei aspectus sanat credentes, & hoc tangit hic in figura. Quia Passio & Sanguis Christi in regenerationis Sacramento operatur. *Romanor. cap. 6.* Consepulsi sumus cum illo per baptismum in morte, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in nouitate vite ambulemus. *Col. 3.* Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Iste serpens æneus ære sonoro: quia in cruce pendens omnia sonuit, quæ erant necessaria ad sanitatem eorum qui percussus fuerant à lingua serpentis antiqui. *Luc. 23.* Pater, ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Et *ibidem.* Pater, in manus tuas commendo spiritum meum &c. Vnde etiam Centurio audiens sonum huius æris glorificauit eum, dicens *Matth. 27.* Vere Filius Dei erat iste. Figura autem serpentis eligitur, quia serpens præ omnibus aliis caput habet mobile: ita etiam quod directe à tergo respicit. Et hoc sibi natura dedit, ut possit post se occasiones accidentes suo longo corpori respicere: & sic per circumspersionem dicitur esse prudens animal in bono, vel astutum in malo. De bono quidem dicitur *Matth. 10.* Estote prudentes sicut serpentes. De malo autem *Genes. 3.* Serpens erat callidior cunctis animantibus terra. Et ideo serpens & Christo & diabolo attribuitur. Christus enim totam longitudinem sui corporis aspexit, & occasiones peccatorum abstulit. Diabolus totum corpus humani generis infecit. Proprietates autem serpentis super *Mattheum & Lucam* sunt notatæ. Hoc est quod dicit: Sicut Moyses exaltauit serpentem

In deserto] per quod eduxit populum. *Deut. 8.* Ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua fuit serpens flatu adurens, & scorpio, & diptas. Quæ solitudo mundum significat cum diaboli insidiis. Tentans per astutias, est flatu adurens. Retro pungens in penis, & ante blandiens per delectamenta quæ exhibet, est scorpio. Libidinem accendens & concupiscentiam excitans, est diptas, quæ quem percutit, indefinenter scire facit. Vnde sequitur.

Ita exaltari] in cruce [oportet] hoc est, oportumum est ad conuenientem redemptionem [Filius hominis] quia in hoc passus est, in quo

Filius hominis est. *Ioan. 12.* Ego si exaltatus fuerò à terra, omnia traham ad meipsum. *Psal. 20.* Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas. *Ioan. 8.* Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum Christus. Exaltatus à terra, maximam suæ cognitionis virtutem ostendit tam in celo, quam in terra, quam in mortuis qui erant in inferno. Et ideo sicut dicitur *Phil. 2.* sibi curuatur omne genu, caelestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur sibi quia ipse est in gloria Patris. *Caui. 7.* Dixi, ascendam in palmam & apprehendam fructum eius. Fructum enim redemptionis apprehendit per victoriam palmæ crucis.

Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Secundum est, in quo ponit similitudinem ad respectum qui respiciebant ad serpentem erectum. Sic enim per fidem respicitur ad Crucifixum. Et hoc est quod dicit [ut omnis qui credit] hoc est, qui in fide formata respicit & tendit [in ipsum] Hoc enim est [ut dicit *Augustinus*] credere in ipsum. Nam fide informi & Dæmones, malique credunt quidem: & non saluantur. *Iacob 2.* Dæmones credunt & contremiscunt [non pereat] propter virtus antiqui serpentis sibi infusum [sed habeat] iam antidotum per gratiam recipiens vitam æternam] per baptismum receptum in fide Crucifixi. Et hoc significatum est *Exo. 7.* vbi serpens Moysi deuorauit serpentes magorum. *Sap. 16.* Filios tuos nec draconum, nec venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens sanabat illos.

Sed tunc queritur de his, qui fidem habent formatam: & tamen pereunt & non recipiunt vitam æternam, quia non perseverant. *Matth. 10.* Qui perseverauerit vsque in finem hic saluus erit. Ad hoc dicendum, quod habens fidem formatam non perit: sed saluabitur secundum hoc quod habet apud se causam salutis. Et si peribit, hoc non est ex insufficientia fidei, quæ per dilectionem operatur: sed ex hoc quod non perseverat. Et hæc est vera solutio. Dicunt tamen quidam quod salus est fidei non fictæ. *1. Timo. 1.* Caritas est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; hoc est, fragili. Dicunt ergo, quod fides ficta est dupliciter. Si enim non credit, non est fides. Si autem credit, & non amat, formata non est. Si autem credit, & amat, & non perseverat: dicunt quod ficta est, & ideo non saluat. Hæc autem solutio non tantum falsa est: sed etiam hæretica. Quia cum fictum non ponat aliquid, sequitur ex hoc quod quantuncunque sanctus secundum præsentem iustitiam, fidem veram non habeat: & constar hoc esse falsum, quia aliquando veram & fortioiorem quam ille qui perseverat. *Apoc. 2.* Memor esto vnde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac. Quod nihil esset dictum si per opera salutem non meruisset. Tenenda est ergo prius inducta solutio.

Querit autem *Chrysostr. Quare Dominus non aperte dixit Nicodemo de sua Passione, sed per figuram latenter significauit? Adhuc autem. Quare induxit similitudinem serpentis, & non alterius non horribilis animalis: cum talia in multis*

multis sacrificiis suam Passionem significantibus, in veteri lege describantur? Ad hoc respondetur secundum *Chrysostr. quod Dominus suam Passionem, ut medicinam peccati, & ut præsignatam in lege, Nicodemo amico suo voluit declarare. Ut medicinam autem non declararet, nisi ostenderet quod excluderet primi serpentis venenum. Oportet autem medicum in eadem natura esse cum ægroto, ut ex seipso intelligat qualiter ægro sit subueniendum: & ideo oportuit Christum similem carnem habere cum his quibus venenum est infusum. Et sicut se per veritatem assimilauit homini facio in omnibus præter peccatum: ita etiam curam debuit ostendere ad similitudinem eius, qui prima causa fuit peccati.*

Quod ut melius intelligatur, oportet notare quod aliter curatur infectio veneni, & aliter alia infirmitas. Infectio enim veneni curatur per tyriacam quæ sumitur de serpente, hoc est, de caribus, ossibus, & humore serpentis, & veneno. Et ideo sicut est serpens venenans: ita est serpens venena curans. Et ideo exclusio veneni primi conuenienter non ostenditur nisi per curam serpentis secundi. Alia autem animalia, quæ in lege offeruntur, non significant hoc modo ut medicinam, Passionem Christi: sed potius significant ut oblationem factam Patri ad reconciliationem. Et ideo hoc modo Passio Christi, ut antidotum contra venenum primum, non significatur nisi per serpentem Moysi. Sicut enim serpens Moysi similitudinem habuit serpentis venenati, & tamen fuit antidotum contra illum: ita Christus similitudinem habuit carnis peccati, & tamen antidotum fuit contra peccatum. *Rom. 8.* Misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. *Glo.* hoc est, de similitudine peccati damnauit, hoc est, deleuit peccata. Vnde *Gal. 3.* Christus nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictum, hoc est, maledictio primo similis.

Ad hoc autem quod Queritur, Quare inducit præfiguratum in lege? Dicendum, quod perito in lege loquebatur, & ideo eum ex his quæ sunt legis, ad fidem Passionis manduxit.

Sed adhuc querit *Chrysostr. Quare dixit exaltari, & non suspendi: cum dicatur Iob 7.* Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea? Ad hoc autem dicendum videtur, quod suspendium sonat horrorem, exaltatio autem per crucem sonat effectus crucis honestatem, quia crux exaltat, & ne horreret Nicodemus adhuc in fide pusillus, dixit exaltari pro suspendi. *Iob* autem spiritualis amplectens crucis supplicium & opprobrium, posuit verbum suspensionis. Hoc est ergo quod dicit.

Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Probat omnia quæ dixit à fine suæ legationis: & est secunda pars capituli. Diuiditur autem pars ista in tres partes, in quarum prima ostendit finem suæ legationis, scilicet, hominum sanctificationem & salutem: in secunda huius salutis ostendit viam ipsi [Qui credit in eum non iudicatur] in tertia autem ostendit viam illius causam

ipsi [Hoc autem est iudicium] In prima harum duo facit. Primo enim ex mouente Patrem ad missionem, ostendit quod non nisi salutem mundo intendit: secundo hoc per finem ipsius missionis ex parte missi patefacit. Adhuc in priori harum duo facit: in quorum primo dilectionem mittentis circa missum, in signum dilectionis eorum ad quos mittitur exaggerat: in secundo finem quem in missione intendit declarat.

Dicit ergo dilectionem præmittens [Sic] hoc est intantum [Deus dilexit mundum] ad quem misit Filium. Et quia hoc Euangelium legitur in secunda feria Pentecostes, notantur in verbo isto quatuor: Deus diligens, dilectio, & mundus dilectus, & modus dilectionis importatus per hoc quod dicit [Sic] Deus ergo est Deus Pater qui ex paterno affectu dulcissimo, sapientissimo, fortissimo [dilexit] Dulcissimo: quia amaritudinem in dulcedinem conuertit. Sapientissimo: quia tam sapienter mundo prouidit. Sed & fortissimo: quia per dilectionem sic fortiter à fortissimo dracone & leone mundum eripuit. Patris enim affectus & dulcis est, & sapiens est, & fortis est, & immutabilis est. Dulcis est, ut alliciat dilectos: sapiens est, ut persuadeat: fortis est, ut trahat. De primo *Sap. 16.* Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas. *Prov. 1.* En profertis vobis spiritum meum, hoc est, dilectionem meam. *Ecclesi. 24.* Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauam. *Sap. 12.* O quam bonus & lauis est spiritus tuus in omnibus. Hoc gustauit Ionathas filius columbæ, hoc est, dilectionis Spiritus sancti, & dixit *1. Reg. 14.* Gustasti paululum de melle isto, hoc est, de Patris dulcedine, & illuminati sunt oculi mei.

De sapientissimo affectu dilexit, quia tam sapienter de redemptionis modo cogitauit. *Rom. 11.* O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei &c. Quis enim cognouit sensum Domini? *1sa. 40.* Cum quo inuit consilium, & instruxit eum & erudiuit eum? scientiam & viam prudentiæ ostendit illi. Vnde *Augustinus de se dicit in libro de Confessionibus.* Non sariabar illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super salutem generis humani. *Psal. 138.* Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. Mirabile enim consilium sapientiæ fuit: quod cum homo superbus cupiens & non valens fieri sicut Deus cecidisset: ipse sicut homo fieret, & per assumptam carnem, lignum notans per quod ceciderat, per lignum hominem redimeret & immortalitatis gloriæ quæ nudatus fuerat, redderet homini per gloriam resurrectionis. Hanc enim sapientiam non nisi summe sapiens poterat cogitare. Sic ergo sapientissime dilexit.

Dilexit etiam ex affectu fortissimo: cui nec mors, nec mortis auctor, nec infernus resistere poterunt. *Caui. 8.* Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio: aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. *Nim. 24.* Quis fortitudo est sicut rhinocerotis. *Iob 12.* Apud ipsum est fortitudo & sapientia, & apud ipsum est consilium & intelligentia. Sic ergo Deus Pater diligit, ut alliciat te sui amoris dulcedo, ut carcat tibi sui amoris sapientia, ut eripiat te sui amoris fortitudo. Et hic est paternus affectus.

Dilexit] hoc est, dilectionem à se procedere fecit : & ideo legitur hoc Euangelium in festo Spiritus sancti, quia tunc solemnizatur festum in quo Spiritus sanctus ut dilectio procedit in mundum. Dilectionis enim verbum transitivum est, & transitionem spiritus importat, qua Spiritus sanctus à Patre procedens transit in mundum, ut mundum sanctificet. Semper enim transit dilectio à diligente in dilectum : & ideo etiam hic significatur dilectio transire in mundum, cum dicitur.

Deus mundum dilexit] Dilectio autem est Spiritus sanctus : quia celebratur festum transitus Spiritus sancti in mundum. Diligendo ergo mundum, mittit dilectionem suam in mundum, ut ipsa dilectione mundus afficiatur, doceatur, repleatur, & conuertatur. Afficiatur, in Spiritu amoris : doceatur, in Spiritu veritatis : repleatur, in Spiritu plenitudinis fontalis : conuertatur, in Spiritu Patris ad se omnia congregantis. De primo horum dicitur *Can. 5.* Vulnerata charitate ego sum. Multum enim charitate Domini amoris affecta fuit, quæ se sensu profunde esse vulneratam. Hinc est quod ad sodales amici, hoc est, ad Angelos clamans, dicit *Can. 5.* Nuntiate dilecto meo, quia amore langueo. Amans est amore vulneratus, & si cito ex amato non adstet consolationis remedium, languens destruitur & extasim patitur. *Dionysius de diuino amore.* Est autem & extasim patiens diuinus amor, & non finens amatores ipsius esse suis ipsorum : quia totos ipsos transponit in amatum. Sic enim profundissime afficit.

Affectos autem docet in spiritu veritatis. *Ioan. 14. & 16.* Cum venerit ille Paracletus Spiritus veritatis, docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixerō vobis. Facile enim suggeritur amanti, quia amor ipse noticia est. *Iob 32.* Spiritus est in hominibus, & inspiratio Altissimi dat intelligentiam. Hinc est quod dilectionem ut ignem nobis Deus immittit : quia ignis ardet & lucet. Ardet afficiendo, & lucet erudiendo. *Thom. 1.* De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. *Act. 2.* Apparuerunt illis dispersitæ lingue tanquam ignis. Ut afficeret ignis : lingua, ut erudiret.

Replet etiam affectos, nec non & eruditos fontali suorum donorum plenitudine. *Sap. 1.* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, id est, cælum. Quia orbem repleuit donis gratiæ : & cælum quod omnia continet, replet donis gloriæ : donis suis angelicam restaurans ruinam. *Psal. 89.* Repleti sumus mane misericordia tua, & exultauimus & delectati sumus. *Act. 2.* Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Iob 32.* Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod languiculas nouas dirumpit. Sic quod de spiritu dilectionis conceptum gaudium nec corde teneri valet, nec ore exprimi.

Sic autem repletum mundum ad Patrem conuertit cælestem & reducit : quia Spiritus sanctus ad hoc in nos per dilectionem Dei procedit, ut nos ad fontem reducat dilectionis. *Psal. 142.* Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. *Isa. 63.* Spiritus Domini ductor eius fuit : sic ad-

duxisti populum tuum ut faceres tibi nomen gloriæ. *Ezech. 1.* Cum eleuaretur spiritus de terra, eleuabatur pariter & rotæ sequentes eum : spiritus enim vitæ erat in rotis. Sic ergo dilexit.

Mundum] Mundus autem, ut *Plato* dicit, ideo mundus dicitur : quia mundissimo exemplari formatus à Deo exiuit. *Boetius in lib. de Consolatione Philosophiæ.*

Ad uandum memere gurens pulchrum, pulcherrimus ipse.
Et sic notatur, quod mundus si vere mundus est, sit mundus quidem munditia sanctitatis, similitudinis & pulchritudinis. Sanctitatis, ut primam quam ab immateriali Deo munditiam concepit retineat : similitudinis, ut imaginem diuinam retineat & conseruet : pulchritudinis, ut honestatem præferat cælestis conuersationis. De sanctitate quidem dicitur *Leuit. 19.* Sancti estote quoniam ego sanctus sum. *Luc. 1.* In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Perfecta enim sanctitas perfecta est munditia, & ab omni inquinamento libera sicut dicit *Dionys.* De similitudine autem dicitur *Gen. 1.* Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. *Ezech. 18.* Tu signaculum similitudinis, plenus decore in deliciis Paradisi Dei fuisti. Vnde uolens sanctitatem per immunditiam, & per dissimilitudinem recedens à similitudine diuina, non est aliquid de mundo, secundum quod hic mundus sumitur : quia ille est mundus quem dilexit, & in quem pulchritudinem suam congeffit. *Psal. 49.* Pulchritudo agri mecum est : quæ florere cælesti conuersatione. *Iudith 10.* Cui Dominus contulit splendorem : quia omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendeat. *Ibidem.* Incredibili pulchritudine omnium oculis erat gratiosa. Sic ergo dilexit mundum. *Deut. 33.* Dilexit populos omnes : Sancti in manu illius sunt. *Ierem. 31.* In charitate perpetua dilexi te : ideo attraxi te miserans. Vnde etiam non tantum dilexit : sed vinculo dilectionis sibi mundum attraxit. Dilexit autem sic.

Ut Filium suum vnigenitum daret] In hoc notatur forma & modus dilectionis, scilicet, quantum, & qualiter, & ad quid dilexerit, & in quo. Quantum, quia tantum ut Filio non pueret : qualiter, ut in mortem & in mundum, & in quo, ut vnigenitum offerret : & ad quid] ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Dicit ergo de quantitate, quod [sic dilexit ut Filium] non seruum, non adoptiuum, sed naturalem & consubstantialem Filium, quem de corde suo genitum, tanquam seipsum diligebat. *Greg.* O mira ergo nos tuæ charitatis dilectio ! ut seruum redimeres Filium tradidisti. *Rom. 8.* Qui etiam proprio Filio suo non pepercit : sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quis ergo nos separabit à charitate Christi : Forte diceret quod non fuit Filius dilectus quem pro seruo tradidit. Ad hoc Pater de celo respondet *Luc. 3. Matt. 3.* Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Constat ergo quod placitum est pascens in amato dilecto. Ergo cum in ipso complacuit sibi, totus in amore Filij pascabatur. Inestimabile est ergo signum dilectionis ad seruum [ut Filium] naturalem de corde suo genitum, in quo eius tota dilectio pascabatur, pro seruo traderet [vnigenitum] in quo totus erat congregatus pater-
ternus

ternus affectus. Qui secundum hahuisset vel habere potuisset, minus istum dilexisset : sed quia hoc esse non potuit, tradere illum infinite dilectionis ad seruum signum fuit. *Ioan. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis. Qui sicut *Basilius* dicit, totam hereditatem Patris habet in gratia & gloria, & eam cum secundo genito non diuisit. *Gen. 22.* Per me metipsum iurauit, quia fecisti rem hanc & non pepercisti vnigenito tuo propter me : quia benedicens benedicam te. Si Deus hoc in homine tantum pendit, quantum debet homo hanc in Deo pendere dilectionem ? Ecce quantum dilexit. Qualiter autem.

Ut] talem Filium, & taliter, tantum dilectum [daret] in carnis humilitatem, in vitæ paupertatem, in mortis amaritudinem, in crucis confusionem. De primo horum *Phil. 2.* Humiliavit semetipsum, factus obediens Patri : formam serui accipiens in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus est ut homo. Et *ibidem* dicitur, quod exinanit semetipsum. Et ideo propter carnis humilitatem & passibilitatem dicitur minoratus ab Angelis. *Psal. 8.* Minuisti eum paulominus ab Angelis &c.

De secundo dicitur *1. Cor. 8.* Scitis gratiam Domini Iesu-Christi quoniam propter vos egenus factus est cum esset diues, ut vos illius inopia diuites essetis. *Zach. 9.* Ille pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. *Psal. 87.* Egenus & pauper ego sum à iuuentute mea : afflictus autem, humiliatus, & conturbatus sum. *Matth. 8.* Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos &c. *Psal. 111.* Diuiserunt sibi vestimenta mea &c. Pauper autem natus, pauperior conuersatus, pauperimus fuit in cruce spoliatus.

De mortis amaritudine dicitur *Thom. 3.* Recordare paupertatis & transgressionis meæ & absinthij & fellis. Et ideo de morte infusa à Indæis dicitur *Deut. 32.* Vna eorum vna fellis, & botrus amarissimus : fel draconum, vinum eorum : quod mihi in cruce morienti vinea mea propinauit. Vere in amaritudine mortis fuit qui poenam mortis in corpore, & fellis amaritudinem in ore, in aere insultationem crucifigentium, in oculis sustinuit confusionem & verecundiam suorum iuxta crucem astantium, & in naribus fetorem cadauerum, & præcipue fetorem ingratiudinis eorum quos docuerat, & quibus multa miracula fuerat operatus. *Psal. 5.* Sepulchrum patens guttur eorum : quando ingrati pro omnibus bonis mala reddebant.

De crucis confusionem *Hebr. 12.* Sustinuit crucem confusionem contempta. *Phil. 2.* Factus obediens Patri usque ad mortem : mortem autem crucis. Sic ergo mortis confusionem, mortis amaritudinem, mortis crucis cumulatit horrore.

Attende ergo quantæ, & qualis dilectionis Filium vnigenitum Dei Patris & Dominum maiestatis sic humiliari, sic depauperari, sic affligi, & sic confundi propter seruum. Hoc est ergo quod dicit [ut Filium suum vnigenitum daret] Ad quid autem subingit.

Ut omnis qui credit in eam non pereat, sed habeat vitam æternam] Ut tantum possit esse meritum fidei & præmium credentium, quod liberati à morte vitam æternam adipiscantur. Iam autem ante dictum est quid sit credere in eam. Hoc

enim, ipsi primæ veritati (quæ in Filio & in verbis eius est) propter se & super omnia assentire, & in hanc veritatem per dilectionem tendere, & eidem incorporari. Sic credit qui se totum suæ veritati committit, & obedit. *Isa. 58.* Memento obsecro Domine, quomodo ambulauimus coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et ideo ille qui hoc dixit non peritit, sed sanatus longiorem inuenit vitam. *Luc. 7.* Fides tua te saluam fecit, vade in pacem. Etiam non peritit, sed liberata à septem demoniis gratias egit. *Matth. 15.* O mulier, magna est fides tua : fiat tibi sicut vis. Et hæc etiam non peritit, sed liberatam filiam ab afflictione demonis saluam recepit. Et hoc est quod dicit [non pereat, sed habeat] insuper [vitam æternam]

Vitam, inquam, non animalem, sed spiritua-lem : non humanam, sed diuinam : non sicut somnum, sed sicut vigiliam. Animalis enim indiget humana errat : & ea quæ est ut somnus, est ligata. Sed intellectualis diuina non dormitans neque dormiens est. De animali dicitur *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi & non potest intelligere : quia spiritualiter examinatur. Humana autem errat, & in multis decipitur. *Sap. 9.* Cogitationes mortalium timide, & incertæ prouidentia nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam : & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et ideo vita humana quamuis intellectualis sit & contemplatiua, non potest esse beata. Vita autem diuina in Sanctis, quamuis in his quæ sunt Dei viuat : tamen est remissa, quasi somno quodam pigritiæ grauata & ligata : ita quod non est libere expedita : propter quod ad vigilandum monemur à Domino *Matth. 25.* Vigilate itaque : quia &c. *Apoc. 2.* Esto vigilans, & confirma cetera quæ erant mortuura. Vita autem diuina æterna in somnis non est, sed libera ab omni impedimento, sicut & ipse qui est vita & fons vitæ, non dormitabit neque dormiet.

Hæc autem vita pura est, firma, vera, alta, & dulcis. Pura, ut non sit velata : firma, ut fluctuatione nulla sit mota : vera, ut nullo modo sit mixta : alta, ut in toto sit quies : dulcis autem, ut sit placita. Quamdiu enim per fidem ambulamus, non per speciem : non habemus partem intellectualem vitam & diuinam nisi velatam. *1. Cor. 13.* Videmus nunc per speculum & in ænigmatibus : tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte : tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et ideo tunc erit pura, & intellectualis, & diuina, & non somnoligata, visio mentis, quæ est vita æterna.

De firmitate autem confirmationis est, quod ab ipsa cadere non possumus. *Psal. 36.* Confirmat autem iustos Dominus. Item *Psal. 111.* In æternum non commouebitur. Item *Psal. 124.* Sicut mons Sion non commouebitur, qui habitatur in Ierusalem. Adeo enim firma & certa est veritas, quæ commoueri non potest. Et hæc erit vita æterna nostra.

Cognitio etiam veritatis diuinæ, vita æterna est. *Ioan. 17.* Ut cognoscat te solum Deum verum, & quem misisti Iesum-Christum. Hæc enim est vita æterna, quæ veritatem habet, quia sicut est verum aurum, quod alienæ naturæ non permittitur

permissum est: ita est vera vita quæ morti & doloribus mortis penitus est impetrata. *Apoca. 2.1.* Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & iam non erit amplius: neque luctus, neque clamor, neque vilis dolor: quæ prima abierunt.

Alta autem est, adeo ut mens humana non videat quo altius ascendat: & ideo est quæta in qua quiescit: ita quod nihil amplius desideratur. Hæc sunt alta mirabilia, de quibus dicit *Psal. 92.* Mirabilis in altis Dominus. In his accedit homo ad cor altum, & exaltatur Deus. *Psal. 63.* Ad hæc alta assumit nostram mentem Deus ut dicamus. Domini est assumptio nostra, & sancti Israël regis nostri *Psal. 88.* Ibi introducti ad regem Assuerum sedentem in exalto throno, dicemus cum *Est. 15.* Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. Omne enim mirabile, altum ibi dicemus cum *Psal. 75.* Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Ad quod lumen turbati sunt sicut cæci, omnes insipientes corde.

Dulcissima autem est hæc vita: quia sicut dicit *Aug. 1.* Ibi vita in suo fonte bibitur. *1. Sa. 55.* Delectabitur in crassitudine anima vestra. Gustatur enim & videtur ibi quia dulcis est Dominus. *1. Pet. 2.* Sic enim fit quod dicitur in *Psal. 24.* Anima eius in bonis demorabitur. Et illud *Psal. 102.* Qui replet in bonis desiderium tuum.

Sic ergo vita intellectuali, diuina, & vigili, pura, & firma, vera, alta, & dulci viuente, æternam vitam possidebimus. Et hoc est quod dicit *Gen. 32.* Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ibi erit quod dicitur *2. Cor. 3.* In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu. Ibi enim sicut dicitur *1. Ioan. 3.* Similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est: & vigilibus oculis semper aspiciemus eum. Et hoc est, verè habere vitam æternam. *Ioan. 10.* Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.

Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.

Hic ex parte eius, qui mittitur, permissionis finem omnia quæ dicta sunt declarat: & dicit duo. Tangit enim primo finem missionis oppositum, & secundo tangit in missione finem propositum. Dicit ergo [Non enim] quasi diceret. Bene dico, quod sic dilexit mundum &c. ad quem sanctificandum misit Filium [Non enim] dura cogitans [misit Deus] Pater [Filium suum in mundum] carnem factum & in mundo visibilem effectum [ut iudicet] hoc est, condemnet [mundum] sententia finali. Et hoc est oppositum eius quod intenditur in missione [sed] misit eum [ut saluetur] à periculo condemnationis æternæ [mundus] quem creauit [per ipsum] Filium. *Rom. 8.* Si Deus iustificat, quis est qui condemnet? *Psal. 50.* Prope est qui iustificat me: quis est qui contradicet mihi? *Ioan. 12.* Non veni ut iudicem mundum: sed ut saluificem mundum.

Ver contra hoc esse videtur quod dicitur *Ioan. 5.* Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. *Ierem. 23.* Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. *Isa.*

16. Præparabitur in misericordia soliam, & sedebit super illud iudicans in æquitate, & velociter reddens quod iustum est.

Ad hoc dicendum secundum *Aug.* quod multiplex est iudicium. Est enim iudicium discretionis, de quo dicitur in *Psal. 92.* Iudica me Deus, & discerne causam meam. Et hoc fit quando aliquo signo, vel facto in præfenti boni à malis discernuntur, sicut filij Israël discreti ab Agyptiis fuerunt in plagis iudicio Domini inductis. Est aliud iudicium probationis, quo Sancti probati ostenduntur. *Psal. 25.* Iudica me Domine: quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et sequitur, Proba me Deus, & tenta me: viret meos, & cor meum, & vide si via iniquitatis in me est, hoc est, fac me videre. Est iterum iudicium defensionis, quo boni in iudicio Dei, à malis defenduntur. *Psal. 34.* Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum. Est iterum iudicium liberationis, quo boni à potestate malorum liberantur. *Ioan. 12.* Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras, scilicet, quod non potest exercere malitiam suam super bonos sicut fecit ante aduentum Redemptoris. Est etiam iudicium irritationis eorum quæ mali cogitant contra bonos. Vnde beatus *Bern.* Iudicium plane iudicium quod ille iniquus omnium bonorum malleator, nolens & inuitus fabricet eis coronas perpetuas: dum omnes tentat, & ab omnibus superatur. *Psal. 36.* Gladius eorum intrerit in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.

Discat in auctorem pena redire suam.

Nulla enim lex æquior illa est, quam quod inuentores pœnarum eisdem pœnis iudicentur. *Matth. 7.* In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Est iterum iudicium inflectionis in pœna, quæ fit modo in præfenti. Et hoc est quod quilibet malus pœna sui mali plectatur. *Ezech. 16.* Iudicabo te iudicio adulterarum, effundentium sanguinem. *Osee 2.* Iudicate matrem vestram, iudicate: quia ipsa non vxor mea, nec ego vir eius. *Aug. in lib. Confessionum.* Iussisti Domine, & sic est: ut pœna fit sibi omnis inordinatus animus. Et hoc iudicio homo malus priuatur gratia, & in bono naturali vulneratur. *Ioan. Chryso.* Ipsum discredere impenitentium supplicium est. Est iterum iudicium discussionis, in quo discutiantur merita singulorum. *Dan. 7.* Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et describitur *Matth. 25.* quod statuet oues quidem à dextris: hæcos autem à sinistris. Et dicit beatus *Greg.* quod in illo iudicio erunt quatuor ordines: quidam enim non iudicantur & saluantur, quorum merita sunt excellentis virtutis, sicut sunt valde boni, de quibus dicitur *Matth. 19.* Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Quidam autem mediocriter boni, qui iudicantur per discussionem, & saluantur: de quibus *Matth. 25.* dicitur. Esuriui & dedistis mihi manducare &c. Sunt mediocriter mali, qui iudicantur & condemnantur: de quibus *ibidem* dicitur. Esuriui & non dedistis mihi manducare. Et sunt valde mali: de quibus dicitur. *1. Tim. 5.* Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium. Et hi non iudicantur discussione aliqua, & tamen condemnantur. Est iterum iudicium

iudicium condemnationis: & hoc est duplex. Est enim comparationis, de quo dicitur *Matth. 13.* & *Luc. 11.* Regina Austri surget cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis &c. Est item iudicium condemnationis ex retributione meritorum. *Apoca. 18.* Væ væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

Dicendum ergo, quod iudicio condemnationis non iudicat Christus in primo aduentu: sed aliis iudiciis multos diiudicat. *Dan. 13.* Separat eos ab inuicem procul: & diiudicabo eos. Hoc est ergo quod dicit [Non enim misit Deus] Pater in primo aduentu [Filium suum] naturalem & Redemptorem [ut iudicet] iudicio condemnationis [mundum] quia sic non esset Redemptor. *Ioan. 8.* Mulier ubi sunt qui te accusabant: nemo te condemnat: Nec ego condemnabo: sed, supple, per misericordiam absoluo. Vade: iam amplius noli peccare. In hac enim muliere ostendit, quod venit per misericordiam absolueret peccatores, & non condemnare. Et hoc est quod dicit [sed ut saluetur] per penitentiam & misericordiam [mundus] qui in se veram habuit nominis significationem (Non qui mundana diligunt) hunc enim mundum saluat.

Sed obicitur, Quod si salus mundi est finis missionis Domini, videtur sine fructu: quia multi sunt qui non saluantur: Ad hoc responderet *Aug.* quod non est ex defectu missi, qui venit ut medicus sufficiens curare omnes: sed est defectus eorum qui ipsum non recipiunt, nec in eum credunt. Vnde sequitur.

Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti Filij Dei.

Qui credit in eum] Hæc enasis iudicij attribuitur fidei. Et hæc est pars in qua via salutis demonstratur. Via autem salutis credere est (fide illa quæ supra descripta est) [non iudicatur] iudicio condemnationis æternæ, dummodo perseueret in fide: sicut in ante habitis dictum est. *Glo.* Quia per fidem dimittuntur peccata, pro quibus damnantur peccatores. Vel fiat vis in hoc quod dicitur [non iudicatur] id est, condemnari. Et non dicit, non iudicabitur. In præfenti enim non iudicatur iudicio priuationis bonorum gratuitorum, & vulnerationis bonorum naturalium. *Ioan. 5.* In iudicium non venit, sed transiet à morte ad vitam.

Qui autem] per oppositam [non credit] tali fide, vel etiam fide informi. Quia sicut dicit *Aug.* Tota vita infidelium peccatum est: quia nullum peccatum remittitur infideli. *Isa. 21.* Qui incredulus est, infideliter ager [iam iudicatus est] *Glo.* Ne dicam iudicabitur. *Luc. 19.* Ex ore tuo re iudico serue nequam. Est ergo iam iudicatus, sicut ante dictum est: quia priuatus est gratia, & bonis nature, & causam iudicij sui habet secum. *Glo.* Nihil aliud est iudicium (id est, æterna damnatio) nisi non cognoscere, & non credere in filium Dei. Sicut nihil aliud est beatitudo & vita æterna, nisi credere, & cognoscere Filium Dei. Vnde dicitur *Ioan. 17.* Ut cognoscant te seorsum

verum Deum, & quem misisti IESVM-CHRISTVM. Sic ergo iudicatus est.

Quia non credidit in nomine vnigeniti Filij Dei] Causam dicit dictionum. Nomen autem à notamine hic sumendum est; hoc est, quia non credit in nomine eius qui notam fecit de se, quod fit Filius Dei. Huius enim notam fecit per Scripturam, & per Ioannis testimonium, & per vocem Patris, & per columbam, & per stellam, & per Angelos, & per opera miraculorum. *Ab. 4.* Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oportet eos saluos fieri. *Phil. 2.* Dedit illi nomen quod est super omne nomen. *Isa. 62.* Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Si enim nominis sui notam non fecisset, non tam iuste iudicarentur increduli. *Glo.* [in nomine] in quo solo est salus [vnigeniti] *Glo.* Non habet filios multos Deus, per quos saluet. Iste est cuius nomen est IESVS; hoc est, Saluator. *Matth. 1.* Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *Isa. 63.* Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.

Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.

Posita via salutis, quæ sola via est, dicitur hic causam quare illa est via salutis. Sunt autem hic duo paragraphi, in quorum primo dicit causam condemnationis non credentium: in secundo autem dicit causam salutis credentium. *Ibi* [Qui autem facit veritatem] Adhuc etiam in primo paragrapho continentur tria. Dicit enim primo, quod prima causa est inexcusabilitas propter incisionem præsentiam: secundo ostendit infidelium à luce auersionem: tertio dicit in omnibus his iustitie rationem.

Dicit ergo [Hoc est autem iudicium]. Locutio est per causam, hoc est, hæc est causa iustæ condemnationis. *Glo.* [Hoc autem est iudicium] id est, causa condemnationis [quia lux venit in mundum] *Apoca. 20.* Iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. *2. Cor. 5.* Ut referat vnusquisque propria corporis prout gessit [quia lux venit in mundum] & ideo sunt inexcusabiles. Sed si non sunt illuminati, accuset seipsum. *Ioan. 12.* Ego lux in mundum veni. *Hebr. 1.* Qui cum sit splendor glorie, & figura substantiæ eius. Et ideo sunt inexcusabiles. *Ioan. 15.* Si non venissem & locutus eis non fuisset peccatum non haberent: nunc autem taxationem non habent de peccato suo. *Aug. in libro de Trini.* Siquis aliis digito solem demonstrauerit, & ille solem non viderit: culper potius oculi lippitudinem, quam digiti ostensionem.

Et dilexerunt homines] *Glo.* carnales [magis tenebras] Contra, Non est naturale quod aliquis odio habeat lucem, & diligat tenebras. Ad hoc autem

antem dicendum, quod duo sunt actus lucis, quorum vnus consequitur ex alio. Vnus est illuminare, & sic prius lux illuminat secundum quod est natura omnium scibilem: & cum omnes homines natura scire desiderant, impossibile est quod aliquis lucem odiat, vel non desideret in actu isto. Alius autem actus ex isto consequens est, manifestare sibi & aliis ea super quæ cadit lux: & sic turpis abominatur lucem & odit eam, quia ex ea sibi & aliis sua turpitudine manifestatur. Primo modo dicitur de luce *Eclli. 11.* Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. De secundo autem dicitur *Iob 24.* Ipsi fuerunt rebelles lumini, & nefecerunt vias eius.

Sic ergo [dixerunt homines magis tenebras] quæ a tenendo dicuntur, quia tenent oculos ne videant. *Tren. 3.* Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. *Iob 24.* Ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. *Isa. 5.* Væ qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem [quam lucem] *August.* Oculis ægris odiosa lux est, quæ puris est amabilis. *Psal. 103.* Potuisti tenebras noctem: in ipsa pertransibunt omnes bestie agri. Et subiungit causam, dicens [Erant enim eorum opera mala] Malum enim est tenebra spiritualis, vt dicit *Diary. Eph. 4.* Non ambulatis sicut & Gentes ambulat in vanitate sensus sui, tenebris habentes obcuratum intellectum, alienati a vita Dei. *1. Iohn. 2.* Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in tenebris est vsque adhuc.

Omnis enim [Tangit rationem infirmitatis, dicens [Omnis enim qui male agit] Non dicit, qui malum agit: hoc enim ex ignorantia & impotentia infirmitatis fieri potest. Sed [qui male agit] hoc est, contrarium virtuti: quia virtus plus in bene agendo consistit, quam bonum agendo [odit lucem veritatis & virtutis. *Sap. 17.* Dum impij se putant latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt. *Iob 24.* Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus. Hac verecundia, dum illustrantur lumine discussionis diuinæ, dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos *Apoca. 6.* [& non venit ad lucem] quantum in se est. *Eph. 5.* Nolite communicare operibus infructuosius tenebrarum: magis autem redarguite. *Gen. 3.* Audiui Domine, vocem tuam: & abscondi me. Timui enim eo quod nudus essem [vt non arguantur] hoc est, arguenda esse ostendantur [opera eius] *Eph. 5.* Omnia quæ arguuntur, à lumine manifestantur. *2. Reg. 12.* Tu fecisti verbum hoc in abscondito: ego autem facio in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis huius. Per oppositum vero.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem] quia veritas quærit lucem: quia ipsa lux est quam tenebræ non comprehenderunt. Veritas enim, vt dicit *Aug.* est rectitudo sola mente perceptibilis, quæ omnia cogitata, dicta, & operata ad rectum mensurantur. *Psal. 42.* Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum. *3. Esdra 3.* Veritas manet & inualefcit in æternum: & vinit & obrinet in secula seculorum. *Phil. 2.* Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. *Mat. 5.* Sic luceat lux vestra coram hominibus [vt manife-

stentur opera eius] ad exemplum aliorum. *Mat. 5.* Nemo accendit lucernam & ponit eam in abscondito, neque sub modio: sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant [quoniam in Deo] qui summa lux est, & manifestans omnia bona [facta sunt] *1. Tim. 6.* Qui inhabitat lucem inaccessibilem. *Dan. 12.* Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam eruditi multos, quasi stelle erunt in perpetuas æternitates. Ideo dicit *Apoc. Rom. 13.* Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus.

Post hæc venit Iesus & Discipuli eius in terram Iudæam: & illic morabatur cum eis, & baptizabat.

Hic incipit tertia pars, in qua ponit ea quæ virtutem dant baptismo. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima inducit quæstionem: in secunda ex Ioannis testimonio inducit determinationem, quæ plene soluit quæstionem ibi [Respondit Ioannes & dixit] Quæstio autem de purificatione diuiditur in duas partes, in quarum prima tangit id quod mouet ad quæstionem: & in secunda ponit quæstionem ipsam ibi [Facta est ergo quæstio &c.] Adhuc prima harum in duos diuiditur paragraphos, in quorum primo tangit id quod ad quæstionem mouit ex parte baptismatis Domini: in secundo autem tangit id quod ad quæstionem mouit ex parte baptismatis Ioannis ibi [Erat autem Ioannes baptizans] in primo tria dicit: aduentum Domini ad locum baptismatis, moram ibidem, & opus. Dicit ergo [Post hæc] hoc est, post disputationem cum Nicodemio factam: non continuo, sed aliquanto interposito tempore [venit Iesus] vt auctor salutis, fontem baptismatis aquæ, iam ex suo baptismo virtutem regenerationis habentis, deriuare volens. *Pro. 5.* Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. *Nam. 24.* Fluat aqua de fuitula eius, & semen eius erit in aquis multas. *Isa. 12.* Haurietis aquas in gaudio de fonte Saluatoris [& Discipuli eius] qui ministri fuerunt baptismatis. *1. Cor. 4.* Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Discipuli enim erant informandi doctrina & exemplis eius: & ideo indiuidui comites sequebantur eum. *Iohn. 12.* Vbi sum ego, illic & minister meus erit [in terram Iudæam] veniens a Galilæa, in quam post doctrinam Nicodemii intrauerat: vt Iudæis tanquam notitiam Dei & Scripturarum habentibus, baptismum euangelizaret. *Psal. 75.* Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. Venit autem secundum litteram in Iudæam à Galilæa: quia in Iudæa ex testimonio Ioannis multi preparati fuerunt ad doctrinam eius & baptismum, & illis viam salutis ostendebat. Et hoc est quod dicit [Venit Iesus & Discipuli eius in Iudæam terram] Et accipitur Iudæa stricte pro regno duarum tribuum, in quo Ioannes apparuit baptizans.

Et illic morabatur] Ecce secundum, scilicet, mora Saluatoris vt melius fructificet. *Iohn. 14.* Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Memoria enim hospitis transeuntis non facit fructus permanentes. Vnde Ouidius in Epistolis.

Certus

Certus in hospitibus non est amor, errat vt ipse. Cumque nihil speres firmius esse, fugit.

Cum eis] hoc est, cum Discipulis mansit in Iudæa. *Glo.* quia vbi est consilio peccatorum vel diuinarum laudum: illic libenter venit Iesus & Discipuli eius, hoc est, doctrina & illuminatio eius: & ibi moratur pugnando à delictis & vitiis per baptismum Spiritus sancti. Et est *glo.* moralis: quia Iudæa, confitens & glorificans interpretatur.

Et baptizabat] Ecce tertium. Et dicit *glo.* baptizabat suo baptismo, non eo quo baptizatus est à Ioanne. Illud enim, scilicet, Ioannis baptismum subiit, vt esset via & preparatio sub baptismo quo baptizabat. Baptismus enim Ioannis non conferebat gratiam, vt ante expositum est: sed baptismus Christi gratiam conferebat.

Obicitur autem contra hoc, per hoc quod dicitur *Iohn. 4.* Quoniam Iesus non baptizaret, sed tantum Discipuli eius. Ad hoc responderet *glo.* dicens, quod [baptizabat] per Discipulos, & non per seipsum.

Sed queruntur hic duo. Vnum scilicet, Quare Christus per seipsum non baptizabat, cum Ioannes de ipso prædixit quod baptizaturus esset. *1. Iohn. 1.* Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. Adhuc, Hoc etiam prædixerat Spiritus in reuelatione facta Ioanni. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat.

Queritur etiam secundo, in qua forma Discipuli Christi baptizauerunt? Videtur quod sub inuocatione Trinitatis: quia baptismus eorum conferebat gratiam, quam conferre non potuit nisi ex sanctificatione baptismi, vt dicit *Aug. de sancto viatore.* Sanctificationem autem baptismus non habet nisi ex inuocatione Trinitatis, vt dicit *Beda.* Accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum.

Ad hoc dicendum, quod Christus propter quinque causas dimisit, quod non per se baptizauit. Quarum prima est, ne factum Ioannis per hoc minueret videretur, quod etiam per baptismum Discipulorum minueretur. Vnde ipse dixit: Oporteret me minui. *Iohn. 3.* Alia ratio, huc causa est, ne ex inuidia contra Ioannem officium Baptiste sui usurpare videatur. Tertiam causam tangit *glo.* quia scilicet, baptismus Ioannis fuit umbra & via ad baptismum Christi: & ideo per hoc preparatorum paulatim debebat introduci veritas: & ideo paulatim incepit veritas baptismatis, primo in Discipulis, & sic paulatim proficiebat: sicut & circumcisio cucurrit, donec paulatim homines assuescerent omnes baptizari. Quod enim in talibus cito apparet, horribile est: quia à consuetis non est facile recedere. Quarta causa, est fidei: quia Christus noluit quod in baptistis spes poneretur, quod factum fuisset si ipse baptizasset. Quinta causa, iterum est fidei: quia noluit Christus quod aliqua præcellencia esset ex baptistis in baptismo: ne aliquis posset ex suo baptismo gloriari, tanquam ipse à digniori baptista esset baptizatus quam alius: & ideo etiam Apostoli pauci baptizauerunt, sed baptizabant inferiores Discipuli vel ministri. Vnde *1. Cor. 1.* Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizauit nisi Crispum & Galum. Gratia enim sacramenti & dignitas non est ex baptistis: sed ex Passionem Christi in sacramento operante.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Ad hoc autem quod dicit, quod Ioannes & Spiritus sanctus dixerunt: Illic est qui baptizat. Dicendum, quod ille dicitur facere aliquid, cuius auctoritate fit: & quia Discipuli Christi auctoritate dicuntur baptizare, ideo Christus dicitur baptizare. Vel dicatur secundum *glo. Augustini,* quod Christus baptizat iustus semper, & in omni suo baptismo, quamuis minister tangit corpus extra visibili elemento.

Ad hoc autem quod vltius queritur de forma baptismatis Discipulorum Christi. Dicendum, quod nihil certum traditum est de hoc, præter hoc solum quod constat quia ad hoc quod baptizabat Discipulorum gratiam Christi conferebat, oportuit quod vel in nomine Christi, vel in nomine Trinitatis baptizarent. Sed inter hæc duo, probabilius est quod baptizauerunt in nomine Christi: quia Ioannes baptizabat mittens ad Christum post se venturum: sicut dicitur *Mat. 19.* Ioannes baptizabat aqua in penitentiam, dicens in eum qui venturus est, vt crederent, hoc est, in Iesum: quia in tali forma etiam factum Ioannes approbatur. Et tamen in nomine Christi, vt dicit *Ambro.* Trinitas intelligitur, quia & vngens, & vngens, & vngens, in nomine Christi significatur. Et sic patet solutio ad quæstionem.

Erat autem & Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic: & veniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.

Tangit secundam, ex quo oritur quæstio ex parte Ioannis. Dicit autem tria: presentiam Ioannis, loci congruentiam, & quod hæc esse poterant ante incarcerationem Ioannis. Dicit ergo [Erat autem Ioannes] *Glossa præcursor & preparans baptismum Christi. Luca capitulo 1.* Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius [in Ænon] *Glossa.* Ænos hebraice, latine aqua dicitur. Vnde quasi nominis interpretationem aperiens subdit [quia aquæ multæ erant illic] & ille locus congruebat multis baptizandis [iuxta Salim] Tangit locum proprium: quia in vicinio eorum ciuitatis quæ Salim vocatur, quæ atollens eorum interpretatur, quia ibi per doctrinam Ioannis & Christi homines erant fastidendi. *Glo.* Salim oppidum est iuxta Iordanem flumem, vbi olim Melchisedech regnavit. Et hic Melchisedech regnum & sacerdotium Christi præfigurauit, sicut dicitur *Hebr. 6.* Intravit Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum. *Gen. 14.* Occurrit ei Melchisedech Rex Salim, offerens panem & vinum.

Et veniebant] Ecce officium Ioannis quod instanter exercebat [& veniebant] multi valde [& baptizabantur] hoc est, ad baptismum & gratiam Christi preparabantur. *Mat. capitulo 23.* Exhibant ad eum in desertum vt baptizarentur ab eo, confitentes peccata sua. *Marc. capitulo primo.* Exhibat ad eum omnis Iudæa regio & Ierusalem vniuersa, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. Et ideo iuxta loca aquosa manebat. *Ecclesiastici capitulo vigesimo quarto.* Factus est mihi trames abundans, & fluuius meus ad mare appropinquauit.

F Non

Nondum enim erat Ioannes missus in carcerem. Prauenit Euangelista quaestionem quæ fieri poterat. Quomodo Iesus prædicante & baptizante Ioannes baptizaret & prædicaret, cum Christus non aperte prædicauerit nisi post Ioannis incarcerationem? Ac si dicat, quod hoc fuit primo anno prædicatio Ioannis & Christi, quando prædicatio Ioannis & Christi simul cucurrerunt: quamuis post incarcerationem Ioannis Christus aperitius quam ante prædicauerit. *Mat. 14.* Herodes enim tenuit & alligauit Ioannem, & posuit in arcem propter Herodiadem uxorem fratris sui.

Facta est autem quaestio ex Discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.

Hic tangitur quaestio exorta ex factis Iesus & Ioannis: & dicuntur duo, scilicet, exorta de purificatione quaestio, & Christi apud Ioannem delatoria accusatio. In primo horum tria tanguntur, scilicet, exorta quaestio, & à quibus ortum habuit, & de quo quaestio fuit. Dicit ergo [facta est autem quaestio] in populo comparante factam & testimonium Ioannis ad factum Christi: quamuis si legem intellexissent, nulla quaestio esse videretur: quia ut dicit *Psalm. 140.* Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum. Omnes enim iudices veteris legis, Patriarchæ, Prophetæ, Legislator, & ipse præcursor qui iudicauerunt populum: absorpti sunt & vmbra tantum sunt, iuncti petrae, id est, per comparationem ad petram Christum. Moyses enim impeditioris linguae est. Isaias polluta labia habet. Ieremias nescit loqui, quia puer est. Ipse præcursor à Christo baptizari habet si mundandus est: & sic in omnibus aliis. Tamen quia carnales erant, exterioribus detinebantur amore humano plusquam amore veritatis, & quaestione hanc faciebant. Orta autem hæc quaestio fuit [ex Discipulis Ioannis] nimio zelo magistrum zelandum in præiudicium veritatis putantibus, & contententibus Ioannem maiorem esse Christo, & baptismum Ioannis meliorem esse baptismum Christi. Quaestio autem orta fuit à Discipulis Ioannis [cum Iudæis] qui etiam traditiones Phariseorum exteriores venerabantur. Sicut etiam *Matth. 9.* Cum Discipulis Phariseorum quaestionem faciebant, dicentes: Quare nos & Discipuli Ioannis ieiunamus frequenter: tui autem Discipuli non ieiunant? Lior enim multas tales excitat quaestiones [de purificatione] Tertium est de quo fuit quaestio, scilicet, utrum purificatio baptismatis Ioannis melior esset, vel purificatio baptismatis Christi?

Est autem adhuc quaestio de hoc inter Doctores: quia dicit *Bedæ*: Baptizauit Iudas, & baptizarum est. Baptizabat Ioannes, & non erat baptizatum nisi in aqua. E contra, *Chry.* expresse super hunc locum dicit, quod baptismus Ioannis gratiam conferebat.

Dicit etiam *Chry.* quod sicut baptismus Ioannis erat preparatorius ad baptismum Christi: ita & baptismus Discipulorum Christi preparatorius fuit ad baptismum Christi. Ergo videtur quod nec vnus nec alius gratiam conferebat.

Adhuc *Ioan. 7.* dicitur: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ergo videtur quod ante Resurrectionem & Ascensionem

in baptismo non dabatur Spiritus. Ergo nec baptismus Ioannis, nec baptismus Christi ante Passionem & Resurrectionem & Ascensionem gratiam conferebant.

Adhuc autem, Baptismo Ioannis Christus erat baptizatus: sed baptismus Ioannis quo Christus est baptizatus, dignior est quam baptismus quo alij sunt baptizati. Ergo Baptismus Ioannis melior est quam Baptismus Christi.

Ad hoc dicendum, quod in veritate baptismus Ioannis nullam interius gratiam conferebat quæ peccatum deleteret, sicut dicunt sancti Doctores, & sicut tenet fides Catholica.

Quod ergo videtur *Chry.* dicere, quod gratiam conferebat, intelligendum est de gratia non grati faciente, sed gratis data: quia magna est ipsa gratia preparans ad Christum. Hac ergo gratia præiuit ante Dominum parare plebem perfectam. Non quidem perfectione gratum facientis gratia: sed perfectam exhibuit ad hanc preparationem sicut *Genes. 6.* dicitur de Noe. Erat vir iustus atque perfectus in generatione sua, cum Deo ambulauit.

Quod autem vterius dicit *Chry.* quod baptismus Discipulorum Christi non conferebat gratiam, Dicendum, quod duplex est baptismus Discipulorum Christi. Quidam enim fuerunt primo Discipuli Ioannis, & postea Christi. Illi cum adhuc partim adherent Ioanni, baptizabant baptismum Ioannis: & de illis loquitur *Chry.* Cum autem dimisso Ioanne, facti sunt perfecti Discipuli Christi: baptizabant baptismum Christi, & tunc gratiam conferebant: & de illis non loquitur *Chry.* Vel potest dici quod duplex gratia confertur in baptismo, scilicet, deletionis peccatorum, & illam gratiam semper contulit baptismus Christi Discipulorum, qui Christi baptismum baptizabant. Alia gratia est apertionis ianuarum caelestis, & illam non contulit baptismus ante Christi Passionem quæ precium soluebat: & ante Resurrectionem, quæ vitam glorie dabat: & ante Ascensionem, quæ in caelum introducebat: & de hac intendit *Chry.*

Ad hoc autem quod obiicitur, quod Spiritus nondum erat datus &c. Dicendum, quod Spiritus datur secundum diuisiones gratiarum. Et ante glorificationem Iesus non erat datus ad introducendum in ianuam paradisi, licet daretur ad deletionem peccati.

Ad id quod obiicitur de dignitate baptismi, quo Christus baptizatus est. Dicendum, quod ille baptismus Christo nihi conferebat, sed ab eo vim regenerationis accepit: & ideo quoad effectum nullus erat dignitatis, sed potius dignior quoad effectum erat baptismus Discipulorum. Ex hoc autem quod dignior qui baptizatus est, vel indignior: non attenditur dignitas purificationis Baptismi. Et ideo nihil valet obiectio.

Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce, hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Hic tangitur latens delatoria accusatio. Et tangit duo, scilicet, accessum deferentium, & delationem ipsam. Accessum tangit, dicens [Et venerunt] Discipuli Ioannis scilicet, & forte

forte quidam Iudæi cum ipsis [ad Ioannem] appropinquantes ei per zelum & amorem. *Isaia 29.* Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Mandata enim hominis isti venerantur plusquam mandata veritatis. Sic ergo venerunt ad Ioannem [& dixerunt ei] *Eccle. 10.* Quomodo si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. *Glo.* quasi instigare in inuidum contra IESVM [Rabbi] Tria dicunt Ioannis excellentiam in sapientia, beneficium quod impendit ex benevolentia, & Christi quasi usurpatam gloriam. Dicunt ergo [Rabbi] cum sis excellenter omnium magister, & magistri debeas habere gloriam. *Psalm. 140.* Oculum peccatoris non impinguet caput meum [qui erat tecum] sicut cum principaliori. Non enim tu eras secum: sed ipse tecum, quia tu fuisti principalior [trans Iordanem] vbi cum baptizasti, & sic beneficium impendisti [cui tu testimonium perhibuisti] & sic magnum honorem impendisti. *Eccle. 11.* Ex multa loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. *Prover. 11.* Simulator ore decipit amicum suum [Ecce hic baptizat] & sic officium tuum usurpat [& omnes veniunt ad eum] te derelicto, & sic gloriam surripit tibi. *Prover. 5.* Ne des alienis honorem tuam, & annos tuos crudeli: ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis. Sic ergo contra Christum prouocabant Ioannem.

Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum.

Hic incipit inductæ quaestiones determinatio: & diuiditur in quatuor partes penes quatuor, in quibus Ioannes ostendit Christi præminentiam, & sui ad eum humilitatem. Primum est penes diuinitatis Christi præminentiam: secundum autem penes baptizandi potestatem: tertium, penes doctrinæ sapientiam. Quartum penes spiritus & omnium donorum spiritus excellentiam. In primo horum duo facit. Primum est, quod suam ad Christum ostendit humilitatem: secundum est, quod ex natura diuina Christi demonstrat dignitatem & auctoritatem. De primo dicit [non potest homo] purus sicut ego sum. *Iob cap. 25.* Homo putredo, & filius hominis vetus [accipere] ex se [quicquam] quia nihil boni habet in seipso. *Roman. 7.* Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. *1. Corin. 4.* Quid habes quod non accepisti: quod si accepisti, quid gloriaris [nisi fuerit ei datum de caelo] *1. Corin. 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens &c. *1. Petri. 2. 21.* Tua sunt vniuersa, & quæ de manu tua accepimus. Quasi diceret, Ego, cum purus homo sim, ea quæ habeo, à Deo accepi. Ecce Ioannis humilitatio.

Ipsi vos mihi testimonium perhibetis] dicendo, qui testimonium perhibuisti [quod dixerim] *D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.*

Ioan. 1. [ego non sum Christus] Et in hoc tangitur Christi excellentia. *August.* Respuit à se falsum honorem, ut teneat solidam virtutem. Christus enim vere est Deus, ego homo [sed quoniam missus sum ante illum] sicut seruus ante Dominum, & sicut præco ante Regem, & sicut propheta ante Deum apparentem. *Luce. 1.* Tu puer propheta Altissimi vocaberis &c. Et *ibid.* Ipse præiit ante illum in spiritu & virtute Elie. Et de hoc super Lucam multa dicta sunt. Sic ergo ostendit Christi super hominem secundum diuinitatem præminentiam.

Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.

Hic ostendit baptizandi potestatem, & potentiam, & baptismi Christi latenter innuit gratiam. Dicit autem quatuor, primo ostendit in Christo esse diuinæ generationis potentiam: secundo suspensus ad hoc amicitiam, & nullam inuidiam: tertio ostendit ad regenerationem multorum suam iactantiam: quarto declarat ad hoc quod ipse decreuerat rationabilem iustitiam.

Dicit ergo [Qui] ut regenerationis habens in se potentiam [habet sponsam] hoc est, qui fecundare potest ad generationem spiritualium filiorum sponsam Ecclesiam [est] vnus [sponsus]. Qui autem talis est, oportet quod sit vnus Deus: quamuis nobis conformis sit per assumptam humanitatem. Hic enim ex conformi sibi sponsa Ecclesia, potest per potentiam diuinitatis generare filios spirituales. Et alius qui non habet eiusdem potentiam, non potest esse sponsus sed potest esse amicus sponsi. *Eph. 5.* Viri diligite uxores vestras: sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aqua in verbo vite. Unde *Glo.* Sponsa est Ecclesia, quæ generat & virgo permanet. *Officium. 2.* Sponsabo te mihi in æternum. *Eph. 5.* Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Unde qui generandi ex se non habet potentiam, sponsus esse non potest. *Isaia 66.* Si ego qui generationem alijs tribuo, ipse sterilis ero? dicit Dominus.

Amicus autem sponsi] scilicet, parasympus, ut ego sum, & ille qui sponsam non fecundat, sed preparat eam in ornatu ut digna sit tanto coniugio, est ille [qui stat] per gratiam à sponso acceptam. *Rom. 14.* Stabit autem: potens est enim Dominus statuere illum [stat] autem paratus ad imperium sponsi. *Reg. 10.* Beati viri tui & heredi tui tui hi qui stant coram te semper. Ac si dicat illius est in amplexibus sponsa semper esse & eam fecundare: mei autem stant, ut sum paratus ad iustitiam illius [& audit] quid loquatur Dominus, ut omne dictum auditum perficiat. *1. Regum 1.* Loquere Domine, quia audit seruus tuus. *Psalm. 34.* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. De talibus amicis dicitur *Ioan. cap. 15.* Vos dixi amicos: quia omnia quaecumque audiui à Patre meo nota feci vobis. *F. 2. Cam.*

Cam. 8. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Omnes enim amici auscultant ad colloquium illud quod sponsus in dulcedine cordis loquitur cum sponsa [gaudio gaudet] hoc est, gaudio cordis & operis gaudet. [propter vocem sponsi] in præceptis & verbis omnibus. *Isa. cap. 61.* Gaudens gaudebo in Domino. *Phil. 4.* Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Unde quæcumque vox est de bonis Christi & Ecclesiæ, scilicet, quod omnes veniunt ad eum, hoc est mihi summum gaudium: quia per me regenerationis potentia in Baptismo suo video in prolem numerosam fecundari sponsam Ecclesiæ [hoc ergo gaudium meum] quod habeo de utilitate præcurionis meæ [impletum est] mihi, quia hi quos ad baptismum suum inuitavi, veniunt ad eum & regenerantur: & ita ostenditur mei officij utilitas. *Ioan. 16.* Petite ut gaudium vestrum plenum sit. *Isa. capitulo 60.* Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

Sed hic incidit quæstio, Cum supra dixerit Ioannes, quod ad obsequium minimi seruitij dignus non fuerit, sicut ad solutionem corrigiæ calcamenti: quomodo hic audeat dicere quod sit sponsi amicus? Ad hoc autem dicendum, quod responsiones secundum interrogantium intentiones aptantur. Superius ergo ubi Leuitæ & Sacerdotes Ioanni voluerunt suggerere, quod suam præferret Christo dignitatem: ibi se humiliando recognouit, quod non esset idoneus ad minimi obsequij virtutem. Hic autem ubi Discipuli persuadent emulationis livorem, consistit se amicum: quod non faceret si invidideret, sed potius detractionem Discipulorum auisset. Et ideo se hic non ex præsumptione, sed excludens livorem dicit amicum.

Illud oportet crescere [Quasi dicat. Hoc est de iure officij & status mei, quod illum vi verum Dominum oportet (hoc est, opportunum est) crescere: quia ad hoc venit ut ille crescat dominari, potentia, & miraculis, & regeneratione baptismatis [me autem minui] sicut præcursor minuitur in præsentia gloriæ illius quem præcurrit. Et ideo etiam non commentur quod ego miracula faciam, & in baptismo gratiam conferam. Et hoc dicitur, quod significatum est in modo mortis vtriusque. Quia Christus moriendo est exaltatus: Ioannes autem moriendo est decurtatus, quia capite truncatus. *Lucæ capitulo 2.* Puer Iesus proficiebat ætate, sapientia, & gratia coram Deo & hominibus. Unde dicitur *glo.* quod Ioannes est figura legis quæ decrevit adveniente veritate. *secundæ Regum cap. 3.* Ibat Dauid proficiens, & semper seipso robustior: dominus autem Saul decreviscit quotidie. *Genes. 27.* secundum *Septuaginta.* Crescere te faciet Deus meus, & donec tibi de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam [me autem minui] Quia sicut lex, ita etiam baptisma Ioannis minuebatur, crescente gratia Christi & revelatione veritatis. *Isa. cap. 17.* Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarcescet, hoc est, legis carnaliter observatæ, in qua antiquus populus gloriabatur.

Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit.

Hic tangit Christi in prædicando præminentem sapientiam: & tangit quatuor, in quorum primo id quod intendit præmittit, Christi scilicet, prædicando præminentem sapientiam: secundo sui ad Christum incomparabilem sermonis imperitiam: tertio ostendit prædicationem Christi ab imperitis & animalibus hominibus non receptam esse prudentiam, propter ipsorum ignorantiam: quarto tangit spiritualium, qui sermones Christi recipiunt, profundam intelligentiam. Dicit ergo.

Qui de sursum venit [Tripliciter venit Christus de sursum: quantum ad personam, de summo cælo: quantum ad conceptionem, de operatione Spiritus sancti: quantum ad naturam, de altitudine paradisi. De primo in *Psalm. 18.* A summo cælo egressio eius: & occusius eius usque ad summum eius. De secundo *Luc. 1.* Quod natus est ex te sanctum, operatione Spiritus sancti conceptum, vocabitur Filius Dei. Et *ibid.* Filius Altissimi vocabitur. De tertio dicitur. *Ioan. 8.* Vos deorsum estis, ergo de superius veni. Quoad hoc enim venit de altitudine nature nostræ in paradiso, quia carnem accepit immansentem à peccato. Penalitatem autem voluntarie assumpsit: & ideo dicitur, quod Christus non secundum legem concupiscentiæ, sed secundum corpulentam substantiam tantum descendit de Adam non ita quod aliquid fuerit in Adam, quod sine lege concupiscentiæ per omnes ex Adam descenderit usque ad Christum, de quo formatum fuit corpus Christi in beatissima virgine: quia hoc dixit quedam hæresis. Sed potius, sic quod ab Adam quidem per omnes secundum legem concupiscentiæ usque in beatissimam Virginem descendit: & in illa à lege concupiscentiæ purgatum fuit, tum per sanctificationem qua beatissima Virgo in vtero sanctificata fuit, tum ex hoc quod Christi Spiritum sanctum operans, sanguinem eius purgavit ac sanctificavit. Et ideo Christus secundum legem concupiscentiæ (quam nunquam habuit) in lumbis Adæ non fuit. Et ideo de altitudine nature humane secundum quam corpus humanum in paradiso fuit, corpus accepit quantum ad peccati immunitatem & vitij infectionem: Corruptibilitatem autem penæ voluntarie assumpsit. Et ideo dicitur de sursum esse [super omnes] sanctos puros homines. *Gen. 27.* Esto Dominus fratri tuo, & incurventur ante te filij matris tuæ. *Ecclesi. 49.* Natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. *Psalm. 8.* Omnia subiecisti sub pedibus eius: oves & boues &c.

Qui de terra est [sicut ego & quilibet purus homo] de terra loquitur [Et tangit hic suam, ex natura terrena, cælestium in prædicando imperitiam. Videtur autem non esse verum: quia de terra non loquebatur, quando dixerat: Ecce agnus Dei. *Mat. 16.* Caro & sanguis non revelavit tibi: sed Pater meus qui in cælis est. Ad hoc dicit *Chrys.* quod loquitur comparative, hoc est, in comparatione Christi,

Christi, terreni sunt sermones aliorum de terra. Sed *Augustinus* dicit, quod sermo per se est accipiendus sic. Qui de terra est, in quantum de terra est, non loquitur nisi de terra. *Sap. 9.* Quæ in prospectu sunt invenimus cum labore, & quæ in cælo sunt quis investigabit? *Isa. capitulo 29.* Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et ideo hoc quod de cælo dico, ab illo qui de cælo venit accipio.

Qui de cælo venit [*Ioan. 3.* Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo [super omnes est] in lumine sapientiæ & verbi Dei. *Genes. 41.* Præconis voce fecit clamari ut omnes genua flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. *Apocalyp. 19.* Habet in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum & Dominus dominantium. Hoc autem probat per sapientiæ & sermonis certitudinem, dicens [& quod vidit] apud Patrem in cælis. Videre autem Filij est secreta Patris cognoscere ex hoc quod est sibi consubstantialis. *Ioan. 8.* Ego quod vidi apud Patrem meum loquor. *1. Corinth. 15.* Primus homo de terra, terrenus: secundus de cælo, cælestis [& audiuit] Audire est ab alio percipere. Et hoc est filio conveniens, secundum personam, secundum quod habet à Patre quicquid habet. Unde per essentiam videt, & per generationem audit. *Ioan. 15.* Quæcumque audivi à Patre meo nota feci vobis. *Psalm. 39.* Aures perfecisti mihi, &c. [hoc testatur] hoc est, probat testimonis operum & veritatis: quæ incontradictibilia sunt. *Psalm. 92.* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. *Ioan. 15.* Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.

Et testimonium eius nemo accipit [Hic occulte percutit Discipulos, dicens qualiter se carnales auertant à testimonio veritatis: & est sensus. Nemo humanum sapiens & de terra loquens, accipit eius testimonium, sicut nec vos facitis. *Ioan. 8.* Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis. *Iob. 21.* Dixerunt Domino Deo: recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. *Isa. 30.* Aversere à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Et *ibid.* Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.

Qui autem acceperit eius testimonium, significavit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.

Hic ponit eorum signum qui Christi accipiunt testimonium. Unde dicit [Qui autem] illuminatus à Spiritu sancto [acceperit eius testimonium] per fidem verborum suorum. Vel [testimonium] quod ego testificatus sum de ipso. *Isa. capitulo 8.* Liga testimonium, signa legem in Discipulis meis. *Psalm. 118.* Mirabilia testimonia tua Domine [signavit] hoc est in corde suo profundatum sigillum impressit. *Canonicum 8.* Pone me sicut signaculum super cor tuum [quia Deus verax est] quia omnia quæ promisit, in Filio exhibuit. *Isa. capitulo 38.* Vnum ex omnibus non defuit: alter alterum non quæsiuit. *Roma. tertio.* Est autem Deus verax: omnis autem homo.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

mo mendax. *Numerorum vigesimotertio.* Non est Deus ut homo mentiarur. *Ad Tit. primo.* quam promisit qui non mentitur Deus. *Heb. 6.* Impossibile est mentiri Deum. Et huius subiungit causam.

Quem enim misit Deus [sicut Christum misit Deus: & ideo [verba Dei loquitur] & sicut Deus verax est: ita & Christus verax est. *2. Corinth. 1.* Dei Filius IESVS-CHRISTVS, &c. & sequitur. Non fuit illo, est & non. *Ierem. 1.* Quæcumque mandauero tibi loqueris ad eos. *3. Regum 17.* In hoc cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo verum est. Ideo dixit Petrus *Ioan. 6.* Ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes. *Io. 1.* Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et ideo per omnia credendum est ei, & standum est doctrinæ suæ in omnibus.

Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum.

Hic tangitur quarta præcellentiæ Filij, scilicet, in donis & in gratiis Spiritus sancti super se & super omnes alios. Et tangit duo, Filij scilicet præcellentiæ, & ex hoc consequentem credentium in eum remunerationem. De primo dicitur duo, scilicet, præcellentiæ Filij, & præcellentiæ causam. De præcellentiæ dicitur non enim ad mensuram dat Deus Pater Spiritum [Filio suo. Attende, quod secundum *Chrysostomum* hic dicitur Spiritus, actus vel dona Spiritus sancti, quæ Filio homini Deus Pater dedit per vniõnis gratiam, quando eum Filio Dei in vniõnem personæ vniuit.

Sed obijciunt quidam: quia homo ille finitæ capacitatis fuit & est, sicut omne creatum est finitæ capacitatis. Ergo Spiritum non ad mensuram, sed neque infinitam capere non potuit. Passum ergo videtur quod non ad mensuram Spiritum sibi dedit. Ad hoc posset dici, quod sicut corpus Christi quædam habet in quantum est corpus: quædam autem in quantum vniõnem diuinitati (in quantum enim corpus est, habet in loco circumscriptiõnem. In quantum autem est diuinitati vniõnem, habet quod in forma panis existens, in qualibet parte est totum, & in pluribus formis loco à se distantibus est idem & totum) Ita & anima Christi habet aliquid in quantum est anima, & aliquid in quantum est diuinitati vniõnem. In quantum enim est anima, habet capacitatem finitam: in quantum autem est vniõnem diuinitati, habet capacitatem infinitæ potentie: quamuis per essentiam sit finita. Inter id enim quod est essentia finitæ & potentie finitæ, & id quod est potentie & essentia infinitæ, est id quod est essentia finitæ & potentie infinitæ. Et ita quoad intellectum animæ Christi dicitur, vel dicit *Isidorus*, quod Trinitas sibi soli nota est & homini assumpto. Et ita potest dici quod anima Christi capax est gratiæ totius Spiritus: quia non est simplex creatura, sed creatura diuinitati vniõnem.

F 3

Quidam

Quidam tamen dicunt, quod est Spiritus infinitus extensivæ, & Spiritus infinitus secundum quantitatem discretam (ita quod utraque quantitas ad quantitatem virtutis referatur extensivæ) qui intencivæ infinitus est. Et dicunt quod hoc modo non capit anima Christi Spiritum nisi ad mensuram. Secundum autem numerum infinitus Spiritus est, qui in numero & specie donorum est infinitus. Et dicunt quod hoc modo anima Christi recipit Spiritum non ad mensuram: quia cum sint multæ divisiones Spiritus (sicut dicitur 1. Cor. 12. Christus non recepit Spiritum ad unum, sed ad omnia dona & opera Spiritus.

Sancti exponunt istud plane dicentes, quia non dat Deus Pater Filio Spiritum ad mensuram aliorum sanctorum, sed abundantius: ac si diceret. Ego vel mei similes recepimus Spiritum ad quædam, sicut ego ad præcursoris officium. Ipse autem non ad mensuram nostram, sed in copia & abundantia vni geniti sui recepit: & ideo sibi est adherendum. *Isa. 11.* Requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. Item *Isa. 61.* Spiritus Domini super me, eo quod vixerit me. Et in Euangelio Nazareorum. Baptizato Domino, descendit fons omnis Spiritus in eum. *Eccle. 1.* Omnia flumina fluunt in mare. Et huius assignat causam.

Pater diligit Filium] & ipsa dilectione cum omnibus donis dat ei Spiritum, & diligit eum sicut semetipsum, & tantum sicut seipsum. *Luc. 3.* Tu es Filius meus dilectus. *Prover. 31.* Dilecte vteri mei, dilecte votorum meorum [&] ideo [omnia dedit in manu eius] hoc est, in potestate eius, & subiecit ei omnia: ut tantus Filius, quantus est Pater. *Phil. 2.* Dedit illi nomen quod est super omne nomen. *Ioannis 17.* Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt, & clarificatus sum in illis. *Psal. 8.* Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Et ideo sequitur conveniens retributio bonorum operum.

Qui credit in Filium] merito fidei formata, & dilectionis quæ per fidem operatur, & tendit in eum [habet] nunc in spe & in causa, & tandem in re & in effectu [vitam æternam] de qua iam dictum est. *Eccle. 4.* Sapientia vitam filiis suis inspiravit. *Habacuc. 2.* & *Roman. 1.* Iustus ex fide vivit. *Ioannis 11.* Qui credit in me, non morietur in æternum. Et per oppositum [Qui autem incredulus est Filio] ita quod per fidem non tendit in ipsum, qui est vita & lux hominum. *Ioan. 1.* Vita erat lux hominum [non videbit vitam] quia videre vitam per intellectum, est vivere. *Isa. 26.* Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et est translatio *Septuaginta.*

Sed contra. *Psal. 117.* Peccator videbit & irascetur. Solutio. Loquitur hic de visione affectiva pascens, sicut supra dictum est. Dictum autem *Psalmita* intelligitur de visione simplici, secundum quam mali vident modo gloriam Dei ut magis confundantur & torqueantur. Unde dicitur, dentibus suis fremet & tabescet. *Isa. 26.* Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.

Sed ira Dei] id est, peccatum quod est ira Dei causa. Vel [ira Dei] hoc est, vindicta Dei [manet] & fundatur [super eum] premens eum tantam pondus. *Deutero. 32.* Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima. *Pro. 6.* Zelus & furor viri non parcat in die vindictæ. Et sic cautos reddit Discipulos, ne emulatione aliqua moveantur contra ipsum: quia ira Dei omnes tales subiacebunt. *Isa. 2.* Quiescite ab homine, cuius spiritus est in naribus eius: quia excelsus reputatus est. *Deut. 32.* Secundum *Septuaginta.* Mihi vindictam, & ego retribuam. Sic ergo præcellentia Christi super omnes est ostensa.

CAPUT IV.

VT ergo cognouit IESVS. quia audierunt Pharisei quod IESVS plures Discipulos facit, & baptizat quam Ioannes (quanquam IESVS non baptizaret, sed Discipuli eius) reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.

In hac parte secundum superius datam diuisionem post baptismi perfectionem determinatur de gratia significata in aquis. Et patet ostendo per se, quia omnis gratia in aquis significata inchoationem habet à gratia Baptismi in aquis percepta. Diuiditur tamen hæc pars in duas partes, in quarum prima tangit occasionem, qua ad hanc doctrinam est deuentum: in secunda autem tangit doctrinam ipsam *ibi* [Venit mulier] In prima harum tangit duo, quorum primum est descriptio loci, in quo facta est doctrina: secundum autem descriptio temporis doctrinæ eiusdem *ibi* [Hora autem] tangit autem tria circa primum, scilicet, qualiter locum in quo fuit in præcedenti doctrina reliquit: secundo quo ire disponit *ibi* [Et abiit iterum, &c.] tertio qualiter in transitu medio ad locum huius doctrinæ peruenit *ibi* [oportebat autem eum &c.] Circa primum autem dicit duo, scilicet, causam liuoris & inuidiæ excitatæ contra ipsum, propter quam locum relinquere expediebat, & eiusdem liuoris temperamentum si rationem admitteret inuidia *ibi* [quanquam Iesus] Dicit ergo duplicem liuoris causam, dicens.

Ut ergo cognouit] quia quod cognouit per præscientiam propter instructionem hominum, voluit etiam cognoscere per famam: ut Discipuli discerent non moueri propter secretam cordis scientiam contra aliquem, nisi constaret etiam per exteriorem famam. *Genes. 18.* Descendam & videbo utrum clamorem, qui peruenit ad me, opere compleuerint [quia audierunt Pharisei] Et videtur quod audierunt à Discipulis Ioannis, quia dixerunt ad eum *Ioan. 3.* Omnes veniunt ad eum. Discipulorum enim Ioannis quidam etiam fuerunt Discipuli Phariseorum. *Ioan. 12.* Videtis quod nihil proficimus, ecce mundus totus abiit post eum. Et hoc est [quod IESVS plures Discipulos facit] *Eccle. 51.* Appropinquare ad me indocti & congregare vos in domum disciplinæ. *Deut. 24.* Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius [quam Ioannes] *Isa. 3.* Me oportet minui, illum autem crescere [& baptizat]

Hæc

Hæc est secunda causa contra IESVM. Baptizabat autem, quoniam auctoritate sua & nomine Baptismus fiebat. Præter hoc etiam inuicem laudabatur in omnibus, qui exterius baptizabantur in nomine eius. *Ioan. 1.* Hic est qui baptizat. *Mat. 3.* Ego à te debeo baptizari. *1. Cor. 10.* Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, hoc est in legislatore: & in spiritu, qui per nubem significatur: & in mari, hoc est, in Christi passionis amaritudine. Quando ergo hoc auditum fuit, quod sic per baptismum Christi Discipuli multiplicabantur, excitata est contra Christum inuidia Phariseorum & Iudæorum. *Eccle. 4.* Contemplatus sum omnes labores hominum, & inuidias animaduerti patere inuidiæ proximi. *Pro. 14.* Putredo offium inuidia.

Sed queritur, quare potius inuidia mouebatur contra Christum, quam contra Ioannem, qui etiam baptizabat & multos discipulos faciebat. Sed ad hoc dicendum, quod hoc fuit ideo: quia Baptismus ipsius dabatur nomine suo, hoc est, Christi; & ideo sibi gloria per hoc dabatur. Baptismus autem Ioannis dabatur in nomine alterius: & ideo gloria illius ad Christum etiam referebatur. Et ex hoc illi timebant minui gloriam propriam, & sic vndique Christus inuidis patebat. *Iob 5.* Vere stultum interfecit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Quia nisi suam gloriam minui putarent, nunquam Christo inuiderent. Et sic paruuli erant in corde.

Quanquam Iesus non baptizaret] per seipsum exteriori unctione corporum [sed discipuli eius] & hoc fuit, ut liuorem Phariseorum & Iudæorum temperaret. Et aliis de causis quæ supra dictæ sunt. *1. Corin. 9.* Omnia facio ne offendiculum dem Euangelio. Per contrarium huiusmodi dicitur de filiis Heli. *Reg. 2.* Erat autem peccatum puerorum grande nimis: quia abstraherant homines à sacrificio Dei. Unde nobis hic Dominus dat exemplum abstinendi etiam à licitis propter scandalum, & ne homines contra verbum Dei excitemus. *1. Cor. 6.* Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

Reliquit Iudæam] Non quidem timens, sed quatuor de causis tunc Iudæam reliquit: quarum una est, ne eos contra se excitaret siue exasperaret, ita quod amplius verbum non reciperent: & ideo declinavit donec melioris animi fierent. *Ezech. 2.* Si forte audiant & quiescant, quia domus exasperans est. Secunda causa est, ut etiam Euangelium aliis prædicaret: quia ad hoc missus fuerat. *Luc. 4.* Quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei. Ad hoc enim veni. Tertia causa est, quod quando grex non queritur, nobis rabiem hominum declinandi formam daret. *Mat. 10.* Si persecuti vos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Et ideo Paulus Damasci se submittere in sporta per murum permisit, ut furorem præpositi Damasci declinaret. *2. Cor. 11.* Quarta causa est, ut verbi Dei transitum ad Gentes à Iudæis præfiguraret, & ex hoc Discipulos, quid quandoque facturi essent instrueret. *Mat. 11.* Constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes. Isti,

ergo de causis reliquit Iudæam.

Et abiit iterum in Galilæam] hoc est, in Galilæam ire disposuit & illam inchoauit: quia de Galilæa plures fuerunt de Discipulis eius. *Mat. 2.* Nonne omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? quia ibi initia sue prædicationis inceperat, voluit visitare & consolari & confirmare eos quos per verbum Dei attraxerat. *Mat. 15.* Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum Dei quomodo se habent. Idcirco est quod redarguitur malus prælatus, qui non pastor pascens, sed idolum est. *Iob 39.* Dominatur ad filios quasi non sint sui, relinquit impulserit oua sua, obliuiscitur quod pes hominis conculcet ea. Sic ergo abiit iterum incipit in Galilæam.

Oportebat autem eum transire per mediam Samariam.

Hoc est tertium, scilicet, qualiter in transitu venit ad locum huius doctrinæ. Dicit autem hic quinque: quorum primum est per Samariam in Galilæam opportunus transitus: secundum autem per nomen ciuitatis descriptus huius doctrinæ locus: tertium est Patriarchæ antiqui ad idem præcedens typus: quartum autem est ex loco doctrinæ accipiendus modus: quintum vero ex actibus Domini & passionibus ad docendum acceptus recubitus. Dicit ergo [Oportebat autem eum] IESVM, quia directè venientibus de Iudæa in Galilæam Samaria interiacebat, & hoc est [transire per Samariam] Et hoc dicit ne dubium oritur Doctore: quia (sicut iam dictum est) scandalum Iudæorum declinavit relinquendo Iudæam. Postea tunc aliquis querere, Quare tunc scandalizandi occasionem præbebat eundo in Samariam, quibus Iudæi non conturbari, & propter quod etiam postea conuerti *Ioan. 8.* dixerunt. Nonne benediximus nos quia Samaritanus es tu & demonium habes? Adhuc autem & alia ratione, quia *Mat. 10.* præcepit suis dicens. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates eorum ne intraueritis.

Postea ergo generari dubium, qualiter ad Samaritanos declinasset. Et ideo occurrit Euangelista dicens, quod ita fieri oportebat, quia non ex intentione declinandi ad Samaritanos: sed oportebat fieri transitum ex via dispositione. Quod autem ibi Euangelizabat, & Discipulis interdixerat, ideo fuit: quia se mulier ad illuminationes suas disposita præsentauit. Et sicut dicitur *1. Tim. 2.* Quia vult omnem hominem saluum fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ideo illi illuminationes negare non debuit, sicut nec beneficium negavit Syrophœnissa. *Mat. 7.* & similiter aliis qui vocabantur per mulierem, sed intentione cõmuniter prædicandi Samaritanis & Gentibus, modo non iuit, nec discipulos misit, sed post Resurrectionem & Ascensionem, quando indurato corde cecitas in Iudæis incepit, & verbum repleuerunt. Et hoc est quod dicit.

Oportebat] non ex intentione, sed ex via necessitate [eum transire per Samariam] in qua Gentiles habitabant. *Reg. 16.* Legitur quod Amri Rex Israël, emittit montem Samariæ à Somer: & ædificauit ciuitatem ibidem, vocauitque nomen Somer: & ideo vocata est ciuitas illa primo Somer, postea Samaria: & tota postea adiacens regio

regio vocata est Samaria. Declinatio autem Domini ad gentem illam sicut diximus præfigurabat, quod aliquando fides per verbum Apostolorum esset declinanda, sicut ante diximus. *Iſa. 49.* Dedit te in lucem Gentium: ut sis salus mea vique ad extremum terræ. Et hoc optime competit; quia Samaria custodia interpretatur, quæ custodem mundi recepit quando ad seminiuum curandum declinavit. *Luc. 1.* Samaritanus quidam iter faciens, & videns eum seminiuum relictum: appropinquans alligavit vulnera eius; & imposuit eum iumento, duxitque in stabulum, & curam egit.

Venit ergo in civitatem Samariæ quæ dicit Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.

Hic tangitur secundum, scilicet, per nomen civitatis Samariæ descriptus doctrinæ locus [Venit ergo in civitatem Samariæ quæ dicit Sichar] ut dicit Hieronymus Sichar secundum Septuaginta corruptè dicitur, à nomine vero Sichem vocatur, vbi (sicut dicitur *Gen. 34.*) filij Iacob Sychimita occiderunt in vitionem stupri fororis suæ, & conclusio interpretatur: quia ibi Sychimita conclusi fuerunt, & ibi etiam in gladio spiritus, qui est verbum Dei, incestus mulieris Samaritanæ fuit à Domino referatus. Hoc ergo præfatio civitas nomen accepit. Et hoc est [Venit ergo] in transitu [in civitatem Samariæ] quandam [quæ dicitur Sichar] *Ezech. 7.* Fac conclusionem quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & civitas plena iniquitate. *Rom. 5.* Vbi abundavit iniquitas, superabundavit & gratia.

Iuxta prædium [hoc est, agrum [quod] scilicet [Iacob] primo emit & [dedit filio suo Ioseph] *Gen. 33.* Emit partem agri in quo fixerat tabernacula à filiis Emor patris Sichem centum agnis, & erecto ibi altari, invocabat super illud fortissimum Deum Israël. Et hanc postea in Ægypto existens, in aegritudine mortis dedit filio suo Ioseph, duplici labore possessam: quia & emit eam, & cum filij Emor abstulissent eam propter interfectionem fratrum suorum, quam fecerunt Simeon & Levi propter interfectionem Sichimitarum, possedit eam iure belli, & in gladio, & arcu suo. Et hoc est quod dicitur *Gen. 48.* Dedit tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Et hoc est quod dicit [iuxta prædium agri quod dedit Iacob] Patriarcha [filio suo Ioseph] Et significat habitationem Gentium quam dedit summus Pater vero Ioseph Christo vltra sortem Iudæorum. *Pſalm. 2.* Postula à me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam &c. *Ierem. 14.* Tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Erat autem ibi fons Iacob.

Ecce quartam, vbi ex leco recipitur doctrinæ modus: Dicit ergo [Erat autem ibi fons Iacob] hoc est, quem invenit Iacob. *Gen. 26.* Invidentes ei Palæstini repleverunt omnes puteos quos foderat Pater eius, Et de talibus fontibus erat ibi aliquis qui significabat fontem doctrinæ aquæ viæ futuræ ibidem.

Mystice autem significat fons iste quadrupli-

cem fontem, fundentem scilicet aquam munditiæ, aquam sapientiæ, aquam gratiæ, & aquam vitæ æternæ. Sicut & fons paradisi dividitur in quatuor capita *Gen. 2.* De aqua munditiæ *Ezech. 36.* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. De fonte huius aquæ dicitur *Zach. 13.* Erit fons patens domui Iacob & omnibus habitantibus Ierusalem in abluionem peccatoris & menstruata, hoc est, in dilutionem actualis in peccatore, & menstruata in naturali siue originali peccato. De aqua sapientiæ dicitur *Ecclesi. 5.* Aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Hæc aqua funditur de fonte doctrinæ, de quo *Prov. 5.* dicitur: Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. De aqua gratiæ *Iohan. 7.* Qui credit in me sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viæ. De fonte autem fundente has aquas, hoc est, Christo *Iohan. 4.* Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. De aqua vitæ dicitur *Ezech. 47.* Omnes ad quos pervenit aqua ista vivent. De fonte istius aquæ dicitur in *Pſalm. 35.* Domine apud te est fons vitæ. *Apoca. 7.* Agnus qui in medio throni est, reget illos; & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

Quia ergo talis aqua munditiæ, sapientiæ, gratiæ, & vitæ spiritualiter in illo loco profundi debuit: propter hoc congruus locus doctrinæ Christi, locus vbi fons erat secundum dispositionem loci fuit. *Iſa. 12.* Haurietis aquas in gaudio de fonte Salvatoris. Hi fontes omnes fluunt ad loca & corda humilia. *Pſalm. 183.* Qui emittit fontes in conuallibus. *Ptolemaus Philosophus in Almagesti proverbiis.* Qui inter sapientes est humilior, inter sapientes est sapientior: sicut lacunæ profundiores plures recipiunt aquas. Hoc autem est quod dicitur. Erat autem ibi fons Iacob Patriarchæ.

IESVS ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta.

Tangitur hic quintum, ex actibus & passionibus acceptus recubitus ad docendum. Si enim transiisset, non docuisset: sed quia recubuit, ideo docuit. Dicit ergo [IESVS fatigatus ex itinere] Non enim vestrura vtebatur sed pedibus incedebat ne grauis esset his ad quos declinabat. Vnde *Chrysoſt.* Mollem semper abiiciens vitam, laboriosam & constrictam inducens, non subiugilibus vititur, sed ita incedit ut fatigetur ex itinere, erudiens operatione per se esse & non superfluum petere. Ita enim vult nos à superfluis alienos esse, ut & ipsorum necessariorum multa abscedamus [Ex itinere] autem dicit, ut veram in se demonstret humanitatem. *August.* Non frustra fatigatur, per quem fatigari recreantur. Non frustra fatigatur, quo deferente fatigamur, quo præsentem firmamur. Suscepit enim omnia quæ infirmitatis nostræ sunt absque peccato, ut nos à peccato liberaret. Inuenimus enim in Scriptura aliquando fortem, aliquando infirmum. Fortitudo Christi te creavit, infirmitas Christi te recreavit. Fortitudo Christi fecit ut es es quod non eras, infirmitas Christi fecit ut quod erat non periret [Sic] ergo fatigatus ex itinere [sedebat] ad quiescendum, qui dum fatigaretur viator fuit. *Ierem. 14.*

Quare

Quare quasi colonus fatigatus es super terram, & quasi viator declinans ad manendum ut quiescas? *Chrysoſt.* Non in throno, non in plumario: sed ut contingat super terram [super fontem] quia ex frigiditate aquæ locus erat frigidus contra itineris æstum, ex humore erat anticus ad refectendam lassitudinem, & ex fusione aquæ & doctrinæ abundantia erat congruus, ut prædictum est. Semper enim in laboribus fuit, & recreatione aliquantula indigebat. *Pſalm. 87.* Pauper sum ego, & in laboribus à iuventute mea. Exaltatus autem; humiliatus sum & conturbatus. Et ideo maxime propter mysterium residit super fontem: quia & ipse fons erat, ut diximus. *Cont. 5.* Oculi tui sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residunt iuxta fluenta plenissima. Sic ergo determinata est pars prima, in qua accipitur opportunitas ad hanc doctrinam veniendi. Et additur de tempore.

Hora autem erat quasi sexta [hoc est, meridies, quando sol in summo cæli consistit, & vndique per cardines orbis lumen suum diffundit, & maximi caloris existit. Quod etiam congruit, quando sol iustitiæ Christus Deus noster lumen suum etiam ad gentes diffundit. *Matth. 2.* Ab ortu solis vsque ad occasum memoriale nomen est meum in Gentibus. Et quando calorem suæ charitatis ad omnes expandit. *Ecclesi. 43.* In meridiano exiit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Vei sexta hora significat sextam ætatem mundi, in qua venit Christus in mundum, ut ipsam & maxime gentilem populum reformaret. *Iob 5.* In sex tribulationibus liberabit te Dominus, & in septima non tanget te malum. Quia septima est quiescentium, octava resurgentium. Hoc est ergo quod dicit.

Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei IESVS, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent.

Hic incipit doctrina de gratia significata in aquis. Et habet duas partes, in quarum prima tota & perfecta ponitur doctrina. In secunda autem parte illius doctrinæ ostenditur communicatio & derivatio ad alios, sicut & aqua derivatur. Et hæc incipit *Ibi* [Reliquit hydriam suam mulier] *Prov. 5.* Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Prima harum partium dividitur in duas partes, in quarum prima docet gratiam in aquæ mysterio significatam: in secunda docet hanc gratiam aperte declaratam *Ibi* [Domine, ut video Propheta es tu] Adhuc autem prima per tria subdividitur, in quorum primo per aquæ similitudinem instruendi sumit occasionem: in secundo à beneficii promissione, mulieris instruendæ allicit voluntatem *Ibi* [Respondit IESVS & dixit, si scires donum Dei &c.] in tertio à reuelatione secretorum, doctrinæ suæ ostendit veritatem & auctoritatem *Ibi* [Dicit ei IESVS, voca virum tuum] In prima harum quatuor sunt paragraphi, in quorum primo continetur de mulieris aduentu in locum instructionis: in secundo petitio Christi, ut habeatur locus instructorij sermonis: in tertio absentia Discipulorum, propter familiaritatem colloquutionis: in quarto questio mulieris, ut instruat per solutionem

suæ dubitationis. Dicit ergo.

Venit mulier? Bene mulier, quia subactione sex virorum emollita fuerat: sed modo castitatis amantissimi præsentata. *Iſa. 47.* Non vocaberis vltra mollis & tenera [de Samaria] Qui quidem gentiles erant & idola colebant, & tamen cum hæc legem Moysi habebant. *Reg. 18.* Vsquequo claudicatis in duas partes? Legitur autem de Gentibus his *4. Reg. 17.* & *18.* quod licet Sacerdotes Domini habuerint, & legem receperint: tamen mandata Dei non custodierunt, sed idola colebant iuxta consuetudinem Gentis vniuersæ: quia Gentes illas in Samariam transfudit Rex Assyriorum Salmanasar. Et de illis fuit mulier ista, & primitivæ conversionis eorum. Et hoc est quod dicit [de Samaria] quia fuit de civitate ibi prope sita, quæ fuit civitas Samariæ, venit ad fontem [haurire aquam] literaliter propter defectum corporalem, sed in mysterio, hoc ordinavit Spiritus sanctus propter defectum spiritualis doctrinæ & gratiæ. *Iſa. 12.* Haurietis aquas in gaudio de fonte Salvatoris. *1. Cor. 10.* Bibebant de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus.

Dicit ei IESVS [Ecce Domini petitio ut habeatur locus instructorij sermonis [Da mihi bibere] quia fatigatus ex itinere situit. *Iſa. 28.* Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. Tamen plus situit salutem feminæ quam potum aquæ. *Matth. 25.* Sitivi & non deditis mihi bibere. *Gen. 24.* Da mihi paululum aquæ de hydra tua ut bibam.

Discipuli enim eius abierant? Tertium est, in quo notatur familiaritas colloquutionis, & hoc est [Discipuli enim] in quorum presentia de peccatis occultis nihil esset locutus: sicut confessor peccatorum quæ fecit coram aliis reuelare non debet. Adhuc autem dicit hoc, ut secundum litteram sciatur quod ab alio quam à femina aquam petere non poterat: quia nullus aderat minister aquæ illius: quia Discipuli eius qui tunc esse poterant [abierant] ab ipso [in civitatem] Sichar [ut cibos emerent]

Sed tunc queritur, Qualiter ad istos dicerentur cum Iudæi Samaritanis non contantur? Ad hoc dicendum quod manducando & bibendo non contebantur eis, sicut nec modo faciunt cum Christianis vel Saracenis, sed emendo vel vendendo quosdam cibos contebantur & tunc sicut & nunc. *1. Cor. 5.* Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Et ideo secundum *Chrysoſt.* reddit rationem eius, quod Dominus sedit super fontem extra civitatem, & non intrauit in civitatem comesturus cum eis.

Adhuc autem queritur, Qualiter cum pauper esset Dominus, habuit vnde cibos emeret? cum dicat *Luc. 9.* Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ad hoc dicendum, quod Dominus non habuit proprium locum vel domum: sed ab amicis providebatur ei de viatico, quando transiit per loca in quibus non recipiebatur hospitio: & habebat loculos in quibus huiusmodi expensa portabatur. Nec hoc contrariatur ei quod non habebat vbi caput reclinaret: quia hoc de immobilibus intelligitur.

Si autem queritur, Quare non mendicabant Discipuli? Dicendum, quod apud illos non fuisset darum mendicantibus: eo quod erant dispersi

culta

cultu. Vnde *Luc. 10.* Transibat per Samariam, & non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ierusalem, & Samaritani non adorabant in Ierusalem. Hac ergo de causa abierunt à Domino ut cibos emerent.

Quaritur autem, Quare omnes Discipuli abierunt, Dominum solum relinquentes? hoc enim non erat reuerentiæ quam debebant Christo. Ad hoc dicendum, quod probabile est quod per Samariam paucos, & non nisi familiarissimos secum duxerit, & hos pro cibo simul ire oportebat. Est dispensatione tamen diuinæ sapientiæ factum esse hoc, ut de secretis Christus alloqui mulierem posset. Hoc est ergo quod dicit.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, cum sis Iudæus, bibere à me potes, quæ sum mulier Samaritana? Non enim contumetur Iudæi Samaritanis.

Hoc est quartum: quæstio scilicet mulieris, ut instruat per suæ quæstionis solutionem: & dicit duo: quæstionem, & quæstionis rationem. Quæstionem ponit sic [Quomodo tu Iudæus cum sis] hoc enim cognouit ex habitu quo Iudæi distinguebantur à Gentibus, ut dicit *Gla. Osea 4.* Dimitte eos, separatim est conuiuium eorum. In omnibus enim differentiam habebant. Et hoc acceperunt ex hoc quod *Exod. 11.* dixit Dominus. Sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Filios Israël ab Ægyptiis. Ideo etiam in nullo aliis similes esse volebant [bibere à me] haustum aquam, & sic per me immundam tuam reputationem factam [potes?]. *1. Cor. 5.* Cum huiusmodi nec cibum sumere [quæ sum mulier Samaritana] & ideo quod tango tuam reputationem sit immundum. Dicit *Chrysost.* quod mulier hæc nesciuit quod Christus de huiusmodi traditionibus villam penitus vim faciebat. *Matth. 15.* Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem. Et *Ibidem.* Non quod in os intrat, inquinat hominem: sed quod de ore procedit [non enim contumetur] Ratio est quæstionis mulieris. Non enim contumetur [Iudæi Samaritanis] & hoc non est propter legem, sed propter Iudæorum traditiones ab antiquis obseruatas. *Gen. 43.* Illicitum est Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiusmodi conuiuium.

Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

Hic incipit allicere affectum mulieris ad doctrinam salutis ex beneficii promissione. Continet autem hæc pars tria. Primo enim aperit beneficium: secundo mulieris de tanto beneficio soluit dubium: tertio ad beneficium obtinendum mulier plenum adhibet consensum. Dicit ergo [Si scires] illustratione Spiritus scientiæ [donum Dei] in aquis significatum. Et hoc donum est (in quo omnia donantur) ipse Spiritus sanctus. *Act. 2.* Baptizetur vnusquisque vestrum, & accipietis donum Spiritus sancti. Si hoc, inquam, scires [et] scires [quis est] in persona [qui dicit

tibi] dispensatiue loquendo [Da mihi bibere] hoc est, quanta potestatis & quanta gratiæ est. *Malach. 3.* Quis stabit ad videndum eum? ille enim est qui omnium sciam reficit. *Matth. 17.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos [tu forsitan] Hoc non dubitando est dictum: sed propter liberi arbitrii mobilitatem in muliere, quod Deus in nullo cogit. Quia sicut dicit *Damasceus*, Non cogit vitium, nec expellit virtutem. Quia coacta seruitia non sunt grata, ut dicit *Gregorius*. [petisses ab eo] qui dat omnibus affluenter, & non impropetur. *Iaco. 1.* & *Luc. 11.* Petite, & dabitur vobis [et] dedisset [gratis] tibi aquam viuam] hoc est, effectum vitæ in te facientem. *Isa. 55.* Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, venite & bibite cum lætitia. Et est litera *Septuaginta*.

Aqua autem viuæ secundum *Augustinum* est non alia quam illa, quæ ubi oritur, excipitur. Alij tamen dicunt, quod aqua viuæ est quæ actum facit aquæ secundum impetum purificandi & infigidandi. Mundare enim habet ex sinceritate humoris & subtilitate. Et ad illius similitudinem, gratia sue Spiritus, in intellectu & in affectu dicitur aqua viuæ: quia impetu sui amoris purificat, & concupiscentiam refrigerat, & sic vitam inducit spiritualem. *Ioan. 4.* Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Ecce qualiter promittit beneficium. *Augustinus*. Petit bibere, & promittit bibere: eget quasi accepturus, & affluit quasi satiatus. Vnde etiam tam donum quod promittit, quam donantem magnificat: ut melius alliciat & prouocet ad petitionis deuotionem. Donum, inquam, cum dicit [Si scires donum Dei] hoc est, doni illius nobilitatem. *Esai. 2.* Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Donantem autem quando dicit [quis est qui dicit tibi] Ille enim est diues in omnes qui innocant illum. *1. Corin. 1.* In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita quod nihil vobis desit in vlla gratia. Sic ergo erudiens & petit, & promittit, & allicit ex dignitate doni & dantis.

Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex hac aqua sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam dabo ei, fiet fons in eo aquæ salientis in vitam æternam.

Hic tangitur dubij certificatio ut magis auide donum requiratur. Habet autem duos paragraphos, in quorum primo dubium mulieris exponitur: & in secundo determinatio dubij per Dominum adhibetur. In dubio ipso tria continentur, quorum primum est ratio difficultatis habendi talem

talem aquam qualem promittit: secundum, quod condens in verbis eius bene hanc querit, & quia magnum est quod promittit, tertio comparationem sui ad magnitudinem eorum qui presentem dederunt propositum [Dicit ei mulier] carnalem de aqua habens intellectum [Domine] Iam hic mulier incipit eleuari in reuerentia ad loquentem. Quia cui primum dixit, tu existimans plebicum humilem, hunc modo vocat Dominum, aliquid magnum alijs superpositum gerens in ipso. *Ioan. 13.* Vocatis me magister, & Domine, & bene dicitis: Sum etenim. *Esai. 13.* Dominus vniuersorum tu es. Et ideo etiam dicitur eius, ut despiciens loquentem, non contradicit. Non enim dicit, stultitia est quod loqueris: quia nihil est impræsentiarum vide aliam quam istam aquam habere possis, & istam etiam habere non poteris: & ideo stulte promittis. Sed reuerenter ex promissione concipiens eum esse magnorum Dominum statim surgit in reuerentiam, dicens.

Domine neque in quo haurias habes] quia in vasculis (ut dicit *Chrysost.*) non continentur Iudæi Samaritanis: & ideo sciuit quod sua hydria non hauriret, hoc est, hydria mulieris: neque aliam Iudæis licitam adesse vidit [et] puteus altus est] Qui fons prius, idem vocatur hic puteus: sicut dicit *August.* Quia omne quod fundit aquas est fons: sed putei nomen addit, quia puteus dicitur quando fossium est profunde in terram ad locum in quo funditur de terræ visceribus. Altum autem & profundum idem sunt. Sed profundum vocatur ab alto in inum respicientium autem vocatur quando ab imo in altum respicitur. Sic ergo altus hic, profundus est. Et sic cum ad locum fusionis aquæ, liber non patet aditus.

Vnde ergo habes aquam viuam? Non negat eam habere, sed presentibus detenta querit, vnde sit sibi facultas habendi aquam viuam promissam? Domini autem intentio est de Spiritu loqui, & gratia eius cuius hauritorium est Spiritus: Aqua autem viuæ est gratia purificans & refrigerans. *Gen. 24.* Dabitur aquam de hydria tua ut bibam. De puteo autem dicitur *Num. 21.* Puteus quem foderunt principes & parauerunt duces in datore legis & in baculis suis. Puteus enim ille est profunditas mysteriorum, qui fossus est per intellectum & studium legis & principum Prophetarum. In baculis, qui significant rectitudinem veritatis fidei & vitæ. *Exod. 12.* Baculos tenentes in manibus.

Aqua autem viuæ est quæ facit effectus vitæ, qui sunt facere germinare, sicut restringere, fructificare. De primo dicitur *Osea ultimo.* Ego quasi ros, & Israël germinabit quasi lilium. De secundo *Isa. 55.* Omnes sitientes venite ad aquas. De tertio *ibidem.* *Isa. 55.* Quomodo descendit imber & nix de celo, & illuc, ultra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare facit eam, & dat semen serenti & panem comedenti. Sic erit verbum meum quod agredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Sic ergo est aqua viuæ.

Nunquid tu] quasi diceret. Magni fuerunt qui nobis hanc aquam dederunt & ad vltus proprios adhibuerunt: est meliorem habuissent, vltibus propriis, adhibuissent. Et hoc est quod dicit

[Nunquid tu maior es patre nostro Iacob] Hæc enim Samaritana in hoc quod se in genus Iacob immiscet, signum facit quod promissiones Dei exspectabat, & gentilem ritum tanquam nihil ducebat. Multi enim ex filiis Israël Samaritanis erant coniuncti: & ex illis se descedisse significat [Iacob enim erat Pater decem tribuum] quorum multi fuerunt cum Samaritanis & commisti fuerunt cum illis: & ex his descendens gloriatur se patrem Iacob habuisse [qui dedit nobis puteum] tanquam posteritati suæ. *Gen. 26.* legitur quod Iacob fodit puteos, quos inuidentes Philistiæ terra replederunt: sed postea sunt aperti, & sic missi per hereditatem ad posteros [et] ipse ex eo bibit] quod non fecisset si meliorem habuisset [et] filij eius] quibus libenter optimas aquas procurasset [et] pecora eius] Hoc autem totum spiritualiter intellexit Christus *1. Cor. 10.* Omnes eandem potum spirituales biberunt: bibebant autem de spiritali, consequente eos petra. Petra autem erat Christus. *Num. 20.* Bibet omnis multitudo & iumenta. *Psal. 35.* Homines & iumenta saluabis Domine. Homines quidem sunt rationabiliter viuentes. Iumenta autem bestiales, qui rudimenta fidei vix cognoscunt. Et hoc est quod illa ignorans, ad Christi dixit intellectum. Hoc iuravit Moyses *Num. 20.* Aperti eis thesaurum aquæ viuæ: ut satiati, cesset murmuratio eorum. Hic enim fons à Patriarchis per Prophetas vsque ad homines & iumenta derivatus est.

Respondit Iesus & dixit ei] soluendo quæstionem & reducens ad spirituales intellectum. *Ioan. 5.* Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, hoc est, spiritualiter intellecta, vita sunt [Omnis qui biberit ex aqua hac] sensibilibus] [sitiet iterum] redeunte causa sitis: & ideo non est magnum hanc aquam dare, nec ego de illa intelligo [qui autem biberit ex aqua] Spiritus sancti [quam ego dabo] credentibus] non sitiet in æternum] dummodo permaneat cum aqua quam ego dabo ei. Ideo dicitur *Ierem. 2.* Quid tibi vis in via Ægypti ut bibas aquam turbidam? Et quid tibi vis cum via Ægyptiorum ut bibas aquam fluminis? Iste enim aquæ humanæ consolationum temporalium, non sedant sitim desiderij humani, sed aquæ gratiæ spiritualis secundum intellectum & affectum, sedant animæ desiderium. *Gen. 4.* Fons hortorum: puteus aquarum viuendum, quæ sunt impetu de libano. *Gen. 2.* Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem paradisi. Ista est enim aqua sancti Spiritus in donis eius. *Ecclesi. 15.* Aqua sapientiæ salutatis potavit illum.

Sed contrarium illius videtur esse illud. *Ecclesi. 24.* Qui bibunt me, adhuc sitient. *Psal. 41.* Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuam. Ad hoc dicendum, quod est desiderium rei non habite ut habeatur, & est desiderium rei habite ut plus habeatur, & est desiderium rei habite ut contineatur: & quodlibet illorum desideriorum vocatur sitis. Et quod dicitur, Qui edunt me adhuc esuriunt: & qui bibunt me adhuc sitiunt, intelligitur de secundo & tertio desiderio, & non de primo. Et quantum ad primum loquitur hic. Et ideo sequitur.

Sed aqua quam ego dabo ei] spiritualis gratia Spiritus sancti [fiet in eo] quia Spiritus sanctus

ctus habitabit in eo qui est [fons aquæ] talis [fa-
liens] & ideo viua : faliens enim aqua viua est
[in vitam æternam] Quia sicut dicit *Chrysol.*
Cum Spiritus sanctus in cor hominis intrauerit,
omni fonte magis manat. *Esai.* 10. Fons par-
uus crescit in flumini maximum, & in aquas
plurimas redundauit. *Psalm.* 45. Fluminis impe-
tus lætificat ciuitatem Dei.

Dicit ad eum mulier. Domine, da
mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque
veniam huc haurire.

Hic iam tangit a muliere in donum Dei (quam-
uis non intellectum) elicita consensum. Et hoc
est quod dicit [Domine] Adhuc permanet in
confessione Domini vocans eum Dominum. *Psalm.*
8. Domine Dominus noster : quam admirabile
est nomen tuum in vniuersa terra [da mihi hanc
aquam] Quamuis quid sit non intelligam, tamen
iam profeci vt credam magnum aliquid esse, & in
tua potestate constitutam : & ideo peto [da mihi
hanc aquam] Hæc enim fluit de fonte aquæ
viuæ, quam multi male dereliquerunt, & aquam
voluptatis mundanæ quærunt. *Ierem.* 2. Duo
mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fon-
tem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissi-
patis que continere non valent aquas. Voluptas
enim refrigerij carnalis, cisterna est multis di-
tributionibus dissipata. Sic etiam vt aquas insipidæ
consolationis ad declarationem non diu conti-
neat : & hydria cordis hauriens has aquas, sæpe
doloribus & angustijs confringatur. *Eccle.* 40.
Confringetur hydria super fontem. Quia sicut
dicitur *Psalm.* 14. Ritus doloris miscbitur, & ex-
trema gaudij luctus occupat. Hæc autem sapiens
mulier (quamuis non plenarie intellectam aquam
sapientie & gratiæ diuinæ consideret) sperans in
ea, & sitim extinguere, & a laboribus inutilibus
huius mundi liberari. Et hoc est quod dicit [vt
non sitiam, neque veniam huc haurire aquam]
Vnde *August.* Ad laborem necessitas cogebat,
& laborem infirmitas recusabat. Vtinam audiret
illud *Matth.* 11. Venite ad me omnes qui labo-
ratis, & onerati estis : & ego reficiam vos.

Sciuit enim hæc mulier & experta fuerat, quod
cupidas facultatum, concupiscentia deliciarum,
& ambitio honorum nunquam satiantur : sed sem-
per cum labore haurire oportet. Et de cupiditate
quidem *Eccle.* 14. Infatiabilis oculus cupidi
in parte iniquitatis. *Osai.* 4. Comedent & non
saturabuntur. De concupiscentia deliciarum di-
citur *Mic.* 6. Tu comedes, & non saturaberis.
De ambitione autem honoris dicitur *Præd.* 13.
Venter impiorum infatiabilis. De huiusmodi di-
citur *August.* Aqua in puteo, voluptas est seculi
in profunditate tenebrosa. Hanc hauriunt ho-
mines hydria cupiditatis. Nisi enim præhauerit
cupiditatem, non potest peruenire ad volupta-
tem. Et ideo hæc mulier fugere nititur hanc
aquam.

Hæc aqua hauritur de quatuor fontibus, scilicet,
immunditæ, imitationis peruersæ, curiosi-
tatis vanæ, damnationis æternæ. Fons immun-
ditæ, concupiscentia carnalis est : de quo habe-
tur *Leuit.* 20. Qui coierit cum muliere in fluxu
menstruo & reuelauerit turpitudinem eius, ipsa-
que aperuerit fontem sanguinis sui, morte mo-

riatur. Mulier ista immunda in sanguine, est con-
cupiscentia carnalis in seruire sanguinis posita.
De fonte imitationis peruersæ dicitur *Psalm.* 25.
fons turbatus pede & vena corrupta; iustus cadens
coram impio. Iustus quippe cadit coram impio,
quando ad exemplum eius perueritur. De fonte
curiositatis vanæ dicitur *Eccle.* 26. Sicut viator
sitiens ad omnem fontem os aperiet, & ex omni
aqua proxima bibet. Quia curiosus singula ad se
pertinentia quærere explorare. De fonte damna-
tionis æternæ dicitur *Apoca.* 8. Stella magna
ardens cecidit tanquam facula, & cecidit in ter-
tiam partem fluminum & in fontes aquarum, &
nomen stellæ dicitur absinthium : & facti sunt
amari. Hic fons potat superbos, & impios,
& iracundos : quia hæc vitia sunt damnatorum in
inferno, quibus & hic in culpa & in futuro in pec-
na potantur. Non est ergo mirum si mulier hæc
tormentum quærere fugere huius sitis, & causatur
laborem hauritionis, quærens per aquam Christi
solui ab vtroque. Et hoc est quod dicit [vt non
sitiam & non veniam huc haurire]

Dicit ei IESVS : Vade voca virum
tuum, & veni huc. Respondit mulier,
& dixit : non habeo virum. Dicit ei
IESVS : Bene dixisti, quia non habeo
virum. Quinque enim viros habuisti :
& nunc quem habes, non est tuus vir.
Hoc vere dixisti.

Hic incipit eam ad fidem manuducere per reuelationem
secretorum, quæ nemo poterat scire nisi
per spiritum diuinum. Diuiditur hæc pars in
duas partes, in quarum prima continetur mulie-
ris ad fidem instructio : & in secunda Discipulo-
rum instruendorum admiratio *Ibi* [Et continuo
venerunt Discipuli] Prima hæc subdiuiditur
in tres partes, in quarum prima per reuelationem
secretorum se prophetalem spiritum habere mulie-
ri ostendit : in secunda per ordinationem veri
cultus se ostendit legislatorem *Ibi* [Dicit ei mu-
lier : Domine, video] In tertia manifeste se Chri-
stum esse declarat *Ibi* [Scio quia Messias venit]
In prima tria continentur, scilicet, per reuelatio-
nem secretorum ad fidem excitatione mulieris, per
verecundiam secreti reuelati palliatio, & mulie-
ris turpitudinem palliantis blanda reprehensio.
Dicit ergo [Dicit ei IESVS] altius eam ad fidem
erigens. Iam enim Dominum esse confessa [voca
virum tuum] Quod *Chrysol.* de viro materiali
hic exponit, dicens quod virum suum qui ea
abutebatur vocat, qui alteri mulieri legitime fuit
coniunctus : tamen in facie hominum sibi coha-
bitabat, & tanquam vir suus habebatur : quam-
uis mulier sibi conscia esset, quod ille vir
suus esse non posset. Et de hoc loquens dicit
[voca virum tuum] hoc est, qui pro viro tuo
habetur ab hominibus. Quia per illum discere
debes : & mandata diuina per illum ad te debent
deuenire. Qui quamuis in conscientia tua & co-
ram Deo non sit vir tuus, tamen in facie Eccle-
siæ pro viro habetur : & iudicium Ecclesiæ est ap-
probandum & honorandum, quamuis aliquando
Ecclesiæ vt homo decipiatur. *1. Tim.* 2. Mulier
in silentio discat, cum omni subiectione. Doce-
re autem, mulieri non permitto, neque dominari
in

in virum. *1. Cor.* 14. Mulieres in Ecclesiis taceant,
neque enim permittitur eis loqui : sed subiectas
esse, sicut & lex dicit *Gen.* 3. Sub viri potestate
eris. Siquid autem volunt discere, domi viros suos
interrogent.

Augustinus autem aliter exponit, dicens quod
cum sciret eam virum non habere, non poterat
de viro materiali intelligere : sed de rationis su-
periori parte intelligit, quæ consulendis superio-
ribus inhaerescit : vt ad illius consilium vitam or-
dinet & emendet. Sunt autem hæc verba *Augu-
stini* [Vade, voca virum tuum] Tu sensualis,
voca virum rationalem intellectum : quo vt viro
regaris, tu quæ modo carnaliter sapis. Hunc ego
lux & caput illuminabo. Quasi diceret. Hæc quæ
dico, non carnaliter (vt tu animalis facis) sed
spiritualiter sunt intelligenda, & ducta rationis
sunt accipienda. Et ideo para mihi intellectum,
& veni intelligendo adhuc spiritualia quæ dico.
Hæc sunt verba *Augustini*. Et secundum hoc
mulier est inferior portio rationis, quam hæc
mulier ad luxuriam reuelat sensualitatis : & ve-
rum intellectum, hoc est, rationis superiorem
partem dimiserat, & libidini sensualitatis se to-
tam commiserat. Et hoc in ea scire non poterat
ignotus sibi Dominus nisi per conscientiam se-
cretorum. *Psalm.* 7. Scrutans corda & renes
Deus. *Isa.* 46. Redite, redite præuaricatores ad
cor. *1. Cor.* 11. Caput mulieris est vir, caput ve-
ro viri est Christus, caput autem Christi est Deus
[& veni huc] ad illuminationes vel per virum,
vel per intellectum accipiendas. *Isaie vigesimo pri-
mo cap.* Si queritis, quærite : conuertimini &
venite. *Psalm.* trigesimo tertio. Accedite ad eum
& illuminamini : & facies vestras non confundentur.

Respondit mulier & dixit [Crimen suum pal-
liando. Et hoc ad vtrumque sensum refertur *Gen.*
3. De folijs figi fecerunt sibi perizomata, quibus
suam tegerent nuditatem. *Psalm.* 140. Non de-
clines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas
excusationes in peccatis [Non habeo virum] se-
cundam expositionem *Augustini* planum est.
Secundum autem expositionem *Chrysol.* Palliatio
turpitudinis. Tamen verum dicit. *Ierem.* cap. 2.
Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.
Osai. cap. 2. Ipsa non vxor mea, & ego non vir
eius.

Dicit ei IESVS [Ecce blanda correptio. Vbi
dictum, in aliquo sensu bene dictum esse osten-
ditur, & tunc correptio adhibetur : & iterum ad
blandimentum sermonis redditur, & in quo re-
ctum sit dictum ostenditur : & tamen veritatis
correptio & ostensio non tacetur. *Gal.* 6. Si præoc-
cupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spiri-
tuales estis instruite illum in Spiritu lenitatis. Si-
militer fecit *Apostolus* *1. Corinth.* cap. 11. Lau-
do vos fratres, quia per omnia memores mei
estis : & sicut tradidi vobis, præcepta mea serua-
tis. Et post illam laudem, statim adhibet repre-
hensionem qualiter mulieres orabant capite non
velato. Item *ibidem*. Lauo vos, & in hoc non
laudo : formam dans in hoc vt Prælati non aspere
reprehendant, & in reprehendendo laudent quæ
sunt commendanda. *Luc.* 10. Infundens oleum &
vinum. Quia mansuetudine & benevolentia le-
nuuit vngens, quem vino asperitatis reprehendit
lauans [Bene dixisti quia non habeo virum]
D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.

Nemo enim in toto est malus, neque aliquis est
in toto corruptus. *Ierem.* 31. Viquequo deliciis
dissolueris filia vaga ? Vagabunda enim fuerat
mulier hæc [Quinque enim viros habuisti]
secundum *Chrysolom.* quinque abusi fuerant ea.
Ierem. capitulo tertio. Fornicata es cum amato-
ribus multis, tamen reuere ad me & ego
recipiam te. *Osai.* capitulo secundo. Vadam post
amatorem meos, qui dant panes meos mihi, &
aquis meas, & lanam meam, &c. [& nunc quem
habes] hoc est, quem in facie hominum habere vi-
deris [non est tuus vir] *Matth.* 14. Non licet
tibi habere eam.

Secundum expositionem *Augustini*, secundum
quam mulier est inferior pars rationis quæ non
habet virum regentem, quando non conuertitur
ad intellectum, qui superioribus contemplandis
& consulendis inhaerescit : hæc mulier quinque
viros habet, quia quinque sensuum delectabi-
libus inhaeret per abusum. Et ideo etiam sub alia
metaphora significatur. *Luce* capitulo 14. Per
quinque iuga bouum : quia rationis inferior pars
sicut bos fir inmentina, & alligato iugo arat &
lasciuit ad modum luxuriantis vitis, sicut dicitur
Iudicium capitulo decimo quarto. Nisi arasseris in
vitula mea, non soluissetis propositionem meam.
Primus autem vir secundum hæc, est primus sen-
sus, qui est vanitas visus in iocis & ludicris in-
continentiam inducentibus & spectaculis. *Eccle-
sastici* 26. Fornicatio mulieris in extollentia o-
culorum eius, & in palpebris illius agnoscerit.
Secundus autem vir est auditus turpium verbo-
rum. *2. Corinth.* 15. Corruptant bonos mores
colloquia praua. Vnde de fornicaria muliere di-
citur *Prædicator capitulo septimo*. Irrexit eum
multis sermonibus, & blanditiis laborum eius
pertraxit eam. Tertius vir est olfactus incendium
ad libidinem : ideo in malis mulieribus olfacto-
riola *Isaie capitulo tertio* reprehenduntur. *Præd.*
capitulo 7. Resperi cubile meum myrrha & aloë
& cinnamomo. Veni inebriemur vberibus, &
fruemur cupitis amplexibus. Lasciuientes enim
mulieres fragrantiam sibi vberum excitant, vt
quando prope viros sunt, ipsi odoribus ad
libidinem prouocentur. Quartus vir est gustus,
cuius ventri subnexa sunt genitalia. Quia sicut
dicit *Hieronymus*. Venter nero æstiuus, fa-
cile despumat in luxuriam. *Hieronymus*. Non
æterni ignes nec vulcani montes ita æstuant,
sicut iuueniles medullæ, vino & dapibus in-
flammatæ. Hinc est quod dicit *Gregorius*, quod
sicut dicitur *Ieremie ultimo*. Nabuzardan prin-
ceps coquorum Babylonis succendit templum
Domini, quod est castum corpus : quia ignis
libidinis ex calidis escis & potibus castitatem
destruit. Vnde *Amos capitulo sexto*. Tres de
istis sensibus fornicantibus in vnum coniu-
gantur. Dicit enim sic. Qui dormitis in lectis
eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Qui
comeditis agnum de grege, & vitulos de medio
armenti. Qui canitis ad vocem psalterij sicut
Dauid putabant se habere vase canticij. Biben-
tes in phialis vinum, & oprimo vnguento delib-
ti. Quasi diceret. Quod in strato lasciuitis causa
est, quia libidinem per delicatos cibos & potus, &
organicas melodias, & odores vnguentorum in
vobis fopetis.

Quintus vir fornicans est tactus, in cuius de-
lectatione

lectatione ipsius fornicationis delectabile confitit. *Ezech. 16.* Diuisti pedes omni transenti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas, & fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum carnium, & multiplicasti fornicationes tuas ad iritandum me.

Isti sunt quinque viri quibus in delectationem carnis abusa est mulier. Nunc autem quem habet non est suus vir, est error vel hæresis in credendis: qui vir, non est vir animæ rationalis, cui, sicut dicunt *Boetius & Damascenus*, notitia veri & boni naturaliter inserta est. Hoc autem viro seducitur & abducitur ne redeat ad lumen veritatis. *1. Reg. 25.* Qui secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. Isti ergo sunt viri quibus hæc mulier est abusa secundum *Augustini* opinionem. Et hoc est quod dicitur [hoc vere dixisti] Veritas enim commendanda est in confessione. *Eph. 4.* Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.

Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.

Hic tangitur altior profectus mulieris: quia quem primo quemlibet de populo Iudeorum, & postea Dominum vocauerat, modo Prophetam, quasi concium secretorum cordium confitentur: & Christus ei per ordinationem cultus se ostendit legislatorem. Vnde hæc particula habet tres paragraphos, in quorum primo ponitur de cultu questio mulieris: in secundo de cultu ponitur solutio Domini: & in tertio causa redditur solutionis. Dicit ergo [Domine vt video] Tria dicit: confessionem questionis, causam, & questionem. Confessio est quod dicitur [Domine vt video] Hoc enim, vidit per secretorum reuelationem [vt video] hoc est, vt signo concilio, quia tu scis secreta hominum. Sciuit enim quod Prophetæ secreta hominum etiam absentium per spiritum Dei cognouerunt. *4. Reg. 5.* Nonne cor meum in præsentem erat quando descendit homo de curru suo, & occurrit tibi? Et *1. Reg. 9.* Dominus reuelauerat auriculam Samuelis [Propheta es tu] hoc est, per spiritum diuinum concium secretorum. *Luc. 24.* Qui fuit vir Propheta potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. *Iuam. 6.* Hic est vere Propheta qui venturus est in mundum.

Patres nostri] Ecce questionis fundamentum: quia patres nostri Patriarchæ qui tantæ fuerunt auctoritatis quod facta eorum merito posteris deberent esse in exemplum [in monte hoc] hoc est, in montibus excelsis, & in hoc monte multi eorum adorauerunt] sicut Abraham. *Genes. 22.* Tolle filium tuum quem diligis Isaac, & offeres illum tibi in holocaustum super vnum montium quem dixeris tibi. *Exod. 24.* Ascende ad me in montem, & esto tibi. Quidam tamen dicunt quod mons ille fuit mons Garisim, de quo *Deut. 11.* dicitur, in quo factæ sunt benedictiones. Vel forte mons in quo obtulerunt Patriarchæ sacrificia. *Gla.* tamen videtur generaliter exponere: Quia

patres in monte adorauerant, templa adhuc non habentes (quod mulier credebatur perpetuis temporibus obseruandum)

Et vos dicitis] qui Iudæi estis [quia Ierosolymis] apud vestram metropolim [est locus vbi] hoc est, in quo [oportet adorare] ita quod alibi non valet adoratio. Ac si dicat mulier: vos Iudæi non sequimini auctoritatem Patriarcharum, qui tantæ fuerunt dignitatis apud Deum quod eis Dominus apparuit, & eos in montibus adorare & offerre sacrificia præcepit. *Genes. cap. 22.* Offer filium tuum super vnum montium quem dixeris tibi. Propter quod ipse mons, visionis diuinæ nomen accepit, sicut *ibid.* dicitur. In monte videbit Dominus. *Gen. 19.* Non stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. *Iere. 31.* Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ & mons sanctus. *Psal. 67.* Mons in quo benedictum est Deo, &c. *Isa. 2.* Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. Sic ergo auctoritate Patrum & Scripturæ fidei, nos adoramus in montibus, & vos dicitis: quasi diceret. Hoc mirum est, quod hoc ausi dicere estis, quod Ierosolymis est locus congruus vbi oportet ex iussu Domini adorare: cum lex nullam determinauerit locum, & ex quo lex non determinat, sed dicitur perendum esse ad locum quem elegerit Dominus: potius fuerit locus ille eligendus in monte hoc quam in ciuitate, vbi tumultus frequentantium impedit orationem: sicut & Elias *3. Reg. 19.* cum orare vellet, perrexit ad montem Dei Oreb.

Et attende, quod mulier hæc putabat localem esse cultum Domini, & conuenienter locum esse in monte quam alibi. Iudæi etiam carnales errorem quem habent non correxerunt: quia non vbi que, sed locum congruum orationi dicantur putabant esse Ierosolymis. Vnde Salomon in templo orandum dicebat *3. Reg. 8.* *Dani. 6.* Daniel contra templum tribus vicibus orabat per diem. *Psal. 137.* Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Vnde error fuit in hoc quod vtrique, & Samaritani & Iudæi localem Dei cultum existimabant: & hoc acceperunt *Gen. 28.* vbi Iacob dixit: Quam terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei & porta celi. Vere Dominus est in loco isto & ego nesciebam. Pro Iudæis est autem quod dicitur *Isa. 64.* Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ vbi te laudauerunt patres nostri, facta est in exustionem ignis. *2. Mach. 7.* Eo quod in loco vere sit quædam Dei virtus. Nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad male faciendum percutit & perdit. Hos ergo errores ambos circa cultum corrigat Dominus vt verus Legislator & Dominus. Et hoc est quod sequitur.

Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi quia veniet hora quando neque in monte, neque Ierosolymis adorabitis Patrem.

Dicit ei Iesus] sicut omnis veri illuminator & Doctor. *Isa. 48.* Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, & gubernans te in via quam nescis. *Can. 1.* Indica mihi quem diligis anima mea,

mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie; ne vagari incipiam. *Psal. 24.* Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Hic est enim vnigenitus qui solus est in sinu Patris: & ideo hæc omnia scit corrigere & enarrare *Ioan. capitulo 1.* [Mulier crede mihi] Dicit autem tria, scilicet, ablationem erroris, veterum intellectuum veritatis, & doctrinam vere adorationis. Ex ablatione erroris dicit tria, scilicet, sermonis dicendi confirmationem, temporis impletionem, & erroris correctionem. De primo dicit [mulier crede mihi] quia iam te ad fidem qua me Prophetam constituitis subleuauit. Prophetæ autem qui promissus est in lege est credendum, & verbis suis fides adhibenda. *Deutero. capitulo 18.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia quæ præceperō illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo non audierit, ego vltor existam. Ex quo ergo tu me confiteris Prophetam [crede mihi] quia illi Prophetæ fides est adhibenda.

Quia veniet hora] Ecce temporis adimpletio. Non enim semper propheta dependebit ad futurum, sed tempus est nunc impletum. *Gala. cap. 4.* Quando venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum. *Psal. 64.* Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Corona enim anni transit in circulum, quando tempore impleto veritas impleuit promissionem [quando] tenebatur veritate] neque in monte hoc in quo præcessit figura patrum. *Genes. capitulo 35.* Surge Iacob & ascende Bethel & habita tibi: facque altare Deo qui apparuit tibi, & tibi adora Deum. *3. Regum cap. 3.* Salomon abiit in Gaboon vt immolaret tibi. Illud quippe erat excelsum maximum. Per montem enim adorationis patres ostendere voluerunt altitudinem cordis, quæ in adorante esse debet, non quod localis esset adoratio. Et quia hoc posteri in abusum traxerunt, putantes localem esse Deum qui adoratur: ideo corrigendum est hoc. Vnde sequitur.

Quando neque in monte hoc] in quo vos locale numen adoratis [neque Ierosolymis] in templo, quod in figura demonstrationis celestium ad locum orationis elegit Deus. Non quod ibi localiter adorandus esset tantum: sed quod ibi in typo celestium dispositio demonstraretur, propter quæ Deus esset adorandus. Et cum etiam hoc in abusum trahat cæcitas Iudeorum, & dicat Iudeorum esse Deum tantum & non Gentium: ideo corrigendum est erroris vitium. *Iere. 26.* Sion quasi ager arabitur, & Ierosolyma in æceruum lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum. *Romans. 3.* An Iudeorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Imo & Gentium, quandoquidem vnus Deus est qui iustificat circumcissionem ex fide, & præputium per fidem. Vnde de reprobatione templi ex parte infidelitatis Iudeorum (qui credebant alibi non inuenire Deum nisi adorando versus templum) dicitur *Malach. 1.* Non est mihi voluntas in vobis, & manus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magorum nomen meum est in Gentibus: & in omni loco nomini meo offeritur oblatio munda. *Psal. 112.* A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

[adorabitis] hanc adorationem. *Psal. 102.* In omni loco dominationis benedic anima mea Domino. Ad hanc etiam sensum Salomon cum domum Domini dedicaret, adorantes inuitauit quando dixit *3. Regum 8.* Si cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis dominus hæc quam edificauit. Sed hoc populus carnalis non intellexit, putans Iudeorum esse Deum tantum, & non debere adorari nisi in templo vel versus templum [Patrem] quem mulier & alij adorantes Deum, sub nomine Patris adorauerunt: & ideo Patrem dicit esse adorandum. *Isa. 64.* Pater noster es tu, nos vero iurum: & fictor noster, & opera manuum manuum omnes nos. *Malach. cap. 2.* Nunquid non vnus est Pater omnium nostrum? Et quia Pater est omnium, & in omnibus: ideo ab omnibus & vbi que adorandus.

Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est.

Hic mulieri exponit intellectum veritatis dicens tria, scilicet, errorem Gentium, Iudeorum intellectum spirituales, & huius assignat causam specialem. Dicit ergo [Vos] Gentiles vel Samaritani quamvis legem recipiatis [adoratis quod nescitis] quia secundum legem intenditis Deum terræ colere, quem propter timorem bestiarum terræ colere corpibus & legitima eius in lege tenete, sicut dicitur *4. Reg. 17.* Et sic etiam alij Gentiles adorantes idola, quod nesciunt adorare: quia idolum non habet diuinitatem. *1. Corin. cap. 8.* Esti sunt qui dicuntur Dii, sive in cælo, sive in terra [siquidem sunt Dii multi & Domini multi] nobis tamen non est nisi vnus Deus, per quem omnia, & nos per ipsum, & in quo omnia, & nos in ipso. *Sap. 14.* In magno incerta bello viuentes, tot & tam magna mala patem appellauit. *Alb. cap. 17.* Tempora huius ignorantie despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbi que penitentiam agant. Et *ibidem ante parum.* Qui cæli & terræ cum sit Dominus non in manufactis templis inhabitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia.

Nos] Iudæi qui intellectum legis habemus. Quibus se connumerat Dominus, quia ad ipsam pertinent. Vnde *Gla.* Quorum patribus promissus est Christus. *Romans. 9.* Quorum patres ex quibus Christus est secundum carnem [adoramus quod scimus] per legem & Prophetas. *Gla.* Non omnes, sed electi [adoramus quod scimus] quia nobis cognitio Dei est per testamentum promissa, in quo promissus est nobis Christus. *Baruch 4.* Animæ quæ sunt populi Dei: quia quæ Deo placent manifesta sunt nobis. *Gala. cap. 3.* Abrahæ dicitur sunt promissiones, & sententiæ eius [quia salus ex Iudæis est] Hic tangit causam. Salus enim est ex Iudæis, quia Saluator est prædictus hæc ex Iudæis, & ille est lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ad scientiam veritatis *Ioan. cap. primo. Lucæ 1.* Iustificandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturam se nobis.

G 2 Hbr.

Hebraei. 1. Nusquam Angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit. *Genes.* 26: In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Vnde etiam quamvis salus sit ex Iudæis: non tamen datur solis Iudæis. *Isa.* 49. Parum est mihi ut suscipies mihi tribus Jacob & facies Israel conuertendas: dedi te in lucem Gentium ut sis salus mea usque ad extremum terræ.

Sed venit hora & nunc est.

Hic tertio tradit cultum veræ adorationis: & dicit quatuor, scilicet, temporis reuelandæ iam veritatis implementationem, veræ adorationis conditionem, adorantium ad eum qui adoratur congruitatem, & eorum quæ tradenda sunt de cultu Dei plenam rationem. Dicit ergo [Sed venit hora] hoc est, in veniendo est hora. Et hoc dicit, quia hora ista non est indiuisibilis. Sed iam per Incarnationem & Baptismum incepit, & per complementum Passionis & Resurrectionis & Ascensionis, est divulgandæ per mundum veritatis, & continuo in veniendo. *Romano. cap.* 13. Hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nunc præcessit: diei autem appropinquauit [& nunc est] quia iam in Sacramento incepit, in quibus veritas patet. *Isa. cap.* 29. Additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt. Iam enim finiti sunt anni promissionum, & reuolutus est annus in quo veritas est manifestanda. *Ezech.* 11. Non prolongabitur ultra omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero completur. Et hoc est quod dicit [& nunc est] quia veritas Christus est, post quem alius expectandus non erit.

Quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales querit, qui adoret eum. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.

Hic tangit veræ adorantium conditionem. Tangit autem quatuor: conditionem scilicet, verorum adorantium, ipsam adorationem, eum qui adoretur, & conditionem veræ adorationis. De primo dicit [Quando] quia tempus plenitudinis Christi, gratiæ, & veritatis hoc exigit [veri adoratores] Adorator est qui ad hoc tendit quod adorat. Verus autem adorator qui non est fictus, sed intus per deuotionem est, qualis apparet exterius. Dicit ergo [quando veri adoratores] quorum oratio accedit ad eum qui adoratur. *Psal.* 118. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Vnde qui recte adorat, per intellectum ei quem adorat appropinquat: vnde & *Damasceus* dicit, quod oratio est ascensus intellectus in Deum. Intret postulatio mea in conspectu tuo. *Ecclesiastici cap.* 35. Oratio humilientis se nubes penetrabit: & donec appropinquet, non consolabitur, & non discedet, donec Altissimus aspiciat. *Psal.* 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum tuarum sacrificium versperinum.

Verus adorator autem est, sicut diximus, non

fictus: & ad hoc exiguntur quatuor, quorum vnum est, quod cor sit cum labiis in cogitatione: secundum est, quod mens sit cum oratione in delectationis intentione: tertium est, quod non confidat in orationis rhetoricâ persuasione, hoc est, quod ore in simplicitate: quartum autem est, quod oratio non impediatur contraria operatione. De primo dicitur de quibusdam. *Isaie capitulo* 29. Qui hoc quod orabant, in corde non habebant. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Et est translatio *Lxx.* Nostra autem translatio habet sic: Eo quod appropinquat populus iste, ore suo & labiis suis glorificat me: cor autem eorum longe est à me. Secundum autem est, quando intentio orantis quiescit in re temporali. Tunc enim oratio (quæ debet esse de æternis) non est circa idem in quo animus orantis delectatur. *Terent.* *cap.* 12. Prope es tu ori eorum, & longe à rebus eorum. Renes enim loca sunt delectationis: delectatio autem orantis in Deo debet esse qui adoratur. *Psal.* 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. De tertio dicitur *Matth.* 6. Orantes nolite multa loqui sicut ethnici faciunt. Hi enim putant orationibus rhetoricis persuadere. Et hi non orant in simplicitate *Iob capitulo* 41. Non parcam ei verbis potentibus & ad deprecandum compositis. Sicut orationes rhetoricæ componuntur. Tales enim in multiloquio putant exaudiri. De quarto dicitur *Iohann. capitulo* nono. Scimus quia peccatores Deus non audit. *Secundus Machab.* *capitulo* nono. Orabar scelestus Dominum à quo misericordiam non erat consecutus. Isti ergo sunt veri adoratores: quia veritas est rectitudo sola mente perceptibilis, ut dicit *Anselmus*. Primum autem, ad orationem apponit rectitudinem cordis: secundum rectitudinem intentionis: tertium autem rectitudinem simplicitatis: & quartum rectitudinem operis. Sic ergo dicit: Veri adoratores.

Adorabunt] hoc est, oratione appropinquabunt. *Psalmo* quinto. Adorabo ad templum &c. Adoratio enim est, quæ virtute & feruore deuotionis ascendit, quæ calore charitatis ignescit, & fragrantia aromatum omnium virtutum coram Deo odorem spargit. De primo dicitur *Canticorum capitulo* tertio. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut yrgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris? De secundo in *Psalmo* 38. Concaluit cor meum intra &c. De tertio dicitur etiam in *Psalmo* 44. Myrrha & gutta & casia &c. (Supple, spirant) ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Talibus enim odoramentis Deus delectatur.

Patrem] Ecce quis adoratur: cuius scilicet, nomen dulcescit adoranti: qui paterno affectu suscipit orationem: qui ad esse gratiæ format & generat orantem: qui providentia Patris erudit ad orationem. De primo horum dicitur *Sapientie capitulo* decimo sexto. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes ostendebas. Hæc enim est dulcedo quæ sonat in nomine Patris. De secundo *Iohann. cap.* 11. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me: & ego sciebam quia semper me audis. In paterno enim affectu semper exaudit

exaudit filium, dum vere sit filius & non alienus. *Psal.* 17. Filij alieni mentiti &c. Quia ore se dicunt esse filios, & non habent Spiritum Patris. De tertio dicitur *Iohann.* 1. Dedit eis potestatem Filios Dei fieri. Et *ibidem*. Ex Deo nati sunt. *Matth.* 6. Pater noster qui es in cælis. Formas enim Pater cælestis ad cælestia. De quarto dicit *Roma.* 8. Quid oremus, secundum quod oportet nescimus. Ipse autem Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Spiritus autem ille est Spiritus Patris. Et sic patet quod Pater est adorandus.

In Spiritu & veritate] Condicio est veræ adorantis: & in duobus est. Spiritus enim dicit abstractionem à carne. *Luce.* 24. Spiritus carnem & ossa non habet. Et ideo in Spiritu adorat qui à carne & carnis desideriis & phantasticis conceptionibus abstrahitur, in quibus animales homines occupantur. 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi. *Gal.* 5. Spiritus ambulate, & carnis desideria non perficietis. Iste enim spiritualis est, qui omnia diiudicando intelligit: & cuius spiritus creatus, Spiritui increato immergitur & valetur. De primo 1. *Cor.* 12. Spiritualis homo diiudicat omnia. Et *ibidem*: Nos non spiritum huius mundi accepimus: sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. De secundo 1. *Cor.* 6. Qui adhæret Deo vnus spiritus est [& veritate] adorantis: ut scilicet, recta, & pura, & non phantastica sit adoratio: sed vera, sicut dictum est *Isaie capitulo* 8. Obsecra Domine, memento quod coram te ambulauerim in veritate & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.

Nam & Pater tales querit qui adorent eum] Tangit adorantium, ad eum qui adoratur, congruitatem. Quia tales querit Pater qui adoret eum sic: sicut ipse vere Pater est in exaudiendo. Et talis fuit *Paulus Roma.* 1. Cui seruo, id est, culturam exhibeo in spiritu meo in Euangelio Filij eius. Item *Roma.* 12. Deprecor vos representate corpora vestra, hostiam viuentem, beneplacentem, Deo rationabilem, culturam vestram. Sic enim inducit *Chrys.* Pater ergo tales querit qui talem exhibeant culturam siue adorationem: quia adoratio siue latria est cultura Dei. Non ergo Pater querit localiter adorantes: sed talem, ut dictum est, cultum adhibentes. 1. *Timo.* 2. Volo viros adorare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. 1. *Cor.* 14. Orabo spiritu, & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Rationem autem omnium horum determinat cum dicit.

Spiritus est Deus] Spiritus enim principium est vitæ. *Iohann.* 6. Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quicquam. Et ideo quia spiritus vitæ est principium, vitæ fuit ab ipso in nos per hoc quod est Spiritus, si nos in Spiritu & veritate tendimus per affectum in ipsum. Oratio autem, ut dicit *Augustinus*, est pius mentis affectus in Deum directus. Vnde dicit [& eos qui adorant eum] non in monte hoc neque ierosolymis: sed [in Spiritu & veritate oportet adorare] Quia enim Pater est Spiritus, nec imaginem, nec locum querit in quibus adoretur. *Isaie cap.* 40. Cui similem existimastis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? *Isaie cap.* 26. Spiritus meo

D. Alberti Magni, in Euang. D. Ioan.

in precordiis meis, de mane vigilabo ad te. Vnde qui adorat in carne, vel carnis imagine, vel loco: non in Spiritu adorat. *Reinard.* *cap.* 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Qui autem in Spiritu sunt, omnes Deo placent. Vnde *ibidem*. Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Similiter qui in veritate à Deo non sunt, non exaudiuntur. *Psal.* 4. Vt quid diligentis vanitatem & queritis mendacium? Veritas enim est rectitudo in qua res se habet in habitudine in qua est in mente diuina, & ad quam à mente diuina facta est. *Iohannis cap.* 16. Cum venerit ille Spiritus, veritatis docebit vos omnem veritatem, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

Sed queritur, Cum Deus sit veritas, quare non dicit, veritas est Deus, sicut dicit, Spiritus est Deus. Ad hoc dicendum, quod cum Deus dicitur Spiritus: in hoc verbo abstrahitur & absoluitur mulier ab errore Samaritanorum, qui dixerunt Deum esse localem. Samaritani enim non peccauerunt contra veritatem adorationis: sed contra spiritualitatem eius qui adoratur, quem localem esse credebant: & ideo dicitur, Spiritus est Deus, & non, Veritas est Deus.

Queritur autem adhuc, quia & nos videmur peccare in adoratione, quia imagines & templa veneramus. Sed ad hoc dicendum, quod non veneramus imagines, tanquam quædam virtus numinis illis præsideat, sed sicut dicit *Damasceus*, ad prototypum referentes. Tempia autem veneramus sicut in quibus representatur dispositio cælestium. Hoc enim non est error. Et ad hoc primum facta sunt tabernaculum & templum: quamuis carnales in errorem hoc induxerunt, sicut in præmissis dictum est.

Et si obiiciatur, quod tunc apud nos error iste corrigendus sit, ne fiat sicut apud antiquos. Dicendum, quod non oportet, quia iam gratia Spiritus de cælestibus apparuit reuelata: & ideo apud nos in errorem istud trahi non potest. *Apocalyp.* 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis. Hoc ergo est quod dicit hic.

Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.

Ecce pars in qua iam eleuata mulier, ad Messiam aduentum est inducitur: & habet duas partes, in quarum prima mulieris de aduentu Messie ponitur confessio: & in secunda Christi propter mulieris confessionem facta illuminatio. In prima dicuntur tria: certitudo fidei, in quem est fides (hoc est articulus) & gratia exhibenda merito fidei. De primo dicit [Scio] Similiter dicitur *Iob capitulo* 19. Scio quod Redemptor meus vivit.

Sed queritur, Qualiter dicitur scire hæc mulier, cum dicat *Richar. de sancto Viliore*, quod fides est lumen supra opinionem & infra scientiam veritatis existens. Magister autem *Hugo de sancto Viliore*, quod est supra scientiam;

& infra intelligentiam veritatis. Ad hæc autem & familia dicendum, quod mulier hæc notans fidei certitudinem dicit: Scio. 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus sum. Magister autem *Richar.* vocat scientiam veri, quæ non est ex parte, sed perfecte: quæ est scientia Sanctorum per visionem, quæ fit per speciem. Et hæc vocat Magister *Hugo* intelligentiam veritatis. Opinionem autem vocat vacillantem habitum humanæ conceptionis: quia super illum est fidei certitudo. Quamvis enim sit per speculum in ænigmate, tamen nihil est certius fide quæ æternæ immititur veritati. Hoc est ergo quod dicit Scio.

Quia Messias venit] Ecce creditus à muliere articulus. Messias enim hebraice, Christus est græce, & latine vnctus in Sacerdotem & Regem. *Psal.* 44. Vnxit te Deus Deus &c. Hæc autem scinit mulier: quia Samaritani quinque libros Moyfi receperunt. In *Genes.* 49. dicitur: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gentium. Et hæc translatio *Lxx. Hab.* 2. Simoram fecerit expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit [qui dicitur Christus] Hæc est interpretatio Evangelistæ propter sermonem græcum, in quo scripsit. *Isa.* cap. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me Deus: ad euangelizandum mansuetis misit me. [Cum ergo venerit] sicut prophetatum est de ipso [ille annuntiabit nobis] hoc est, annuntiare habet nobis [omnia] & sibi credendum est per omnia. Sicut enim Spiritus veritatis docet omnia: ita ille à quo fuit Spiritus omnia docet. *Ioan.* 14. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixerit vobis. *Ioan.* 1. Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Ille enim solus scit, & potest secundum deitatem: & ille solus habet vnctionem secundum humanitatem. 1. *Ioan.* 2. Vnctio docebit vos de omnibus. Et ita secundum deitatem potest & scit, quia est in intimis Patris: & secundum humanitatem habet Spiritum de omnibus docentem. *Isa.* 52. Propter hæc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego qui loquebar ecce adsum. Hoc est ergo quod dicit mulier. Et quia eleuauit mentem ad prophetandum de Messia: ideo veritate est de ipso Messia reuelatam meruit accipere. Et hoc est quod sequitur.

Dicit ei I e s v s] illuminando eam de persona Messia per eius actum, scilicet, annuntiationem omnium [Ego sum] Messias [qui loquitur tecum] *Ioan.* 9. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.

Sed queritur, Quare non à principio hoc dixit mulieri? Hoc etiam causabantur Iudæi quod tenuit eos in suspensio. *Ioan.* 10. Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Sed ad hoc dicendum sicut dicit *Chrys.* quod oportuit paulatim manuducere mulierem legem nõ cognoscentem: quia si statim à principio hoc dixisset, deliramentum videretur. Nunc autem postquam per colloquutionem Scripturarum, per sacerdotum reuelationem, per cultus ordinationem manuducta est: tunc vidit quod sapientia Dei ordinante ista perfecta sunt, & tunc ordinatius credidit.

Adhuc autem queritur, Cum verbum abbreviatum fecerit Dominus super terram *Isa.* 10. Videtur

hunc ordinem non tenuisse in muliere hac: quia longam fecit sibi sermonem. Ad hoc autem dicendum, quod sermo de verbo abbreviato dupliciter consideratur, scilicet, ex parte verbi, & ex parte auditorum. Ex parte verbi, semper est breuis sermo. Ex parte autem auditorum, quando sapientes sunt & instructi auditores in Scriptura, breuis est sermo. Ex parte autem audientium rudium non instructorum, sicut fuit hæc mulier, oportet esse longum instructorium sermonem. 1. *Cor.* 3. Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. Ideo ergo longa indigni manu ductione. Et mira fuit benignitatis, quod vnã solam peccatricem sic manuducere voluit: simile aliquid faciens ei quod fecit *Luc.* 7. vbi peccatricem suscepit, & ab ea se tangi permisit, & accusatam in corde Pharisæi excusare voluit, & laudare de obsequio, & laudatam à peccatis absoluere, & absolutam in pace dimittere.

Et continuo venerunt Discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: quid queris, aut quid loqueris cum ea?

Hic tangitur Discipulorum redeuntium admiratio: & habet tres partes, scilicet, Discipulorum admirationem, Discipulorum reuerentiam, & tertium quod ex his causatur licet non dicatur, horum amborum causam. Dicit ergo [continuo] quia compatientes Domino, quia fatigatus erat lassitudine & estu viæ, & longa prandij expectatione [venerunt Discipuli] Domino & Magistro seruire & ministrare cupientes: exemplum capientes à Patriarcha, qui vxori dixit: Accelera, raris sata farina de simila commisce, & fac subcineritios panes azymos *Gen.* 18. Viatoribus enim cito parandum est, quia & exhausti sunt labore viæ & estus, & ad viam perficiendam festinant. Et hoc est quod dicit [et continuo] *Prout.* 22. Vidisti virum velocem in opere suo: coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles [et mirabantur] clementiam scilicet, & dignationem. *Augustinus.* Non mirabantur quod cum muliere loquebatur, cum quibus loqui consueuerat: sed quia cum alienigena, ignorantem mysterium Ecclesie de Gentibus futuræ. Et hoc est [quod cum muliere loquebatur] Dignatio enim hæc maxima fuit.

Nemo tamen dixit] Ecce reuerentia: quia ex magna reuerentia nihil dixerunt. *Esther.* 15. Valde mirabilis es Domine, & factes tuæ plena gratiarum [Quid queris] dans occasionem & ausum te interrogandi per responsionem tibi factam. Non enim ex ignorantia vnquam querens Dominus: sed interrogauit vt aliis daret occasionem interrogandi & querendi [aut quid loqueris] excitans alios vt tecum fiducialiter loquantur [cum ea] tali peccatrice & alienigena mulierecula. *Ioan.* capitulo decimo sexto. Non est opus tibi vt quis te interroget. *Ioan.* capitulo secundo. Non erat opus vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine.

Sed cum Petrus & Ioannes semper apud eum audaciam querendi habuissent, Quare de isto mysterio non fecerunt quæstionem: Petrus

trus enim *Ioan.* 21. quæ fuit de Ioanne, Domine, Hic autem quid? Ioanni autem Petrus inquit vt quereret quis eum esset traditurus. Ad hoc autem secundum *Chrysostomum.* dicendum videtur, quod istud fuit in principio prædicationis Domini antequam Petrus & Ioannes ausum querendi apud ipsum accepissent, & antequam mysterium vocationis Gentium accepissent.

Reliquit ergo mulier hydriam suam, & abiit in ciuitatem.

Hic ponitur fructus conuersionis huius mulieris: & est prædicatione facta per mulierem. Diuiditur autem hæc pars in tres partes, in quarum prima ponitur vocatio facta per mulierem: in secunda instructio Discipulorum, quæ ex vocatione mulieris accepit causam *Ibi* [interrogabant eum Discipuli &c.] In tertia fructus credentium exortus ex vocatione mulieris *Ibi* [Exierunt ergo de ciuitate illa] In prima harum duo tanguntur: mulieris vocatio, & vocatorum facilis obeditio. In prima harum tria tanguntur, scilicet vocantis ad vocandum expeditio, vocantis ad eos qui vocantur appropinquatio, & ipsa vocatio. De primo dicit sic [Reliquit ergo hydriam suam] vt expedita curreret [mulier] Hydriam autem hauritorium frigida consolationis, cupiditatem significat terrenæ possessionis. *Eccle.* 12. Conteratur hydria super fontem. *Luc.* 5. Relictis omnibus secutus est eum. *Phil.* 3. Quæ mihi fuerunt iactura, hæc arbitratus sum vt stercoz: vt Christum lucrificarem [et abiit] vocandis appropinquando [in ciuitatem] hoc est, in ciuitatem vnitatem, in qua multitudine fuit vocandorum. *Mat.* 9. Circuibat I e s v s per ciuitates & castella, docens in synagogis eorum & prædicans Euangelium regni. Moraliter autem abiit à seipsa in ciuitatem, hoc est, ciuitatem vnitatem: vt bonis ciuibus se iungens, ad auctorem salutis reuertetur. *Act.* 9. Surge, ingredere in ciuitatem in vicum qui vocatur rectus: & ibi dicetur tibi quid oporteat te facere. *Eccle.* 10. Labor stultorum affliget eos: quia nesciunt in urbem pergere.

Et dicit illis hominibus: Venite & videte] hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nuncquid ipse est Christus?

Ecce modus vocationis [Venite] & dicit tria, scilicet ad fidem inuitationem, eius ad quem inuitat prædicationem, & meditando quod ipse est Christus dat occasionem. Dicit ergo [venite] exeundo de vobis & vestris. *Gen.* 12. Egredere de terra & de cognatione tua. *Jerem.* 51. Venite & nolite stare, recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum [et videte] oculis exterioribus & interioribus. *Luc.* 24. Palpate & videte quia ego ipse sum. *Isa.* 60. Videbis, & afflues, & mirabitur cor tuum. *Baruch.* 4. & 5. Sta in excelso & circumspeice Ierusalem ad orientem, & vide incunditatem à Domino Deo tuo venientem tibi [hominem] hoc est, in humana carne latentem [qui dixit mihi omnia quæcunque feci] *Jerem.* 33. Annuntiabo tibi grandia & firma quæ nescis. *Isa.* 45. Quis auditum fecit hoc ab initio? extunc prædixi illud. Nuncquid non ego Dominus, & non est vixit absque

me Deus?

Sed videtur dicere falsum, quia non dixerat nisi de viris quos habuerat. Multa alia vero mala fecerat quæ non dixit ei. Ad hoc dicendum, quod mulier hæc non tam intendit dictum quam virtutem dicentis. Eadem autem virtute qua dixit hoc, de omnibus aliis dicere potuit.

Nuncquid ipse est Christus?] Quod assertive dicere potuit, sub interrogatione posuit, vt occasionem det meditando: quia meditando ex his quæ dixit mulier, facilius vocantur, quando recogitant quod nemo nisi solus Deus secretum scit conscientiarum. *Jerem.* 17. Præuim est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscit illud? *Psal.* 7. Scrutans corda & tenes Deus. 1. *Reg.* 16. Deus intruetur cor. Et ideo signo posito certo vnde cognosci poterat, aliud eorum committit deliberationi: vt & ipsi virum suum, hoc est, rationem vocent, sicut & mulier vocare virum suum missa est. *Psal.* 76. Meditatus nocte sum cum corde meo: & excrebar, & scopebam spiritum meum.

Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.

Tangitur vocationis fructus in tota multitudine ciuitatis. Dicit ergo [Et exierunt de ciuitate] propria relinquentes, & humilitatem fidei Christi imitantes. *Jerem.* 48. Relinquitte ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab. *Hebr.* 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquiramus [et veniebant ad eum] vt bonis spiritualibus fruereutur. *Luc.* 6. Veniebant ad eum omnes qui habebant infirmos, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. *Mat.* 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. *Eccle.* 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Dicit autem quod exiunt de ciuitate venerunt ad eum: quia ipse ante portam ciuitatis fuit: quia propter scandalum Iudeorum ad alienigenas intrare noluit. Et hoc est quod dicit.

Interea rogabant eum Discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.

Hic tangitur ex factis istis occasionata Discipulorum instructio. Dicuntur autem hæc tria, scilicet, obsequiosa ad ministerium exhibitio Domino Deo ex obsequio exhibita, Discipulorum ad instructionem excitatio, & tertio Domini ad cibum spiritalem Discipulorum instructio. Dicit ergo [interea] dum hæc agerentur [rogabant eum Discipuli eius] vt obsequiosi, & fatigato compatientes [Dicentes] ex affectu eum ad refectioem inuitantes. *Isa.* 28. Reficite lassum, & hoc est meum refrigerium [Rabbi] cui magisterij honor debetur, & refectio corporalis pro spirituali refectioe. *Gal.* 6. Communicet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis [manduca] Hoc enim debet Discipulus magistro, vt in corporalibus ministrat. 1. *Cor.* 9. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. *Psal.* 80. Sumite psallum, & date tympanum. *Glo.* Sumite spiritualia, & date temporalia.

Ille autem dixit ei: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.

G 4 Dicbant

Dicebant ergo Discipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

Hic tangitur ex obsequio exhibito Discipulorum instructio, siue ad instructionem excitatio: & dicuntur hic tria, quorum primum est excitatio ad instructionem, secundum excitatorum interrogatio, tertium benigni magistri illuminatio. Dicit ergo [Ego cibum habeo] ex Patris ordinatione & obedientia [manducare] hoc est, mihi incorporare [quæra vos nescitis] Quia credentes mihi & ad fidem paratos (sicut Samaritani iam parati sunt) habeo mihi incorporare. *Tob. 12.* Ego cibo iauisibili & potu qui ab hominibus uideri non potest utor. *Ecclesi. 15.* Cibauit illum pane uitæ & intellectus, & aqua sapientie salutaris potauit illum.

Dicebant autem Discipuli ad inuicem [Excitati enim ad illuminationes nouas de esca spirituali percipiendas, & non intelligentes escam (sicut nec mulier intellexit spirituales aquam) quasi uerunt ad inuicem, reuerentiam exhibentes Domino, & ideo ab ipso non querentes, sed coram ipso, ut ipse audiens propria benignitate præberet illuminationes. Et hoc est [Nunquid aliquis attulit ei manducare?] Sicut *Math. 16.* Cum dicebat quod cauerent à fermento Phariseorum, putabant quod de panibus non secum portatis loqueretur: quia adhuc sine intellectu spirituali fuerunt & animales. *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Vnde *Mar. 16.* Quare non intelligitis, quia non de pane dico uobis? Et uerum est quod Samaritanæ conuersio attulerat ei manducare: quia illam desiderauerat, & illam sibi iam incorporauerat. Quia cum tria sint in comestione: desiderium, refectio, & incorporatio. Duo, scilicet, primum & tertium habet Christus ad nos, desiderando & incorporando. Vnum autem, medium scilicet, habemus nos in incorporatione ad ipsum: quia nos ipse reficit, & non nos reficimus ipsum. Vnde dictum est Augustino uoce celesti. Cresce & manducabis me. Nec tu mutabis me in te, sicut cibum carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. *Sap. 16.* Omnia transfigurata nutriti gratiæ tuæ deseruierunt ad uoluntatem eorum qui à te desiderati sunt: ut scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat.

Dixit ei Iesus: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius.

Ecce collata de eodem quo dubitauerunt illuminatio. Dicit autem duo. Primo enim tangit de cibo spirituali illuminationem: secundo autem tangit illuminationis explanationem. Dicit ergo [meus cibus est] per desiderium spiritualis famis, & spirituales incorporationem [ut faciam uoluntatem eius] Patris [qui misit me] in hominum uocationem, conuersionem, & ad Patrem reductionem. *1. Thef. 4.* Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. *Apoca. 2.* Dabo illi manna absconditum, quod est in paradiso Dei mei. Hoc enim est dulce manna, Angelorum esca, quod est

conuersio peccatorum. Quia sicut dicitur *Luc. 15.* Gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. *Sap. 16.* Angelorum esca nutriti populum tuum, & paratum panem præstitisti de celo illis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem. Sapor enim suauissimus est sapor de conuersione infidelium & peccatorum. Et hoc significatum est *Gen. 27.* Affer mihi duos hædos optimos ut faciam inde escas, quibus libenter uescitur pater tuus. Hædi enim duo, sunt duo genera peccatorum: quorum unum est conuersio infidelium, & aliud contritio peccatorum fidelium, qui hædi per confessionem excoriantur, per ignem contritionis coquuntur, & per aromata uirtutum conduntur: & sic in cibum spirituales magistri Patri de celis exhibentur. Hæc est enim uoluntas Dei per quam Filium suum misit in mundum [ut perficiam opus eius] scilicet, quod ipse fieri per me disposuit. *Ioan. 6.* Opus eius est ut credatis in eum quem misit ille. Hæc enim est uita reconciliationis super omnia opera eius. *Psal. 144.* Miserationes enim eius super omnia opera eius, Et hoc opus Dei perficere fuit famis Christi & manducatio. *Psal. 127.* Labores manuum tuarum quia manducabis &c. Hos enim labores manuum Christus manducauit.

Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestris & uide re regiones, quia albae sunt iam ad messem.

Hic tangit istius spiritualis manducationis explanationem. Dicit autem quatuor, in quorum primo sumit signum à cibi istius maturitate: in secundo dat signum à laborantium in cibo remuneratione: in tertio à fructus utilitate: in quarto confirmat ista à communi prouerbiali sermone. Dicit ergo in primo duo, in quorum primo, messis exterioris ponit signum maturitatis: in secundo ostendit, quod hoc tempus præuenit messis spiritualis. Dicit ergo [Nonne vos] qui per rusticam agriculturam peritiam de exteriori messe loquimini [dicitis quod adhuc quatuor menses sunt] temporis [et messis] maturè ecce [uenit] antequam matura sit ad metendum. Et hoc fuit circa Martium uel Aprilem: quia in Iunio uel Iulio metitur in terra promissionis, quæ est medijs climatis. Et hoc ideo fuit: quia uicinum tempus hyemis ante hoc fieri impedit maturitatem.

Isti autem quatuor menses sunt quatuor lumen renouationes, quæ sunt, lex naturalis, lex scripta, prophetia, & illuminatio facta per Ioannem. Hæc enim quatuor lumina ducunt ad messem gratiæ. De prima illuminatione in *Psal. 4.* Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. De secunda *Prou. 6.* Mandatum lucerna est, & lex lux, & uia uitæ increpatio disciplinæ. De tertia *1. Pet. 1.* Habemus sermonem propheticum firmiter cui bene facitis, attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat. De quarta *Luc. 1.* Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Istis enim accensionibus lucis, lumen Domini conualuit in mundo usque ad Christum. Sub

Christo

Christo autem quintus incipit mensis maturitatis ad metendum. Vnde dicit.

Ecce dico uobis [evidenti signo, Samaritana demonstrata] leuate oculos uestris [spirituales] & considerate qualiter se ad maturitatem Genesles exhibent: & nolite esse pigri, sed facite ut formica *Prou. 6.* quæ parat uitæ cibum sibi, & congregat in messe quod comedit. *Luc. 21.* Respicite & leuate capita uestra quia iam appropinquat redemptio uestra: quod à seruitute seruilis legis liberamini, & alios liberabit. *Cam. 2.* Iam hyems transit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt, uinæ florentes odorem dediderunt [Et uide re regiones] dispositas ad fructum fidei [quia iam albae sunt] candore ueritatis & deuotionis uescitur. *Eccle. 9.* Omni tempore sint uelimenta tua candida. Candore enim reconciliationis uescuntur, quando iam per calorem charitatis decocto humore pietatis in femine uerbi, semen aridum ab humore concupiscentiæ seipsum exhibet maturum ad metendum in horreum Ecclesiæ. *Apoca. 14.* Mitte falcem tuam & metes, quia iam maturatur messis terræ. Et hoc est, sicut *Ibidem* dicitur. Iam uenit hora ut metatur. Et *Math. 10.* & *Luc. 10.* Messis quidem multa: operarij uero pauci. Et ideo Pater celestis dicit de Filij laboribus in terra *Gen. 27.* Ecce odor Filij mei, sicut odor agri pleni quem benedixit Dominus.

Et qui metit mercedem accipit.

Hic dat signum laborantium remunerationem. Dicit ergo [Et qui metit] ad horreum Ecclesiæ congregando [mercedem accipit] *1. Cor. 3.* Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. *Math. 20.* Voca operarios & reddo illis mercedem suam. *Psal. 125.* Venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos. Sic ergo messorum sunt Apostoli. Seges autem in Ecclesiâ congreganda, fideles. Horrea autem congregationes Ecclesiarum. *Prou. 3.* Implebuntur horrea tua ueritate.

Sed contra hoc esse uidetur quod dicitur *Mar. 13.* Messorum sunt Angeli. Sed ad hoc dicendum, quod est messis Ecclesiæ & fidelium: & in hac messis sunt Apostoli qui præcidunt falce uerbi fideles de agro mundanæ conuersationis, & congregant in horreum Ecclesiæ. Et est messis mundi, & sic messorum sunt Angeli qui præcidunt fideles, & ponunt in horreum celi. *Math. 13.* Triticum congregate in horreum meum. Sic ergo qui metit, mercedem accipit. *1. Pet. 9.* Letabuntur coram te, sicut qui letantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, quando diuidunt spolia.

Et congregat fructum in uitam æternam.

Tangit hic fructus utilitatem. Hæc autem utilitas est in duobus: in fructus dulcedine, & in fructus æternitate. Primum tangit in hoc quod dicit. Qui congregat fructum, qui dicitur à fruor, fructus: quia dulcedine propria reficit: unde *Gal. 5.* Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax &c. Et *ibidem* dicit *gl. Ambro.* Has uirtutes uocat fructus, quia sincera & sancta dulcedine suos delectari possessorum. *Iaco. 5.* Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ.

patienter fetens donec accipiet temporaneum & æternum.

Æternitatem autem tangit cum dicit, congregat fructum [in uitam æternam] Omnis enim qui in agro Domini laborat, congregat: & qui contra Dominum est, dispergit. *Luc. 11.* Qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est. Vnde ei qui putabat se multa congregasse, quia cum Domino non congregauit, dicitur *Luc. 12.* Quæ congregasti tuus erunt? Congregat autem in uitam æternam. *1. Ioan. 15.* Posui uos ut eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Qui enim in gratia congregat, ille in uitam æternam congregat: quia nunquam excidit fructus ille, quamuis nos aliquando excidamus ab ipso. *1. Pet. 1.* In hereditatem incorruptibilem, & immarcescibilem, & incontaminatam, conseruatam in celis in uobis, qui in uirtute Dei custodimini.

Ut et qui seminat, simul gaudeat & qui metit. In hoc enim uerbum est uerum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.

Hic determinat commune prouerbijs. Duo autem dicit: causam enim ueritatis prouerbijs præmittit Dominus, dicens [Ut & qui seminat] hoc est in agm cordis primum semen uerbi mittit, sicut legislator Moyses, & Propheta. *Math. 13.* Exiit qui seminat, seminare semen suum. Hoc enim primo fecit in Patriarchis, & Legislatore, & Propheta. Illi enim mittentes ibant & sebant mittentes semina sua. *Psal. 125.* Fientes quidem de Redemptore absente: mittentes tamen scientiam fidei de uenturo Domino. *Eccl. 11.* Manet semina semen tuum, & uespere non cesserit manus tua: quia nescis quid magis oriatur uitam hoc aut illud: & si utrumque melius erit. Manet quidem in Patriarchis. Uespere autem in prædicatione Ioannis, quæ facta est in fine mundi. Utrumque autem in fidelibus est: exortum, & utrumque perit in infidelibus. Sic ergo seminantes gaudent Patriarchæ, Propheta, & Ioannes [simul gaudeat] in messe [et qui metit] Apostolus qui fideles in Ecclesiâ colligit. *Gal. 6.* Quæ seminauit homo, hæc & metet. *1. Cor. 9.* Qui parat seminat, parat & metet. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet uitam æternam. Seminat enim Pater Propheta, & Patriarcha, & metet in Filio Apostolo. Et ideo simul gaudent in eadem fidelium congregatione, Patriarchæ, Propheta, Apostoli. Vnum enim gaudium fuit illorum trium. Vnde uerus Prophetarum dicit *1. Pet. 61.* Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo saluari meo. *1. Ioan. 17.* Ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. De excreatis autem qui ad fidem patrum non conualuerunt in frugem iustitiæ, dicitur *Agg. 1.* Seminasti multum, & inuulstis parum &c. Et post multa sequitur. Et qui congregauit metes, misit eas in saccum peritum.

Si autem obiciatur, quod etiam Apostoli seminauerunt. Dicendum, quod semen dicitur proprie & communiter. Proprie dicitur quod primum in agrum nudum iacitur: & sic soli Patriarchæ & Prophetae seminauerunt. Aliquando dicitur

citur semen quod superiacitur, vt aliud quod prius seminatum est, excitetur & inspissetur & adiuuetur, & quod perierat suppleatur: & hoc modo prædicatio Apostolorum dicitur semen. *Mat. 13.* Semen est verbum Dei. Ager autem, hic mundus est. Hanc distinctionem probant opera rusticorum, qui quando vident non conualescere semina ante hyemen iacta, versus æstatem superseminant, vt spissentur antiqua & adiuuentur. *Act. 17.* Quid vult seminator verborum hic facere?

In hoc enim verbum verum est] antique dictum prouerbiu[m] [quia alius] in persona & statu, quia Patriarcha [est] & Propheta & Ioannes [qui feminat] *Ierem. 4.* Nouate vobis nonale, & nolite serere super spinas. *Ierem. 31.* Semina bo domum Iuda & domum Israël semine hominum & semine iumentorum [& alius] persona & statu [est qui metit] sicut Apostolus. Ille enim metit sicut diximus. *1 Cor. 5.* Messui myrrham meam cum aromate meo. In noua enim Ecclesia merebantur fideles in mortificatione carnis & odoramento virtutis.

Ego misi vos merere quod non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labore eorum introistis.

Explanatio est & adaptatio prouerbij. Dicit ergo [Ego] qui Dominus sum atque [misi vos] *Ioan. 15.* Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat [merere quod vos] in personis & statu Apostolico [non seminastis] *Pro. 13.* Multi cibi in noualibus patrum, & aliis congregantur sine iudicio. Patriarchæ enim noualia fecerunt, Legislator seminavit, Prophetæ rigauerunt, Apostoli messuerunt. Et hoc factum est sine iudicio veri intellectus: quia tota Synagoga hoc non intellexit. *Iob 31.* Scram & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Hoc pro statu Synagoga dictum est. *Eccli. 20.* Qui operatur terram suam, inaltabit aceruam frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur [alij] Patriarchæ & Prophetæ [laborauerunt] corda vertendo, semen primi verbi seminando, sicut & ipsa Samaritana, patrum facta & instituta pro se induxit, & Prophetæ reuelationem quæsiuit. *2 Tim. 2.* Laborantem agricolam oportet primo de fructibus percipere [& vos in labores eorum introistis] quia verbis ipsorum pro testimonio vtimini ad veritatis confirmationem. *Pro. 14.* Vbi non sunt boues, praesepe vacuum est: vbi autem plurimæ sunt segetes, manifesta est fortitudo bouis. *Iob 1.* Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos. Sic enim Patriarchis arantibus, Moyse seminante, Prophetis irrigantibus, Deo dante incrementum & maturitatem, & Apostolis merentibus in horrea Ecclesiarum: sic fit hoc quod dicitur *Isa. 4.* Erit germen Domini in magnificentia: & gloria & fructus terræ sublimis: & exaltatio his qui saluati fuerunt ex Israël. Et illud *Isa. 27.* Qui egrediuntur impetu à Iacob: florebit & germinabit Israël: & implebit faciem orbis semine. Tam enim Patriarchæ, quam Legislator, & Prophetæ, & Apostoli imperu Spiritus sancti egressi sunt ex Iacob: & ex illis & in illis floruit promissionibus, & germinavit sacramentis Israël, & tota orbis facies in gentibus

semine Dei verbi est impleta.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

Post instructionem Apostolorum dicit de gratia significata in aquis & cibo spiritali: tangit huius manifestationis ad Gentes propagationem in primitiis Samaritanorum. Dicuntur autem hic tria, scilicet, manifestatio quæ facta est per verbum mulieris, & feruor ad Christum deuotionis, & efficacia Christi sermonis proprio ore prædicantis. In primo horum dicuntur duo, quorum primum est credentium multitudo: secundum autem causa tantæ credentis, mulieris testificatio. Dicit ergo [Ex ciuitate autem illa] Sichar vel Sichem nomine, quæ iam inceptit per fidem esse ciuitas, hoc est, ciuium vnitas [multi crediderunt in eum] fidei deuotione. *Psal. 86.* Gloriosa dicta sunt de ciuitate Dei [Samaritanorum] qui Gentes erant, & primitiæ fuerunt Ecclesiæ de Gentibus. *Isa. 64.* Quæsierunt me qui ante non interrogabant: inuenerunt me qui non quæsierunt. *Rom. 11.* Quod quærebat Israël non est consecutus: electio autem consecuta est [propter verbum mulieris] haurientis aquam [testimonium perhibentis] Quod quidem verbum necessarium fuit propter infidelitatem Samaritanorum, quibus ignotus fuit Dominus & mulier nota. Ita enim fit in omni notitia, quod ignotum non fit notum, nisi per aliquid quod notum est. Et tangit verbum quo mulier Christum Messiam esse persuasit, dicens [quia dixit mihi omnia quæcunque feci] *Mat. 9.* Non inueni tantam fidem in Israël. *Mat. 15.* O mulier magna est fides tua. *Luc. 7.* Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret: & mansit ibi duos dies.

Tangitur deuotio vocatorum per mulierem, quia ex deuotione fidei venerunt, & ex charitate Dominum manere rogauerunt. Dicit ergo [cum venissent ergo ad eum Samaritani] vocati per sermonem mulieris. *Dani. 3.* Timemus te, & quærimus faciem tuam ne confundas nos. *Psal. 24.* Vniuersi qui te sustinent non confundentur [rogauerunt eum vt ibi maneret] Sciuerunt enim quod ad introitum suum ad eos, benedicturus esses eis. *Gen. 24.* Ingredere benedictæ Domini, cur foris stas? *Gen. 30.* Experimento didici quod ad introitum tuum benedixit mihi Dominus. *Luc. 24.* Coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum Domine [& mansit ibi] quia semper satisfacit deuotis in oratione [duos dies] qui duas significant veritatis illuminationes: Cognitionem sui in legis litera, quam mulier accepit ab eo: & cognitionem sui in veritatis præsentia, ad quam mulierem per legem induxit. Tunc enim satis manserat. *Can. 3.* Inueni quem diligit anima mea: tenui illum, nec dimittam donec introducam in domum matris meæ. Inuenitur enim Christus in præsentia veritatis, tenetur nexibus amoris, inducitur.

ducitur in domum matris quando veritas aperitur testimonio legis. *Ioan. 14.* Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.

Et multo plures crediderunt in eum, propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuiimus, & scimus quia hic est vere Saluator mundi.

Ecce fructificatio sermonis proprii: & dicuntur tria, scilicet, amplior fructus proprii sermonis, comparatio sermonis Christi ad dicta mulieris, & confessio plena veritatis. Dicit ergo [Et multo plures crediderunt] quam per mulierem [propter sermonem eius] proprium. Quia sicut dicitur *Mat. 7.* Erat enim docens eos sicut potestatem habens. *Psal. 169.* Audient verba mea quoniam potuerunt. Verbum enim exiens ab ore Verbi increati cum virtute sonat. *Psal. 67.* Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. *Can. 2.* Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. *Psal. 44.* Diffusa est gratia labiis tuis [& mulieri dicebant] Ecce sermonis auditus à Christo ad sermonem mulieris comparatio. [quia iam non propter tuam loquelam] quæ comparatione eius quod vidimus nihil est. *3. Reg. 10.* Ipsa veni & vidi quod dimidia pars mihi nuntiata non fuerat. Non enim iam propter humanam rationem [credimus] quamuis per illam inducti sumus: sed ipsi veritati propter se & super omnia assentimus. *Iob 41.* Auditum auris audiri temunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere. *Sap. 18.* Omnipotens sermo tuus Domine, de celo à regalibus sedibus venit [Ipsi enim audiuiimus] Ecce confessio primæ veritatis [ipsi enim] exterius & interius [audiuiimus] sapientia verba [& scimus] intellectu veritatis [quia hic est] qui in carne venit ad nos [vere Saluator mundi] Vere dicunt in comparatione ad eos qui figura fuerunt, vt Moyses, & Iosue, & alij iudices, & reges. Saluator autem ab actu saluationis. Mundi autem dicunt, vt significetur salus in Gentibus & non tantum in Iudæa. *Gen. 41.* Vocauit nomen eius Saluatorem mundi. *Luc. 1.* Vocabis nomen eius Iesus: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *Eccli. 45.* Fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem Gentis.

Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet.

Hic incipit pars quæ est de manifestatione Verbi incarnati per virtutem, quæ restantur creaturam à se factam non in parte sed in toto. Dicitur autem in tres partes, in quarum prima dicitur occasio ad hoc miraculum veniendi: in secunda tangit historiam miraculi: in tertia dicit miraculi fructum. Secunda incipit *Ibi* [Et erat quidam regulus] Tertia *Ibi* [Cognouit ergo Pater] In prima dicitur quatuor, scilicet, qualiter & quando exiit à Samaria in Galilæam: qualiter

à Galilæis acceptus est: quæ causa acceptionis: & qualiter peruenit in Canan, vbi mutauit aquam in vinum. In prima harum dicitur quatuor: quando scilicet exiit, à quibus exiit, quod declinauit, & quid testatus est cum exiit. Dicit ergo [Post duos autem dies] quibus apud Samaritanos permansit. *Osee 6.* Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos.

Exiit inde] à Samaritanis. Non enim diu apud eos mansit ne scandalum faceret Iudæis, & per hoc occasionem haberent verbum Domini non recipiendi. *1. Cor. 10.* Sine offensione estote Iudæis & Gentibus &c. *Mat. 10.* In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed ite potius ad omnes quæ perierant domus Israël. Alia autem de causa exiit, vt aliis prædicaret. *Luc. 4.* Quia & aliis ciuitatibus oportet me prædicare Euangelium regni: ad hoc enim missus sum.

Et abiit in Galilæam] Ecce quo denenit. *Mat. 4.* Circuibat totam Galilæam prædicans Euangelium regni Dei. Hoc etiam dicit *Isa. 9.* Primo tempore alienata est terra Zabulon, & terra Neptalim: & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. Iuxta ergo prophetiam in Galilæa primo anno maxime prædicauit. Alia autem fuit causa quam dicit *Beda.* Quia deterioris erant, & vix conuertibiles: & ideo sapius eum ad eos redire oportebat. *2. Tim. 4.* Intra oportune, importune. Et hoc est quod sequitur.

Ipsæ enim Iesus] quia causam reddidit quod iterum secundo aduentu venit in Galilæam, *Beda* quia in primo aduentu in Galilæam honorem non habuit: ideo secundo reuertitur vt saltem in ipsum credant per signa. Et hoc est quod dicit [Ipse enim Iesus testimonium] Ac si dicat. Quod sine honore primo dimissus fuit, ideo fuit: quia in patria sua Propheta non habet honorem. Et hoc est quod dicit [ipse enim] Dominus Prophetarum [testimonium perhibuit] de hoc quod in seipso operatus est [quia Propheta in patria sua] Huius autem causa est, quia aliquando notus fuit in puerilibus inter suos, & suam cognouerunt originem: & ideo magna quæ vident, in consideratione eorum, non habent laudem. Et hoc est [honorem] prophetalem [non habet] *Luc. 4.* Amen dico vobis, Nemo Propheta acceptus est in patria sua. *Ioan. 9.* Neque enim fratres eius crediderunt in eum. *Psal. 87.* Longe fecisti notos meos à me &c.

Sed tamen contra hoc esse videtur quod dicitur *Deut. 18.* Prophetam de fratribus vestris suscitabit vobis Dominus. De fratribus autem suscitatus, in patria est suscitatus. Sed ad hoc dicendum, quod semper Propheta vilipenditur à suis notis, eo quod principia cuiuslibet sunt infirma & humana: & vbi hæc nota sunt impediunt magni existimationem de eo qui in infantis & paruis est notus. Huius signum est quod cum *Luc. 17.* curasset Dominus decem leprosos, nouem qui de gente sua fuerunt, eum contempserunt: & vnus qui erat Samaritanus, gratias egit. Vnde dicit: Nonne decem mandati & nouem vbi sunt &c. Sic ergo verum est prouerbiu[m].

Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent

dissent quæ fecerat Ierofolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum.

Tangitur hic qualiter est à Galilæis receptus [Cum ergo] iam famosus à signis inter alienos [venisset in Galilæam] secundo aduentu suo [exceperunt eum Galilæi] cum aliquo honore, putantes quod signa maiora apud eos facere deberet quam apud alios. *Luc. 4.* Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Et hoc est quod sequitur [cum omnia vidissent] signa [quæ fecerat Ierofolymis] coram tota multitudine ascendente ad diem festum [in die festo] in festiuis enim diebus & locis maxime se manifestavit ut pluribus prodesset. *Ioan. 12.* Turba multa quæ conuenerat ad diem festum clamabat Domino. Benedictus qui venit in nomine Domini. Sicut dicitur. *1. Reg. 4.* Cum venisset arca Domini in castra, vociferatus est omnis Israël clamore grandi, & personuit terra [Et ipsi enim venerant ad diem festum] & ideo oculis suis viderunt signa & honorem qui exhibitus fuit Domino. *Ioan. 2.* In Pascha in die festo multi crediderunt in eum, videntes signa quæ faciebat [Venit ergo iterum] Ecce loci descriptio. Iterum autem venit [in Cana Galilææ] ut ex præcedenti signo ad fidem & deuotionem excitaretur. *Psal. 76.* Memor ero ab initio mirabilium tuorum: & in operibus manuum tuarum &c. Et hoc est [ubi fecit aquam vinum] in nuptiis sicut ante dictum est.

Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum: & rogabat eum ut descenderet & sanaret filium eius: incipiebat enim mori.

Hic tangitur historia miraculi. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes, in quarum prima tanguntur ea quæ faciunt ad miraculi faciendi inductionem: secundo tanguntur ea quæ faciunt ad inducentium idoneitatem: tertio ea quæ faciunt ad miraculi perfectionem: quarto & ultimo, quæ faciunt ad miraculi utilitatem. Inducencia autem ad miraculum sunt tria: infirmitas præsentis miseriæ, dignitas intercedentis personæ, & periculum iam instans de vicina morte. Dicit ergo [Et erat quidam] specialis dignitatis [regulus] Regulus autem propter quatuor dicebatur, quorum primum est potestatis diminutio, quia sub alio regnabat: secundum, regni paruitas & arctitudo, quia non nisi in vna villa præerat: tertium, regiminis indiscretio, quia scientiam regendi non habebat: quartum autem, ad continendum regimen inualitudo, quia vires non habebat. De primo dicitur *Mat. 8.* Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Econtra dicitur de regno excellentiæ *Apoca. 19.* Habet in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum, Dominus dominantium. De secundo *Abia 1.* Ecce paruulum in gentibus dedi te, & contemptibilis tu es valde. De tertio *Ecl. 10.* Væ terra cuius rex puer est, & cuius principes

mane comedunt ad ebrietatem sectandam. De quarto *Ecl. 7.* Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis: ne forte agilitate tua iste est Miphiboseth *2. Reg. 9.* Debilis pedibus, vir confusionis, qui ultra vires præsumit. Talis est omnis rex carnalis. Hic enim regnum habet sub concupiscentiæ imperio, paruum regnum in carnis dominio, paruo sensu in sensualitatis delectatione quæ non percipit quæ Dei sunt, parua virtutis in carnis infirmitate. Hic regulus erat.

Cuius filius infirmabatur [febris infirmitate, quæ est calor innaturalis. *Psal. 6.* Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Infirmitas autem filii, quem amabat pater, mentis significat infirmitatem. *3. Reg. 17.* Erat langor fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus. Est enim concupiscentiæ feruens in spiritu, febris est qua laborat filius [Capharnaum] Ecce locus: quæ villa pinguedinis interpretatur, & sua pinguedine occasionem dat infirmitati avaritiæ. *Deut. 32.* Incrassatus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatarus dereliquit Deum factorem suum &c. Sic ergo ad miraculum faciendum inuitat infirmitatis præsentis miseriæ necessitas.

Hic cum audisset [Hic tangitur dignitas intercedentis personæ] hic scilicet regulus qui dignior cæteris habebatur [cum audisset] forte per turbam vndique concurrentem ad Dominum [quia Iesus adueniret] ad partes sibi vicinas [à Iudæa] rediens post Pascha [in Galilæam] quia Cana ad quam rediit Iesus, ciuitas fuit Galilææ. Et hic auditus, signum erat debilis fidei: quod eius potentiam non credidit, etiam à longinquo posse saluare: cum tamen vbique sit Deus per deitatem quantumcumque distet præsentia corporali. Et sic videtur affectata Martha circa Dominum *Ioan. 11.* Domine, si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Putabat enim hæc Dominum habere virtutem corporalem, quæ cum propinqua est agit, remota autem non agit: cum tamen de Domino scriptum sit. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Et hoc est quod dicit, quod [abiit ad eum] apud quem putabat præsentia corporali proficere, non attendens quod Dominus ante dixerat Samaritanæ, quod venit hora quando neque in monte hoc, neque Ierofolymis a loquabitur Patrem sed in veritate. Et tali errore omnes illi detinentur qui putant Deum esse corpus, vel virtutem in corpore: quia hic est error pessimus.

Et rogabat eum [tanquam aliquem Deo dilectum sanctum] ut descenderet [in Capharnaum: quia appropinquando infirmo putabat eum plus posse. *Deut. 4.* Nec est alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest omnibus obsecrationibus nostris] & sanaret] intercedendo apud Deum: quia non putabat eum Deum & vbique esse [filium eius] quem diligebat. *1. Reg. 1.* Sicut mater vnicum amat filium: ita te diligebam. Sic sensit de virtute diuina Naaman *Sirus 4. Reg. 5.* quando dixit, Putabam quod egredere ad me, & stans inuocaret nomen Dei tui, & manu sua tangeret locum lepræ, & curaret me [incipiebat.

incipiebat enim mori] Hic tangitur periculum de iam instanti morte. Inceptio enim mortis est in tactu pulsus, & agone angustiarum cordis: ex quibus mors vicina probatur secundum causas inferiores. *Isa. 38.* Dispone domui tuæ: quia morieris tu & non viues. Tamen quia nulla ægritudo Deo est incurabilis: ideo petiit à Deo opem. *1. Reg. 2.* Dominus mortificat & viuificat &c. *Hebræor. 11.* Et à mortuis potens est Deus suscitare.

Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus.

Hic tanguntur ea quæ ostendant inidoneitatem reguli pro quo fiat miraculum. Et tanguntur duo, scilicet, increpatio modicitatis fidei, & instantia petentis ut fiat. De primo dicit [Nisi signa] communia & prodigia [id est maiora signa] quæ sunt sine exemplo, eo quod similia eis non sunt audita: & ideo quæ procul à digito sunt, hoc est, à similibus demonstratione prodigia dicuntur [videritis] frequenter, non semel: quia iam in Cana ista viderat, & in Pascha multa vidit Ierofolymis facta [non creditis] *Exod. 4.* Si non crediderint verbo signi prioris, credet verbo signi sequentis. *Hebr. 2.* Contestante Deo signis, & potentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. *Ecclesiastici 36.* Innoua signa, immuta mirabilia.

Quærit autem hic Gregorius, Quare iste increparur qui salutem à Christo filio petiit, quia salutem ab eo non quæreret, quem non crederet esse Saluatorem, cum *Matth. 8.* Laydetur Centurio qui salutem petiit puero à Domino dicente, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël: Ad hoc autem dicit *Gre.* quod si notantur verba istius quibus salutem petiit, statim perpenditur quod in se le dubitauit. Dixit enim, quod descenderet, putans quod non nisi præsens curationem exhibere posset: & si bene crederet, profecto sciret quod non esset locus ubi non esset Deus. Iste autem Centurio de quo loquitur *Matth. 8.* perfectus in fide fuit & deuotione, qui Domino dixit: Domine, non sum dignus ut intres sub lectum meum &c. Et ideo iste increparur, & ille laudatur.

Sed adhuc quæritur, Quare increparur: quia per signa debebat induci ad fidem sicut dicitur *Ioan. 11.* Nisi signa inter eos fecisset quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sed ad hoc iterum respondetur, scilicet, quod iste viderat signum de propinquo factum in Cana Galilææ: & etiam quod oportuit eum de necessitate legis esse in Ierusalem in Pascha, ubi etiam multa signa viderat: & post omnia ista adhuc in fide dubitauit, & ideo increpatione dignus erat.

Adhuc autem opponitur, quod iste melius videtur credidisse quam Centurio: quia plus est posse per seipsum quam per alium: iste autem volebat quod faceret curationem per seipsum, alius autem quod per alium: & quia multi possunt per alium quod per seipsum non possunt: ideo videtur iste magis

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

ioiorem potentiam credere de Domino quam Centurio. Adhuc, Omnis virtus agens aliquid, fortior est & fortius agit in coniunctum quam in remotum, sicut dicunt Philosophi. Rationabiliter ergo petiuit ut ad filium descenderet, ut virtus curatiua in filium coniunctum in filio fortior esset.

Ad hoc autem dicendum, quod in veritate iste in fide dubitauit, & Centurio in fide perfectus fuit. Ad primum autem obiectum dicendum, quod nulla virtus est adeo fortis sicut illa quæ potest vbique: & illa vbique, per seipsum operatur. Et si potest per alium, hoc est indigentia: quia indiget alio medico sicut instrumento, vel ministro qui baiulus sit virtutis. Sed talem virtutem in Christo iste non creditit qui præsentiam corporalem petiuit, ut mediante illa præsentia virtus sua posset curare. Centurio autem per hoc quod dixit, Ego sum homo sub potestate constitutus, non intellexit Christum indigere baiulo virtutis: sed potius quod in omnibus creaturis esset ad Christum Dominum ratio obediens, ut fieret in eis hoc quod voluit, sicut in subditis Centurionis erat ratio obediens ad faciendum quod velle Centurio. *Psal. 122.* Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Et hæc fuit perfecta fides deitatis Christi quam regulus non habuit.

Ad aliud dicendum, quod dictum Philosophi intelligitur de virtutibus limitatis. Virtus autem Dei est illimitata & infinita: & ideo illa attingit vbique. *Sap. 8.* Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Hæc ergo est causa increpationis. *Mat. 9.* Si potes credere, omnia sunt possibilia.

Dicit ad eum regulus [qui à paruitate iustitiæ regulus dicitur: quia parua iustitia regebat seipsum. *Isa. 26.* Iustitiam non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores terræ] Domine descende] Adhuc permanet in fidei modicitate: quia cupit illum descendere qui vbique habet potestatem. Alias autem secundum spirituales sensum petitur, ut ex misericordia condescendat ad humanitatis humilitatem de alto sedis maiestatis. *Psal. 143.* Inclina celos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt *Isa. capitulo 64.* Vtinam dirumperes celos & descenderes. Et allegat vltimam necessitatem dicens [priusquam moriatur filius meus] quasi diceret: Si mortuus fueris, postea suscitare non erit possibile. Et hoc est signum modicitatis fidei. Deus enim etiam à mortuis potest suscitare. *Romanor. capitulo 4.* Posui te ante Deum cui credidisti qui suscitavit mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

Dicit ei Iesus, Vade filius tuus viuit. Creditit homo sermonei quem dixit ei Iesus, & ibat.

Ecce tangitur in iraculi perfectio: & dicuntur quatuor, scilicet, verbum viuificans, fides ex deuotione impetrans, & letum nuntium salutem nuntians, & experimentum probans. Dicit ergo [Vade] quasi diceret, tu putas quod non possum absens facere quod facio præsens: ut ergo credas, hoc absens volo perficere. Vade ergo

ergo à me descendens & discedens. *Luca cap. 7.* Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Sicut dixit Eliseus ad Naaman. Vade & lauare 4. *Reg. 5.* &c. [Filius tuus viuuit] restitutus ad integrum vitæ principis. *Ioannis 5.* Sicut pater suscitauit mortuos & viuificat: sic & filius, quos vult viuificat. *Ioannis 11.* Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, viuuet. Vos qui adheretis Domino viuuetis vniuersi. *Sapient. 16.* Tu es Domine, vitæ & mortis habens potestatem. Hoc est ergo quod dicit.

Credidit homo] iam in fide perfectus: quia quem primo absentem curare posse non credidit, modo verbum absentis potens esse ad curandum non dubitauit. *Sapient. capitulo 16.* Non herba, neque malagma sanauit eos: sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia. *Psal. 106.* Misit verbum suum, & sanauit eos de interitibus eorum [sermone quem dixit ei IESVS] *Luc. cap. 1.* Non erit impossibile apud Deum omne verbum. *Genes. 18.* Nunquid Deo quicquam erit difficile? *Habac. 2.* Iustus autem meus in fide sua viuuet [& ibat] iam credens quia vbique esset virtus eius ad curandum. Et est mirum: quia Centurioni, qui fidem plenam habebat, se ad ipsum venturum exhibebat. *Matth. cap. 8.* Ego veniam & curabo eum. Isti autem parenti vt descenderet, præsentiam suam negauit. Et huius causa est, quia illius deuotionem & humilitatem exhibitione suæ præsentie remunerauit: istius autem incredulitatem, per hoc quod absens curauit, erudiendo ad fidem erexit. Et sic patet quod bene omnia fecit. *Præu. 8.* Iusti sunt omnes sermone mei, & non est in eis prauum quid atque peruersum. *Deutero. cap. 32.* Deus fidelis & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.

Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes quia filius eius viuueret. Introgabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei IESVS: Filius tuus viuuit: & credidit ipse & domus eius tota.

Tangitur hic latum nuntium salutis. Dicit ergo [iam autem eo descendente] à Cana in Capharnaum, antequam aliquis nuntiorum præueniret qui de sermonibus Domini prænuntiare posset [occurrerunt ei serui] læto occursum [& annuntiauerunt ei] læta [dicentes quia Filius eius viuueret] *Luc. capitulo decimoquinto.* Epulâri & gaudere oportebat: quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit. *4. Regum 7.* Dies hæc, dies boni nuntij est: si tacerimus vsque mane, sceleris arguemur. *Psal. 117.* Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus & letemur in ea [Interrogauit ergo horam ab eis] hæc est probatio & examinatio facti [in qua melius habuerit] hoc est, in quo fugato morbo, & virtute restituta, signa conualescentiæ in eo apparebant. *1. Regum cap. 25.* In die enim

bona venimus ad te.

Et dixerunt ei] Hæc est secunda responsio de hora [quia heri hora septima] quæ hora proxima est post meridiem. Hora quidem in qua omnis æger peius habere incipit secundum naturam: quia tunc sol à summo cali incipit declinare, & cum declinatione solis, omnis virtus ægri incipit cadere & declinare [reliquit eum febris] vt ostendatur curatio tota esse miraculi, & nullo modo esse naturalis. *Iob capitulo quinto.* Ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Et hoc est quod ad literam de hora ista est sumendum.

Et ideo sequitur miraculi fructus. Duo autem dicuntur, miraculi fructus, & signi epilogus. De primo ergo dicit [Cognouit ergo pater] per eandem mensuram temporis dicti IESVS, & sanitatis perceptæ [quia illa] eadem [hora erat] sanitatis filij [in qua IESVS dixit ei] auctor salutis. Vade [Filius tuus viuuit] Et sic dictum IESVS causam salutis filij esse sciuit: quia causa est, qua posita statim sequitur effectus. *Ieremie capitulo 31.* Omnes cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum: quia propitius ero iniquitatibus eorum [& credidit ipse]. Dominus familie [& domus eius tota] Et ex tunc perfectus fuit in fide, iam non regulus, sed rex in familia sua existens. *Isa. cap. 32.* Ecce in iustitia regnabit Rex.

Regulus autem iste, vt dictum est, paræ potestatis, & parui sensus, & parui regni, mens siue ratio est. Filius autem, spiritus in carne. Febris vero, ardor fomitis & concupiscentiæ. *Ecclesiastici 23.* Anima calida quasi ignis ardens: non extinguetur donec aliquid degluriat. *Luc. cap. quarto.* Socrus Simonis, hoc est, caro fenebatur magnis febribus. Vnde *Daniel. 13.* Sulfanna refrigerari fonte gratia quæsiuit. Et dicitur causa, ætus quippe erat. Hunc innaturalem calorem sanat Dominus interpellantibus Sanctis, qui paterno affectu ægorum diligunt. *Ierem. capitulo decimoquinto.* Sana me Domine & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. *Psal. 102.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Serui autem occurrentes sunt viri sancti, & Ecclesiæ ministri, de salute animæ gaudentes. *Luc. capitulo decimoquinto.* Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Dicunt enim quod hora septima febris eum reliquit: eadem scilicet hora, qua febris ista genus humanum apprehendit. Hoc enim factum est post meridiem *Genes. 3.*

Horæ autem istæ sunt, quibus resurgit anima de peccato per penitentiam. Vna quidem in compunctione, quæ quatuor habet momenta, quorum vnum est motus liberi arbitrij in Deum: alterum, motus liberi arbitrij in peccatum detestando ipsam: tertium est dolor de commissio: & quartum est spes veniæ. De misericordia Dei *Psal. 59.* Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Commouisti dicit, propter motum ad Deum. Conturbasti, propter motum detestationis in peccatum. Sana contritiones eius dicit, propter

propter motum doloris commissi. Quia commota est dicit, propter motum spei in misericordiam remittentis. Hæc ergo quatuor momenta faciunt horam vnam.

Confessio autem habet horas tres: quia confessio debet esse vera, simplex & integra. Veritas autem habet quatuor momenta, scilicet, vt quod fortiter dicat, vt sicut fecit dicat, vt expulsiōnem non querat, vt cum verecundia quam turpitudine peccati exigit confiteatur. De primo horum dicitur *Isa. 43.* Narra tui iniquitates tuas vt iustificeris. De secundo *Iosue 7.* Da gloriam Deo, & confitere peccatum tuum, & indica mihi quid feceris. Non enim confitetur nisi dicat sicut fecit. De tertio *Psal. 140.* Non declinas cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. De quarto *Ieremie cap. 6.* Confusi sunt qui abominationem fecerunt: quinpotius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.

Simplex autem confessio est, quæ est sine plica hypocrisis, vanitatis, & permissionis, & dolositatis. Plicam habet hypocrisis: quia per confessionem intendit iustificare seipsum. *Matth. 23.* Iustificatis vos coram hominibus: intus autem estis pleni spurcicia. Vnde illi ibidem comparantur sepulchris dealbatis, quæ foris videntur hominibus speciosa: intus autem sunt plena fœtore. De istis etiam dicitur in *Psal. quinto.* Sepulchrum patens est guttur eorum qui sic confitentur. Vanitati autem permitta est confessio, quando id quod ad vanitatem seculi facit, læte confitetur: quod autem secundum seculum confessionem præterit, demisso vultu vix dicit. *Præu. 2.* Latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Plica autem permissionis est quando intermiscet plurima quæ non sunt peccata, vt ex illis non in toto iniustus appareat. Et in signum huiusmodi dicitur de Sanctis: quod vestimenta debeant esse candida per totum, & maculis non resperfa. Et agnus *Exod. 12.* dicitur absque macula. *Can. 4.* Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Dolo autem permitta confessio est, quando non habet emendandi propositum: in hac enim viget peccati voluntas adhuc & non habet emendandi propositum. *Malach. 3.* Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat Domino Deo debile. In hoc enim debile est sacrificium quod sic offertur. Sic ergo etiam hæc hora habet quatuor momenta.

Integra autem erit confessio, & hæc horæ etiam habet quatuor momenta: vt scilicet totum sine diminutione dicatur, vt vni totum dicatur, vt vna vice quantum recordatur dicatur, vt dimidia venia non speretur. De primo in *Psal. 130.* & 137. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, hoc est, ex toto corde, totum dicendo quod est in corde. De secundo quod vni totum dicendo quod vni totum dicatur, sicut vni medico totus dolor aperitur: hoc est significatur *Luc. 10.* vbi Samaritanus omnia vulnera semiviuo ligauit infundens oleum & vinum. Quod simul vna vice totum *Isa. 48.* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quod vero dimidia venia non speretur *Psal. 102.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Istæ ergo sunt quæ

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

tuor hora.

Tres autem residua sunt in satisfactione, scilicet, ieiunium quod sanat pestes corporis, & oratio quæ sanat pestes mentis, & elemosyna vel cordis, vel operis, vel vtriusque quæ sanat pestes facultatis. Ieiunium autem quatuor momenta habet, scilicet, vt læto vultu exhibeatur *Matth. 6.* Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, & faciem tuam laua &c. Vt vsque ad petulantiam corporalis mortificationem producat. *Iobis 2.* In ieiunio, & fletu, & planctu scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et vt sobrietas sensuum & animæ seruetur, & rationabile sine creatura destruat. *Romanor. 12.* Rationabile sit obsequium vestrum. *2. Tim. 4.* Sobrius esto. Quartum autem momentum huiusmodi horæ est, vt dum ieiunat corpus, mens verbo Dei pascatur. *Exod. 24.* Dum Moyses ieiunat in monte cum Domino, ex confortio sermonis Dei facies eius illuminatur. *Matth. 4. Dew. 8.* Non in solo pane viuuit homo: sed in omni verbo Dei. Sicut *3. Reg. 19.* Elias in fortitudine cibi spiritualis, quem ministravit Angelus, quadraginta diebus ambulauit vsque ad montem Dei Horeb.

Oratio autem est secunda hora, quæ sicut dicit *Augustinus* est pius affectus mentis in Deum directus. Habet autem hæc hora quatuor momenta, scilicet, vt in secreto cordis fiat, vt deuote, vt ad salutem, vt perseveranter. De primo *Matth. cap. 6.* Tu autem cum oraueris intus in cubiculum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito, tunc inuocabis & Dominus exaudiet. De deuotione *Psal. 140.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Quia oratio debet esse ignita feruore deuotionis, & condita odoramentis virtutum. Debet autem esse de pertinentibus ad salutem. *Matth. cap. 6.* Primum querite regnum Dei & iustitiam eius. De perseverantia *Luc. cap. 18.* Quoniam oportet semper orare, & non desicere. *Luc. 11.* Propter improbitatem eius surget, & dabit ei quotquot habet &c.

Elemosyna autem hic sumitur tam pro spirituali, quam pro corporali: & sic omnis homo potest ad elemosynam sufficere. *Isa. cap. 58.* Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Habet autem & hæc quatuor momenta, scilicet, compassionem in corde, dulcedinem in ore, largitatem in manu, & vilitatem in dato. De compassionem *Isa. capitulo 58.* Cum esurienti esurienti animam tuam & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua. *Luc. capitulo 6.* Estote misericordes. De dulcedine oris *Ecclesiastici quarto.* Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde pacifica in mansuetudine. De largitate manus *Iob. cap. 4.* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, hoc ipsum impertiri stude. De vilitate dati *Luc. capitulo 11.* Quis vestrum patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut si petierit piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid scorpionem porriget illi?

Istæ ergo sunt septem horæ, quarum quilibet habet quatuor momenta ex quibus completur. Quamuis enim secundum compuritas horæ

ex pluribus momentis componatur: tamen secundum naturam non componitur nisi ex quatuor, in quorum primo virtus eius oritur, in secundo proficiendo progreditur, in tertio stat in augmento, & in quarto perfectam diffundit operationem suæ virtutis. Hoc enim modo res causata in ens perficiuntur: & ideo hanc ex quatuor fecimus compositionem. Ista septem horæ significantur 4. Reg. 4. Vbi dicitur quod puer resuscitatus ab Eliseo, otcitavit septies, & rediit ad vitam: quia istis septem resurgitur à portis mortis ad vitam.

Potest etiam dici quod septem horæ, sunt septem illustrationes solis iustitiæ, qui est Christus, scilicet, sanctificationis naturæ in incarnatione, visitationis hominum in natiuitatis humilitate, condemnationis concupiscentiæ in circumcissione, regenerationis nostræ in baptismo, sanctificationis pro nobis in ieiunio, eruditionis nostræ in prædicatione & miraculis, & redemptionis in Passione, quando hora septima Sol declinauit, & infinitatis sanata fuit. Et homo significabatur 4. Reg. 5. Vade lauate septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundabitur. Iordanis enim humilis decursus interpretatur, & significat per horas septem descendente nos Dominum, in cuius gratia lauamur ad sanitatem.

Vel dicatur quod horæ septem, sunt septem recordationes solis iustitiæ: quia in nocte in Marutinis recolimus captiuitatem, scilicet, Dominum: in Prima illusionem, in Tertia productionem ad iudicium, in Sexta sententiam, in Nona mortem, in Vespera depositionem de ligno & sepulturam, in Completorio positionem custodiam circa sepulchrum. His enim horis perducimur ad vitam & salutem. Psalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.

Vel dicamus quod à septem liberati, à Christo septima hora sanamur, scilicet, primo à contemptu præcepti & præcipientis, secundo à libidine peccati, ab agendorum & credendorum & appetendorum ignorantia: tertio à malitia, quæ est pronitas & procliuitas in malum: quarto à reatu actus peccati: quinto à macula contagionis imaginis Dei: sexto ab ipso pondere peccati quo vnum peccatum trahit in aliud, quando per penitentiam non deletur. Job 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Sic ergo omnibus his modis, hora septima reliquit illum febris spiritualis.

Hoc iterum secundum signum fecit IESVS, cum venisset à Iudæa in Galilæam.

Hic est quasi quidam epilogus signorum quæ [fecit IESVS] ad ædificationem fidelium, & obstinatorum confutationem [cum venisset à Iudæa in Galilæam:] In isto secundo aduentu etiam notatur quam duri fuerunt Iudæi: cum in Samaria nullum lignum fecerit: & tamen illi in eum crediderunt. Act. 7. Dura ceruice & indomabili corde: vos semper Spiritui-sancto resististis. Isa. 48. Sciebam quod durus es tu; & neruus ferreus ceruix tua; & frons tua ænea,

quod etiam per tot signa non crediderunt. Et hæc de quarto.

CAPVT V.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit IESVS Ierosolimam. Est autem Ierosolimam probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethsaida.

Hic ostenditur in Verbo esse virtus reparatiua vel restauratiua vniuersaliter & non secundum partem, sicut ex superius inducta patet diuisione. In sanatione enim filij reguli ostendit reparatiuam in parte, in hac scilicet, mortali vita. Hic autem ostendit, quod virtus ad suscitationem mortuorum & ad perpetuam vitam est in Verbo: & hac virtute finitur huius doctrina capitalium. Propter quod in duas diuiditur partes, in quarum prima in curatione paralytici desperati, huius virtutis in Verbo incarnato vel increato præmittitur signum: in secunda virtus vniuersaliter restauratiua totius mortalitatis, supponitur documentum *ibi* [Respondit itaque IESVS & dixit eis, Amen amen dico vobis, non potest Filius quicquam à se facere] Prior harum partium duo continet, scilicet, perfectionem miraculi, & ex hoc consequentem perfectionem maligni populi *ibi* [Dicebant ergo Iudæi illi qui sanus factus fuerat] In prima harum tanguntur duo, in quorum primo tanguntur inducentia ad miraculum faciendum: in secundo perficiencia miraculum *ibi* [Hunc ergo cum vidisset IESVS] Inducentia autem ad miraculum sunt tria, scilicet, temporis solennitas, loci reuerendissima sanctitas, & infirmi maxima necessitas. De temporis quidem solennitate dicit.

Post hæc] non continuo, sed paucis interpositis in quibus nihil famosum factum est [erat dies festus] quando ipsa solennitas Iudæorum exegit vt. omne masculinum appareret coram Domino Exo. 23. Erat enim hæc solennitas festi Pentecostes: festum quod futuris temporibus dono Spiritus-sancti fuit consecrandum: quo purificatis festum omne in iuuentute Spiritus deinceps esset celebrandum. Na. 1. Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiciet vltra vt pertranscat in te belial, vniuersus interit, Exod. 23. Solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro, celebrabis. In hac solennitate primitiæ frugum offerebantur: quia omnes primitiæ nostræ Spiritui gratiæ & Christo debentur. Et ideo tunc plenus Spiritu-sancto, à quo flueret Spiritus-sanctus omnia restaurans ascendit IESVS cuius omnis actus ascensio est [Ierosolimam] Mat. 20. & Lu. 18. Ecce ascendimus Ierosolimam & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de Filio hominis. Amos 9. Qui ædificat in celo ascensionem suam. Quia omnia ad celum ascendere facit, qui sua virtute sanat & corroborat. Hic est enim qui ascensionem in corde suo disposuit in hac valle lacrymarum, miserabiles personas ad gaudia celi deducens. Scipet enim in festo ascendit, vt tunc confluentibus vndique turbis virtutem suam manifestaret, & subleuaret eos ad fidem veritatis. Isa. capitulo 49. Tempore

Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui.

Est autem Ierosolimam] Ecce loci describitur reuerendissima sanctitas. Describitur autem à quatuor: ab vsu sacrificiorum, ab hospitalitate ægrotorum, ab effectu curantium, ab Angelo visitante locum. Dicit autem circa vsum vel ritum sacrificiorum, vsus & ab vsu denominationem. Dicit ergo [est autem Ierosolimam] tanquam in loco solenni diuini cultus.

Probatia piscina] Attende quod in Ierusalem erant tres piscine; quarum prima fuit extra Ierusalem, collecta de aqua quæ defluxit de montibus. Et ista aquæ colligebantur propter terræ caliditatem & ariditatem. Et hæc piscina vocabatur superior, quia extra ciuitatem fuit in loco eminenti à quo deriuata flueret in ciuitatem quando necesse fuit: & in illa piscina fullones lauant lanam & pannum. Isa. 7. & 4. Reg. 18. Ad extremum aquæ ductus piscine superioris in via agri fallonis. Alia piscina fuit intra muros ciuitatis, collecta de aquis à rectis stillantibus & alijs locis. Et hæc ibi ad communem vsum habebatur. Et tempore belli aliquando in interiorum ducebatur, ne aqua ciuitati deficeret. Isa. 22. Congregatis aquas piscine inferioris & domus Ierusalem numerastis, scilicet, tempore obsidionis Babyloniz. Tertia piscina fuit circa templum, collecta de aquis stillantibus à templo & ædificiis templi. Et hæc erat ad abluentionem corporum animalium quæ in sacrificium offerebantur, & ad abluentionem sacerdotum: quia Salomon fecerat mare zneum & luteret ad abluentionem illas perficiendas, sicut dicitur 3. Reg. 7. Sed hæc transtulit Nabuchodonosor in Babylonem, & postea pauperes effecti Iudæi, in loco illius piscinam in concavitatem lapidis in monte templi congregauerunt, vbi hostiæ & Sacerdotes lauantur. Et hoc est quod dicit [Est autem Ierosolimam] circa templum [probatia] hoc est, ab ore denuntiata & denominata: quia græce probaton, latine est ouis: quia maxime de ouibus sacrificia fiebant: & ideo plura quam de alijs animalibus ibi corpora ouium lauantur [Piscina] per contrarium, quod antiphrasis dicitur, quia minime pisces habet.

Quæ cognominabatur] ab vsu aquæ [hebraice Bethsaida] hoc est, domus pecorum siue pecualis: quia ibi corpora pecorum in porticu iacebant, donec lauantur & offerrentur. Et quia vsus iste factus fuit tempore status legis, ideo reuerentiam habebat totus huius piscine locus: quia sacrificij carnes & abluta ab eis sanctificabant eum. Hoc significante Spiritu sancto, nostram pecorinam naturam ibi à concupiscentiis & peccatis esse abluendam, & Deo fore offerendam. Romanor. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: rationabile sit obsequium vestrum. Psalm. 25. Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine. Sic enim & nos piscinam munditiæ habemus ante templum, quando abluti aqua lacrymarum & penitentiæ mundamur, vt puri sacrificium Deo possimus offerre. Psalm. 50. Lauabis me & super ni. dealb. Isa. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestram ab oculis meis.

Quinque porticus habens.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Hic venerabilitas huius loci describitur ab hospitalitatis gratia: quia ibi pauperes hospitabantur, quos semper Deus in hoc mundo elegit. Iaco. 2. Deus elegit pauperes, diuites in fide & hæredes regni, quod promisit Deus diligentibus se. Ad hospitandum autem pauperes dicit duo: distinctionem receptaculorum, & diuersitatem receptorum pauperum. Dicit ergo [Quinque porticus habens] hoc est, quinque receptacula: quia quinque sunt modi deficientium pauperum. Quidam enim sunt pauperes solo rerum defectu & inualitudine corporis, & illi habebant receptaculum primum. Quidam autem cum inualitudine habebant agitationis & angustia inquietudinem, propter quam alijs faciebant incommodam: & hi habebant receptaculum secundum. Quidam autem habebant corporis talem inmunditiam, quam alij ferre non poterant: & hi habebant tertium. Quidam autem mentis tantam patiebantur insaniam, propter quam iterum alijs intolerabiles erant: & illi habebant porticum quartam. Alij autem quasi in nouissimo erant spiritu, vicina mortem expectantes, & ideo horrore alijs existentes: & ideo indigebant portica quinta. Et sic habebant quinque porticus. Et hoc signatur est Genes. 6. Secundum aliam translationem vbi dicitur: Facies in arca bicamerata & tricamerata. Bicamerata & tricamerata sunt quinque receptacula.

Significat autem istud quinque boni cordis receptacula quod est xenodochium miserorum. Quinque porticus, sunt receptio in corde per compassionem. Job 30. Compartebatur anima mea pauperi. In ore per consolationem. 1. Thes. 5. Consolamini pusillanimes &c. In opere per supportationem. Ro. 15. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. In facultate & subuentione. Iac. 2. Si autem frater & foror nudus &c. Non dederitis autem eis quæ necessaria sunt, quid prodest? Apud proximum & Deum per intercessionem. Luc. 11. Amice accomoda mihi tres panes.

Sunt autem quinque quæ porticum receptionis pauperum faciunt: quorum primum est, quod post mortem non est locus penitentia. Eccl. 9. Quocumque valet manus tua, institer operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas. Secunda porticus est meditatio incertitudinis horæ & qualitatis mortis: hæc enim meditatio facit eum affluere visceribus pietatis, vt in corde porticum faciat ad redemptionem pauperum, Eccl. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut capiuntur aues laqueo, & pisces hamo: sic capiuntur homines in tempore malo. Tertium quod facit porticum in cordis hospicio, est consideratio impossibilitatis mercedi in tempore futuro, & quod ibi multo grauiores penas soluet, quas omnes hic per inuamem sui & proximi potest delere. Hebr. 10. Horrendum est incidere in manus Dei omnipotentis. Eccl. 2. Si penitentiam non egerimus incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Dominus autem dicit in Ps. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et ideo per misericordiam carum est illud iudicium præuenire. Quartum quod de corde facit porticum pauperum, est meditatio recompensationis eius quod ex misericordia impenditur, quod centuplum retribuitur, & in tuo vbi fures non effodiant collocatur. Math. capitulo 19. Luc.

H 3 8. Mar.

8. *Mat. 10.* Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. *Luc. 11.* Mitte panem tuum super transiunt aquas, & post multa tempora inuenies eum. Quod autem in tuto est collocatum
2. *Timo. 1.* Scio cui credidi, & certos sum quia potens est depositum meum seruire in illum diem.
Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, & vbi fures non furantur. Quinta porticus consideratio est, quod homo per misericordiam euadit examen futuri iudicii. *Psal. 111.* Iucundus homo qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur. Omnes enim quibus vel affectu vel effectu misericordiam impendit, excusabunt eum in iudicio. *Luc. 2.* Superexaltat autem misericordia iudicium. Sic ergo per misericordiam sui & proximi xenodochium cordis edificatur, quinque porticus habens. Sed redeamus ad literam.

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.

Tangit loci reuerentiam ex diuersitate in loco receptorum pauperum: & tangit quatuor, scilicet, languentium quietem, multitudinem, diuersitatem & consolationis expectationem. Quæ valde competunt operibus misericordie.

Dicit ergo [in his] portibus [iacebat] in lectis & locis ad quiescendum paratis, in quibus membra infirmorum molliter recipiebantur & mundè. *Luc. 10.* Impositum in iumentum seminiuum duxit in stabulum, & curam illius egit.
4. *Regum 4.* Faciamus ei cenaculum paruum, & ponamus in eo lectum, & mensam, & sellam & candelabrum: vt cum venerit ad nos maneat ibi [multitudo magna languentium] Ad hoc enim edificata fuerunt porticus vt essent infirmorum receptacula. Et ex hoc sumpsit initium quod hospitalia per Ecclesiam infirmis edificantur. Languentes autem dicuntur diu infirmati: quia langor est longus angor. Et illi maiori indigent misericordia. *Ecclesiastici 10.* Breuem languorem præcidit medicus, & langor prolixior grauat medicum. Multitudo autem fuit, in collectione multorum in numero. Magna autem fuit, in expensis, quas ad vsus infirmorum habere oportuit. *Luc. 6.* Et omnis turba quærebat eum tangere, quia de illo virtus exibat & sanabat omnes. Virtus enim misericordie semper per miserationes exit de misericordie. *Luc. 6.* Estote misericordes sicut Pater vester misericors est. *Isa. 58.* Egenos vagosque induc in domum tuam. *Iob 31.* Foris non manit peregrinus, ostium meum viatori paruit.

Cæcorum, claudorum, aridorum] Ecce diuersitas receptorum pauperum. Cæcus autem visu carens, ad consolandum vias dirigentes non aspicit. Claudus etiam prospectans ad consolantem dirigentes vias, ambulare non poterit. Aridus autem membrorum nervos arefactos, & motu destitutos & sensu, etiam a porrigente consolationem propriis viribus illam accipere non poterit. Et ideo in his tribus generibus miserorum, maxime destituti omnes intelliguntur. Sed beatus ille misericors Iob vices eorum in his quæ per se non poterant supplere. *Iob 29.* Oculi sui cæco, & pes

claudo. Infirmam aridi Paulus supplere præcipit *Ro. 15.* Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque proximo suo placeat ad edificationem [expectantium aquæ motum] quia per motum aquæ curabatur aliquis in tanta multitudine, sicut inferius habebitur. Significat autem iste motus aquæ motum fluxibilis cordis in misericordia: quia sicut aqua tota effunditur a vase in quo est, ita cor misericors totum se effundit in misericordias pauperum. *1/4. 58.* Si effuderis esurienti animam tuam & afflictam animam repleueris, oriatur in tenebris lux tua, & tenebræ quæ erunt sicut meridies. *Psal. 41.* Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam. Ille aquæ motus adhuc curat & subleuat multorum miseras. *Thren. 2.* Effunde quasi aquam cor tuum ante conspectum Domini. Sic ergo aqua mouetur in consolationem pauperum.

Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, tantus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate.

Tangitur hic reuerentia loci ex visitatione Angeli. Si autem queritur, Quare iste visitabatur ab Angelo? Dicunt quidam (quædam sequentes apochrypha, quæ ab historiis Græcorum ad nos deriuata sunt, & dicuntur scribi in ea quæ apud Græcos exuthimiaca vocatur historia, quam Patriarcha quidam Ierosolymitanus dicitur conscripsisse) quod cum Salomon edificaret templum de lignis Libani, quod remanserunt ibi quædam ligna cedrina & cypressina ex quibus crux Domini postea fuit preparata. Hæc ergo ligna in loco illo paulatim operata sunt terra primò, & cum postea ibi piscina fieret, natabant ligna in piscina, quæ procedente tempore propter aquam imbibitam graua effecta, in fundo non natantia iacebant. Dicunt etiam quod hæc ligna tempore Passionis dominicæ natate contra consuetudinem inceperunt ad visum hominum & quod propter ligni illius sanctitatem, locum Angelus visitauit, & aqua etiam virtutem curationis ægrotum accepit. Hoc autem dictum quia nulla probatur auctoritate, eadem facilitate contemnitur qua probatur.

Probabiliter ergo dicitur quod reuerentiam accepit piscina, tum a facto, tum a mysterio. A facto autem duplici, scilicet, ab ablutione Sacerdotum & hostiarum, & ab hospitalitate pauperum ibi receptorum. A mysterio autem, quia ibi Spiritus sanctus dignitatem figuratum hostiarum ostendere voluit propter dignitatem Passionis Christi, quæ in eis significata fuit: & ideo Angelus locum illum visitauit. *Mala. 3.* Ecce mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem tuam. Pusillosque & infirmos alium solatium non habentes libenter visitant Angeli. *Mat. 18.* Angeli pusillorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. Et ideo languidum Lazaram singulariter, inter omnes descendentes ab hoc mundo, Angeli leguntur portasse in sinum Abrahamæ *Luc. 16.* Hoc est ergo quod dicit.

Angelus

Angelus autem Domini] propter loci reuerentiam secundum tempus aliquod, quia non omni tempore. Hoc enim referuatum est soli Christo qui omnes quos velle, & quandocumque velle curaret. Filio enim tanto maior datur virtus curationum, quanto melior est Filius Angelo. *Hebr. 1.* Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius nomen præ illis hereditauit. Hic autem Angelus dicitur Domini: quia virtute non sua, sed Domini, cuius erat minister, hoc effecit. *Hebr. 1.* Nonne omnes administratorij spiritus sunt, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? [descendebat secundum tempus] in propria, persona & singulari effecta [in piscinam] ante porticus effusam: qui descendens gratiam curandi significabat allatam. *Gen. 28.* Et Angelos descendentes per eam. *Ioan. 1.* Videbitis Angelos descendentes & ascendentes super Filium hominis [& mouebatur aqua] vt infirmi ex ipso aquæ motu scirent gratiam curationis adesse. Sciendum autem est, quod forti motu mouebatur: & ideo inferius dicitur quod turbabatur, quia a fundo commiscebatur quod relictum fuerat ex ablutione de carnibus sanctis cum aqua sanctificationis & curationis. Vt Baptismus significaretur commixtus cum Passione Christi, qui curationem spirituales perfectam exhibiturus fuit. Talis ergo motus fuit in aqua. *Exech. 36.* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

Et qui prior descendebat in piscinam] Prior enim descendit qui in sanctificatione aquæ purior inuenit aquam, antequam ad alios vsus applicaretur. Et prior descendit qui feruentiori animo deuotionis gratiam quaerit: quia ille plus festinauit. De primo horum dicitur *Apsca. 21.* Ostendit mihi Angelus fluium aquæ viæ splendidum tanquam crystallum, procedentem a sede Dei & agni. De secundo 1. *Corinth. 9.* Sic currite vt comprehendatis. *Isa. 55.* Omnes sitientes venite ad aquas [post motionem aquæ] & tangit virtutem caritatis propter quam in reuerentia fuit locus [sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate] 2. *Matth. 3.* In loco est quædam veri Dei virtus. Nam ipse qui in cælis habet habitationem, visitator & adiutor est loci illius. *Gen. 28.* Verè Dominus est in loco isto.

Queritur autem hic, Quare in loco illo, non omni tempore, omnes sanabantur vt esset perfectior sanctificatio futurorum? Ad hoc autem dicendum quod sicut dicitur *Hebr. 7.* Nihil ad perfectum adduxit lex. Et ideo particulare secundum tempus, & secundum numerum quod est in parte, signum debuit esse perfecti secundum tempus & secundum vniuersitatem curatorum. Hoc enim exigit tempus imperfectionis, quod sua imperfectione mittebat ad Christum perfectum curatorem omnium. *Psal. 102.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. *Ecol. 34.* Dans sanitatem & vitam & benedictionem.

Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

Tangit hic infirmitatis miseriam. Hanc au-

tem exaggerat tripliciter: a natura, a longitudine infirmitatis; ab ipsa infirmitate. A natura quidem in hoc quod dicit [quidam homo] factus ad imaginem Dei, & ideo miserandus: colens intellectum, & ideo diligendus. *Gen. 1.* Ad imaginem quippe Dei factus est homo. De secundo *Deut. 33.* Dilexit populos: omnes sancti in manibus eius sunt [triginta octo annos habens] Ecce longitudo infirmitatis. *Psal. 87.* Pauper sum ego, & in laboribus a iugentibus meis. Dicit enim *Chrysost.* quod iste ab annis puerilibus fuit paralyticus & nunquam sanus: & ideo magis miserandus. *Psal. 6.* Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde. *Luc. 13.* Hanc autem filiam Abraham quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Quasi diceret, imo oportuit propter diurnam eius infirmitatem ne semper graueretur. Numerus autem 38. annorum significat defectum a denario & fide Trinitatis. Quia triginta sunt tres decem, & numerus triginta surgit ex hoc quod fides Trinitatis in decalogum ducitur. Infirmitas autem in his infirmitatem signat in fide Trinitatis, & operatione decalogi. Octo autem quæ supersunt, signant octo beatitudines quæ *Matth. 5.* enumerantur. Et infirmatus in eis signat infirmitatem virtutis circa illa quæ beatificanc. Et sic infirmus iste in fide & opere & virtute significat infirmum. Et hæc tria tanguntur in *Psal. 37.* Cor meum conturbatum est in me. Quod est principium operationum. Dereliquit me virtus mea. Quæ causa est beatitudinis. Et lumen oculorum meorum in fide, non est mecum. Et ideo iste totus erat miser & miserabilis [in infirmitate sua] Quamuis omnis dolor sit quædam infirmitas, & ægritudo: tamen paralysis specialiter est infirmitas quæ nihil firmum in membris relinquit, sed omnia dissoluit: ita quod se vsu membrorum iuuare non possit. *Psal. 6.* Miserere mihi Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Significat autem ista infirmitas passionis humorem concupiscentie, membra resoluentem & dissoluentem. Vnde *Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5.* Paralyticus non poterat per seipsum venire ad Iesum: sed a quatuor portatus per regulas submissus est ante eum. *Isa. 1.* A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.

Hunc autem cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei. Vis sanus fieri?

Hic tanguntur ea quæ faciunt ad perfectionem miraculi. Dicuntur autem hic tria, scilicet, sanantia, sanitatem perfectam ostendentia, & calumniam contra Christum ostendentia. Sanantia autem sunt tria, scilicet, misericordia Christi, consensus ægri, & verbum virtutis quod imperat infirmitati. Misericordia notatur in duobus: in visu miseri, & in cognitione longæ infirmitatis infirmi. De primo dicit [Hunc ergo] infirmum [cum vidisset] oculo misericordie. *Sep. 3.* In tempore exit respectus eorum. Sic oculo misericordie Samaritanus vulnerato appropians, alligauit vulnera eius *Luc. 10. Exod. 3.* Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Egypto, & gemitum

gemitum eius audiui & descendi liberare eum [Et cum cognouisset quod iam multum tempus haberet] in infirmitate sua. Et hoc ante cognouit virtute deitatis, sed nunc ad modum cognoscentis se habet quando misericordiam impendit: quia tunc proximum se facit. *Luc. 10.* Proximus est qui fecit misericordiam in illum. *Tob. 5.* Forti animo esto, in proximo est ut à Deo curesis [dicit ei] eliciens consensum. Et in hoc signat quod dissentiens non curatur ab infirmitate spirituali, quia ponit obicem Spiritui sancto [Vis sanus fieri: quasi diceret. In voluntate tua est, quia tu tibi peccatum causa infirmitatis fuisti: sicut infra patet, ubi dicit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Et ideo voluntatem ad me à peccato conuerte, sicut ad auctorem salutis tuæ, & curaberis. *Osca 14.* Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè quoniam aucterus est furor meus ab eis.

Respondit ei languidus, Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit.

Hic ponitur languidi consensus: & dicuntur duo, quorum primum inopie allegatio: secundum autem offensio impotentie in seipso. Dicit ergo [Domine] Ecce confessio maiestatis & potentie. *Esther 13.* Dominus vnuerforum tu es [non habeo hominem] Inopie est allegatio: quia nullum habet adiuantem. *Iob 6.* Ecce non est auxilium mihi in me: necessarii quoque mei recesserunt à me *Psal. 37.* Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Quasi diceret. Bene habeo voluntatem, sed inopia tanta est quod non habeo adiuantem. *Eccli. 51.* Respicens eram ad adiutorium hominum & non erat [ut cum turbata fuerit aqua] quando reliquie sacrificiorum immiscentur in aquam ut ab eis vim curationis accipiat [mittat me] primum [in piscinam] Et sic deest adiutorium hominum. Et hoc signat quod peccator omni destituitur auxilio humano. Vnde in *Psal. 77.* dicitur: Spiritus vadens, & non rediens. Quia per se vadit in peccatum, sed non per se redit ex ipso [dum venio enim ego] significat infirmitatem in ipso vires non habentem, & hoc est [dum ego venio] per conatum aliquem infirmitatis meæ [alius] fortior & me potentior [ante me descendit] in aquam, & sic laborem exhibeo sine fructu laboris. *Iob 16.* Nunc quoque oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt artus mei. Quia omnia naturalia mea sunt oppressa. *Isa. 38.* Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. *Dan. 10.* Solutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit vitium. Et hoc quidem facit peccatum in homine. Quia tollit communionem Sanctorum, per quam deberet haberi adiutorium ab alio: & vulneret naturam, per quam deberet haberi auxilium in seipso.

Dicit ei IESVS: Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula.

Dicit ei IESVS: Quia elicit consensum ad gratiam sanantem [Surge] Ecce verbum virtuosum ad sanandum. *Psal. 106.* Misit verbum

suum & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. Dicit autem tria, quorum vnum est factium sanitatis: secundum autem restitutum virtutis, tertium causatum consolidationis. Dicit ergo [Surge] hoc est, sursum te age, iam sanitate restituta, & peccato te deprimente depulso. quia peccatum (ut causa infirmitatis animæ) corpus ab erectione depressit. *Baruch 5.* Surge & sta in excelso, hoc est, sursum te age petendo caelestia in corde, & extendendo te ad superiora in corpore. *Col. 3.* Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite. Et ideo taliter curati à Christo, in lætitia cordis gratias agentes dicunt cum David. *Psal. 19.* Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus, in mente à peccato: & erecti sumus, quia iam & oculos & manus in cælum ad Deum extendimus [tolle grabbatum tuum] Ecce verbum restauratum virtutis. Lectum enim, qui ante sustentabat & portabat infirmum, nunc portat & sustinet, virtutem habens vigorosus: & non possit hoc facere nisi restituta sibi virtute. *Psal. 67.* Dabit voci suæ vocem virtutis. Hoc enim omnino consequens, quod Christus Dei virtus & Dei sapientia, qui scit & potest, verbo suo det sanitatem cum plena virtute. *Hebr. 1.* Portans omnia verbo virtutis suæ. Sicut autem per gratiam intus purgauit peccati infirmitatem: ita per virtutem intus deleat vitia & addidit virtutis vigorem. *Ioa. 3.* Infirmitas dicitur quia fortis ego sum [& ambula] Ecce verbum consolidationis quo conglutinata sunt membra paralytici prius dissoluta, quæ dum dissoluta essent ambulare non poterant. Et sic anima per inconstantiam concupiscentiæ dissoluta retro, gressu virtutis incedere primum non poterat. *Thren. 1.* Peccatum peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est. *Ab. 3.* Protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ, & exiliens stetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Hæc autem ambulatio profectum signat meriti, & virtutis. *Psal. 118.* Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini. Sic ergo factum est miraculum & intus in anima, & exterius in corpore.

Est autem considerandum secundum *Chrysostr.* quod miræ patientiæ, & humilitatis, & longanimitatis, & spei fuit iste æger. Patientiæ, quia frustratus labore sapissime descendens in aquam ad verba impatientiæ & blasphemiarum non prorupit. *Iaco. 1.* Patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. *Luc. 21.* In patientia vestra possidebitis animas vestras. Humilis autem fuisse in hoc cognoscitur, quod licet miserimus fuerit: tamen ad hoc quod sanaretur à Domino, se non idoneum existimauit. *Gen. 32.* Minor sum cunctis miserationibus tuis. *2. Paral. 16.* Non sum dignus videre altitudinem cæli præ multitudinem iniquitatis meæ: quoniam irritaui iram tuam. Longanimitas autem eius in hoc deprehenditur, quod diu iacens semper gratiam expectauit. *Hebr. 6.* Sic longanimiter ferens adeptus est repromissiones. *Psal. 26.* Expecta Dominum viriliter age &c. De spe autem laudatur in hoc, quod vadique se videns destitutum non desperauit. *Rom. 4.* Qui contra spem in spem credidit. *Rom. 5.* Spes non confundit. *Psal. 118.* Non confundas me ab expectatione mea.

mea. Et ideo videtur iste quasi sine exemplo singularis. Et ideo etiam hanc gratiam inter tot infirmos solus promeruit. Non enim sine causa istum & non alios curauit.

Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo.

Ecce effectus constitutus sanitatis, & vigoris, & consolationis secundum quod tria dixerat Christus. Dicit ergo [Et statim] ne credatur paulatim redisse sanitas, sicut quando natura paulatim operatur sanitatem. Quia sicut *Ambrosius* dicit, nescit tarda reum molimina sancti Spiritus gratia. *Eccli. 34.* Usque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia Dei. *Ierem. 17.* Sana me Domine, & sanabor &c. Hæc autem sanitas in gratia fuit [sustulit grabbatum suum] Grabbatum dicitur à graba quod est caput, quia est lectus portatilis in quo solum caput in stramento requiescit. Portauit autem lectum illum in signum restitute virtutis. Et sic portat poenitentis onus peccati in quo prius requieuit, quando iniunctam sibi pro peccato portat poenitentiam. *Psal. 37.* Sicut onus graue grauata sunt super me. *Luc. 5.* Tulit ergo lectum suum in quo iacebat, & abiit in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum [& ambulabat] sicut gradu corporis, ita profectu virtutis. *Psal. 83.* Ibunt de virtute in virtutem quoad usque videatur Deus deorum in Sion. *Apoca. 3.* Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.

Erat autem sabbatum in die illa] Ecce determinatio temporis ex quo apud imperitos factum habuit calumniam. *Isa. 66.* Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Et ideo quies Dei fuit sanctificatio sabbati ut requiesceret, qui longo labore contractus fuerat. *Isa. 28.* Hæc requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. Vnde hæc est optima sabbati, hoc est, diuinæ quietis obseruatio: quod tamen Iudæi carnales non intelligebant.

Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabbatum tuum & ambula.

Hic incipit pars illa quæ est de persecutione, quæ orta est ex miraculo. Diuiditur autem in partes duas, in quarum prima ponitur calumnia facti: in secunda ponitur calumnia contra factorem *Ibi* [Abiit ille] Adhuc prior illarum habet paragraphos quinque, in quorum primo ponitur facti calumnia à Iudæis: in secundo allegatio auctoritatis ad facti defensionem: in tertio interrogatio auctoris facti propter calumnia auctoritatis: in quarto dispensatur occultatio Domini donec factum bene publicetur: in quinto manifestatio auctoris facti ad confutationem calumniarum. Dicit ergo [Dicebant ergo Iudæi] maligni & inuidi. *Isa. 6.* Excæca cor populi huius, & aures eius agraua, & oculos eius claudet: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelli-

gant, & conuertantur, & sanem eos [Sabbatum est] dies feriat. *Exod. 20.* Omne opus seruilis non facietis in eo. Et *Ibidem.* Memento ut diem sabbati sanctifices *Isa. 58.* Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. Et hoc præterdunt, nescientes quod opus seruilis est, quod ad seruitutem malam & subiectionem inclinavit: quo sicut dicitur *Ioan. 8.* Qui facit peccatum seruus est peccati. Sanare autem ægros opus est libertatis, & liberationis, sicut in supra dicta *Isa. 58.* auctoritate est probatum. Sanctificatio autem sabbati est sanctam cordis quietem confirmato corde in Domino retinere. Et hoc maxime facit qui omnibus Dei amicis prodest, & profuit: semper autem ille voluntatem non suam, sed Dei in sabbato perficit. Adhuc autem, tollere lectum, ut dicit *Chrysostr.* opus fuit necessitatis. Et hoc semper licuit facere in die sabbati, propter quod boues & asini à fossis in sabbato extrahebantur & adaquabantur: sicut supra *Luc.* inuenies [Dicunt ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi] propter legis prohibitionem [tollere grabbatum tuum] quia *Num. 15.* Ligna colligens in die sabbati præcipitur lapidari. Sed colligens ligna, lacrima in colligendo quæruit, & sic seruilis in auaritia perpetravit. Ille autem pauper portando lectum, sibi necessarium reseruaui, & alij infirmo in portu locum dedit. *Isa. 54.* Dilata locum tentoriij tui, fac spatium ut habitem. Et ideo sine causa calumniabantur hoc factum [Respondit eis] infirmus præterdendens auctoritatem Domini legis [Qui me sanum fecit] & sic virtute diuina in se ostensa, se Dominum legis esse probauit [ille] tantæ auctoritatis [mihi dixit: Tolle grabbatum tuum, & ambula] & huic obediendum fuit. *Ab. 4.* Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, vos indicare. Maxime cum etiam Moyses non nisi per signum se probauerit audiendum. *Exod. 4.* Si non credent verbo signi prioris, credent verbo signi sequentis. *Ioan. 3.* Nemo potest facere hæc signa quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabbatum tuum & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. IESVS autem declinabat à turba constituta in loco. Postea inuenit eum IESVS in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Tertius est paragraphus ubi inquirunt facti auctorem ut imponant sibi calumniam [Quis est ille homo?] non dicunt esse Deum: quia infirmitatem eius præterdebant propter calumniam quam facere intendebant: & ideo dicunt, Quis est ille homo? *Ioan. 10.* Tu cum homo sis facis temetipsum Deum [qui dixit tibi] contra legem [Tolle grabbatum tuum & ambula] nec dicunt qui te tam longa infirmitate detentum sanauit: quia hanc virtutem in Christo negabant, & occultabant quantum poterant. *Isa. 50.* Dicunt videntibus,

tibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicerere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errorem. Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesser à facie nostra sanctus Israël [Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset] Tangitur hic dispensatio Domini occultatio. Videtur autem falsum esse quod iste nesciuit eum: quia professus fuit Dominum cum curaret eum. Sed dicendum, quod sciuit eum esse curatorem, & virtutem habere diuinam. Sed non distincte cognoscebat eum in persona, patria, & genere. *Ioan. 1.* Et ego nesciebam eum. Vt autem magis occultaretur, subditur.

I E S V S autem declinabat à turba constituta in loco [Miraculo enim facte, statim ad locum miraculi conflavit turba: & Dominus ne laudem appetere videretur, à loco turbæ declinabat. *Ioan. 8.* Ego gloriam meam non quero. Dicunt autem quidam quod declinabat frementem turbam Iudæorum propter sabbatum: quia nondum venerat hora eius ad patiendum. Sed primum est probabilius. Vnde *August.* Noli **I E S V S** querere in turba, non est tanquam vnus de turba [Postea] hic ponitur Domini manifestatio post miraculum iam propalatum, propter cuius propalationem, se Dominus subtraxerat, ne propter præsentiam ipsius ab inuidis supprimeretur. *Sap. 2.* Grauis est nobis etiam ad videndum. [Postea] ergo propalato iam miraculo, & soluta turba [inuenit eum **I E S V S** in templo] in quo forte gratias egit Deo de percepto beneficio sanitaris. *1. Thef. 40.* In omnibus gratias agite [& dixit ei] instruens eum ad cautelam futurorum [Ecce] per signa euidentia [sanus factus es] Dei beneficio [iam] de cætero [noli peccare] hoc est, habe firmam voluntatem non peccandi: quia omne peccatum ex voluntate sicut ex radice procedit. *Matth. 7.* Non potest arbor mala, hoc est, mala voluntas, fructus bonos facere: neque arbor bona fructus malos facere. *2. Corinth. 8.* Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta sit: non secundum id quod non habet. *Gen. 4.* Subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius [ne deterius tibi] in pena æterna [aliquid contingat] quam in pena temporalis factum est. *Eccli. 7.* Nesciunt mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. *Eccli. 12.* Non est ei bene qui assiduus est in malis. *Matth. 12.* Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Abiit ille homo & nuntiavit Iudæis quia **I E S V S** esset qui fecit eum sanum.

Hic incipit pars illa quæ est de persecutione Iudæorum propter miraculum. Cum enim ante calumniarentur factum, nunc persequuntur facientem postquam nouerunt eum. Dicuntur autem hic duo, in quorum primo accipiunt facientis notitiam: in secundo autem in persecutione ostendit Euangelista Iudæorum malitiam. Dicit ergo [Abiit ille homo] qui de paralytico sanus effectus [& nuntiavit Iudæis] non ut delator, sed ut magnalium Dei prædicator. *Tob. 12.* Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. *Matth. 9.* Diffamauerunt eum in tota terra illa [quia **I E S V S** esset] secundum nomen suum auctor salutis [qui fecit eum sanum] *Psal. 43.* Saluasti enim nos ex

affligentibus nos: & eos qui nos oderunt confudisti. *2. Mach. 9.* Contestabatur omnibus manifestam Dei virtutem. Illi autem vade ædificari debuerant ad fidem, inde scandalizabantur ad mortem & infidelitatis excæcationem. Et hoc est quod sequitur.

Propterea persequebantur Iudæi **I E S V S** quia hæc faciebat in sabbato. **I E S V S** autem respondit eis. Pater meus vsque modo operatur & ego operor.

Tangit autem duo, scilicet persecutionem propter violationem sabbati, & persecutionem propter hoc quod dicebat se esse Filium Dei. Et hæc per ordinem continentur in litera. Dicit ergo [Propterea persequebantur eum Iudæi] legem ignoranter zelantes. *Rom. 10.* Testimonium perhibeo illis quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes autem iustitiam Dei & suam quærentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti [quia hæc faciebat in sabbato] Opinantes quod nihil penitus esset faciendum in sabbato, sed ab omni opere vacandum. *Gen. 1.* Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso requieuit ab omnibus operibus suis. Arguebant ergo, quod si Deus in sabbato requieuit ab opere suo: cum nihil sit diuinus & vtilius quam opus diuinum, quod tunc requiescendum fuerat ab omni opere hominum quantumcumque sit vtile & diuinum. Ad hoc autem per instantiam responderet Dominus, dicens [**I E S V S** autem respondit eis] instantiam ferens ad vltimum quod inducebant [Pater meus] qui est in celis: quauis in sabbato cessauerit ab omni opere creationis, dispositionis, & ornatus, tamen [vsque modo operatur] gubernando, & restaurando quod corumpitur in opere, & propagando. Hoc enim pater ad sensum, & ideo nulla indiget probatione: & per hoc Pater non soluit sabbatum. Ergo cum [& ego operor] restaurans & reparans corrupta, & sanans infirma non solum sabbatum: sed in operando me Patri conformo. Et sicut à principio, creando, disponendo, & ornando operatus sum cum ipso: ita facio & modo. Et per hoc pater quod plene responsum est perfidia Iudæorum. *Isa. 26.* Omnia opera nostra operatus es Domine in nobis. *Ioan. 1.* Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Querunt tamen quidam; An Christus violauerit sabbatum? Quod videtur violasse, per hoc quod *Luc. 6.* dicit: Dominus est Filius hominis, etiam sabbati. Per hoc enim innuit quod violauit, & violare potuit vt Dominus legis existens. Adhuc *Ibidem cap. 14.* dicit. Cuius vestrum afinus aut bos in foueam cader, non continuo extrahet illum in die sabbati? Et per hoc videtur dicere quod opera necessitatis facta in die sabbati non soluunt sabbatum.

Ad hoc autem & omnia huiusmodi dicendum, quod in præcepto de sabbato duo significabuntur. Vnum quidem quod est morale, de lege nature existens: & hoc est significatio quietis, scilicet, vt quies cordis firma & munda seruetur. Quia vt dicit *August.* Omnis humana peruersitas est, vt fruendis, & frui vtendis. *August.* Item: Non est quiescendum nisi in eo bono, quo fruendum est: quia hoc solum est in quo quiescitur, & con-

tra quod nihil desideratur. Et qui sic quietem non sanctificat, peruersus est: sicut dicit *August.* Omnis humana peruersitas &c. Quia sic id quod est via, ponitur pro fine: & id quod est finis, ponitur pro via. Et ratio naturalis dicit hoc omni homini. Hæc autem est lex naturalis, quæ (sicut dicit *Basilium*) in naturali lege est descripta, id est in naturali iudicatorio, quod est ratio naturalis hominis dicens quid faciendum, & quid cauendum est in communibus principiis morum, quæ ordinant vitam. Et ideo hoc in tabulis cordis scriptum est adeo indelebiter, tanquam in lapide; & ideo nunquam potest habere dispensationem. Aliud autem significabatur in præcepto sabbati, quod est diei vnus in septimana ad feriandum determinatio. Quod antiquitus propter mundi perfectionem (cum nullum aliud maius opus diuinum Deus ostendisset) determinatum est ad diem septimum. Et hoc ratio naturalis non dicit, & ideo ad legem nature non pertinet. Sed ex causa qua dictum est, determinata est dies illa, non sine ratione: quia homines feriantes, suspensi à negotiis & occupationibus propriis, libero corde à sollicitudine possint redire, per considerationem & gustum quandam, ad dulcedinem eius quo fruendum est, & illi inhaerere. Vt sic aliquando redeunt, traherentur à dulcedine ipsius, & sapor ipsius inhaerent, etiam quando operantur aliis diebus. Et hæc de causa ferie præcipiuntur in Ecclesia. Quando autem maius opus quam perfectio mundi apparuit, sicut mundi glorificatio in Resurrectione Domini: tunc ad feriandum determinata est dies octaua. Et quia feriatio diei non est de iure naturali: ideo diuersas recipit determinationes & dispensationes. Quia sicut dicit *Philosophus*, Multipliciter humana natura ancilla est: & ideo frequenter oportet etiam in ipsis feriis dispensare propter necessitatem. Et propter hoc non dicitur solui sabbatum.

Sabbatum ergo propt est requies in fruibili, nunquam soluendum est. Prout autem est determinatio diei ad feriandum, alia & alia de causa determinatur in dies diuersos. Prout ergo est obseruatio feriantis, sic solui poterat ex causa: sicut *Matthias 1. Machab. 2.* solui præcepit, & arma sumere contra inimicos: ne occisus fidelibus, pariter & lex periret. Et sic etiam ex dispensatione soluebat propter necessitatem animalium vel hominum. Et ideo calumnia fuit quod in talibus imponebant Iudæi Christo, qui necessitati hominum subuenit: cum ipsi Iudæi necessitatibus animalium suorum in sabbato subuenirent. Sic autem soluere sabbatum maxime conuenit Domino sabbati, cuius est pensare, quando, & quibus de causis, lex sabbati sit soluenda. Et ideo dicit: Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbati. Sic in *5. Eph.* determinatur, vt in omni vrbilitate siue ciuilitate episcopalis, hoc est, superiustus qui nouit quando soluenda est lex data, quæ nonnunquam in præiudicium ipsius legis & dictamen contra intentionem legislatoris obseruaretur. Hæc est ergo secundum nos huius dubij vera solutio.

Dicunt autem alij quidam, quod triplex fuit sabbati violatio, scilicet, quando fiebat aliquid contra præceptum, vel quando aliquid fiebat contra determinationem diei, vel quando aliquid fiebat contra vsum vel consuetudinem. Sed hoc ni-

hil est ad propositum: quia secundum hanc intentionem Christus Iudæis nec hic nec alibi respondet. Et ideo prima solutio est tenenda. Sequitur.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

Secunda causa persecutionis quam Iudæi ex ipsa Christi responsione sumebant. Et hoc est quod dicit [propterea ergo magis] quia blasphemia maior peccatum est quam violatio sabbati. *Matth. 12.* Spiritus blasphemie non remittitur. Et post multa sequitur: Qui dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. *Leuit. 24.* Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum vnuersus populus. Et ideo [quærebant eum Iudæi interficere] secundum præceptum legis *Leuit. 24.* Qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Et repetunt causam persecutionis priorem [quia non solum soluebat sabbatum] sicut illi calumniantes dicebant [sed & Patrem suum] naturalem & consubstantialiam [dicebat Deum] quod illi blasphemiam esse dicebant. *Ioan. 10.* Nos de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Sed quia etiam ipsi Patrem vocabant Deum. *Deut. 32.* Nunquid non ipse est Pater tuus qui possedit te, fecit & creauit te? Ideo addunt [æqualem se faciens Deo] per æqualitatem nature & potestatis. Hoc autem alij per adoptionem filij Dei vocati (qui Deum Patrem inuocabant) non dicebant. Et hoc quidem (vt dicit *Chrys.*) si Patrem suum per naturam diceret, & non operibus demonstraret: blasphemia esset. Sed quia per opera hoc demonstrabat, contradicere Iudæi non poterant: & ideo quærebant eum interficere. *Sap. 2.* Promittit scientiam Dei se habere, Filium Dei se nominauit. Et *Ibidem infra.* Gloriat Patrem se habere Deum, æqualem se faciens Deo. Hoc est falsum secundum *August.* Quia non fecit se Patri æqualem, quia hoc esset blasphemia, sed potius Pater generando eum, fecit sibi eum æqualem. Non enim Filius à se, sed à Patre per naturam accepit quod Patri est æqualis. Et sunt hæc verba *August.* Non ipse fecit se æqualem, sed ille eum generat æqualem. Quia si ipse se faceret æqualem Deo, faceret rapinam, & sic caderet. Qui enim se æqualem voluit facere Deo cum non esset, cecidit, & lex Angelo factus est diabolus. Et hanc superbiam homini propinquit, & desecit eum, cum dixit: Gustate & eritis sicut dii. Christus autem æqualis Patri natus, non factus, non usurpauit æqualitatem Dei. Propter quod dicit *Apost. Phil. 2.* Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.

Respondit itaque **I E S V S** & dixit eis: Amen amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.

Hic incipit doctrina de vili potestate reparationis naturæ condite, per quam Christus se ostendit Deum & Deo Patri æqualem. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima se promittit Patri æqualem per potestatem operandi & iudicandi: in secunda autem ostendit Iudeorum iustam condemnationem: quia hoc non crediderunt *Ibi* [Vos misistis ad Ioannem &c.] Adhuc anterior pars diuiditur in duas. In prima probat se Patri æqualem. Sed quia ex hoc aliquis crederet quod à Patre non esset genitus: ideo in secunda ostendit se æqualitatem à Patre habere per generationem *Ibi* [Non possum ego à meipso facere quicquam] Adhuc prior harum subdividitur in duas, in quarum prima dictam ostendit æqualitatem. Sed quia illa maxime ostenditur ex virtute suscitacionis mortuorum: ideo in secunda ostendit qualiter virtus iudicandi, & suscitandi mortuos, est in ipso *Ibi* [Amen amen dico vobis quia venit hora] Adhuc prima harum diuiditur in duas, in quarum prima ostendit se indiuisam potentiam à Patre habere. In secunda ostendit per opera maxima se habere æqualitatem potentie Patri *Ibi* [Et maiora his demonstrabit ei] In prima harum sunt tres paragraphi, in quorum primo per hoc quod est ars Patris, ostendit quod indiuisam à Patre habet operationem: in secundo per hoc quod indiuisam à Patre habet operationem, ostendit quod indiuisam habet potentiam: in tertio autem vtriusque horum ostendit causam.

Dicit ergo [Respondit itaque Iesus] ad hoc quod illi blasphemantes, Christo blasphemiam imponebant [& ait eis &c.] *Iob 13.* Prius vos ostendens fabricatores mendacii & cultotes peruersorum dogmatum [Non potest Filius] qui per naturam est Filius, hoc est, non habet potentiam Filius [à se] quam habet ab alio: quia habet omnem suam potentiam à Patre [quicquam facere] *Ioan. 17.* Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt, & clarificatus sum in his. *Ioan. 7.* Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris [nisi quod viderit] ut ars & sapientia Patris. *1. Cor. 1.* Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Sapientia enim genita, & lux (in qua Deus facit omnia) videt quidquid facit artifex primus. Et hoc est quod dicit [nisi quod viderit Patrem facientem] In intellectu enim paterno videt Verbum, quod est ars & sapientia Patris. Ideo enim Verbum cordis patris dicitur. *Psal. 44.* Eructavit cor meum Verbum bonum. Ideo etiam dicitur candor lucis paternæ: quia videt in lumine suo quicquid Pater habet in se. *Sap. 7.* Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula. Ideo etiam dicitur splendor gloriæ ipsius: quia splendor in corde Patris super omnia quæ sunt Patris. *Hbr. 1.* Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Ideo etiam dicitur splendens in omni munditia & sanctitate Patris. *Psal. 110.* Ex utero ante luciferum genui te in splendoribus Sanctorum. In quantum ergo est ars plena rationum omnium viventium, & candor lucis æternæ, & splendor gloriæ, & sapientia Patris, videt omnia quæ Pater. Et sic à se non potest facere quicquam, nisi quod viderit Patrem secundum ingenitam potentiam facientem. Omnem enim potentiam genitoris habet ab eo per generationem, & sic æqualis est sibi per poten-

tiam. Nec habet aliquam potentiam nisi à Patre, & sic à se nullam habet, nec & a se habita potentia, quicquam facere potest. Ut auctoritas sit in Patre, & æqualitas naturalis potentie per generationem sit in Filio. *Ioan. 8.* Ego quod vidi apud Patrem meum loquor.

Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.

Secundus est paragraphus vbi dicit indiuisam esse operationem. Dicit ergo [Quæcunque enim ille fecerit] per potentiam naturalem & substantialem [hæc & Filius] eiusdem potentie naturalis & substantialis [similiter] hoc est, ex eadem & simili potentia [facit] quia vna potentia trium sicut vna est substantia trium. Et aduerbium, similiter, quod hic ponitur, veritatis est expressiuum. Hoc est ergo quod dicit. Et sic omnia videt operanda quæ Pater, & omnia facit eadem potentia qua Pater. *Ioan. 3.* Omnia dedit ei Pater in manus, hoc est in potestate. Et sic Filius non imbecillis est, sed generatione accepit eandem cum Patre potestatem, & operationem [Pater enim] Tangit vtriusque causam concomitantem, non præcedentem, non diuersam in esse: sed quæ causa est concomitans secundum modum intelligendi [Pater enim diligit Filium] essentiali dilectione: quia de illa intelligitur, hic quæ est dilectio concomitans generationem. *Ioan. 3.* Pater diligit Filium (Diligit etiam Pater Filium dilectione Spiritus sancti. Sed de hac dilectione hic non loquitur: quia illa à Patre & Filio æqualiter procedit. Et per illam non potest probari quod in essentialibus æquales sunt Pater & Filius. Et quod Filius per generationem, æqualem à Patre accepit potentiam) Quia quod essentialiter dilectione diligit, hoc dilectio concomitans generationem facit, quod nihil retinet sibi, quod non Filio dilecto communit, quem diligit sicut seipsum. *Ioan. 3.* dicitur. Pater diligit Filium, & omnia dedit ei in manus. Dilectio enim naturalis facit, quod nihil substantialium retinet, quod generando Filio non communit. *Luc. 15.* Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. In figura huius dicitur *Gen. 24.* Dedit Abraham filio suo Isaac omnia quæ possederat. *Psal. 8.* Omnia subiecisti sub pedibus &c. Et hoc est quod sequitur [Et omnia demonstrat ei quæ ipse facit] Demonstrat autem ei non extra se, sed quæ videt ut sapientia Patris: hæc per unitatem substantiæ demonstrat ei ut faciendæ: nec aliter demonstrat nisi quod generat videntem & intelligentem operanda ab ipso. Hæc autem operanda, sunt illa quæ Deus in causis rationabilibus (quas indidit primæ materiæ) reseruaui sibi, non per naturam, sed per seipsum faciendæ ad gloriæ suæ manifestationem & fidei ædificationem. Hæc enim quando, & vbi, & pro quibus faciendæ sunt, soli demonstrata sunt Verbo. *Exod. 25.* Omnia fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Videt ergo in sapientia, ut sapientia Patris. Facit ut indiuisus à Patre. Demonstrata habet quia nouit quando, & vbi, & pro quibus voluit. Et hoc est quod dicitur *Ioan. 1.* Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus Filius qui est in

in sinu Patris, ipse enarrauit. *Mat. 11.* Nemo nouit Filium nisi Pater, & nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Sic dicitur *Mat. 11.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate. Quomodo enim, & quando faciendum est nouit Deus Pater, & hæc operanda demonstrat Filio, qui solus quando, & quid operandum sit, plenam nouit rationem.

Et maiora his demonstrabit ei opera ut vos miremini.

Hic ostendit se æqualem cum Patre habere potestatem per opera maxima. Dicit autem duo. Primo enim in communi prælibat hoc quod dictum est. Secundo specificat quæ sunt illa quæ maxima sunt. Dicit ergo [& maiora his] in hoc quod sunt vtiliora & maioris ostensa potentie [demonstrabit ei opera] in futuro dicit, non ideo quod collatio potentie dependet à futuro, quæ ab æterno donata est: sed quia effectus potentie dependet ad futurum, sicut resurrectio mortuorum, & iudiciaria potestas. Et ideo dicit [demonstrabit] hoc est, se dedisse ab æterno ostender. Nec hoc mirum est: quia etiam dilectoribus Christi dat potestatem maiora faciendi quam Christus fecit. *Ioan. 14.* Signa quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ad Patrem vado. Nulli tamen contulit modum faciendi quo Christus fecit quod fecit: quia ipse fecit ut potestatem habens, & clauem non vtens in propria domo. Alij autem sicut innocentes diuinam potentiam, & clauibus supplicationum & exorcismorum vtentes.

Ut vos miremini] hoc est, in admirationem trahamini. Qui enim miratur, suspensus est in quoddam altum, quod nescit: & dum est in agonia admirationis, quarere incipit: & sic inuenta diuina potestate ad fidem venit. Et hoc est quod dicitur *Luc. 11.* Si in digito Dei eiicio demonia, hoc est, in demonstratione potentie & virtutis Dei, eiicio diabolum de sua potestate: profecto peruenit in vos regnum Dei, hoc est, fides regni Dei fit per rationem vultus inuestigare. Sic trahere homines in admirationem est velle, & ad fidem ædificans. *Isa. 52.* Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Sic dicitur in *Psal. 67.* Mirabilis Deus in Sanctis suis. Item *Psal. 45.* Vacate & videte quoniam ego sum Deus. Item *97.* Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Qui autem aliter ambulat in magnis & mirabilibus super se, ut in vanitate laudis prædicetur: malo sine mirabilis vult esse. *Psal. 130.* Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me.

Sicut enim Pater suscitatur mortuos & viuificat: sic & Filius quos vult viuificat.

Ecce quæ sunt illa maiora, scilicet duo: vniuersalis potentia suscitacionis mortuorum, & iudiciaria potestas vniuersaliter iudicandorum. Dicit ergo [Sicut enim Pater] innascibilis per virtutem naturalem [suscitatur] hoc est, habet

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

potestatem suscitandi [mortuos &] per spiritum vitalem [viuificat] coldem. Suicitur enim de puluere colligendo & vnendo & compingendo corpus & membra, & incarnando. Viuificat autem per spiritum vitæ quem inspirat. *Exod. 37.* Accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad inacturam suam. Et vidi, & ecce carnes & nervi ascenderunt super ea, & extenta est in eis cutis desuper. Et *Infra.* Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt. Sic enim in duobus cognoscitur maxima potentia: in suscitacione corporum de puluere, & viuificatione per spiritum. *Isa. 26.* Viuent mortui tui Domine, interfecti mei resurgent. Expergiscimini & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantium detrahes in ruinam. *1. Reg. 2.* Deus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Hæc ergo est potentia Patris maxima, quam in reformatione creaturarum à se facturum ostendit.

Sic & Filius quos vult] Aliquos enim vult, in signum quod vniuersalem ad omnes resuscitandi habeat potestatem. Sicut cum suscitaret Lazarum & filium viduæ, & *Mat. 9.* filiam Iayri principis Synagoge. Hos enim tres suscitauit in signum quod vniuersalis potentia suscitandi mortuos sit in ipso sicut in Patre. Et ideo dicit [Sic & Filius quos vult viuificat] quia liberam habet potestatem faciendi quod vult in hoc & in omnibus alijs. Sed quia summa sapientia est sicut quando vnus sanauit in porticu Salomonis, poterat omnes sanasse si voluisset, sed non fecit, quia non fuit expediens: ita tres istos suscitans omnes poterat suscitasse, sed noluit, quia non expediebat, sicut ipse inuit *Luc. 4.* Quod multi leprosi fuerunt in diebus Elisei & nemo ex his curatus fuit, nisi Naaman Syrus. Et multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ, & ad nullam illarum missus fuit Elias nisi in Sareptam ad mulierem viduam. Hæc enim miracula quæ fecit, sufficiebant ad demonstrandum quod Deus habitauit in ipso, & ad significandam potentiam vniuersalem reformationis humanæ naturæ esse in ipso. Hos ergo suscitare voluit, ut se habere demonstraret vniuersalem potentiam diuinam ad omnia faciendæ quæ Deus facit, ut naturæ nostræ perfectus & omnipotens sicut fuit creator, ita & esset reformator.

Neque enim Pater iudicat quæquam: sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.

Istud est secundum in quo demonstrat maximam Dei potestatem & auctoritatem esse in ipso. Dicit autem tria, in quorum primo in se ostendit esse iudiciariam potestatem: secundo ostendit huiusmodi potestatis acceptæ in nobis rationem & finem: tertio ostendit iudicij futuræ enationem, si quis vult ab ipso recipere gratiam fidei & deuotionis. Dicit ergo quod habet quidem omnipotentiam: cuius signum est [neque enim] hoc est, quia nec Pater qui tantæ est potestatis quod de

omnipotentia

omnipotentia eius nemo dubitat [iudicat quemquam præsidiendo iudicio, & sententiam dictando] hoc est, solemnitate iudicij & modum [dedit Filio] ut ipse præsideat solemniter & sententiam dicat. Sed contra hoc esse videtur quod dicitur *Dan. 7.* Antiquus dierum sedet, & libri aperti sunt. *Psal. 34.* Iudica Domine nocentes me. Responso est ad hoc, quod Pater iudicat auctoritate & potestate, scilicet, quod in forma Dei iudicio vniuersali præsideat Filius. Iudicium autem facere quantum ad solemnitatem præsidendi dedit Filio, ut in forma qua iudicatus est & despectus, præsideat cum Apostolicis viris, ex quorum doctrinis sicut ex libris, sententia salutis vel damnationis vnicuique promulgatur. *Matth. 19.* In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. *1/a. 3.* Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Sic ergo Christus in forma serui iudicabit. *Apoc. 1.* Ecce veniet cum nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Quare autem hoc faciat Pater, subdit [ut omnes honorificent Filium] Quia cum Filius ex obedientia Patris carnem assumpserit, & iudicatus in carne, & passus & mortuus sit, & sic humiliatus: iustitia fuit ut à Patre in potestate iudicaria honoratus sit, ut resumpto honore maiestatis, honorem habeat diuinum. Hoc est [ut omnes honorificent Filium] honore & reuerentia diuinis [sicut honorificant Patrem] honore diuino. *Phil. 2.* Dedit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. *Act. 17.* Statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus suscitans eum à mortuis. *Esai. 6.* Hoc honore dignus est, quemcumque rex honorare voluerit. Hac ergo de causa, sic & tali potestate honorauit Filium [Qui] ergo [non honorificat Filium] contemnens eum propter infirmitatem carnis assumptam, in qua tamen orbem terræ iudicabit [non honorificat Patrem qui misit illum] quia sicut honor filij redundat ad Patrem: ita inhonoratio filij refertur ad Patrem. Et in hoc tangit Iudas, de quibus dicit *Ioan. 8.* Honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. *1. Reg. 2.* Quicumque honorificauerint me, glorificabo eos: & qui contemnunt me, erunt ignobiles. *Hebr. 2.* Eum qui modico quam Angeli minoratus est, videmus IESVM propter Passionem mortis, gloria & honore coronatum. Hic enim est honor iudicariæ potestatis, quo ipse de contemptibus se inimicis suis iudicat. *Psal. 109.* Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.

Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit: sed transiet à morte ad vitam.

Amen amen dico vobis [quia occultum est & supra rationem: ideo duplici virtute confirmatione. Dicitur autem duo modum scilicet merendi, & modum iudicium districtum euadendi. De modo me-

rendi dicit [quia qui verbum meum audit] verbum, inquam, prolatum quod de Verbo formatur æterno. Qui enim hoc audit, in illius corde manet Verbum creatum, quod non transit, & cor illius capit, & format informado in seipsum & trahit ad se intellectum & affectum & totum hominem. *Psal. 140.* Audient verba mea, quoniam potuerunt. *Exod. 20.* Loquere tu nobis, & audiemus. Hoc enim audire, est exaudire. *Rom. 10.* Fides est ex auditu: audirus autem per verbum Christi [& credit ei qui misit me] Patri. Huic autem credit qui Patrem per potentiam operatiuam, per indiuisam substantiam, in me esse cognoscit. *Ioan. 3.* Quem misit Deus, verba Dei loquitur. Item *infra 8.* Qui ex Deo est, verba Dei audit [habet vitam æternam] iam in causa & spe, in futuro autem in re & in possessione. Hac autem vita æterna, est cognitio veritatis secundum intellectum & affectum. *Io. 17.* Ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Hac enim est vita æterna. Constat enim vnicuique quod vita æterna, non est nisi intellectualis in veritate, quæ est immortalis. Et hic talis, totus viuunt, & in virtute splendet, & in veritate se ostendit, & audacter venit ad lucem, ut manifestentur opera eius: quoniam in Deo sunt facta, sicut supra tertio dictum est.

Et ideo [in iudicium] condemnationis [non veniet sed transiet] à veritate agnita in via & in merito ad vitam æternam: qui felicissimus transietus est, ut dicit *Maximus.* De quo loquitur *Psal. 30.* Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione vel contradictione hominum: quæ conturbatio omnium hominum sapientium exit in iudicio. *Rom. 8.* Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo IESV. *Ezech. 17.* Vita viuunt & non moriuntur. *Ecl. 24.* Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Sic ergo ostendit æqualitatem potentie esse in se ad Patrem. In hoc autem quod dicitur [transiet] notatur quod prius dum non crederet, fuit in morte, de qua dicitur *Rom. 5.* Sicut per vnum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransiit. Sed per Christum sicut ibidem dicitur per fidem [à morte] illa transiit [ad vitam] quia sicut dicitur *Habac. 2.* Iustus ex fide sua viuunt. Et de hac transiit ad speciem veritatis: quæ visio est tota æternæ & vitæ æternæ, ut dicitur *1/a. vlt.* Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt.

Amen amen dico vobis quia venit hora & nunc est quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint viuunt.

Hic incipit pars in qua ostendit qualiter virtus suscitandi & iudicandi est in ipso. Habet autem duos paragraphos, in quorum primo ostendit potestatem suscitandi & iudicandi esse sibi essentialem virtute suæ diuinitatis: in secundo autem ostendit generalitatem huius potestatis & ingratitudinis ibi [Nolite mirari hoc] In primo paragrapho sunt tria, in quorum primo præmittit potestatis suscitandi mortuos effectum: in secundo ostendit potestatis virtutem: in tertio adiungit in eandem virtutem iudicandi potestatem. Dicit ergo [Amen amen] Hoc maxime indiget confirmatione: quia

quia totum est supra rationem. Sed de hoc credendum est vniuerso qui est in sinu Patris, quicquid enarrauerit [quia venit hora] Duplex est hora suscitandi mortuos. Vna quidem quoad acceptioem virtutis suscitandi mortuos. Et hæc [venit] quando Pater potestatem dedit Filio suscitandi. Hoc autem Christus habuit & homini dedit in incarnatione. *Act. 10.* Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. *Act. 17.* Statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus &c. Hora autem alia est quoad acceptioem potestatis, quam accepit ab incarnatione, quando ministerium iudicij commisit Filio: ut in eadem forma iudicet & honoretur, in qua iudicatus est & contumeliam passus. Et hoc est quod sequitur [Et nunc est] quia iam illa hora [sicut dictum est] incepit. Quamuis enim Deus suscitet & iudicet auctoritate: tamen ministerio iudicabit solus homo Christus, secundum legem quam ipse dedit. Et hoc est quod sequitur [quando mortui] Alius modus horæ est ex parte suscitandorum. Et hæc hora est duplex, scilicet, in signo probante futuram resurrectionem: & hæc hora nunc est, quando Filius quosdam suscitatur, ut probet in se esse potestatem omnes suscitandi: sicut in antehabitis dictum est. Et est hora venturæ generalis resurrectionis: & hæc non est nunc, sed continuo veniet, hoc est, in veniendo est.

Tamen quedam *Glossa* istud totum videntur exponere de spiritali resurrectione quæ est à morte animæ. Et hoc videtur dicere *August. sic.* Vita [quæ est ipse Pater & Filius] pertinet ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientie, sed anima rationalis quæ illuminatur à lumine quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed ista lectio debet intelligi ita, quod resurrectio animæ & potestas suscitandi, signum sit potestatis suscitandi etiam mortuos in corpore: quia aliter nihil probaret Christus de sua intentione. Quia cum per sanitatem agrorum, ostenderit se operari sicut Pater, non satis congruè transiit ad potestatem suscitandi mortuos, nisi intenderet ostendere se per hoc habere potestatem restaurandi totam naturam quam curauit in parte. Et hoc non ostendit nisi ex vniuersali potestate mortuos suscitandi. Et ideo secundum *Chrysost.* sic legitur ut dictum est. Hæc est ergo hora quando mortui corpore.

Audient vocem filij Dei] Vel particulariter, & nunc Lazarus, & filius viduæ, & puella Archifynagoge filia. Audient autem sicut dormiens expergefactus audit. *Psal. 67.* Dabit voci suæ vocem virtutis. Vel in futuro vniuersaliter, quando Filius Dei mortuos ad iudicium vocabit. *1. Thef. 4.* Ipse Dominus in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de celo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Ibi *Glo.* Vox Archangeli est vox Christi qui est princeps Angelorum. *Greg.* Tubam sonare, est visibiliter & terribiliter Filium Dei in carne ut iudicem mundi demonstrare. Si autem obiciat aliquis, quod qui mortuus est, non sentit. Hoc nihil est: quia virtutem vocis Christi propter deitatem in se manentem, audit omne quod est: quia habet obedientialem rationem ad ipsam. *Deut. 32.* Audite cæli quæ loquor, & audiat terra verba oris mei. *Glossa*

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

tamen dicit quod hoc quod hic dicitur, conuenit solis iustis, qui sic audiunt de incarnatione eius ut credat quia Filius Dei est. Sed hæc *Glossa* est de resurrectione spiritali, sicut ante dictum est.

Et qui audierint viuunt] Quicumque enim [audierint] vel in præfenti, vel in futuro [viuunt] vitam naturæ: quia hæc est vox quæ vocat ad vitam, nunc quidem quos vult, in futuro autem omnes. *Rom. 4.* Ante Deum cui credidistis, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. *Ezech. 37.* Ossa arida audite verbum Domini. Vnde quos nunc vult vocare viuere, & omnes in futuro viuere. *Iob 14.* Vocabis me & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum potriges dexteram. Ut cleues [subaudi] iacentem in puluere. *Dan. 12.* Multi de his qui dormiunt in terra puluere euigilabunt.

Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei & procedent: qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

Secundus est paragraphus de essentiali sibi propter deitatem suscitandi virtute [Sicut enim Pater] per virtutem essentiali diuinæ [habet vitam] quæ est prima vita: & ideo principium & causa omnis vitæ [in se] manentem ex substantia diuina quæ in ipso est, & est prima vita, & vitæ principium & causa [Sic] per omnem eandem modum virtutis [dedit] generando eum ab æterno in eadem vitæ substantia [Filio] connaturali & consubstantiali [vitam] eandem fontalem vitam [habere] naturaliter & substantialiter in semetipso: quia per hoc quod homo factus est, quod non erat, assumpsit, sed diuinitatem non amisit, nec cum humanitate commiscuit. Primum autem in omnibus causa est & fons omnium aliorum, sicut primus calor in omnibus calidis. Vnde *Philosophus.* Quicquid est in multis per communitatem generis vel analogie, est in vno aliquo primo, quod est causa omnium aliorum. Et ideo vita quæ est in omnibus viuus per aliquam analogie proportionem, necesse est quod sit in vno primo, quod fontalis causa vitæ est in omnibus aliis. Hoc autem primum est deitas in tribus personis. *Psal. 33.* Domine apud te est fons vitæ. Et ita Filius quamuis deitatis vitam habeat à Patre: tamen, ut dicit *Hilarius,* ex se viuunt ex essentiali & substantiali & naturali sibi deitate. Si autem ex se viuunt, causa est omnibus vitæ: sicut ex se calidum, est omnibus calidis causa caloris quem habent per participationem. *Primer. 8.* Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino: qui autem in me peccauerit, laedet animam suam. Hinc est quod dicit *Ezech. 3.* Quare moriemini domus Israël quia nolo mortem peccatoris? Principium enim vitæ nullo modo est vel potest esse principium mortis secundum seipsum. *Sap. 1.* Deus mortem non fecit. Et post pauca sequitur: Impij autem manibus & verbis accerserunt illam

Et potestatera dedit ei] Pater Filio quando misit eum in carnem [iudicium facere] non auctoritate propria, sed ministerio. *Psal. 71.* Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Causam autem huius iam ante diximus. *1sa. 16.* Preparabitur autem in misericordia solium eius, & sedebit super illud, iudicans in veritate in tabernaculo David. Quia exequetur iudicium in forma hominis. Et hoc est quod sequitur. [quia Filius hominis est] hoc est, quia hoc meruit merito congrui, in hoc quod Filius hominis est, in quo legem posuit, & iudicatus & condemnatus fuit. Et hæc est lectura secundum *Aug. 7.* Ecce in nubibus cæli Filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient.

In 4. d.
48. v. 1.

Chrys. autem huic lecturæ concordat quidem, sed distinguit aliter, & punctat sic [& potestatem dedit ei &c.] quando misit eum in carnem [quia Filius hominis est, nolite mirari hoc] Ac si dicat. Nolite mirari hoc quod ipse est Filius hominis, cui tantam & suscitandi & iudicandi dedit potestatem: quia Filius Dei, later in Filio hominis, & Filius Dei æquali auctoritate iudicat & suscitatur cum Patre: quamvis Filius hominis in quantum filius hominis est, iudicat & suscitatur ministerio sub Patre. Non enim est admirandum si illi homini in quo later Filius Dei, magna committat opera suæ potestatis. *Psa. 4.* Scitote quia Dominus Sanctam suam misericordiam, hoc est, miræ suæ potestatis opera commisit illi Sancto, qui est Sanctus sanctior. Vnde *Dan. 7.* Potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Hoc enim dicitur de Filio hominis, cui antiquus dierum suæ potestatem commisit exequendam. *Lu. 1.* Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. *Ier. 23.* Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Sic sub eodem sensu legitur secundum *Cry.* Secundum autem *Aug.* hoc quod dicit [Nolite mirari] hoc punctatur cum consequenti, & refertur ad sequens: quia quamvis secundum seipsū sit mirabile quod mortui resurgunt ad vocem Filij Dei: tamen si attenditur quod vox Filij Dei, est eadem cum illa, de qua dicitur *Romanor. capitulo 4.* quod suscitatur mortuos: & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: nihil habet admirationis si vox quæ potuit instaurare naturam cum non esset, potuit reparare eandem cum corrupta esset. *Act. 16.* Quid incredibile indicatur apud vos si Deus mortuos suscitatur. *Amos 9.* Suscitabo tabernaculum David quod cecidit, & reedificabo ruinas murorum eius, & ea quæ corruerunt restaurabo. Vnde in hac consideratione hoc non est mirandum, maxime apud Iudeos qui Scripturam nouerant.

[Quia venit hora] continuo transitu temporis. *Habac. 2.* Veniens veniet & non tardabit [in qua omnes] sine distinctione, & sine exceptione personarum. *Sap. 6.* Non subtrahet personam cuiusquam Deus qui omnium est dominator. *1. Cor. 15.* Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur [qui in monumentis sunt] hoc est, in sepulchris. Et ponit continens pro contento per metonymiam, hoc est, omnes mortui: quia nō om-

nes inveniuntur in monumentis, eo quod quidam exurentur in igne, quo exuret facies mundi, & quidam sunt insepulti abiecti, vel ad cineres concremati & in omnem ventum sparsi: sicut sancta Baldina cum sociis suæ passionis [audient vocem Filij Dei] Quamvis enim Filius hominis in forma hominis exequatur ministerium iudicij: tamen à Filio Dei per naturam diuinam est virtus suscitationis mortuorum. Et ideo dicit: Audient vocem Filij Dei. *Ezech. 37.* Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris [& procedent] ad iudicium [qui bona fecerunt] hdei, spei, & charitatis [in resurrectionem vitæ] gloriosæ & æternæ [qui vero mala egerunt] peccata mortalia [in resurrectionem iudicij] & condemnationis. *Dan. 12.* Multi ex his qui dormiunt in terra pulvere euigilabunt: alij in vitam æternam, alij in opprobrium ut videant semper. Vnde boni resurgunt & immutabuntur ad gloriam. Alij autem mali incorruptibiles quidem, hoc est, sine diminutione membrorum resurgent: sed non immutabuntur, quia corpora terra & passibilia & pigra & animalia habebunt in pœna æterna. Et ideo dicitur *1. Corinth. cap. 15.* Omnes quidem resurgemus: sed non omnes quidem immutabimur. Ideo etiam dicitur de malis in *Psal. 1.* Non resurgant impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Quia non resurgent ad gloriam, quod vere resurgere est: quia manebunt in peccato & morte æterna, in quam per peccatum inciderunt. De quibus dicitur *Amos 4.* Ecce dies venient dicit Dominus, & leuabunt vos in contris, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Et per aperturas exhibitis: altera contra alteram. Et proiciemini in Armon, hoc est, in infernum. Exhibet enim anima de apertura inferni, & corpus de apertura sepulchri: & per sententiam finalem in infernum detruentur, in carcere perpetuo includendi. Hoc est ergo in quo Christus probat se habere cum Patre potestatis æqualitatem.

Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me.

In hac parte remouet eam quæ dicitur fieri posset dubitationem. Posset enim aliquis dicere quod quia est æqualis Patri, nihil haberet à Patre, maxime ex hoc quod dicit, quod sicut habet Pater vitam in semetipso, sic & Filius habet vitam in semetipso: ideo hic occurrit & ostendit quod omnia, quæ est, & potest, & facit, habet à Patre. Dicit autem hic duo, in quorum primo per hoc quod omnia habet à Patre, ostendit quod iudicium æquissimum erit quod iudicabit: in secundo autem ostendit hoc esse verum per rationem veræ iustificationis *ibi* [Si ego testimonium] Adhuc autem in prima harum tria dicit, scilicet, quod ea quæ habet à Patre

habet: & quod ex hoc rectum probatur iudicium esse: & rationem huius subiungit. Dicit ergo [non possum ego] in persona diuina vel humana acceptus [à meetipso quicquam facere] quia sicut non sum à meipso: ita non habeo virtutem à meipso; nec operor à meetipso. In hac ergo locutione non fit negatio æqualitatis, sed potius negatio est innascibilitatis: quia Filius non est à seipso sicut pater, sed potius est natus à Patre. Et sicut lumen nihil potest facere à seipso, sed potius hoc quod facit habet à sole: ita Filius potest quicquid Pater potest, tamen nihil potest à seipso: quia hoc quod potest, habet à Patre: & ideo mea potentia demonstrat potentiam Patris à quo sum, & sine quo non sum, & qui in me manens, mecum facit opera. *Ibidem.* Ego in Patre & Pater in me est. Et ideo operatio Filij Dei, demonstratio fuit diuinæ virtutis. *Exo. 3.* Digitus Dei est hic. *Luca 11.* In digito Dei eicio dæmonia. *Ioan. cap. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre: qui totam Patris possedit potestatem. Sed

Sicut audio, iudico] Quasi diceret. Ex quo non facio quicquam à meipso exclusa potentia Patris, quæ per generationem est in me. Ergo etiā in iudiciaria potestate nec possū quicquā facere à meipso, sed [iudico] in executione iudicij [sicut audio] à Patre esse iudicandum. Auditus autem ille, est esse à Patre: quia metaphorice est auditus in Deo. Sicut enim qui audit, ab alio percipit, & accipit quod faciendum audit: ita Filius à Patre accipit per generationem, quod faciendum & exequendum accipit. Et sic iudico de omnibus faciendis accipiens à Patre. Siue hoc sit de faciendis, siue in futuro de saluandis, vel de damnandis. *Prou. 12.* Qui quod nouit loquitur, iudex rectissimus est. Et quia iudicium communiter accipitur pro iudicio de faciendis, quod Christus tunc fecit & ostendit in omnibus factis: & pro iudicio futuro, quod ostendit in iusta retributione bonorum & malorum: ideo iniuste Iudei calumniabantur ea quæ fecit, siue in sabbato faceret, siue alio tempore. Vnde *Glossa.* Dedit mihi Pater potestatem iudicandi: non tamen possum à meipso. Quia qui non est à se, non facit à se: & ideo qui culpatur cum de opere sabbati, culpatur Patrem. *Alia Glo.* legit hoc de Filio hominis, qui nihil à se potest in quantum est Filius hominis: sed sicut audit à Patre, cuius diuinitati sociatus est in vnitatem personæ Filij. Audit enim sic Patrem in se manentem. *Psal. 84.* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *Io. 15.* Omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis [&] ideo [iudicium meum] de quibuscunque faciendis, vel iudicandis [iustum est] quia ad primam rectitudinem Patris mensuratum est. *Ierem. 23.* Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. *Psal. 118.* Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Vtrumque autem istorum dicitur in *Psal. 16.* De vultu tuo iudicium meum prodeat. Iudicium Christi non potest esse nisi iustum: quia semper procedit de vultu prescientiæ & rectitudinis Dei. Et est locutio ista: sicut si ponam in corde alicuius periri viri, omnes leges & omnia iura esse descripta, ille in iudicando de faciendis, dicendis, & iudicandis, non iudicatur nisi sicut videt & audit à lege: & non voluntatem propriam facit, sed legis. Sic enim descripta est re-

D. Alberti Magni Euang. D. Ioan.

ctitudo Patris in corde Christi: & ideo vnica refert ad ipsam. Et hoc est quod sequitur.

Quia non quero voluntatem meam] Ratio est eius quod dixit de iusto iudicio [quia non quero voluntatem meam] Videtur autem mirabile quod dicit, cum sua voluntas secundum naturam diuinam non sit alia à voluntate diuina: quia sic querendo suam, querit diuinam. Voluntas autem hominis concordat in toto cum voluntate diuina. Et sic iterum ad minus, in voluntatis nolito non est alia. Sed ad hoc dicendum, quod hoc pronomen, meam, discretionem significat: & hanc discretionem negat negatio, & non voluntatem. Vnde sensus est. Non quero voluntatem discretam aliquam. Et ideo negatio non negat verbum in quantum transit super voluntatem, sed super pronomen, in quantum discretionem importat: ut sit sensus. Non quero à Deo Patre discretam voluntatem, sicut vos putatis quod discretam à Deo Patre voluntatem habeam. *Math. 23.* Veritatem non sicut ego volo, sed sicut tu vis. *Ioan. 4.* Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei [Sed voluntatem eius qui misit me] Patris, cuius voluntas iniusta esse non potest: quia ipsa est regula & rectitudo omnis eius quod rectum est. *Deuter. 32.* Deus fidelis absque vlla iniquitate, iustus, & rectus. *Prou. 8.* Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid atque peruersum. Et ad illam voluntatem commendatur iudicium faciendorum & iudicandorum, non potest esse nisi rectum. Et hoc si cogitent Iudei, non culparent iudicia eorum quæ fecit. *Prou. 28.* Mali non cogitant iudicium. Qui autem requirunt Dominum animaduertunt omnia. Sic ergo probato iudicio omnium quæ [iudicantem Deo] facit Christus, hoc idem probat per testimonios quas habuit à Patre. Dicit ergo.

Si ego] singularis & discretus [testimonium perhibeo de meipso] cum nullus testimonium perhibere possit de seipso secundum veram rationem testimonij [testimonium meum non est verum] hoc est, veram rationem testimonij non habet. Sed contrariam videtur per hoc quod dicitur *Io. 8.* Si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum. Responsio. Dicendum, quod aliud est res testificata, & aliud testimonium in forma & ratione testimonij. Res quidem testificata potest esse vera, siue ab eo dicatur pro quo fertur testimonium, siue ab alio. Et potest etiam esse falsa. Sed in Christo non potest esse nisi vera. Sed testimonium in forma & ratione testimonij non potest esse verum testimonium nisi proferatur ab altero, & sub attentione immobilis veritatis. Propter quod à lege & iure præcipitur, quod testes non deponant nisi iurati. Dicendum ergo, quod hoc dictum intelligitur de testimonio quod est in forma & ratione testimonij. Quod quidem veram rationem testimonij non habet si Christus solus pro se dicat quod dicit, quamvis veram sit quod dicit. Quod autem dicit *Ioan. 8.* Ipse causam subiungit, dicens: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia non sum solus. Et ideo forma testimonij vera efficitur quando ab alioqui immobilis est veritatis confirmatur. Hoc ergo est quod dicit [Si ego] discretus & singulariter, diuinus & discretus à Patre

12

[testi

[testimonium perhibeo de me ipso] discreto à Patre [testimonium meum] à Patre discretum [non est verum] hoc est, quamvis posset esse verum in re testificata: non tamen veram habet testimonij rationem & formam. 2. Cor. 10. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. *Prov. 27.* Laudet te alienus & non os tuum, extraneus & non labia tua.

Alius est [qui est immobilis veritatis, qui mentiri non potest. *Prov. cap. 14.* Testis fidelis non mentitur [qui testimonium perhibet de me] per demonstrationem suæ potestatis in operibus meis. *Ioan. cap. 8.* Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me Pater qui misit me. Hic autem alius est in persona, non in natura. 1. *Ioan. ultimo.* Tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres, unum sunt [& scio] per unam quam cum ipso habeo scientiam. Vel [scio] quia vos per demonstrationem operum scire facio [quia verum est testimonium eius] *Hebræor. 2.* In nos confirmata est, contestant Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem. Et ideo dicitur *Iob cap. 10.* In persona conuictorum per testimonia veritatis. Instauras testes tuos contra me [quod perhibet de me] *Prov. cap. 11.* Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. Quando enim deponit testis, iurat: vt immobili inuocata veritate, firmum sit quod dicit. Quando autem Deus testificatur, ipso testimonio immobilis efficitur veritas. *Numer. capitulo 23.* Non est Deus vt homo vt mentiantur, neque vt filius hominis vt mutetur. *Ti. 1.* Promisit qui non mentitur Deus. Omne ergo iudicium faciendum, & factorum, & iudicandorum Christi est verum.

Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem ab homine testimonium non accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.

Hic incipit ostendere inexcusabilitatem non credentium suæ veritati, & (sicut dictum est) testificata. Habet autem duas partes, in quarum prima ostendit testimoniorum immobilitatem, quæ veritatem dictorum & factorum suorum ostendant immobilem: in secunda autem ostendit accusabiles, quia post tot testimonia credere noluerunt *ibi*: [Et non venire ad me] In primo horum quatuor inducit testimonia, scilicet, Ioannis, operum, Patris, & Scripturarum: per quæ probat suorum dictorum & factorum immobilitatem. In primo horum tria dicit: testimonium Ioannis ab eis requisitum: & quod ab ipso hoc testimonium non fuit procuratum, sed ab illis: & testificantis commendationem. Dicit ergo [Vos] non ego [misistis ad Ioannem] baptisam, sicut supra habitum est: quando miserans Iudæi ad Ioannem ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum. Tu quis es: [& testimonium perhibuit veritati] Ioannes: quia confessus est se non

esse quod non erat, & non negauit se esse quod erat. Scilicet quod erat vox præcurrens, & non verbum: & fuit præcursor, & non rex: & fuit lucifer, & non sol. *Supra primo.* Ipsi vos testimonium mihi perhibetis quod dixerim, quia non sum ego Christus. *Prov. 14.* Testis fidelis non mentitur. *Io. 1.* Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine.

Ego autem claritatem [qua clarificatione indigeam [ab hominibus] qui sæpe clarificant non clarificanda [non accipio] vt ego in me ipso clarior appaream. Ego enim sicut Deus clarior esse non possum. *Psal. 15.* Dixi Domino Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Et secundum humanam naturam nihil adiecit mihi ab homine: quia ab instanti conceptionis meæ plenus sum gratia, & sapientia, & Spiritum accepi non ad mensuram. Et ideo testimonium Ioannis, pro vobis querentibus factum, quamuis mihi nullam adiecerit claritatem: tamen vobis adiecit debuit veritatis cognitionem. Quod autem in hoc sensu loquatur pater per hoc quod sequitur [sed hæc dico] quod mihi quoad me nihil adiecit [vt & vos salui sitis] per testimonium Ioannis quod vos inuitat ad veritatis cognitionem.

Obicitur tamen contra hoc quod dicit: Claritatem ab hominibus non accipio, per hoc quod dicitur *Ioan. ult. de Petro.* Hoc autem dixit significans quam morte clarificaturus esset Deum. *Phil. 1.* Magnificabitur Christus in corpore meo, sine per vitam, siue per mortem. Ergo ab hominibus claritatem accepit Deus: ergo & Christus. Responso. Dicendum, quod aliud est clarificari Deum in homine, & aliud per hominem, & aliud ab homine. In homine clarificatur Deus quoties clarus in vita & virtutibus hominis ostenditur. Et sic clarificatur Christus in omnibus Sanctis sicut & magnificatur. Et sic intelligitur dictum Apostoli ad *Phil. 1.* Per hominem autem clarificatur, quando clarus prædicatur & glorificatur. Vnde *Augustinus.* Gloria est clara cum laude notitia. Sed ab homine clarificatur, quando homo claritatis eius est causa, & aliquid adiecit claritati. Et hoc modo non clarificatur Christus ab homine, sed à Patre. *Ioan. 18.* Clarifica me Pater apud te ipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Et hoc modo dicit quod claritatem ab homine non accipit: sed potius ipsi Iudæi acceperunt à Ioanne clariorem cognitionem Christi, quamuis non profuerit eis: quia non permanserunt in lumine claritatis. Nec Christus facit mentionem de hac clarificatione propter se: sed hoc dicit vt salui fiant. 1. *Timo. 2.* Qui vult omnem hominem saluum fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Ille erat lucerna [Ecce commendatio Ioannis in testimonio, quod clarificauerit cognitionem hominum [Erat enim lucerna] *Psal. 131.* Parauit lucernam Christo meo: vt per lucernam ad solem veniatur. Oculi enim ægri tenebris affluunt, lucernam bene sustinent, & non magnam, nisi paulatim manuducantur in paruis. Erat ergo lucerna [ardens] per charitatem & zelum ignescentem. *Eccli. 48.* Surrexit Elias quasi ignis, verba eius ardebant quasi facula. *Luo. 15.* Nonne accendit lucernam, & evertit domum, & quarit diligenter donec inueniat? *Prov. ult.* Non extinguetur in no-

ete

ete lucerna eius. Ardebat enim zelo charitatis, nutriebatur autem ignis humore pietatis. *M. 25.* Prudentes autem virgines sumpturunt oleam secum in vasis suis cum lampadibus. *Can. 8.* Lampades eius lampades ignis arque flammarum: quæ multæ non poterant extinguere charitatem Dei in ipso [& lucens] *Bern.* Lucete vanam, ardere parum: ardere autem simul & lucere ædificatorium. Arsit enim charitate, & luxit veritate. *Isa. 62.* Egrediar vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur. *Iob 29.* Deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum.

Vos autem [sicut homines vanitates amatores] voluistis ad horam [in qua putabaris quod pro vobis & statu Synagoge loqueretur] [exultare] coram hominibus [in luce eius] hoc est, exemplorum & doctrinæ: quam aliquando quando ad eum existis acceptastis. Et hoc si tunc voluistis, etiam in toto testimonium eius accipere debetis. Et sic debetis credere mihi: quia mihi testimonium perhibuit. *Iob cap. 29.* Ad lumen eius ambulabam in tenebris. *Ioan. 1.* Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. *Luo. 10.* Nemo accendit lucernam & ponit eam sub medio, sed supra candelabrum vt qui ingrediuntur lumen videant. Vnde non de lucerna, sed de instabilitate Iudæorum fuit, & inuidia, & malitia eorum, quod in lumine lucernæ non permanserunt. Quia statim vt Ioannes lucerna ardens & lucens, testimonium de Christo perhibere constanter cepit: Iudæi averti sunt a lumine ipsius. Maxime cum dixit eum Filium Dei esse, & Sponsam Ecclesiæ, & de celo venisse, & huiusmodi alia, & quæ *Ioan. 5.* Sunt notata. Antequam exultauerunt in tanto lumine lucernæ, excentes ad eum & peccata sua confitentes. Et hoc est quod dicit.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.

Secundum est in quo inducit testimonium operum. Dicit autem tria, scilicet, testimoniorum comparationem, operum virtutem & auctoritatem, operum testificationem. De comparatione dicit [Ego autem] pro me faciens [habeo] quia in naturali potentia habeo [testimonium] quod in me testificatur esse virtutem diuinam [maius] dignitate & efficacia conuincendæ veritatis [Ioanne] quia Ioannes est testimonium extra: virtus autem operum est intrinseca. Item Ioannes testatur verbo: opus autem probat effectum. Vnde licet Ioannes digito alieno demonstraret me: opus est ipse Dei digitus qui diuinitatem in me ostendit, sicut effectus proprius suam ostendit causam. *Ioan. 3.* Qui de celo venit super omnes est. Opera autem de celo veniunt: & ideo testimonia illorum, omne alienum vincunt testimonium. *Ioan. 10.* Si mihi non vultis credere, operibus credite. Testimonium enim operis omnem conuincit conscientiam. *Ioan. 15.* Si non fecissem opera inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem exultationem de suo peccato non habent.

Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipsa opera quæ ego fa-

cio testimonium perhibent de me quia Pater misit me.

Tangit horum testimoniorum auctoritatem & efficaciam, dicens [Opera enim] [præcipue miraculorum] [quæ dedit mihi] per generationem æternam [Pater] qui ab æterno me genuit, in quo splendebant omnes fulgores Sanctorum quando me genuit, virtutem mihi dedit & sapientiam quibus redimere volebar mundum. *Psal. 109.* Ex utero ante luciferum genui te: in splendoribus Sanctorum, hoc est, in quo splendebant omnes rationes, virtutes, & consilia sanctitatis omnium Sanctorum, in gratia & gloria in vitis temporibus manifestanda [vt perficiam ea] hoc est, vt ad perfectionem deducam. *Deut. 32.* Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Date magnificentiam Deo nostro. Vnde & Pater in ipso manet per indiuisionem essentia & virtutis: & hæc opera in ipso & cum ipso perficit. *Ioan. 4.* Pater in me manens, ipse facit opera. *Ioan. 4.* Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris mei, & perficiam opus eius [ipsa opera quæ ego facio] cum Patre. *Ioan. 5.* Pater meus vtque modo operatur, & ego operor. *Ioan. 15.* Non sum solus quia Pater mecum est [testimonium perhibent de me] sicut effectus probat causam. *Mat. 10.* Pertransit benefacendo & sanando oppressos omnes a diabolo: quoniam Deus erat cum eo. Vnde *Mat. 11.* Si indigito Dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Testificantur autem opera [quia Pater me misit] hoc est, in ipsis operibus legationis meæ, per opera probo auctoritatem Patris. *Ioan. 5.* Qui me misit, mecum est, & non relinquit me solum: quia quæ placita sunt ei facio semper.

Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.

Tertium est testimonium, & dicit duo. Primo enim ostendit testimonium Patris, & secundo responderet tacite obiectioni quam posset facere, scilicet, quia testimonium Patris non erat eis manifestum. Non creditur autem nisi aperto testimonio. Dicit ergo [Qui misit me] in mundum [Pater] *Ioan. 16.* Exiit à Patre & venit in mundum. *Gal. 4.* Misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub lege [ipse] scilicet, inuisibilis Pater [testimonium perhibuit de me] inuisibiliter suggerendo cordibus veritatem, sicut Ioanni fecit, & Prophetis, & Sanctis, qui me recipiant. Sonuit autem & in voce in baptismo, & in monte transfigurationis. *Ioan. 6.* Nemo venit ad me, nisi Pater meus, traxerit eum. Hoc autem testimonium est per internam inspirationem. *Ioan. 15.* Spiritus qui à Patre procedit, ille testimonium perhibet de me. Hoc autem exprimitur *Gal. 4.* Quia estis Filij Dei, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater. Et sic testificatur quod in Filio consubstantiali sunt adoptati in filios. Sic enim testimonio conscientia

scientiæ, clarificat Filium suum Pater æternus. *Ioan. 17.* Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Quia autem possent dicere quod illud testimonium in cordibus suis non perceperunt: ideo subiungit.

Neque vocem eius] Et dicit quatuor, quæ ex parte eorum, & culpa eorum, impediunt huiusmodi testimonij cognitionem in ipsis. Primum est quod [neque vocem eius] hoc est, intellectum vocis [nunquam audistis] quia (sicut dicit Glo.) non aure carnali, sed tantum spiritali capitur vocis eius intellectus. Quamuis enim vox patris, siue in hominibus, siue in Scripturis, siue in subiecta creatura aliquando sonuerit: tamen intentio vocis non nisi interius aure reuelata accipitur. *Iob 4.* Vocem quasi auræ lenis audiui, & quasi furtiue suscepit auris mea venas fursuri eius. *Reg. 19.* Sibilus auræ tenuis, & ibi Dominus. Et quia aures non tenues facitis, sed infidelitate & carnali sensu Scripturarum obnubilatis: ideo non auditis cum eo qui dicit *Psal. 84.* Audiam quid loquatur in me Deus. *Gal. 1.* cum placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam: ut reuelaret Filium suum in me. *Matt. 16.* Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est [neque speciem eius vidistis] eo quod inuisibilis sit species eius. Sed hoc intelligit de visione cognitionis eius: quia carnali intellectu pleni, Deum ut ait, intelligere & videre non poterunt. *Exod. 33.* Non videbit me homo & viuet, hoc est, humana vita, & intellectu me non videbit. Quia sicut dicit *Hermes Trimegistus*, Vix mente attingitur, cum mentis acies omnino a carne auertitur. *Io. 1.* Deum nemo vidit nunquam. Sed contra hoc est, ut videtur, quod dicitur *Ioan. 14.* Qui videt me, videt & Patrem. Quia mentis intellectu considerat virtutem Patris in ipso: & hoc non est nisi intellectu, qui a carne separatur: sicut dicit *Trimegistus*. Est enim Deus incorporalis, & nemo videt eum in specie corporali nisi in subiecta creatura. Et hoc modo multi viderunt Deum in corporali specie. *Gen. 32.* Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Sed hoc modo non loquitur hic Dominus: sed potius quia in visione, speciem diuinitatis eius nunquam cognouerunt: & ideo reprehensibiles sunt, quia hoc carnalis in eis impediuit intellectus, quia & vocem Domini audierunt, sicut & dicitur *Exod. 33.* Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut soler homo loqui ad amicum suum. Sed hoc totum fiebat in subiecta creatura. Et ideo redarguit eos Dominus: quia per huiusmodi auditus & visiones ad intellectum Dei cognitionem non peruenerunt. Et hoc est quod dicit, quod nec vocem Dei intellectualiter & spiritaliter perceperunt, nec per visionem speciem ad spiritalem intellectum peruenerunt. Et tertio dicit causam.

Et [hoc est, quia [verbum eius] hoc est, Dei, autem auditum, vel in Scripturis lectum [non habetis] ad intellectum spiritalem [in vobis] hoc est, in corde vestro [manens] *Glossa*, per quod possitis venire ad eius cognitionem. Manet enim verbum apud eum qui verbi capit intellectum. Et hic venit ad verbum auditum, & ad speciem Dei cognitionem, & visionem intellectualem. *Iaco. 1.* In mansuetudine suscipite verbum

insitum, quod potest saluare animas vestras. Insitum enim dicitur: quia iuxta rationem est natatum, non longe existens ab ipsa. *Deut. 30.* Iuxta te est valde sermo in ore tuo. *Ro. 10.* Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum quod prædicamus. Illi autem per carnalem intellectum, quem (non a Spiritu sancto, sed a se) verbo applicuerunt: longe se a Dei verbo & visione veritatis effecerunt: quia per intellectum spiritalem verbum in eis non mansit. *Ioan. 8.* Sermo meus non capit in vobis. Et attende quod dixit: Neque vocem eius audistis, neque speciem vidistis, ad testimonij commendationem. Quod auribus auditur, deceptorium esse potest: quia audiens nisi habeat discretionem spirituum, nescit vnde veniat aut quo vadat. Similiter etiam species visa, forte est quandoque diaboli transfigurantis se in Angelum lucis. *Reg. 17.* Ero spiritus mendax. Sed visio intellectualis nunquam decipit. *Dan. 10.* Intelligentia opus est in visione. Quod autem intellectu non percipitur, culpa eorum fuit: quia manens verbum quod non transit in corde non posuerunt. Adiungit autem quarto causam omnium istorum, dicens [quia quem misit ille] Pater scilicet [huic] vos in sermone suo [non creditis] & ideo impossibile est quod ad Dei notitiam perueneritis. *Heb. 11.* Sine fide impossibile est placere Deo. *Bern.* Quinimo displicere necesse est.

Et attende quod dicit: Non creditis huic: quia sermonibus eius non crediderunt, & ideo nec fidem informem habuerunt. Et quia fundamentum omnis boni caruerunt, nullum bonum diuinæ cognitionis poterat esse in ipsis. *Psal. 36.* Dirunt exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ca. *Isa. 43.* Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est: quasi diceret: Carnalium nulli. *Ro. 11.* Quod quærebatur Israël, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: ceteri vero excecati sunt. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. *Ioan. 8.* Si non credideritis quia ego sum, permanebitis in peccatis vestris.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.

Quartum est testimonium Scripturarum. Duo autem dicit, scilicet, imperat Scripturarum scrutinium, & secundo ostendit in his suum esse testimonium. Dicit ergo [Scrutamini] hoc est, profundato intellectu subtiliter spirituales intellectum inuestigate. *Psal. 118.* Beati qui scrutantur testimonia eius. Litera enim non facit scire, sed spiritus. *2. Cor. 3.* Litera occidit, spiritus autem viuificat. *Prou. 2.* Si sapientiam inuocaueris, si quaeris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. *1. Cor. 2.* Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. *Iob. 28.* Profunda fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem [in quibus] Scripturis [putatis vitam æternam habere] hoc est, doctrinam vitæ: eam tamen me quasi contrarium Scripturæ repudiatis. *Sap. 15.* Nolle te est consummata iustitia: & scire iustitiam tuam & virtutem,

radix

radix est immortalitatis. *Ezech. 1.* Spiritus vitæ erat in rotis, hoc est, in Scripturis [Et illæ] Scripturæ [sunt quæ testimonium perhibent de me] *Ath. 10.* Huic omnes Prophætæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius. *Luc. 24.* Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. *Ath. 18.* Apollo publice vincebat Iudæos, ostendens per Scripturas esse Dominum IESVM CHRISTVM.

Nota ergo quod in testimonio sunt quatuor testes Filij: quia in testimonio sunt quatuor, scilicet, veritatis demonstratio, veritatis confirmatio, veritatis immobilitas, & ipsa veritas veritatis. Demonstratio autem fiebat per Ioannem, confirmatio per opera fortissima, immobilitas per attestationem Patris, veritas autem ostendebatur ex Scripturis, quæ mentiri non poterant, eo quod processerunt a Spiritu veritatis. Et penes hæc quatuor quæ fulciant omne testimonium veritatis, ista quatuor testimonia accipiuntur. Ordinantur autem ordine rhetorico, scilicet, quod fidem faciunt non simpliciter, sed in opinione Iudæorum. Et sic minus est persuadens Ioannis testimonium, quod putabatur esse subordinatum. Magis autem eis fidem facit testimonium operum, quod timebant esse necromantice factum. Adhuc autem magis fidem fecit Patris reuelatio: sed hoc æstimabant esse deceptorium, quia sæpe tales fallunt reuelationes. Maxime autem apud eos persuasit testimonium Scripturarum, & ideo ultimo, rhetorico ordine est positum: quia Rhetores allegationes quæ magis mouent animum iudicis ultimo ponunt: ut tenacius memorie iudicis imprimantur. Hæc sunt ergo ista testimonia.

Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis.

Hic ostendit ex coniunctione istorum testimoniorum, Iudæos incredulos inexcusabiles esse. Diuiditur autem in tres partes, in quarum prima ostendit quod solius malitiæ est, & non ignorantia, vel impotentia quod ad ipsum non conuertantur: in secunda ostendit quid maxime impediat ne conuertantur: in tertia autem quod propter hoc iuste accusantur. Dicit ergo in prima quod solius malitiæ est quod ad ipsum non conuertuntur. Et circa hoc dicit tria, quorum primum est quod malitia voluntatis est, quod non conuertuntur: secundo ostendit illius malitiæ causam: & tertio illius eiusdem malitiæ certissimum signum. Dicit ergo [Et non vultis] Ac si dicat: quamuis sitis per intractabilia induci & conticti testimonia: tamen [ad me venire non vultis] ex sola malitia vestre voluntatis: quia nihil aliud impedit vos nisi odium contra me conceptum. Contra hoc obijciunt *Ath. 7.* Scio fratres quia per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri. Sed ad hoc dicendum, quod quamuis veram de ipso scientiam non habuerunt: tamen propter testimonia quæ inducta sunt, vehementer de ipso habebant suspicionem, & de facili vincibilem ignorantiam. Et quoad hoc dicitur quod nemo impediuit eos nisi malitia voluntatis: quia ignorantia de qua Petrus loquitur in actibus de facili fuit vincibilis. Et hoc est quod dicit [& non vultis] Quasi diceret Non obstat nisi

mala voluntas [venire ad me] per fidei deuotionem [ut vitam æternam habeatis] nunc in spe, & in futuro in re. Et ita nec veritas vos conuincit, nec promissio vitæ vos trahit. *Iob 21.* Dixerunt Domino Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. *Ioan. 8.* Quare loquebam meam non cognoscis? Quia non potestis audire sermonem meum. *Iere. 2.* Duo mala fecit populus meus. Dereliquerunt me fontem aquæ viæ & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas continere non valentes aquas. Fodere enim cisternas dissipatas, est querere falsos sensus in Scripturis, quæ nullam continent aquam gratiæ abluentem à peccatis, & despiciere intellectum spirituales de Christo, qui verum fundit aquas, peccatum abluentes, & concupiscentiæ stim refrigerantes.

Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

Secundum est in quo dicit huius malitiæ causam. Sed duo dicit. Primo enim huiusmodi dicit remouet suspicionem: secundo autem malitiæ & pertinaciæ eorum dicit causam. Dicit ergo [claritatem] Ac si dicat. Non dico hoc ut conuerfi ad me, faciatis me coram hominibus clarum vel claræ dignitatis, sicut Doctor clarificatur ex multis discipulis: quia ego claritatem humanam talem [ab hominibus] in laudem hominum [non accipio] hoc est, non quero vel accepto. *Gal. 1.* Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Psal. 52.* Confusi sunt qui hominibus placent, hoc est, placere intendunt: quoniam Deus spreuit eos [sed cognoui] veritatem. Et ideo dico sicut veritatis amicus & testis [quia dilectionem Dei non habetis in vobis] Si enim Deum diligere, pro certo plus diligere istum qui ei inter omnes plus est similis, & quem Pater plus se diligere ostendit. *Ioan. 15.* Odio habuerunt me, & Patrem meum. *Ioan. 8.* Si Pater vester esset Deus, diligereis me: ego enim ex eo processi. *Psal. 34.* Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea [Ego veni] missus in mundum [in nomine Patris mei] hoc est, expresso notamine, quia Pater in me sit per indubitabilem essentia & potentia, sicut probant inducta quatuor testimonia [&] tamen veritate ipsa conuicti [non recepistis me] *Ioan. 1.* In propria venit, & sui eum non receperunt. Et hoc facere non potuistis nisi ex odio veritatis, quæ vobis est contraria.

Si alius venerit [sicut Antichristus] in nomine suo [quod signis mendacibus usurpabit] illum recipietis] Per hoc arguitur, quod Iudæi primi erunt qui ad Antichristum conuertentur. *Gen. 49.* Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi ut cadat ascensor eius retro. De Dan enim creditur nasciturus Antichristus: & ideo dicitur coluber, tolens umbram, odians veritatis lucem in via, qua in lege carnali obseruantiæ Iudæi incedunt: & cerastes qui coluber tortuosus & propter superbiam cornutus in semita iacens, qua adhuc venturum Messiam

expe

expectant, Christum venisse negantes: mordens per infidelitatem vngulas (quæ finis est equi, & finalem statum Synagogæ signant) equi, hoc est, potestatis Synagogæ: ut cadat ascensor huius equi, qui est Iudæus: retro in Antichristi errorem, quem retro, hoc est, in postremis temporibus recipiet. 2. *Thes.* 2. Extollens se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita quod in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam ipse sit Deus. Et ibidem post pauca. Quia charitatis veritate non receperunt ut salui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. *Psal.* 9. Constitue Domine legiflatorem super eos. Qui enim legiflatorem Christum contemnunt, legiflatorem Antichristum super se constitutum habebunt.

Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est non queritis.

Hic ostendit quid maxime impedit ne conuertantur, & dicit tria, scilicet, impedimentum credendi & per fidem conuersionis ad Christum, & causam impedimenti, & tertio innuit quid promouerit eos ad credendum si hoc haberent in seipsis. Dicit ergo [Quomodo potestis credere] Quia sicut dicit *Aug.* quod quamuis credere sit gratia fidelium, posse autem credere omnium: tamen quamdiu est obstaculum in ipsis, hæc potentia nõ disponitur ad actum: quia per impedimentum fidei semper cor remanet excæcatum. *1. Sa.* 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clauda ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. *Heb.* 3. Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a Deo viuo [qui gloriam ab inuicem accipitis] hoc est, omnem gloriam acceptatis quæ est ab homine, & non ab ipsa veritate. Vnde *Glo.* Cur non credant, subdit: non quia non est aperta veritas, sed quia superbia eos excæcat & ambitio laudis, quæ appetit de se æstimari quod in se non habet, & alios super se non offerri. Humilitas autem solius Dei gloriam querit, eique soli placere appetit. Vnde hoc est impedimentum conuersionis per fidem, quod hic inducit. Gloria enim huius seculi impedimentum est fidei. *Eccle.* 10. Quid superbis terra & cinis? *Iere.* 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis. Sapiens in sapientia non gloriandi accipiat exemplum Salomonem, qui propter mulieres idola adorauit. *Reg.* 10. Fortis in fortitudine non gloriandi accipiat exemplum Samsonem, qui propter mulierem excæcatus traxit molam Philistæis *Iudic.* 15. Diues in diuitijs non gloriandi accipiat exemplum, purpuratum diuitem, qui sepultus est in inferno *Luc.* 15. Hæc enim ambitionis gloria ne terrena amittatur potestas impedit conuersionem per fidei deuotionem. Vnde etiam *Ioan.* 11. Ne forte veniant Romani & tollant nostrum locum, & gentem. Et ideo ab illo die cogitauerunt eum interficere [& gloriari quæ a solo Deo est] quæ est laus Dei in humilitate cordis ex manifestatione diuinæ veritatis

quia Deus verax apparuit in hoc quod omnia promissa impleuit in Christo. Hæc enim a solo Deo est: quia nullis hominum meritis est acquisita [non queritis] quinimo illam suppressere & extinguere nitebantur, & gloriam in Dei potestate sibi usurpare: cum tamen ipse dicat *1. Sa.* 78. Gloriam meam alteri non dabõ. *Iere.* 9. In hoc gloriatur qui gloriatur, scire & posse me. *1. Cor.* 3. Vt nemo gloriatur in hominibus. *1. Cor.* 1. Non gloriatur omnis caro coram illo. Mundi etiam gloriam spreuit (ut dicit *Grego.*) Filius Dei Propriam gloriam non querit. *Ioan.* 8. Ego gloriam meam non quero. *Psal.* 51. Quid gloriaris in malitia &c. In carnis enim gloriari vile est, instabile est, vanum est. Quod vile sit. *1. Mach.* 2. Hominis gloria sterus, & vermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur. De instabilitate *1. Sa.* 40. Omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos sceni. Excicatum est scenum, cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo. Ad statum enim venti siue Spiritus statim excicatur. Quod vana sit *Prou.* 31. Fallax gratia, & vana puichritudo. Vnde Herodes qui gloriatus interpretatur, cum extolleretur in vana gloria consumptus vermibus expirauit *Act.* 12.

Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem. Est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Hic tangit tertium quod est Iudæorum inexcusabilitas. Dicit autem tria, scilicet, se non esse vel fore accusatorem, sed Moysen verum esse eorum accusatorem, & accusationis rationem. Dicit ergo [Nolite putare] tam prauum aliquid vel tam durum aliquid de me æstimantes [quia ego qui personam iudicis gero, quam in iudicio exhibebo [accusaturus sim vos] Quia alia est persona agentis, & alia est persona iudicis [apud Patrem] in districto examine. Non enim nunc veni ut iudicem, sed ut saluem. In futuro autem veniam ut iudicem: & ideo tunc neminem accusabo: quia scilicet nullius sum aduersarius, sed omnium communis iudex, ita paruus ut magnum audens. Accusatores autem sunt in iudicio plures. Accusat enim conscientia per peccati testimonium. Accusat Legiflator per legis transgressum, vel omisum præceptum. Accusat custodiens Angelus per custodiae suæ perditum effectum. Accusat diligens Prælatas per sollicitudinis suæ opus perditum. Accusat male edificatus proximus per malum sibi datum exemplum. Accusant omnes creature per virtutis suæ perditum obsequium. De conscientia quidem dicitur *Ro.* 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die quo iudicabit Dominus occulta hominum, secundum Euangelium meum. De accusatione Legiflatoris dicitur Hic est qui vos accusat Moyses. *Mat.* 5. Esto consentiens aduersario tuo cito, cum es cum eo in via: ne forte aduersarius tuus tradat te iudici, & iudex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi

tibi non exabis inde donec reddas nouissimum quadrantem. Aduersarius enim est verbum legis diuinæ, sicut *Glo.* De accusante Angelo *1. Sa.* 33. Angeli pacis amare stebunt. Quia ad modum scientiam se habebant, dum ostendunt quod iniuriter custodierunt. *Iere.* 51. Curauimus Babylonem, & non est curata: relinquamus eam. Hæc enim sunt verba Angelorum inutiliter custodientium. *1. Sa.* 44. Dixi: in vanum laboraui, sine causa fortitudinem meam consumpsi. De Prælatorum diligentia perdit dicitur in *Psal.* 112. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper: hi errant corde. Ipsi vero non cognouerunt vias meas. Quadraginta anni, sunt dies ad penitentiam deputati sicut dicunt Sancti. Quia quadragenarius per partes suas ad quinquaginta surgit: qui numerus iubileum remissionis signat, quia per penitentiam perfecta habetur remissio peccatorum. Et ideo etiam ab Ecclesia querente remissionem deputatur. De accusatione proximi, cui per peccatum fuimus occasio perditionis, dicitur in *Psal.* 51. Foderunt ante faciem meam foueam. Et iterum *1. Sa.* 139. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Inde est quod dicit [Est qui accusat vos Moyses] qui per datam legem vitæ, vester erit aduersarius [in quo vos speratis] quod in lege sua defendamini. Quia legem non ad finem suæ intentionis deducetes, accusabimini ab ipso. *Ro.* 10. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et ideo dicitur *Mat.* 7. quod libri aperti sunt, hoc est, libri legum datorum. *Apoc.* 20. Mortui pussilli & magni iudicati sunt ex his quæ scripta sunt in libris.

Si enim crederetis Moysi] Ratio est condemnationis, & inexcusabilitatis. Quia [si crederetis Moysi] spiritualiter eum intelligentes [forsitan] Hoc aduerbium euentus, non dubium notat in conscientia Christi, sed mobilitatem significat liberi arbitrij ex parte Iudæorum, qui poterant credere & non credere. Dicit ergo [forsitan crederetis & mihi] *Exech.* 2. Si forte audiant & quiescat: quia domus exasperans est de me enim ille scripsit] quia eum in omni scriptura sua attendit. Vnde *Luc.* 9. Deo in monte apparuit ut testis veritatis. Quem intellexit in figura legis. *Luc.* 24. Oportet impleri omnia quæ in lege Moysi, & Prophetis sunt, & Psalmis scripta de me [Si autem illius literis non creditis] quia spiritualiter eas intelligere non vultis. *Luc.* 16. Si Moysen, & Prophetas non audiunt: nec si ex mortuis quis resurrexerit credent. Literæ autem illæ secundum *1. Thys.* sunt *Demero.* 18. ubi dicit. Prophetam suscitabit vobis de fratribus vestris, tanquam me audieris eum quomodo verbis meis credetis] cum ille credibilior sit apud vos, & sit missus ut viam ad me faceret sicut terrena ducunt ad celestia *Ioan.* 3. Dixi vobis terrena, & non creditis: quomodo si dixerõ vobis celestia, credetis? *1. Cor.* 15. Non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Quia terrenum & animale proportionata capacitati nostræ inducunt ad spirituale, & apud intellectum carnalem spirituale non percipitur nisi per animalis & terreni similitudinem intellectus elenatur. *Osee.* 12. Ego visiones multiplicavi eis & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Ideo enim similitudines multiplicat ut per multa corporalia vnum persuadeatur quod est spirituale.

Psal. 88. Tunc locutus es visione Sanctis tuis, & dixisti: Posui adiutorium super potentem. Hoc est ergo quod dicit.

CAPVT. VI.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum Discipulis suis. Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum.

Hic incipit agere de manifestatione Verbi secundum potentiam, quæ creaturas transmutat ad seipsum. Et hæc pars habet duas partes, in quarum prima præmittitur miraculum huius potestatis ostensum: in secunda autem ponitur doctrina ex miraculo sumpta *Ibi* [Amen amen dico vobis: queritis me non quia vidistis signa] Adhuc anterior istarum partium diuiditur in duas, in quarum prima ponitur miraculum panum, qui sacramentum Eucharistiæ signant. In secunda autem declarat suam potentiam ad hoc faciendum in electis *Ibi* [Iesus autem cum cognouisset quia venturi &c.] Adhuc autem prima istarum partium in tres diuiditur, in quarum prima ponuntur ea quæ antecedunt hoc miraculum sicut mouentia ad hoc quod fiat: in secunda ponuntur ea quæ faciunt ad huius miraculi perfectionem *Ibi* [Dicit ergo Iesus: facite homines &c.] In tertia ponuntur consequentia hoc miraculum, & ipsum magnificentia *Ibi* [Ut autem impleri sunt] in prima hanc quinque notantur. Tangitur primo necessitas miraculi ex parte loci communis qui erat desertum, in quo esculentum non inueniebatur. Secundo tangitur necessitas ex parte multitudinis, quæ ex via longitudine laborauerat, & ad loca refectiois venire non poterat. Tertio tangitur necessitas ex parte loci proprii qui montibus cinctus fuit & aqua: ita ut facilem discessum ad loca propria remeandi non præberet. Quarto vero tangitur convenientia ex parte temporis festiui, in quo aliquid diuinum ostendendum fuit quod cœnam futuram Eucharistiæ demonstraret. Quinto vero necessitas describitur ex parte sumptuum, qui aliunde nisi per miraculum non suppetebant. Dicit ergo primo.

Post hæc] non quidem continuo, quia præcedens factum est in festo Pentecostes, & transijt totum tempus illius anni usque ad Pascha futuram: quando Ioanne iam incarcerato, Dominus in secundo anno prædicationis ante Pascha hoc perfecit miraculum. Et omnia facta illius anni transijt *Ioan.* 4. tum propter hoc quod ab alijs Euangelistis vidit illa sufficienter esse descripta, & non voluit superfluis esse: tum etiam propter hoc, quia illa suo proposito non aperte congruunt. Tandem ponit quod etiam *Mat.* 13. & *Luc.* 9. & *Mat.* 6. continetur propterea quod quedam ad instructionem Discipulorum pertinentia de potentia diuinitatis verbi vidit ab alijs omitti: & maxime, quia doctrinam cœnæ corporis & sanguinis eius quæ ex hoc mira

miraculo orta sunt) omnes communiter omiserant: & ideo etiam hoc miraculum non nisi ad hoc inducit ut locum habeat sequens instructio, quam Verbum intarinarum principaliter intendit. *Deut. 8.* Ut sciatis quia non in solo pane viuit homo. *Sap. 16.* Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus Domine qui pascit omnia. Hac ergo de causa inducit hoc miraculum ab alijs positum, quod facere non conlueuit Euangelista. Hoc est ergo quod dicit [Post hæc] Non continuo tempore, sed interposita tota ætate, autumno, & hyeme, in cuius sine fecit hoc miraculum [abijt] a tumultu fecedens: ut quietius doceret Discipulos, & longius a tumultu turbas abstraheret. *Mat. 6.* Venite secus in desertum locum, & requiescite pusillum. *Exo. 3.* Minabat gregem ad interiora deserti, & vidit visionem magnam [Iesus] auctor salutis: ut omnia relinquenda doceret. *Psal. 44.* Obluiscere populum tuum, & domum patris tui. *Gen. 12.* Egredere de terra tua, & de cognatione tua [trans mare Galilææ] Non erat salum, sed lacus qui Iordanis fluentis infunditur. Mare tamen vocatur more hebræorum qui omnem congregationem aquarum vocant mare. *Gen. 1.* Congregationes aquarum appellauit maria [Galilææ] autem vocatur, quia Galilææ ciuitatibus adiacet, & ad eas effunditur. Et hoc est quod dicit [quod est Tiberiadis] Tiberia vocatur ciuitas Galilææ, quæ in honore & nomine Tiberij Cesaris est ædificata, & adiacet mari Galilææ. Transijt autem Iesus mare illud ad signum solitudinis quæ ultra lacum fuit [sicut diximus] ut Discipulos mundum qui per mare significatur, transire debere ostenderet. *Psal. 103.* Hoc mare magnum & spatiosum manibus. *Isa. 57.* Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem. Causa autem literalis fuit mors Ioannis, quæ sibi nuntiata fuit, & tunc rabiem Herodis in desertum declinauit, nos docens furorem hominum pro tempore caute declinare. *Mat. 6.* Quo audito, Discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento, & conuenientes Apostoli annuntiauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant. Et ait illis. Venite secus in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant, & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in nauim abierunt in desertum locum secusum. Sic ergo & ista de causa abijt in hoc desertum.

Et sequitur eum] Hic tangitur secundum scilicet, necessitas ex parte multitudinis quæ exiit. *Mat. 6.* Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos. Tanta enim erat auditas audiendi eum, & videndi desiderium quod obliuiscuntur propriam, ad eum vndique conueniebant. *Dan. 3.* Nunc sequimur te in toto corde nostro, & timemus te, & quærimus faciem tuam. *Osea 6.* Viuamus in conspectu eius, sciemus, sequemurque ut cognoscamus Dominum [multitudo magna] ex diuersis generibus, & locis Quidam enim sequebantur ut verbo vitæ instruerentur. *Ioan. 6.* Verba vitæ æterna habes. Quidam ex curiositate ut miracula visa admirarentur. *Psal. 34.* Venite & vide-

te opera Domini quæ posuit prodigia super terram. Tercij autem ut in se, vel amicis ab infirmitatibus curarentur. *Luc. 4.* Omnes qui habebant infirmos varijs langoribus ducebant illos ad Iesum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Quarti ut cum eo reficerentur, vel ubi inuitatus fuit, vel ubi ex proprijs homines refecit. *Ioan. 6.* Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. Quinti ut insidiarentur & caperent eum in sermone, vel facto, & accusarent sicut Pharisei. *Mat. 22.* Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Ex diuersis autem causis magna fuit multitudo, quæ sequebatur. Significat autem multitudinem fidelium quæ sequitur Christum ad refectorem Eucharistiæ. *Psalm. 103.* Omnia à te expectant ut des illis escam in tempore. Causa quare sequebantur, sequitur.

Quia videbant signa quæ faciebat] ex quibus quidam ad fidem ædificabantur: quidam autem curiositatem pascabant: quidam autem inuidentes obseruabant. *Ioan. 3.* Nemo potest hæc facere signa quæ tu facis &c. [super his qui infirmabantur] Non enim inutiliter, & ex vanitate fecit signa: sed necessitatibus, & utilitatibus hominum subuenientia: sicut dicit *Petrus Apostolus in Itinerario Clementis. Psal. 102.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. *Luc. 9.* Excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei, & eos qui cura indigebant curabat. *Matth. 14.* Vidit turbam multam, & misertus eis curauit languidos eorum.

Abijt ergo in montem [Iesus] quia desertum fuit montuosum. Et in montem abijt, ut turbam oculis misericordie vndique confluentem videre posset, & ut etiam Discipulos turbas aspicere doceret. Et hic mons, eminentia est vitæ cum gradu dignitatis seu prælationis. *Isa. 40.* Super montem excelsum ascende tu qui euagelizas Sion. *Matth. 5.* Videns Iesus turbas ascendit in montem [& ibi sedebat] ut a quiescente doctrina veritatis efflueret [cum Discipulis suis] quos specialiter instruere intendebat, ut per eos postea totus orbis instrueretur. *Ecc. 38.* Scribæ sapientia in tempore vacuitatis. *Osea 2.* Adducam eam in solitudinem &c. Et attende, quia quod alij Euangelistæ vocant desertum, *Ioannes* propter situm vocat montem: quia & desertum erat, & montuosum: & sic difficilem recedendi, & accedendi præbebat accessum, & abscessum.

Erat autem] Tangit temporis congruentia quia in Pascha futura erat cæna, sacramentum Eucharistiæ significans: & ideo conueniens erat miraculum facere, ex quo doctrina Eucharistiæ habet exordium, ut suo tempore cœnantes scirent quid in mysterio cœnæ significaretur. Et hoc est quod dicit [Erat autem proximum Pascha] in quo multos oportebat ascendere Ierosolymam, qui forte ad Iesum confluerebant ut cum eo ascenderent [dies festus] antonomastice: quia hoc festum maius fuit [Iudæorum] *Exo. 12.* Est enim Pascha, id est, transitus Domini. *1. Cor. 5.* Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur &c.

Cum subleuasset ergo oculos [Iesus] & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum.

Hic

Hic tangitur necessitas miraculi ex parte defectus sumptuum, qui aliunde non suppetebant. Dicuntur autem hic quatuor. Primum est misericordie respectus in multitudinem: secundum autem interrogatio ad Philippum propter instructionem: tertium autem deuotio Andreæ quod habet exhibentis ad refectorem: quartum autem signum imperfectionis fidei Andreæ, ad tot & tantarum turbarum saturationem. Dicit ergo [Cum subleuasset ergo oculos [Iesus] oculos, inquam, misericordie suæ. *Mat. 108.* Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent &c. *Ioan. 17.* Subleuatis oculis in caelum, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum. *Psalm. 122.* Ad te leuauit oculos meos qui habitas in caelis [& vidisset quia multitudo maxima venit ad eum] quæ totius mundi significabat multitudinem ad Christum concurrentem. *Mat. 8.* Multi venient ab Oriente, & ab Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum. *Isa. 43.* Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te: dicam Aquiloni, da: & Austro, noli prohibere. Hoc enim est gaudium & finis Incarnationis & Legationis eius, ut omnes veniant ad eum. *Matth. 11.* Venite ad me omnes qui laboratis, & qui onerati estis: & ego reficiam vos.

Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esse facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut vnusquisque modicum quid accipiat.

Tangitur hic instructio Discipuli interrogatio. Et dicit tria: instructoriam interrogationem, & interrogantis intentionem, & pusillæ fidei in Discipulo instruendo responsum. Dicit ergo [Dixit ad Philippum] Si queratur quare Philippo potius fecit interrogationem quam alijs? Dux sunt causa. Vna quidem *Chryso. dicitur* quia hic Apostolus rudiior fuit, & magis indigens instructione: quod patet *Ist. 14.* ubi dixit sicut rudis: Domine ostende nobis Patrem: Et hoc in antehabitis dictum est. Secunda causa est: quia Philippus de illis partibus fuit & dicitur, & magis de multitudine curauit. Sed hæc nulla causa esse probatur: quia & Petrus & Andreas de illis partibus fuerunt, & tamen ab illis nihil queritum fuit [Dixit ergo ad Philippum] ut specialiter instrueret. *Prover. 1.* Ut detur paruulis astutia: adolescenti autem scientia & intellectus. *Psalm. 118.* Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis [Vnde ememus] hoc est, Vnde suppetit facultas pretij cum pauperes simus nihil habentes: [panes] quia in pane est necessitas refectiois. Non enim superflua curauit Dominus. *Ez. 29.* Initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. *1. Tim. 6.* Habentes alimenta, & quibus tegamur: his contenti sumus [ut manducent hi]

Videret autem contrarium esse ei quod hic dicitur *Mat. 14.* Accesserunt ad eum Discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterit: *D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.*

dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Ergo Discipuli dixerunt hoc Domino, & non ipsi Philippo. Ad hoc responderet *August. dicens*, quod vtramque veram fuit. Sed prius dixerunt ea quæ *Mat. dicit*, Discipuli Domino. Et tunc respondit quod sibi dicitur: Non habent necesse quocumque ire. Et illud: Date vos illis manducare. Et tunc specialiter dixit Philippo hoc quod hic dicit. *Chryso. tamen dicit*, quod Dominus ex benignitate sua sepe pascit turbas, & quod aliud miraculum est istud, & aliud quod refert *Mat.* quauis in multis concordent. Et tunc obiectio nulla est. Dicit ergo volens erigere Philippum ad diuinitatis potentiam, & ideo primo per questionem eum excitat, ut consideret quia ex pretio nulla emendi suppetebat facultas: ipse enim tam potens fuit ut ex quo vellet pasceret. Et hoc est quod sequitur ex verbis Euangelistæ.

Hoc autem dicebat tentans eum] Sed contra hoc iterum obicitur, *Iaco. 1.* Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur: ipse enim intentator malorum est &c. Sed ad hoc dicendum, quod duplex est tentatio. Vna est, quæ est impulsio tentatoris ad illicitum, & tentat vitium mouere possit à bono, & inclinare ad casum. Et sic dicit *Iaco. 1.* Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Et sic tentator est diabolus, qui insidiando circumuolat, & promittendo decipit, & suadendo blanditur, & opprimendo rapit, & minando terret, & desperando frangit, ut dicit beatus *Greg. super Job.* Habet autem quasi instrumenta quibus hoc perficit concupiscentiæ, & improbam voluntatem, & alia quibus in peccatum inclinat hominem: sicut dicitur *Iaco. 1.* Est autem alia tentatio experimenti acceptio: & hæc est duplex, scilicet, hominis qui probat seipsum quid habeat in seipso. *1. Cor. 11.* Probat autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Alia est tentatio Dei, qua non Deus sibi experimentum accipit, sed potius homini de se, vel de alio experimentum facit. Quia prodest homini aliquando ut seipsum cognoscat, ut vel magis de se confidat, vel magis humiliter. *Psalm. 25.* Proba me Domine, & tenta me ut renes meos, & cor meum. Et *Psalm. 138.* Vide si via iniquitatis in me est, hoc est, fac me videre. Vel alios & sic tentauit Abraham *Gen. 22.* Sicut etiam hic tentat Philippum ut imbecillitatem fidei suæ cognoscat, & fidem omnipotentis Verbi accipiat. Sic ergo dixit hoc tentans eum [Ipse] Christus, ut Deus [sciebat] Et ideo non sibi, sed Discipulo intendit facere probationis experimentum. *Gen. 42.* Iam nunc experimentum vestri capiam. *Sap. 3.* Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se [quid esset facturus] ex potentia suæ diuinitatis sine pretio facultatū terrenarū. *Act. 13.* Argentū & aurū non est mihi &c. *Isa. 55.* Venite, & comedite absq; argento, & absq; vlla commutatione.

Respondit ei Philippus] per se, & pro omnibus alijs ex pusilla fide quæ adhuc habebant Apostoli [Ducentorum denariorum] empti panes non sufficiunt eis] putabat enim pretio emendos esse panes. Et pretij tantū forte habebant in loculis Iudæ, ut quidam dicunt: ideo quantitatem huius pretij exhibebant. *Mat. 6.* Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus eis manducare [ut vnusquisque modicum quid] minus quæ reficiendæ sufficiat necessitati [accipias] in manum, potiusquam discumbat ad manducandum. *Luc. 9.* Nisi forte nos emamus.

eamus, & emamus, in omnem hanc multitudinem escas. Sed tunc quaeritur, Quare hanc quaestionem non fecit potius Iudæ qui oculos habebat & peria portabat quam Philippo? Ad hoc dicendum, quod in veritate quævis Dominus propter præsentem institutum elegerit Iudam, tamen ab initio sciebat quod ipse cum traditurus erat: & ideo instructionis suæ quaestiones ei non faciebat quia inane fuisset. Et docuit nos quod in electionibus nostris, nos debemus in homine considerare quid est in præsentem, & non quid erit in futuro: quia hoc scire non possumus. *Ecll. 7.* Considera opera Dei, quod nemo corrigere possit quem Deus desepxit.

Dicit ei vnus ex Discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

Tangit hic tertium: Andreas scilicet deuotionem, qui maiorem quam Philippus habuit fidem, non tamen sufficientem: & [Dicit ei] Iesvs [vnus] id est, vnicus: quia deuotior. *Ioan. 1.* Vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant Dominum [Andreas, frater Simonis Petri] qui iam per fidem, licet insufficientem pabulo Doctrinæ Domini respondebat [Est puer vnus hic] Vel ex Discipulis vnus, vel aliquis de turba sibi notus & Domino deuotus, qui quod habuerit facile offerret in obsequium Domino. *1. Paral. 17.* Quæ de manu tua accepimus, obtulimus tibi.

Sed contra hoc videtur quod dicitur *Matth. 10.* Nihil tuleritis in via vobiscum, neque sacculum, neque peram. Responso. Dicendum, quod hoc dictum fuit Apostolis in prædicationem missis: sed modo fuerant de prædicatione reuersi, & in solitudinem venerant tarde, & ideo aliquis notam cenam secum portauerat: quod Dominus permisit propter hoc quod adhuc erant imperfecti.

Qui habet quinque panes] ex quibus cor confortetur potius, quam venteraturetur [hordeaceos] ne delicati esse credantur quia hordeum grossum & asperum, potius est cibus iumentorum quam hominum. *Isa. 30.* Palli afinorum qui operantur terram commixtum migma comedent, & sicut in area ventilatum est. Migma autem est hordeum cum palea. *Chrysost.* Nos qui voluptati attendimus, qui concupiscentiæ vacamus: discamus quid comederint illi mirabiles & magni viri, & quantitatem eorum quæ inferebantur, & qualitatem, & utilitatem mensæ eorum attendamus. *Amos 6.* Qui comeditis agnum de grege & vitulos de medio armenti, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti: non compatiabantur super contritione Ioseph [et duos pisces] quibus pro dulcoramento utebantur, contra panis asperitatem. Et erant eis pisces pro pulmento. *Ioan. 21.* Pueri nunquid pulmentarium habetis?

Moraliter simul & allegorice & anagogice faciemus quinque panes; penitentiarum, doctrinæ, & refectionis æternæ. Penitentiarum quinque sunt panes: panis compunctionis ex consideratione peccati, panis afflictionis ex consideratione Passionis Christi, panis compassionis ex consideratione de-

fectionis proximi, panis timoris & tremoris ex consideratione futuri supplicij, panis suspirij & deuotionis ex consideratione dilationis præmij. De primo dicitur in *Psal. 79.* Cibabis nos pane lacrymarum &c. *3. Reg. 18.* Mitte virum istum in carcerem, & date ei panem arctum, & aquam breuem. Iste panis subuertit castra diaboli. *Iudic. 7.* Videbatur mihi panis subiectus ex hordeo volui, & in castra Madiam descendere. Cumque peruensisset ad tabernaculum, percussit illud atque subuertit, & terra funditus coæquauit. De secundo pane dicitur *Deut. 16.* Septem diebus comedes panem afflictionis absque fermento: quoniam in pauore egressus es de Egypto ut misereris diei egressionis tuæ de Egypto omnibus diebus vite tuæ. De tertio *Ecll. 11.* Mitte panem tuum super transuentes aquas, & post multa tempora inuenies eum. Transuentes aquas sunt pauperes. *Isa. 48.* Frange esurienti panem tuum. De quarto pane *Iob. 2.* Manducauit panem cum lactu & tremore, memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos Prophetam. Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. De quinto pane in *Psal. 41.* Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Omnes isti panes sunt hordeacei: ideoque sunt cum amaritudine sumpti. Pisces autem duo, sunt spes veniæ, & dulcedo vite æternæ, quam penitentia restituit. *Ezech. 47.* Erunt pisces multi satis. Isti enim sufficiunt & satis sunt ad penitentiam peragendam.

Panes autem allegorice sunt, ut dicit *Glossa*, quinque libri Moysi, hordeacei propter literarum duritiam, reficientes tamen spiritualiter intellecti. *1. Cor. 14.* Malo quinque verba in Ecclesia loqui sensu meo ut alios instruam, quam decem millia verborum in lingua. Duo autem pisces sunt, ut dicit *Glossa*, dulcedo prophetiæ, & dulcedo Psalmorum. *Luc. 24.* Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

Anagogice autem panes ad quos suspiramus, & ex quibus reficimur in æternitate etiam quinque sunt. Vnus est, præsentia Dei. *Phil. 1.* Cupio dissolui & esse cum Christo, multo magis melius. *2. Cor. 5.* Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse apud Deum. Secundus est pulchritudo visionis faciei Dei. *Cant. 2.* Ostende mihi faciem tuam &c. *Psal. 44.* Speciosus forma præ filiis hominum. *1. Pet. 1.* In quem desiderant Angeli prospicere. Tertius autem est societas Angelorum, inter quorum sortes est fors nostræ beatitudinis. *Psal. 145.* Fines ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi. *Deut. 32.* secundum translationem 70. Statuit terminum populorum iuxta numerum Angelorum Dei. Quartum suspirium est consortium Sanctorum qui cum Christo regnant in cælis. Vnde Ecclesia canit. O quam gloriosum est regnare in quo cum Christo gaudet omnes Sancti, amici stolis albis sequuntur agnū quocumque ierit. *Matth. 13.* Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. *Sap. 3.* Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla &c. Quintum suspirium est interne beatitudinis qua beati sunt dulcedo, quam hic parumper experimur. *Prover. 17.* Glorificauit, & vidit quoniam bona est negotiatio eius.

in

In omnibus his hordeum est dilatio suspirantis ad ista. *Psal. 119.* Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Dulcedo autem duorum piscium consolantium est, certitudo conscientie, & certitudo fidelitatis diuinæ. *1. Cor. 4.* Nihil mihi conscius sum. *2. Cor. 1.* Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Qui est piscis qui descendit ad hamum Petri, in cuius ore inuenit redemptionem à tributo. De secundo autem pisce dicitur *Matth. 13.* Elegerunt bonos in vasa sua. Boni enim sunt qui in fidelitate Domini multa habent reserata. *2. Tim. 1.* Scio cui credidi & certus sum. Et hoc est quod dicit [qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces]

Sed hæc quid sunt inter tantos? Hic notatur aliquantula pusilla fides. Quæ licet in se exigua & nulla sint: tamen in manu Domini sufficientia fuerunt in multo plures. *Psal. 77.* Male locuti sunt de Deo, dixerunt: nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? *Matth. 6.* Non habent necesse ire, date vos illis manducare.

Dicit ergo Iesvs: Facite homines discumbere. Erat autem scenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia.

Tangitur hic miraculi perfectio. Et dicit quinque, scilicet, credentium discubitorum, comedentium commodum, comedentium numerum, faciendi miraculum modum diuinum, & quod omnibus satisfactum est ad appetitum. De primo dicit [Facite homines discumbere] In hoc autem quod dicit [facite] officium notat Prælatorum, quorum est ordinare discubitus Ecclesiarum à Christo reficiendarum. *Psal. 47.* Distribuite domos eius ut enarretis in progenie altera. *1. Cor. 14.* Omnia honeste & secundum ordinem fiant à vobis. Vnde dicitur in alio Euangelio quod discubuerunt per familias & familias. Aliter enim ordinandi sunt Religiosi, & aliter Seculares, & aliter Laici, & aliter Clerici, & sic de aliis [homines] quia rationales, & non animales debemus esse in mensa Dei. *1. Corinth. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. *Phil. 3.* Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Homines enim sunt qui non minus verbum Dei esuriunt, quam cibum sumunt corporalem. *August.* Non solæ vobis fauces sumant cibum: sed & aures esuriant verbum Dei [discumbere] quod est conantium, quando sessio sit commoda: ut ex labore fatigationis interim dani cibum sumitur membra quietant. *Gen. 18.* Ponam buccellam panis, & requiescite sub arbore. *Isa. 28.* Reficite lassum, hoc est meum refrigerium.

Erat autem scenum multum in loco] in quo fatigati per triduum poterant habere quietis commodum. Aliter autem scenum carnem significat. *Isa. 40.* Omnis caro scenum. Nec ad mensam Dei digne sedere poterit, qui carnem per seruitutem spiritus non subicit. *1. Corinth. 9.* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.

Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia] præter paruulos & mulieres. *Matth. 14.* D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

Manducantium autem erant quinque millia virorum, exceptis paruulis & mulieribus. *Matth. 6.* Erant autem qui manducauerunt quasi quinque millia virorum. *Luc. 9.* Erant autem viri quasi quinque millia. Ex notantur debere esse viri, qui manducant cenam Domini, non in concupiscentiis emolliati sicut feminae, nec puerilem sententiam habentes sicut pueri. De primo dicitur *Hebr. 13.* Habemus altare sine mensam: de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiant, hoc est, corpori, sicut ibidem dicit *Glossa*. Desecundo dicitur *Hebr. 5.* Perfectiorum est solidus cibus, eorum qui per consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Sic ergo sensu & virtute mentis debent esse viri qui cum Domino manducant. Dicit autem [quasi] ut notetur quod si parum plures erant vel pauciores, quod Scriptura minutias non curat.

Quinque autem millia] dicuntur: quia quinaris pertinet ad quinque sensuum delectationes: millenarius ad virtutis cubicam perfectionem, qui surgit ex denario sicut ex radice. Denarius ergo ad decalogum: quadratura ad virtutis quadraturam, scilicet, prudentiæ, fortitudinis, iustitiæ, & temperantiæ. Ductus autem duplex denarij, scilicet, in se, & denarij in quadratum, est quod virtutis modum accipiat denarius: quia aliter non habet boni rationem & torius, nisi ductus in formam charitatis, sine qua nihil est meritorium: sicut enim dicitur *1. Tim. 2.* quod finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: quia sic totum completur charitate. Sic ergo sunt quinque millia.

Accepti ergo Iesvs panes: & cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant.

Tangit modum quo perfectum est à Domino istud miraculum. Dicit ergo [Accepti ergo Iesvs panem] ut tacta suæ manus, virtus in panem ageret suæ diuinitatis. *Matth. 9.* & *Matth. 13.* Tegit me aliquis. Ego enim cognoui virtutem de me exisse. *Luc. 6.* Virtus de illo exibat, & sanabat omnes [Et cum gratias egisset distribuit discumbentibus] sicut in omni mensa facere consuevit: ut nos doceret, non sine gratiarum actione, & verbo orationis panem sumere. Et ideo cum alia miracula sine tactu & oratione perfecit, hic & tangit propter benedictionem, & gratias agit propter diuinæ largitatis donationem. *1. Tim. 4.* Omnis creatura Dei bona, & nihil inmundum quod cum gratiarum actione accipitur. Dignificatur autem per verbum Dei, & orationem. *Luc. 9.* Acceptis ergo quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit, & fregit, & dabat Discipulis ut apponerent [similiter & ex piscibus quantum volebant] quantum: quia vniuersisque satisfecit desiderio. *Sap. 16.* Voluntati vniuersique eorum deseruiens, ad quod quisque volebat conuertebatur. *Psal. 77.* Desiderium eorum attulit eis Dominus, non sunt fraudati à desiderio suo. Hoc enim, ut dicunt Patres, habuit esca Domini, quod voluntati credentis plus aliis esca deseruiuit. *Psal. 64.* Parasti cibum

K.

cibus

cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.

Quærunto autem quidam, Quare non (sicut in miraculo vini) optimum vinum fecit ex aqua: ita & in miraculo panum, id est, panem triticeum, frumentum panem, fecit ex panibus hordeaceis? Ad hoc autem dicendum, quod aliud est hic, & aliud ibi. Illud enim miraculum deferuit iucunditati nubentium: & ideo conueniebat aquam mutari in liquorem iucunditatem facientem. Istud autem deferuit necessitati communis turbæ, & ideo à forma, necessitati deferuienti, illum panem non mutauit. Maxime ut dicit *Chrysoſt.* ne gulæ deferuire videretur.

Quæritur autem vterius, Cum illud miraculum Eucharistiam principaliter significet, quare non dedit panem de frumento, sicut Eucharistia non fit nisi de pane frumento. Ad hoc autem dicendum, quod istud est signum remotum: & ideo expressam similitudinem in materia non habuit. Sed si propriam conuertibile signum esset, tunc obiectio locum haberet. Quia in multis Eucharistia figurabatur quæ etiam in materia nullam habebant conuenientiam: sicut in manate, & in caribus agni, & quibusdam aliis. Signum propinquum in sacramento dari non conuenit nisi in elemento ipsius sacramenti: quia sacramentum est signum, & si signum propinquum haberet: tunc signi propinqui esset propinquum signum, quod omnino inconueniens est, & contra omnem artem. Vnde etiam pisces qui dulcedine sua & castam præbent nutrimentum, dulcedinem gratiæ sacramentalis designant, & tamen non sunt signum nisi remotum sacramenti, & non secundum materiam sunt signum conueniens.

Si autem quæratur, quid est quod hic duo pisces significant? Dicendum quod vnus significat corporis edulium, & alter significat animæ pretium.

Ut autem impleti sunt, dixit Discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superauerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta qui venturus est in mundum.

Tanguntur hic consequentia, quæ faciunt ad miraculi magnitudinem. Dicuntur autem hic duo, scilicet, signa magnitudinis miraculi, & magnitudo præconij diuini. De primo dicit tria: impletionem esurientum, præceptum collectionis superfluorum, & quantitatem remanentium. Dicit ergo [Ut autem impleti sunt] esurienti, & lassitudini, & labori, & desiderio satisfaciens. *Luc. 1.* Esurientes impleuit bonis. *Psal. 77.* Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis. *1. Reg. 2.* Famelici saturati sunt. *Luc. 9.* Manducauerunt omnes, & saturati sunt. *Psal. 89.* Repleti sumus mane misericordia tua, & exultauimus, & delectati sumus [dixit Discipulis suis] ut instrueret ut turbas etiam temporali subsidio cum possent tempore

indigentia pascere deberent. *Ioan. 6.* Pasce oues meas.

Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant] Quæritur, Quare Dominus superflua ministravit, cum hoc vitium quoddam dicitur: Ad hoc dicendum, quod non est vitium, sed virtutis largissimæ indicium, quando superfluum conuertitur ad utilitatem pauperum: sicut hic. *Mat. 8.* Comedite pinguis, & bibite mulsum, & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi. Hunc enim modum adhuc tenet Dominus: quia habentibus agros multo plus ministrat quam indigeant, ut habeant unde tribuant pauperibus. *Luc. 11.* Quod superest date elemosinas, & omnia munda sunt vobis. Ideo enim præcepit colligi, ut collecta pauperibus distribuere. *Psal. 111.* Dispersit, dedit pauperibus. Hæc autem collectio facta ab Apostolis, ut dicit *glossa*, significat illa subtilia sacramenta, quæ à simplicibus in præfenti capi non possunt, quæ Apostolis colligenda committuntur: quia per panem significatur panis verbi Dei, per cuius rudimenta pascuntur simplices, & per eius subtilia Prælati illuminantur ad fidei defensionem & ædificationem. *1. Pet. 3.* Parati omni poscenti vos reddere rationem de ea quæ in vobis est fide & spe.

Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum] Cophinus est sporta magna, suspensa in brachiis in dorso portatur, sicut ea in qua simus & purgamenta portantur de plateis. Et sic patet quod superabundantia excreuit panum quinque, in effectu saturitatis, & superfluitate remanentium. In quo signatur, quod semen quod seminat quis in elemosynam in pauperes, in præmio & hic superabundat, & in futuro excreuet in immensam. *2. Corin. 9.* Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit & multiplicabit semen vestrum, & auget incrementa frugum iustitiæ vestræ. *Iaco. 1.* Dat omnibus abundanter, & non impropere. *Mat. 17.* Tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum. *3. Reg. 17.* Hydria farinæ non deficiet, nec lechitus olei minuetur. *4. Reg. 4.* Illi offerebant vasa, & illa infundebat [ex quinque panibus] qui quasi primum semen fuerunt in manibus Christi, sicut primo dixit *Gen. 1.* Crescite, & multiplicamini, & replete terram [hordeaceis] quia hic panis delicatus non est gustandus, sed in futuro. *Daniel. 10.* Panem desiderabilem non comedi. *Psal. 101.* Cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam [qui superauerant] in pauperum sustentationem [his qui manducauerant] *Iob. 31.* Si comedi bucellam meam solus, & non comedit alienus ex ea. Dicit autem hic *Chrysoſtomus* quod magis miratur quod cophini superexercentes saturitati comedentium excreuerunt ad numerum Apostolorum, quam quod in tantum panes sunt multiplicati. Et dicit, quod innuit sensum spiritualem: quia scilicet, de reliquiis verborum Christi, quæ per quinque panes signantur, excreuit doctrina Apostolica in saturitatem mundi. *1. Jo. 23.* Non condentur neque reponentur: quia his qui habitauerunt coram Domino, erit negotiatio eius, ut comedant vsque ad saturitatem, & vestiuntur vsque ad vetustatem. Ad hoc enim congregata sunt superflua Ecclesie.

Illi

illi ergo homines] aliquid de ratione habentes [cum vidissent] potentiam diuinam per effectum probatam. Per hoc enim ad fidem fuerunt edificati [quod fecerat signum] in quo se Deum esse probauit. *Ioan. 4.* Nisi signa & prodigia videritis, non creditis [dicebant] Deum magnificantes [quia sic est vere Propheta] de quo dicitur *Deut. 18.* Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris, tanquam me audietis eum [qui venturus est in mundum], secundum dictum legis.

Sed videtur esse dubium quod dicit: quia Christus comprehensor fuit, & per speciem facie ad faciem Deum vidit. Prophetæ autem vident in speculo, & ista visio non congruit comprehensori. Ergo Christus non est Propheta. Ad hoc dicitur, quod Christus in veritate Propheta non fuerit, sed comprehensor & Dominus Prophetarum. Sed turbæ hoc dixerunt imperfectam fidem de ipso habentes. Non enim crediderunt ipsum esse Deum, sed aliquem diuinum & Prophetam pro quo Deus ista magna faceret. Potest etiam dici quod Dominus in *Deut.* Prophetam se suscitaturum promisit, quod ille fuit Ioannes Baptista, qui plusquam Propheta fuit. In hoc enim quod inspirationem diuinam habuit, Propheta. In hoc quod non in futurum prædixit, sed in præfenti indicabat, fuit plusquam Propheta. In hoc autem quod legis promissa ad gratiam exhibitam terminauit, & terminatum esse ostendit, fuit finis & terminus Prophetarum. *Mat. 11.* Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem baptistam. *Mat. 11.* Prophetam & plusquam Prophetam. *Luc. 1.* Tu puer Propheta Altissimi vocaberis. Et sic fuit & terminus Prophetarum, & Propheta promissus in lege.

Tunc dicimus quod tria sunt quæ Prophetam constituunt substantialia: quorum vnum est inspiratio diuina: secundum autem enuntiatio de futuro: tertium autem est immobilis veritas quæ est in vitroque, scilicet, in enuntiatione & in inspiratione. Et non dicitur Christus Propheta nisi quoad tertium: quia immobile est omne quod Christus enuntiat. *Mat. 13.* Verba mea non transibunt. *Psal. 118.* In æternum Domine permanet verbum tuum. Sic ergo dicunt [Hic est vere Propheta] à veritate immobilitatis discipuli suorum. *Lu. 24.* Qui fuit vir Propheta potes in opere & sermone coram Deo & omni populo qui venturus est in mundum. *Ag. 2.* Veniet desideratus omnibus Gentibus, & replebitur gloria domus Domini. *Io. 4.* Domine ut video Propheta es tu. Hoc enim fuit dictum turbarum. *Mat. 61.* Quem dicunt homines esse filium hominis? Et responderunt Discipuli. Alij Ioannem Baptistam. Alij vero Ieremiam. Alij Eliam, aut vnum ex Prophetis.

IESVS ergo cum cognouisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.

Hic incipit pars in qua in electis turbæ & Discipulis, Dominus ostendit suam potestatem ad faciendum omnia quæ vult: ut qui eum Propheta esse dicebat nunc fidem deitatis eius accipiant. Diuiditur autem hæc pars in tres partes, in quarum prima ostenditur qualiter deuentus est ad hoc miraculum, quod tria in se continet miracula: in secunda ponitur miraculorum istorum perfectio: in tertia autem magno ven-

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

to stante exurgebat] In tertia autem ponitur administratio ex miraculo illo consequens. *Iob.* Altera autem die turba quæ stabat] In primo autem istorum dicuntur tria, scilicet, qualiter Dominus a Discipulis est separatus, qualiter Discipulorum ex Imperio Domini nauigio procuratus est recessus, & qualiter impulsus nauis ex tempestate contra nauim est exortus. Dicit ergo.

IESVS ergo] qui panes multiplicauerat [cum cognouisset] signis exterioribus sensibiliter cognouit, quod semper in sapientia suæ diuinitatis præsciuit. *Ecc. 1. 3.* Domino Deo antequam crearentur, omnia sunt cognita: sic & post perfectum respicit omnia [quia venturi erant] illi qui manducauerant [ut raperent eum] Nouit enim eos, ut dicit *Chry.* quia tam faciliter multos procurauit: & ideo ab ipso otiosam, & resolutam, & gastrimarginosam putabant ducere vitam, qui omnibus abundarent, & nihil laboris vel impensarum impederent: & ideo corruptam eorum nouerat esse intentionem [ut facerent eum regem] Videbant enim quod non oporteret quod pro ipso arma sumerent: quia se ipsum ab omnibus posset defendere. Et hanc resolutionem Dominus in eis detestabatur: quia mala fuit. Quamuis enim ipse Rex esset terrenus, hæreditarie successione, & cælestis à Patre. *Psal. 2.* Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. *Ierem. 23.* Regnabit Rex, & sapiens erit. *Lu. 1.* Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Quamuis inquam, ita fuerit Rex, tamen non contentiens resolutione otiositati & gulositati eorum [fugit] ab eis: quia quamuis bonum vellent, tamen non bene voluerunt. *Ioan. 18.* Regnum meum non est de hoc mundo. *Aug. 18.* Fugit Christus cum eum voluerunt facere Regem. Omnia enim bona terrena contempsit homo Christus, ut contemnenda monstraret. Omnia mala sustinuit, ut nec in illis quæretur felicitas nec in istis timeretur aduersitas [iterum in montem ipse solus] à quo iam turba recesserat, & solitarius erat. Mons enim sibi competebar, qui mons fuit eminentia quidem nature, dignitatis, & sanctitatis. *Psal. 67.* Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. De eminentia dignitatis *1. Jo. 2.* Erat mons domus Domini in vertice montium. De monte sanctitatis *Ier. 31.* Benedicatur tibi Domine pulchritudo iustitiæ, & mos sanctus. Ita ergo congruenter fugit ad montem gratias actus Patri de beneficio, & oraturus pro turba & Discipulis ut daretur eis fidei iam inchoata complementum, & ut ostenderet se longe à Discipulorum nauigio: & ideo in montem ascendit ne alibi in ripa maris pararetur accepisse nauigium.

Ut autem sero factum est, descenderunt Discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos IESVS.

Ecce secundum in quo ostenditur quod Discipuli eius, suo imperio sine ipso inceperunt nauigium. Dicit ergo [Ut autem sero factum est] Hoc ideo dictum est ut sciatur post omnes remanuisse: quia Discipulorum nauis ultimo fuit separata à ripa, & in illa non fuit [descenderunt] Discipuli eius ad mare] ex imperio Domini. *Mat. 14.*

K 3 Statim

Statim iussit illos ascendere in nauiculam, & præcedere eam trans fretum donec dimitteret turbas [Et cum ascendissent nauim] secundum præceptum Domini nauigantes [venerunt] hoc est, venire inceperunt [trans mare] hoc est, trans lacum illum Genesareth: quia Tiberias in altera ripa sita est. Et vitra lacum nauigantes per Bethsaidam, tandem [venerunt in Capharnaum] vbi descendentes de nauis, dimiserunt nauigationem. Et sic soluitur contrarietas quæ videtur esse inter *Luc.* qui dicit quod venerunt Bethsaidam, & *Ioannem* hic. Nec statim venerunt Capharnaum: sed venire intenderunt nauigio in nauigando, transeunte hora vespertina [& tenebræ] noctis & nubium [iam factæ erant] tum ex nocte: tum etiam ex nubibus obscurantibus ærem: & ideo iam oblata erat nauis via ad miraculum. *Ioan. 12.* Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. *Tren. 3.* Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem [& non venerat ad eos Iesus] saluationis presentia, quæ est causa salutis nauis: sicut absentia eius causa est periclitationis nauis. *Exod. 33.* Si non tu ipse præcedis nos, ne educas nos de loco isto. *Deut. 32.* Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.

Mare autem vento magno fiante, exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut triginta, vident Iesus M. ambulante[m] supra mare, & proximum nauis fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in nauim: & statim nauis fuit ad terram quam ibant.

Tangit miraculum. Dicit autem quatuor, in quorum primo tangitur in quo factum est miraculum: in secundo tangitur Saluatoris super elementa dominium: tertio tangitur eorum qui erant in periculo Saluatoris saluantis auxilium: quarto tangitur qualiter sine mora attigerunt salutis portum. Dicit ergo [Mare autem] stagni illius [magno vento fiante] qui in nocte propter frigus noctis fortior erat [exurgebat] inundans. *Ionæ 1.* Mare ibat, & intumescere super eos. *Mat. 14.* Ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus.

Cum remigassent ergo [Secundum est in quo primo tangit locum in quo ostendit dominium super elementa [cum ergo remigassent] per lacum [quasi stadia vigintiquinque aut triginta] Hoc ideo dicit: quia circa hoc fuit, & Scriptura de minutis non curat. Hunc autem locum sic diligenter mensuratum à Tiberiade, designat: quia ibi erat maior maris profunditas, & maius periculum [vident Iesus M. ambulante[m] supra mare] non tamen cognouerunt quod Dominus Iesus erat. *Psal. 76.* In mari via tua &c. *Mat. 14.* Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim eis ventus contrarius. Et ideo ambulabat super mare: vt dominium suum super elementum liquidum, & super aerem eum habere cognoscerent. Et in omni periculo salutis suæ firmam spem in eo haberent. Et ideo dicit [& proximum nauis fieri] *Isa. 43.* Cum pertranseis per aquas, tecum ero, & flumina non ope-

rient te. *Psal. 33.* Iuxta est Dominus omnibus his qui tribulato sunt corde [& timuerunt] *Mat. 8.* Domine salua nos, sperimus. *Mat. 14.* Videns vero ventum validum venientem, timuit: & cum cœpisset mergi &c. *Ionæ 1.* Timuerunt viri timore magno.

Ille autem dixit eis [scilicet Saluator, quia tunc tempus erat quod alloquens consolaretur eos: quia phantasma putauerunt. *Mat. 14.* Videntes eum supra mare ambulante[m] turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est, & præ timore clamauerunt: & statim locutus est Iesus ad eos [nolite timere] habere fiduciam quia ego sum. Et hoc est quod sequitur [ego sum] quasi diceret. Ego sum qui stabile esse, & in æternum habeo: & ideo etiam in liquidis sto elementis. Defluentibus enim his quæ circa me sunt, ego sum stans, ego idem ipse sum. *Psal. 101.* Tu idem ipse es, & anni tui non deficient [nolite timere] quia in mea permanentia non peribitis. Et in hoc intelligitur quod statim facta est tranquillitas: quod est secundum miraculum. *Mat. 8.* Surgens Iesus imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. *Isa. 43.* Eduxit eos per abyssos quasi equum in deserto impingentem.

Voluerunt [quoque Apostoli] accipere eum [Saluatorem] in nauim [sicut causam salutis nauis. Sed contrarium huius dici videtur *Mat. 14.* Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas: & extendit manum, & apprehendit eum. Responsio. Dicendum, quod vtrumque fuit. Primo enim in nauim voluerunt recipere eum. Et cum veniret, Petrus venit ad eum supra mare, & cum eo ad tipam, ad quam venerat ante eum Iesus. Tamen *Chrysol.* dicit, quod aliud hic, & aliud in *Matthæo* narratur miraculum: quamuis in multis conueniant [& statim nauis fuit ad terram ad quam ibant] quod iam tertium est miraculum: quia sine mora dispendio quam tempestas facere consuevit, venerunt ad portum. *Isa. 43.* Eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui. *Iob 38.* Hucusque venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus riuos.

Est autem questio quorundam hic de miraculo illo primo, quod Dominus graui mole corporis super liquidum elementum ambulauit: Vtrum hoc fuit ex hoc quod elementum solidum fecit, aut ex hoc quod elemento liquido remanente corporis gloriosi spiritualitatem & agilitatem assumpsit, vel vtroque modo? Et videtur beatus *Greg.* primam partem diuisionis asserere: quia dicit quod mare se sub pedibus suis calcabile præbuit. Et *Magister Hugo de sancto Vitiore* dicit secundum, quod Dominus tunc dotes duas, spiritualitatem & agilitatem ad tempus assumpsit: sicut claritatem assumpsit in monte transfigurationis, & impassibilitatem in die cœnæ, quando corpus suum ad manducandam exhibuit. Sed videntur hæc omnia non esse de intentione Euangelij. Quia per istud miraculum intendit ostendere, quod de creaturis facit quod vult vt dicit *Ambros.* Sed hoc non ostenderet, si super calcabile elementum ambularet. Nec aliquod esset miraculum, si spirituale & agile corpus super liquidum ambularet. Et ideo sine præiudicio dico, quod nec in elemento, nec in corpore aliquid effecit, quod de natura vtriusque fuit, vt veritas simplex simpliciter operaretur & nihil fingeret. Sed quædam fecit miracula

tula vbi miraculose reddidit naturæ corruptæ organum & potentiam: & tunc illa natura naturaliter operabatur per naturale suum instrumentum: sicut quando claudis reddit gressum per restitutam tibiam, & cæcis visum per restitutum oculum, & huiusmodi. In quibusdam autem maioribus miraculis adhibuit actum sine potentia, vel cum potentia ad contrarium: sicut erat Virginis partus. Et tale miraculum in argumentum deitatis fecit hic, quando super liquidum manens, liquidum ponderoso corpore ambulauit, & Petrum ambulare concessit. Et hoc intendit Euangelium Ioannis, qui semper aquilinis oculis Verbi deitatem nititur ostendere.

Ex hoc iterum patet quod consuevit queri de historia præcedente: Vtrum scilicet Dominus multiplicauit panes, nouam materiam creando, vel materiam elementarem in formam panis inuisibiliter inducendo, vel in seipsis nihil penitus creando, vel factum inducendo. Quamuis enim quodlibet istorum trium salua fide Catholica dici posset: tamen probabilius dicitur quod nihil addendo panes in seipsis multiplicauit, non quidem extendendo vt quidam dicunt, sed multiplicando ad libitum, in sua deitatis argumentum. Et hoc maxime competit secundum *Chrysol.* qui dicit, quod aliud fuit miraculum panum factum hic, & in alijs Euangelistis. Ioannes enim semper intendit deitatis potentiam in Verbo incarnato demonstrare.

Alterâ die turba quæ stabat trans mare vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum Discipulis suis Iesus in nauim, sed soli Discipuli eius abiissent: alia vero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agentes Deo. Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque Discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum, querentes Iesus M. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti.

Hic conuenienter post miracula tria, ponitur miraculum illud quod super vndas ambulauit magnificentia: & dicuntur hic tria, scilicet, argumenta veritatis miraculi, insecutio turba post Christum qui fecit miraculum, & questio admirationis. Argumenta veritatis sunt duo, quorum vnum sumitur ex coniecturis, & alterum ex nuntio veritatis. Coniecturæ autem sunt due: vna quidem quam dicit [Alterâ die] post noctem in qua ambulauerat Iesus supra mare, & Discipuli fuerunt periclitati [turba quæ stabat trans mare] in loco vnde nauigauerant Discipuli [vidit] coniecturando veritatem miraculi [quia nauicula alia non erat ibi] in ripa vbi Discipuli nauim ascenderat [nisi vna] Si enim alia fuisset posset testari quod in illa Iesus transiisset [& quia] in illam vnicam [non introisset Iesus cum Discipulis suis] *Sap. 14.* Ostendis quoniam in omnibus potens es saluare, etiam sine rate aliquis adeat mare [sed soli Discipuli eius abiissent]

Hæc est secunda veritatis coniectura. Quia sicut solus Noe cum familia sua saluatus est: ita sola familia Christi saluatur in vudis: nec alij sunt cum eis. *Sap. 14.* Spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata [alia vero superuenerunt naues à Tiberiade] Secundum est in quo conuenitur nuntium veritatis [iuxta locum vbi manducauerant panes] multiplicatos in quinque millia hominum [gratias agentes Deo] *1. Tim. 4.* Nihil immundum quod cum gratiarum actione percipitur. *Psal. 21.* Edent pauperes, & saturabuntur, &c. Et istæ naues idem nuntiauerunt, quod scilicet, Dominus Iesus sine adminiculo nauis mare transierat.

Cum ergo [istis coniecturis & nuntijs] vidisset turba [id est, certitudinaliter cognouisset] quia Iesus non erat ibi [sed in vudis mare transiisset] neque Discipuli eius [quos ante se nauigare præceperat] ascenderunt in nauiculas timentes quod ad ipsos iterato non esset reuersurus: quia Discipulos euocauerat [& venerunt Capharnaum] ad locum ad quem Discipuli nauigauerant, non sustinentes separari ab eo. *Psal. 79.* Non discedimus a te, vniuersificabis nos. *Reg. 4.* Viuit Dominus, & viuit anima tua quia non dimittam te [querentes Iesus] videre præ magnitudine miraculorum, & spe refectionis. *Isa. 55.* Querite Dominum dum inueniri potest. *Can. 3.* Surgam & circuibo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea.

Et cum inuenissent eum trans mare [Hæc est questio admirationis] dixerunt ei [admirantes] [Rabbi] Forte putabant quod sapientia sua faceret quod fecit: & ideo vocant eum Magistrum, qui sciat ea quæ circa Deum sunt, ex quibus miracula posset efficere. *Ioan. 3.* Scimus quia a Deo venisti Magister. Nemo potest hæc signa facere, &c. [Quando huc venisti] qui nauem non intrasti. Minus autem dicit hic: quia in *Mat. 14.* dictum fuerat, Qui autem in nauicula fuerunt, adorauerunt eum dicentes: Vere Filius Dei es. Vnde questionem admirationis primo fecerunt, & cognoscentes miraculum postea adorauerunt.

Moraliter autem mare mundus est: nauicula, poenitentia vel crux Christi est. *Sap. 13.* Vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Mortis autem matis, motus est tentationum ex flatu demonum. *Psal. 92.* Mirabiles elationes maris. Item *Psal. 106.* Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipsi vident opera Dei, & mirabilia eius in profundo. *Eccli. 43.* Qui nauigant mare, narrant pericula eius. Discipuli soli sunt in nauis: quia poenitentia quæ est participatio crucis & Passionis Christi, non continet nisi Discipulos Domini, sicut *Gen. 6.* & 7. figuratur. Ingredere arcam tuam, & filij tui, &c. *Exo. 15.* Equum & ascensorem proiecit in mare. Hoc est, superbum, & conspiciendi deservientem. Iesus non est in nauis: quia poenitentia non indiget, eo quod aquas concupiscentiæ calcavit. *Isa. 54.* Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hæc est secunda tabala post naufragium, vt dicit *Hiero.* sine qua nullus venit ad litus solidæ vite æternitatis.

IESVS author salutis inducit tranquillitatem quia sedat tentationem. *Psal. 104.* Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. Admirantur etiam turbæ, quia nihil talis tranquillitatis in se experiuntur. *Isa. 57.* Cor impii quali mare feruens, &c. Et *Isa. 48.* Non est pax impijs, dicit Dominus. Alia autem de hac materia super *Matthæum, Marcum, & Lucam* notata sunt. Et omnes auctoritates super literalem sensum hic inductæ valent etiam ad sensum morale.

Respondit eis IESVS, & dixit: Amen, amen dico vobis, queritis me.

Hic incipit instructio per miraculum intenta. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima de spiritali manducatione perfectam ponit doctrinam: in secunda autem carnalium compescit scandalum Discipulorum *ibi* [Multi ergo audientes ex Discipulis] Adhuc doctrina diuiditur in duas partes, in quarum prima tota doctrina ponitur: in secunda locus publicus ubi doctrina facta est ostenditur, ne in angulo facta credatur *ibi* [Hæc dixit in synagoga docens] Adhuc prima harum in tres subdividitur partes, in quarum prima doctrina ponitur in secunda murmur de doctrina exortum comprimitur *ibi* [Murmurabant ergo Iudæi] In tertia lis de intellectu doctrinæ quæ contineri videbatur dirimitur *ibi* [Litigabant ergo Iudæi] Adhuc in prima harum duo sunt, in quorum primo reprehensio ponitur non ex devotione doctrinæ Christum sequentium: in secundo autem doctrina seriatur Iudæis instruendis exhibetur *ibi* [operamini cibum qui non perit] in primo tria facit: confirmat veritatem, ponit querentium inquisitionem, & malam eorum manifestat intentionem. Dicit ergo [Amen amen] Notat duplex confirmatio veritatem, ne negent hoc quod habent in corde, quod solus Deus scire poterat. *1. Reg. 16.* Deus intuetur cor. *Psal. 7.* Scrutans corda & renes Deus [queritis me] exterius sequendo. *Isa. 58.* Me de die in diem querunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit.

Non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus & saturati estis.

Aperit inquirentium se intentionem, & duo dicit. Ostendit enim primo quod nec curiosorum habebant intentionem, & secundo ostendit quod habuerunt intentionem turpem. Dicit ergo [Non quia vidistis signa] sicut curiosi querunt, & sicut multi de turba querebant. *Ioann. 6.* Sequatur eum multitudo magna: quia videbant signa super his qui infirmabantur [Sed quia manducastis de panibus] sicut gulosi querunt quos gastrimargos vocat *Ioannes Chrysol.* à græco gastr quod est venter, & margeno, margenas quod est infansio, infansio: quasi pro ventre infansientes. *Eccli. 6.* Est amicus mentis, & non permanet in tempore tribulationis. *Prov. 19.* Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis [& saturati estis] Hoc sonat in voracitatem. *Eccli. 2.* Quis ita denorabit & delicijs affluet vt ego: *Dan. 14.* An non vides quanta comedit,

& bibit quotidie? *Phil. 3.* Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui &c.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater signavit Deus.

Hic incipit instructio de cibo spiritali. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima in generali ostendit esse spiritali cibo intendendum: in secunda autem explicat hoc in speciali *ibi* [Dixerunt ergo ad eum] in prima dicit tria: spiritalium esse cibum operandum, & ostendit illum à se esse accipiendum, & in tertia dicit rationem unde de hoc habet facultatem. Dicit ergo [operamini] laborando tamen. Aliud est opus, & aliud labor: quia opus proprie dicit actum virtutis: quia hoc, & opem fert & opes, à quibus opus deriuatur. Et sic dicit [operamini] opere virtutis [non cibum qui perit] quia in illo & opus & opera perditur sunt *Isa. 55.* Quare appenditis argentum vestrum non in panibus, & laborem vestrum non in satietate? *Aggæi 1.* Comeditis, & non estis saturati: seminastis mulrum, & intulistis parum. Et qui congregavit merces, misit eas in saccum pertulum.

Videtur ergo secundum literam istam quod laborans pro temporalibus male facit. *Matth. 6.* Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? Scit enim Pater celestis quid vobis necesse sit. Adhuc, *Matth. 10.* reprehenduntur qui peram portant, & sacculum. Ad hoc dicendum, quod Dominus non intendit quod inertia studendum sit: sicut quidam male intelligentes locum hunc, dixerunt. Sed cibum qui non perit operatur omnis ille, qui intentionem spiritalium ad lucrum temporale non refert, sicut illi qui Dominum sequebantur ad hoc quod corporaliter pascerentur. Qui autem laborem corporalem per intentionem refert ad spiritalia, hic operatur cibum qui non perit. Et secundum hunc intellectum loquitur Dominus.

Quod autem obijcitur, Nolite solliciti esse iam super *Matth. & Lucam* est solum. Quia interdicit ibi sollicitudinem suffocantem spiritalia, & non interdicit sollicitudinem prouisionis necessarium. Labor ergo vt dicit *Hieron.* exercendus est, sollicitudo tollenda. Tamen Dominus pro certo non hic loquitur nisi de eis qui superflua ad temporalia referunt. Illi enim tam in spiritalibus, quam corporalibus cibum operantur qui perit: quod non est faciendum.

Sed qui permanet in vitam æternam] Hic autem cibum est verbi Dei, pro cuius devotione sequi debuerant. *Isa. 11.* Verbum Domini stabit in æternum. *1. Cor. 15.* Fructus vester maneat. *Ro. 6.* Gratia Dei vita æterna. Cibum ergo verbi & cibum gratiæ est qui permanet in vitam æternam. *Isa. 23.* Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Panis licet gratiæ, & aqua sapientiæ in doctrina verbi veritatis [quem Filius hominis] de thesauro Patris [dabit vobis] Ille enim, sicut dicitur *Mat. 134.* Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus, &c. *Gen. 49.* Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Aser beatus interpretatur, & si significat Filium hominis, qui pin

gibus medullatis suos pascit. Hoc est ergo quod dicit.

Hunc enim [Filius hominis] [Deus Pater signavit] hoc est, plenitudine suæ diuinitatis, ad hoc vt pascat, ab alijs distinxit. Ipse enim habet unde pascat: alij autem non habent nisi ab ipso accipiant. *Heb. 1.* Qui cum sit splendor gloriæ æternæ, & similitudo substantiæ eius. *Aggæi 2.* Ponam te quasi signaculum: quia te elegi. Sic ergo habetur cibum iste à Christo.

Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respondit IESVS, & dixit eis: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.

Hic incipit determinare de opere cibi spiritalis in speciali: & diuiditur hæc pars in duas, in quarum prima tangit de opere quo acquiritur hic panis: in secunda autem ostendit hunc panem per suppositum *ibi* [Ego sum panis vitæ] In prima harum dicit tria, in quorum primo tangitur opus quo cibum acquiritur: in secundo certitudo operis illius exponitur: in tertio desiderium ad cibum illum accenditur. In primo horum dicit adhuc duo, scilicet, questionem de opere, & determinationem operis. Dicitur ergo [Dixerunt ergo ad eum] Iudæi volentes ad cibi corporalis operationem Christum prouocare [Quid faciemus] *Psal. 4.* Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? [vt operemur opera] bona [Dei] hoc est, Deo accepta propter quæ nobis semper dabitur cibum sine corporali labore. Simile habetur *Marc. 10.* & *Mat. 19.* Quid faciendo vitam æternam possidebo? *Luc. 18.* Quid faciam vt vitam æternam possideam? isti opera Deo accepta, propter quæ cibum sine labore Deus concederet, petebant. Dicit quidem *Salomon Prover. 12.* Qui operatur terram suam, saturabitur panibus. Sed isti sine labore manuum inertiam sequentes, satietate potiri desiderabant: contra hoc quod dicitur *2. Thes. 3.* Qui non laborat, non manducet. *1. Thes. 4.* Operamini manibus vestris sicut præcepimus vobis. Hoc enim non est contrarium ei quod est: Operamini cibum qui non perit: dummodo labor referatur per intentionem ad spiritalia.

Respondit IESVS & dixit eis] Hic determinat opus [Hoc est opus Dei] hoc est, quod acceptat Deus [vt credatis in eum] hoc est, credendo tendatis in eum. Ad hoc autem quinque exiguntur: vt scilicet veritati assentiantur, vt fides per dilectionem operetur, vt forma virtutis opus fidei infirmetur, vt de credito cum discretionem cogitetur, vt consilium diuinum in his credens admittatur. De primo dicitur *Ro. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hoc autem fit per assensum veritatis. De secundo *Gal. 5.* Fides quæ per charitatem operatur. De tertio *Iaco. 2.* Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Et *ibidem.* Fides sine operibus mortua est. Hoc enim intelligitur de operibus virtutis. De quarto *Sap. 15.* Nolle te consummata est iustitia: & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Hæc enim notitia consistit in cogitatione, & scientia crediti in articulis fidei. De quinto & ultimo *Isa. 60.* Videbis, & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Hoc enim est in visu consilij diuini, quod hanc viam salutis per fidem inuenit. Sic ergo opus Dei est, vt credatis in eum [quem ille misit] Ad hoc enim misit vt in ipsum crederetis, *Ioan. 5.* Vt omnis qui credit in eum non pereat. *Heb. 11.* Si ne fide impossibile est placere Deo. Et addit *Gre.* Quinimo displicere necesse est.

Videtur autem credere non esse opus. *Ro. 3.* Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Adhuc, *Ro. 4.* Baritudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Et loquitur de credentibus. Ad hoc autem dicendum, quod opus proprie differt ab actu, & facto, & labore, sicut notamus alibi. Opus enim est quod opem præstat: & hoc est virtutis vel practicæ, vel intellectualis. Actus autem sunt effectus, vel effectiones formales in quolibet: sicut hominis ratiocinari: & intellectus, intelligere: & huiusmodi. Facta autem sunt extrinsecus facta super materiam, vel circa materias exteriores. Sed labor est quod fit cum difficultate eius qui facit & lassitudinem inducit. Et ideo si proprie sumatur opus: tunc credere est opus, & actus fidei. Tamen aliquando opus large sumptum ponitur pro actu, & facto, & labore. Ad hoc autem quod obijcitur, quod non est opus legis. Dicendum, quod hoc verum est: quia legis opus consistebat in extrinsecus operatis, sicut in hircio immolato, vel agno, & huiusmodi. Credere autem est intrinsecum opus, sine quo nunquam fuit iustitia. Eodem modo dicendum ad sequens: quia sine talibus legis operibus Deus accepto propter fidem fert & donat iustitiam.

Adhuc autem obijcitur: quia *Iaco. 2.* dicitur, quod fides sine operibus mortua. Et *Glossa ibidem* dicit, quod per opera reuiuiscit. Ergo videtur insufficienter loqui, cum dicit, quod opus Dei est vt credatis in eum: quia etiam exteriora opera oportet habere. Propter hoc dixerunt antiqui dicentes, quod opus est operans, & opus operatum. Opus operans est quod est in operante virtutis opus, vel a virtute elicatum, vel quod est essentialis actus virtutis: & sine illo nihil valet virtus ad salutem. Opus autem operatum vocant Sancti, sicut operatum legis est sacrificium factum, vel circuncisio facta, vel tale aliquid. Et sine illo bene iustificat fides cum operibus virtutum interioribus. Hoc est ergo illud quod dicit [Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem ille misit]

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de celo dedit eis manducare.

Hic exquiritur certitudo operis quo spiritalis cibum acquiritur. Diuiditur autem in duos paragraphos, in quorum primo ponitur petitio certitudinis, & subinfertur opinio erroris: in secundo autem remouetur deceptio erroris, & subinfertur doctrina veritatis. In primo dicitur tria. Petitur enim signum veritatis, prouocatur Christus

Christus ad exhibendum signum certitudinis, & quia intendebat cibum alienum, ideo tertio prouocatur ad signum faciendum quod deseruiat gula otiositatis. Dicit ergo [Quod ergo tu facis signum?] Propheta enim hoc quod dicit, signis probare debet: & ideo dicunt [Quod ergo tu facis signum?] 1. Cor. 1. Iudæi signa petunt. Moyses enim cum signis primo ostendebat quod sibi esset credendum [ut videamus] illud signum [& credamus tibi] quia verbum Dei in ore tuo sit verum. 3. Reg. 17. In hoc cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est [Quid operaris?] prouocatio est. Quasi dicerent. Nihil est quod operaris. Hordeaceis enim panibus pascere semel, valde parum est [Quid] ergo [operaris?] Parum enim est. Sed cogita quod magnum aliquid facias. Antiqui enim magna fecerunt. Opera enim tibi dare debent testimonium. Ioan. 5. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.

Patres nostri manducauerunt manna in deserto [Ac si dicant. Da cibum perpetuum, quia antiqui exhibuerunt cibum per totam viam deserti per quadraginta annos. Tu autem vna vice tantum. Exo. 16. Iste est cibus quem dedit vobis Dominus ad vescendum [sicut scriptum est] Psal. 77. Panem Angelorum manducauit homo. Item Psal. eodem. Portas cæli aperuit eis, & pluit illis manna ut ederent. Sap. 16. Paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis. [Panem de cælo dedit eis manducare] Exo 16. Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitatem: eo quod audierit murmuraciones vestras. Cælum autem hic secundum intentionem istorum vocatur cælum æreum, ut dicit Chryl. quia de aere panis ille cecidit supra castra eorum. Quia ad litteram cum rore descendit. Et ros quidem fuit. Et mane quando ros iacuit colligebatur. Et post horam roris quando sol accensus fuit, liquefactus fuit panis. Et ita intenderunt prouocare Dominum ad similia faciendum.

Dicit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dabit vobis panem de cælo verum. Panis enim verus est qui de cælo descendit & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc.

Hic remouet errorem, & inducit ad veritatem. Illi enim per hoc quod Moysen fecisse hoc credebant, Moysen Christo præferre volebant. Et ideo dicit [Amen amen dico vobis] Duplex confirmatio aufert errorem, & inducit veritatem [Non moyses] qui minister fuit [dedit vobis panem de cælo] quia & illius panis non nisi minister fuit, & ille panis de cælo vero non fuit. Sed ille qui signatur per istum, ille est de cælo Trinitatis. Sed contra 1. Cor. 10. Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Sed respecto ad hoc est, quod illi spiritualement escam manducauerunt, non in re, sed in figura. Et illi qui

inrer eos hanc figuram intellexerunt spiritualiter, panem de vero cælo manducauerunt [Sed Pater meus] qui est in cælo Trinitatis. Marb. 6. Pater noster qui es in cælis [dat vobis] Spiritualiter [panem verum] hoc est, vere ad vitam æternam resicientem [de cælo] Trinitatis: quia dedit vobis me, qui cibus sum in vitam æternam vegetans: per hoc quod sum verbum, vera veri Patris notitia. Marb. 6. Panem nostrum substantialem da nobis hodie. Deu. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in &c. Est enim panis Sacramenti qui spiritualiter vegetat hominem, & omnia spiritualis vitæ deperditæ in nobis restituit. Psal. 103. Panis cor hominis confirmat.

Dicitur autem panis verus propter sex causas, quarum tres, sunt tres veri panis effectus, quorum vnus est quod sedat esuriem quæ est defectu spirituali. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Secundus est, quod restituit deperditum. Et sicut deperditio inducit debilitatem, sic instauratio inducit confirmationem. Act. 9. Cum accepisset cibum, confortatus est. Tertius est, quod continuat vitam. Et sic iste panis continuat ad vitam æternam. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Horeb. Quarta causa est, quia panis vbique in omni parte sua est eiusdem generis cibus. Et similiter Christus in omni gratia sui cibus est fidelium. Eccli. 15. Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Quia panis ille ad intellectum relatus, in omni gratia sua cibus est fidelium. Quinta causa est, quia absconditus est cibus ille, nec exterius, sed in spiritu videtur. Apoc. 2. Dabo ei manna absconditum, quod nemo scit nisi qui accipit. Sexta causa est, quia ad veritatem vegetat spiritus, & ad minoritatem animalitatis. Psal. 147. Adipe frumenti satiat te. Item Psal. 80. Cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Hic enim panis cibatur vere, cuius vegetatio non transt, sed permanet in vitam æternam: quia nos membris Christi incorporatur, & dulcedine deitatis delectat. 1. Corinth. 10. Vnus panis multi sumus in Christo, quotquot ex vno pane participamus. Sic ergo est panis verus, non quidem veritate panis naturaliter sed veritate vegetationis: quia vegetat ad diuinum esse & æternum. Et hoc est quod subdit.

Panis enim [Dei] veritate quæ dicta est [qui de cælo] Trinitatis descendit [dum factus est homo, & cibus hominis. Isa. 23. Qui habitatis terram Austri cum panibus occurrere fugienti. Terra Austri terra luminis est, & calor. Luminis in veritate, & calor in charitate. Et hi sunt cælestes, qui terram istam inhabitant, & cum panibus æternæ refectiois nobis occurrant in pane vno sacramenti: qui candidus est veritatis puritate, & deoctus charitatis calore [& dat vitam mundo] In hoc enim differentia est materialis panis ad panem spiritualement: quia panis materialis mutatus in carnem & sanguinem, à nobis accipit vitam. Panis autem spiritualis nos ad se mutans, dat nobis vitam suam. Vnde dictum est Augustino. Cresce & manducabis me, nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Ioan. 10. Ego veni ut vitam habeant &c.

Dixerunt ergo ad eum [Hic eleuat ad hunc panem] (quamuis non intellectum) audientium desiderium

tium. Dicit ergo [Domine] Chryl. Dominum confitentem audientes quia de thesauro Patris panem exhibiturus esset cælestem, & putantes hunc carnalem esse in eius refectioe otiosam & marcidam agerent vitam [semper da nobis] non ad vitam tempus sine sollicitudine, & labore viuamus [panem hunc] sicut Samaritana adhuc carnalis dixit Ioan. 4. Da mihi aquam hanc ut non sitiam, nec veniam huc haurire. Sed Deus hoc non vult: sed vult ut homo laboret pro cibo suo, ne inertia dissoluatur. Job 5. Homo ad laborem nascitur, sicut avis ad volatum. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Psal. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis.

Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriat: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Sed dixi vobis: quia & vidistis me, & non creditis.

Hic determinat per suppositum hunc panem. Dicit autem hic tria, in quorum primo panem illum in omnibus figuris antiquis signatum determinat: in secundo incredulitatem hoc non crediturum redarguit: in tertio viam ad hunc panem veniendi declarat. Dicit ergo [Ego sum panis vitæ] Panis vitæ, ex corpore viuifico habet refectioem: ex anima redemptionem: & ex deitate habet vitæ beatæ saporem. Sic enim panis qui est Christus a manibus sapientie æternæ tanquam ex tribus satis confectus est. Gen. 18. Accelera, tria fata farine commiste, & fac subcineritios panes azymos. Cinis autem sub quo coctus est panis iste, est cinis mortalitatis & humilitatis huius. Mat. 13. Simile est regnum cælosum fermento, quod accipit mulier abscondit sub farine satis tribus donec fermentaretur totum. Fermentum est charitas Dei ad nos quæ sub dictis satis est absconsa, donec totum calore charitatis penetratum est, præparat (ut diximus) corpus in cibum, apinam in pretium, & deitatem in condimentum. Psal. 147. Adipe frumenti satiat te. [Qui venit ad me, non esuriat] Quomodo enim esuriat qui omnium honorum in se habet abundantiam, & nullius rei defectum. Apoc. 7. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos æstus, vel sol.

Sed contra hoc videtur quod dicitur. Eccl. 24. Qui esurit me adhuc esuriet. Sed ad hoc dicitur, quod duplici de causa surgit esuries spiritualis. Est enim fames desiderium, ut cibus spiritualis non habitus habeatur. Et sic non esurit qui ad panem vitæ peruenit. Et iterum fames sine esuries ut iam habitus cibus continueretur. Et sic continuo esurit qui ad panem vitæ peruenit. Et sic loquitur Eccl. Quod autem hic dicitur [qui venit] intelligitur sic. Quod ille venit qui continuo illi panem appropinquat per fidei deuotionem, per spei protensionem, & per charitatis vnionem, & per assimilationis incorporationem, & per internam dilectionem. De venientibus per fidei deuotionem in Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies, &c. Fidei enim est illuminare, & certa vegetas cui fides immititur non permittit confundi. De venientibus per spem & æternorum expectationem Phil. 3. Fratres ego me non arbitror comprehensisse. Sequor autem si quo

modo comprehendam, in quo & comprehensus sum. Hæc est enim protensio spes, quæ semper sequendo se protendit ut comprehendat. De appropinquantibus per dilectionem ut dilectionis vnionem Can. 1. Traxit me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Panis enim iste quia omni pinguedine vnctus est, huius vnctionis odor venit ad diligentem. Num. 11. Manna erat saporis oleati panis. De appropinquantibus per internam saporem Gen. 59. Aser pinguis panis eius, &c. Sic enim trahitur ad panem vitæ.

Et qui credit in me [Credens assentit] primæ veritatis propter se, & super omnia. Et hoc est ut dicit Dion. ad Apollon. dat veritati manus. Qui autem dat veritati manus, ducitur à veritate: & hic non errat. Vnde Dion. Dediti veritati manus, & falsitatis, & erroris nexibus es absolutus. Hic enim est de quo dicit Ps. 72. Tenuisti manum dexteram meam, &c. Hic enim qui sic credit, intus veritatem iam pascitur, dulcedine veritatis afficitur: & dicit. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. &c. Vnde Glo. Qui credit in me, & comedit. Prover. 25. Gustauit, & vidit quoniam bona est negotiatio eius. Non extinguetur lucerna eius. Qui enim charitate veritatis pascitur, dulcedine veritatis afficitur: & huius veritatis lucerna, in nocte falsitatis & erroris non extinguatur. Et hic sic nutritus pane vitæ, qui de ore Dei procedit [non sitiet] Glo. Idem est non sitiet, & non esuriet: utroque enim verbo æterna signatur satietas. Sed est intelligendum quod triplex est sitis. Vna quidem quando cibus indigestus, ex stomacho famam ad viam isophagi & pectoris, & exhalat illas vias. Et hæc sitis quanto plus bibitur, tanto magis innalebit: nec sedatur nisi per somnum, & digestiorem. Et hæc sitis similis est desiderio carnalis delectationis, qui quo plus hauritur, tanto plus sititur. Ioan. 4. Qui bibit ex aqua hac, sitiet in æternum. Et Postea.

Quo plus sunt pota, plus sitimur aqua. Alia causa sitis est cibi siccitas & soliditas, qui per membra non decurrunt nisi humore fluere incipiat. Et hæc est sitis naturalis quæ potu dulci & delectabili sedatur. Et huius similis est sitis consolationis Spiritus sancti & iustitiæ, quia sine dulcedine eius, cibus virtutis non reficit, & per membra animæ non decurrunt. Psal. 62. Sitiuit in te anima mea quam multipliciter. &c. 2. Reg. 23. O si quis daret mihi aquam bibere de cisterna, quæ est in Bethleem. Hoc est, de refrigerio consolationis, quæ est in domo panis, hoc est, in Christo à quo fuit consolatio Spiritus sancti. Tertia causa sitis est membrorum omnium à proprio nutrimento destitutio, quæ non sedatur nisi bono cibo membris exhibito. Et hæc sitis est cui per metaphoram ista sitis comparatur, & est virtutis esuries. Et ideo dicit Glossa quod idem est esurire & sitire. Tamen in destitutis & aresactis, citius subuenitur membris per liquidum quam per siccum: ideo natura in illis sitit citius quam esuriat. Et sic est in pane veritatis soliditas virtutis quæ pascit, & liquiditas veritatis quæ infundit & potat. Et ideo ad virtutem est esuries, & ad veritatem est sitis. Et hæc sitis Christus videns se membris suis destitui, cum ex timore fugerent dixit Ioan. 19. Sitiit. Et sicut dicit Aug. incorporauit sibi latronem ad membrorum confortationem. Isa. 22. Occurrentes sitienti ferre aquas. De istis duabus

aquis dicitur *Ioh. 4.* Qui biberit aquam quam ego do, non sitiet amplius, sed fiet in eo fons aque salientis in vitam æternam *Eccli. 15.* Aqua sapientia salutaris potavit illum. *Isa. 33.* Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.

Sed dixi vobis] Ecce incredulorum redargutio. *Mar. 16.* Exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis eorum [quia & vidistis me] Videte Christum in corporali visione non prodest ad fidem. Et de hac non loquitur hic : sed de visione interiori, causata ab exteriori. Videbant enim exterius opera quæ nemo alius fecit : sicut dicitur *Ioh. 17.* Et ex hoc visu potentiam diuinam in eo latentem viderunt, per interiorum mentis considerationem : vel de facili videre poterunt. *Ioh. 3.* Nemo potest hæc facere &c. *Ioh. 9.* A seculo non est auditum quia aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo non poterat facere quicquam. Videbant sicut sæpe diximus modum in istis quia non clare utebatur, sed faciebat sicut potestatem habens : non per supplicationes, vel exorcismos : sed in plena potestate diuina. Propter quod hæc opera digrum Dei vocabat. *Mar. 12.* & *Luc. 11.* Per hæc enim, infallibilia indicia viderunt & cognouerunt.

Sed contra hæc obijcitur 1. *Cor. 2.* Si enim cognouissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. *Act. 3.* Scio fratres quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri. Sed ad hoc dicendum, quod Principes Sacerdotum, & Scribæ in lege doctissimi, ex his quæ dicta sunt, vel cognouerunt vel cognoscere poterunt eum. Quia etiã humilitate carnis obumbrata videretur esse diuinitas : tamen fulgebat in modo operum, & in ipsis operibus : & sic de facili vincibilis erat ignorantia ex carne causata : & ideo imputandum erat eis si non cognouerunt. Et quod dicitur de *Apostolo* & de *Abibus*, dicendum, quod quidem ignorauerunt, hoc est, perfectam de ipso cognitionem habuerunt velatam, sicut diximus, & ideo remedio penitentia peccatum eorum purgari poterat. Tamen viderunt & cognouerunt, sicut hic dicitur : quia infallibiliter ostendebat se illis. Ipse autem auertendo se ab eo, viderunt, & ideo imperfecte cognouerunt : & huius imperfectio causa ipsi fuerunt. Auertens enim se per indignationem & inderisionem, videt quidem, licet imperfecte figit oculum quem auertit. Et hoc modo dicitur hic, quod viderunt eum. Et de talibus dicitur in *Psal. 94.* Proximus sui generationi huic, & dixit semper : Hi errant corde. Et ideo proximum quidem viderunt, sed auertentes se ab ipso, figete oculum non curauerunt. *Sap. 2.* Grauis est nobis etiam ad videndum.

Sed adhuc obijcitur de hoc quod dicit *Aug.* quod fides est earum rerum quæ non videntur. Et sic videtur non bene dicere : Vidistis me, & non credidistis. Sed ad hoc dicendum, quod fides, per assensum quem habet, est inuisibile : sed per inducentia ad fidem, est visibile, & audibile, & generaliter sensibile. Et hoc modo loquitur hic : & ideo improperat dicens : Et non credidistis, cum tot inducentia ad fidem haberetis. *Ioh. 20.* Quia vidisti me Thoma credidisti &c. *Ioh. 19.* Quis est Filius Dei vt credam in eum? Respondit Iesus & dixit. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Et respondit. Credo Domine & procedens adorauit eum. Hi autem peni-

tus inderisioni, & viderunt eum indicio in fallibili sua deitatis, & non crediderunt. *Ioh. 1.* In propria venit, & sui eum non receperunt. Item. 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepitis me. *Ioh. 3.* Quod scimus, loquimur : & quod vidimus, testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

Omne quod dat mihi Pater, ad me venit : & cum qui venit ad me, non eijciam foras.

Hic incipit ostendere vias veniendi ad illum, quem verum panem vitæ esse ostendit. Dicit autem hic tria, in quorum primo ostenditur quis venit : in secundo quam benigne venientem suscepit : tertio causam illius susceptionis diligenter describit. Dicit ergo [Omne quod dat mihi Pater] Pater enim est qui paterno affectu dat gratuito, & dat Filio per generationem quem diligit sicut seipsum. Pater autem ideo Pater est, & vocatur : quia paterno Spiritu format Filium ad similitudinem Patris. Hoc enim fieri non potest nisi Spiritu paterno formetur affectus ad Patris veram inuolutionem Spiritus autem Patris æterni, est Spiritus idem Filij, plenitudine copie manans ex ipso : & ideo in Spiritu illo cognoscitur quia Pater est Filij Pater, & in Spiritu cognoscitur quod Pater Deus est Filij Dei Pater. *Gal. 4.* Quia estis Filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater. *Ro. 8.* Ipse Spiritus reddit testimonium Spiritui nostro quod sumus filij Dei : si autem filij, & heredes : heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. *Luc. 11.* Pater vester dabit Spiritum bonum petentibus se. Sic ergo in hoc Spiritu dat : & quicquid dat, in hoc Spiritu dat. Et in hoc Spiritu omne quod dat Pater Filio per æternam electionem & presentem inspirationem [venit ad me] hoc est, ad Filium quia Patris donum fuit ad Filium, & in ipso Spiritu (qui donum est) Filius cognoscitur naturalis esse Filius Patris, qui eundem spiritum non ad mensuram accepit. Vnde *Glossa* [venit ad me] hoc est, per fidem mihi venit. Et alia *Glossa*. Pater trahit ad Filium illos, qui ideo credunt in Filium, quia credunt eum Patrem habere Deum.

Et eum qui venit ad me] Tangit benignam hic susceptionem. Eum enim qui venit passibus fidei, & virtutum profectu, & fructu bonorum operum. Venit autem ille, & peruenit, qui fidei cognitione percipit quod est Deus Dei Filius, qui virtute se sibi per mansionem coniungit, qui fructu operum non vacuis manibus accedit. Hic est de quo dicitur 2. *Corinth. 3.* Nos omnes reuelata facie, gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu. Sic enim venit qui cum Christo vnus Spiritus efficitur. Eum ergo qui sic venit [non eijciam foras] quia ille sicut dicit *Glossa*, manebit in secreto beatitudinis. De qua *Mar. 15.* Intra in gaudium Domini tui. Quinimo inducitur in interiora secretorum. *Gen. 24.* Ingredere benedictæ Domini, cur foris stas. Foris enim stant qui ad familiam domus non pertinent, & qui non communicant. *Isa. 56.* Dabo ei in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus. Hic enim mecum cenabit in

in pane vitæ. *Apostolus*, Siquis aperuerit mihi, intrabo & cenabo cum eo, & ipse mecum. Omnis ergo talis introducit in conuinium meum.

Quia descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est enim voluntas eius qui misit me, Patris : vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me : vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam : & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Hic ponit horum quæ dixit causam. Dicit autem hic tria, in quorum primo tangit causam. Sed quia causa est voluntas paterna ideo specificat secundum voluntatem paternam. Tertio autem ostendit quo merito veniat ad illum. Dicit ergo [Quia descendi] ideo non eijciam foras mihi herentem humilem de celo secundum naturam feruili assumptionem, secundum status humilitatem, secundum fortunam paupertatem, secundum humanam reputationem, secundum asperitatis laborem, secundum exilij tediosam peregrinationem, & secundum redemptionis difficultatem. De nature feruili assumptione *Phil. 2.* Humiliavit semetipsum pro nobis formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inueniens est vt homo. De status humilitate dicitur *Isa. 53.* Quasi absconditus vultus eius & despectus : vnde nec reputauimus eum. Et *Idem*. Vidimus eum nouissimum vitorum, virum dolorum, & scientiam infirmitatum &c. De fortunæ paupertate *Psal. 108.* Egeus & pauper ego sum, & cor meum conturbatum est intra me. De hominum reputatione *1. Cor. 4.* Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perissemus. Ita quod homines nos reputant esse tales, qui expurgandi essent de mundo. De asperitate laboris *Psal. 68.* Laboravi clamans, tance facte sunt tance meæ &c. De exilij tediosa peregrinatione dicitur *Ierem. 14.* Quare quasi volonus factus es in terra : & quasi vianor & diligens ad mandandum? *Psal. 119.* Non mihi quia incolitas domus prolongatus est &c. De redemptionis difficultate. Sic ergo [descendi de celo] repleti tremis ingerebam. Quæ enim diuitias oculi apponunt. *Psal. 17.* Vidimus gloriam eius, gloriam quam viderunt à Patre. Sic ergo [descendi de celo] viderunt eum in terra, vt dicit *Glossa*. Quæ enim diuitias sequuntur, quæ videntur, quæ in oculis huius mundi non vt faciant voluntatem meam] repleti tremis quæ distemper voluntatem Patris, misit enim in terra, est propria. Omnis enim voluntas quæ patris voluntatem Patris, & propria est de illa, sed voluntatem eius qui misit me] Patris : & ideo merito sua voluntas patris voluntatem meam. *Mar. 16.* Non mea voluntas, sed tua fac. *Phil. 2.* Pater obediens vt que ad mortem mortem autem crucis. *Ierem. 19.* Vultus autem Dei facientis repositus repositus. *Mar. 6.* Fiat voluntas tua &c. Hæc est enim voluntas eius qui misit me Patris. *D. Alberti. Magni. in Euang. D. Ioan.*

tris] Specificat hic voluntatem Patris etiam in Filij missione : quia Pater in illa missione bona cogitauit de nobis. *Ierem. 29.* Cogitationes meæ, cogitationes pacis & non afflictionis. 1. *Tim. 2.* Qui vult omnem hominem saluum fieri &c. 1. *Thes. 4.* Hæc est voluntas Dei sacrificatio vestra. *Rom. 12.* Vt probetis quæ sicut voluntas Dei beneplacens & perfecta [vt omne quod dedit mihi] ab æterno eligendo, & secundum presentem iustitiam vocando ad me. *Psal. 2.* Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam. *Ioh. 17.* Tu enim, & mihi eos dediisti, & sermone tuum imple, vt non perdam ex eo] aliquid quod datum est : quia ex me confirmatur. Et si perierit, ipse perdit seipsum. *Osæ 14.* Perditio tua ex te, sed tuum ex me saluatio tua. *Ioh. 17.* Nemo ex his perit nisi filius perditionis, vt scriptura impletur [sed resuscitem illud] etiam in eo quod corporaliter perit [in nouissimo die] quando commune erit omnium iudicium. Vnde quod non perdo in anima, sit prima resurrectione, quod resuscito in die nouissimo, sit resurrectione secunda : sicut dicit *Glossa. Luc. 12.* Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. *Rom. 8.* Qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. *Phil. 3.* Saluatorem expectamus Dominum nostrum IESUM CHRISTUM qui reformabit corpus &c.

Hæc est enim voluntas Patris qui misit me] Hic tangit meritum, quo ad bonam Patris voluntatem peruenitur. *Psal. 50.* Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt edificetur muri iherusalem. *Isa. 61.* Vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabit quia completus Dominus in te [vt omnis qui] oculo interioris cogitationis [videt Filium] eum per opera Filij Dei recognoscens. *Luc. 10.* Beati oculi qui vident quæ vos videris. Et ex tali visione [& credit in eum] assentiens veritati, & per auertens in ipsum [habeat vitam æternam] infidelitatem in fons suo hauriam, & totam simul, & perfecte possidem : vt dicit *Psalm. 119.* Absorpta est mors in victoria. *Apostolus. 21.* Mors victa non erit. 1. *Corinth. 15.* Inimici mortis destruentur. *Ioh. 14.* Ego vivo & vos venietis. Et illum] eum sic credentem [ego resuscitabo] Quamuis enim Pater resuscitet, & Spiritus sanctus : tamen ego per meam resurrectionem causa ero resurrectionis sue. Et sicut dicit *Augustinus*. Christi Resurrectio, causa est efficiens nostre resurrectionis. *Osæ 6.* Viuificabit nos post dies dies, & in die tertio suscitabit nos. *Prime Thes. 4.* Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt &c. [in nouissimo die] quæ lux huius mundi obrebrabitur, & incipiet claritas vitæ æternæ. *Psal. 103.* Accidit lux iherusalem, & iherusalem. *Isa. 60.* Quæ resurrexerunt in te, & terræ tue erant sic iherusalem.

Admirantur ergo iudei de illo quia dixisset Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Hic incipit huius doctrinæ secunda pars, in qua compescitur murmur exorum de doctrina

doctrina. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima ponitur exorta Iudeorum murmuratio: in secunda autem ad murmur facta à Domino responsio *Ibi* [Respondit ergo Iesus] In prima duo dicuntur, scilicet, quod murmurabant, & de quo. Dicit ergo [Murmurabant ergo Iudæi] Murmur, vt dicit *Ambrosius*. est occulta detractio. Detrahebant ergo veritati sermonis, & murmurabant occulte. Quia adhuc recens erat miraculum de multiplicatione panum, nec aperte sermoni contradicere audebant. *Sap. 11*. Custodite vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractioe parcite linguæ: quia sermo obscurus in vacuum non ibit. *Rom. 1*. Sufurriones, & detractores Deo odibiles.

De illo quia dixisset Iesus] Ecce de quo murmurabant. Et tanguntur duo, scilicet, de quo murmurant, & modus murmuris [Murmurabant ergo de illo quia dixisset] quod etiam totius ante habitæ doctrinæ fuit fundamentum [Ego sum panis viuus] intus resciscens [qui de celo descendit] Murmurabant autem maxime de ista parte quod dixit [qui de celo descendit] de celo dicens suam originem esse, cum ipsi suam originem humilem in terra, & à terra cognouerunt. *Ioan. 3*. Qui de celo venit super omnes est. Item 16. Exiui à Patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. *Ioannis 8*. Vos de deorsum estis, ego de superius sum.

Et dicebant: Nonne hic est filius Iosoph, cuius nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de celo descendit?

Tangit modum murmurationis, & dicit duo, scilicet, originem terrenam, & ex hoc impossibile esse quod dixit [Nonne] Querit vnus ab alio vt ex communi omnium noticia magis impossibile quod dixit appareat [hic est] Iesus quem nouimus nomine: quæuis significatum & effectum nominis non cognouerunt. Sed hoc nomen putabant esse terrenum, & ab hominibus impositum, non ab Angelis & annuntiatum, & ab æterno sibi ignatum. *Psal. 48*. Vocauerunt nomina sua in terris suis [filius Iosoph] *Luc. 3*. vt putabatur filius Iosoph. Quia alpinus Christi fuit [cuius nos nouimus] Hoc putatiue dixerunt [patrem & matrem] Matrem quidem veram nouerunt, sed Patris nullam habuerunt notitiam veram. Et huius causa tangitur 1. *Corinth. 2*. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia est enim illi: quia Spirituualiter examinatur. *Isa. 6*. Excæca cor populi huius, & aures aggraua, & oculos eius clauda: ne forte videat oculis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanem eum [Quomodo ergo dicit] Ac si dicant. Quomodo potest secundum veritatem dicere [Quia de celo descendit] cum terrena eius origo contrarium attestet nobis omnibus? *Prover. 18*. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ verantur in corde suo. Huic autem sermone respondet Dominus *Ioan. 7*. Et me scitis, & vnde sum scitis, & quia à metipso non veni. Sed est verax qui me misit quem vos nescitis.

Respondit ergo Iesus & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem.

Hic incipit responsio Domini, & habet duas particulas, in quarum prima ponitur responsio ad murmurantes, & in secunda ad murmurationem. In prima responsione tria dicuntur, scilicet, murmurationis repressio, & quare murmurantes non veniant ad eum ostensio, & via per quam ad eum venitur declaratio. Dicit ergo [Nolite murmurare in inuicem] 1. *Cor. 10*. Neque murmuraueritis sicut quidam ex eis murmurauerunt &c. *Eccli. 9*. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit. *Eccli. 33*. Præcordia sanæ quasi rota carri. *Glossa* quæ fecerunt portat & murmurat. *Isa. cap. 26*. In tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis: Et erunt docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre & didicit: venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam æternam.

Duo tangit, scilicet, quare ad eum non venitur, & quid utilitatis consequuntur venientes. Dicit ergo [Nemo] qui ab humo factus est [potest] cum non sit in ipso nisi humi potentia. *Ioan. 3*. Qui de terra est, de terra loquitur [venire ad me] qui de celo sum [nisi Pater] qui est in cælis [qui misit me] per hoc quod incarnari præcepit [traxerit eum] Ac si dicat. Ideo per consensum fidei verborum meorum non venitis ad me, quia Pater meus vos non trahit. Tractus autem iste intelligitur tractus interior, qui fit duplici fute, scilicet, veritatis, & delectationis. Veritas quædem trahit intellectum ad consensum: sed delectatio trahit voluntatem per amoris vinculum. Dicitur autem Pater trahere: quia hoc de Filio reuelat. *Ambros. 16*. Cæco & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.

Trahit autem Pater per Filium in reuelatione veritatis. Et trahit ad Filium, quando per veritatem reuelatam ad Filium fidei deuotione acceditur. Trahit ad Filium per Spiritum sanctum, quando per amorem veritatis Verbi incarnati Filii diligitur. Trahit ad Spiritum sanctum per Spiritum, scilicet, quando per amorem Spiritus in donis suis percipitur. Et quia prima auctoritas missionis est in Patre: ideo Pater per appropriationem trahere dicitur. Sicut & in corporibus primo dicitur trahere, qui primo ad se mouet quod distat. Trahit autem Filius ad Patrem per modum inuocantis: quia veritas reuelata inducit ad Patrem. Trahit etiam Spiritus sanctus ad Patrem, quando amor in cordis desiderio docet & & mouet ad inuocandum Patrem. Propter quod dicitur *1. Cor. 12*. & *Gal. 4*. Misit Deus Spiritum Filij sui clamantem Abba Pater. *Osæ 11*. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. *Ierem. cap. 31*. In charitate perpetua dilexi te: ideo miserans attraxi te. Sic dicitur *Ioan. 2*. Omnia

Omnia traham ad meipsum.

Sed obiicitur. Si enim non veniunt nisi tracti à Patre, non videtur esse imputandum si non venerint: quia tracti non fuerunt. Sed ad hoc dicendum, quod isti obicem Spiritui sancto & Patri posuerunt. Quia cum fides sit ex auditu, & ex sensibus (vt in antehabitis dictum est) ex his quæ viderunt, venire potuerunt, & tunc tracti fuissent. Et ideo sibi imputent si tracti non fuerunt. *Cam. capitulo 1*. Trahe me post te, curremus in odorem ynguentorum tuorum. Et ideo sequitur.

Et ego resuscitabo eum] talem sic tractum ad me tanquam membrum, quod pertinet ad unitatem corporis mei, resuscitabo ad vitam gloriosam [in nouissimo die] Quia sicut omnia membra mea Spiritu viuificantur: ita & vno Spiritu ad æternam vitam resuscitabuntur. *Rom. 8*. Qui suscitauit Iesum à mortuis &c. 1. *Cor. 15*. Sicut in Adam omnes moriuntur &c. *Ioan. 11*. Ego sum resurrectio, & vita &c. Sic ergo patet causa quare ad ipsum isti murmurantes non veniunt. Quæ autem sit via veniendi, ita vt sint inexcusabiles, aperit cum subiungit.

Scriptum est in Prophetis] non in vno, sed in multis. *Eccli. 36*. Suscita precesiones, quas in nomine tuo locuti sunt Prophete priores. Sicut enim dicit *Glossa*. Omnes Prophete vno eodemque Spiritu, licet diuersa prophetarent, tamen ad idem ire intendebant [Et erunt omnes docibiles Dei] Ac si dicat. Si obicem non poneretis, docibiles essetis à Deo: sicut testantur Prophete, & per hanc doctrinam ad me traheremini. *Ierem. 31*. Non docebit vltra vnusquisque proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, cognosce Deum. Quia omnes scient me à maiore eorum vsque ad minimum. *Ioel. 2*. Vbi nos habepus, dedit vobis Doctorem iustitiæ: ibi habet translatio 70. Erunt omnes docibiles Dei. *Isa. 54*. Ponam vniuersos filios tuos doctos à Domino. *Ioel. 2*. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filie vestre. Sic ergo in multis Prophetis scriptum est. Si ergo vos non trahimini, vobis imputeris. Quia

Omnis qui audiuit à Patre] Explanatio est eius quod est, docibiles esse Dei, vel trahi à Patre. Quia omnis qui audiuit auditu interiori, causato ab exteriori. Si enim audiuissent auditu interiori ea quæ viderunt exterius & audierunt: tunc sciuisent quod à Patre omnia didicisset quæ fecit. Et hoc est quod addit [& didicit] quia interiori oportet discere, & exterius audire, & generaliter percipere. *Isa. 28*. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum: ablatum est à lacte, auisus ab vberibus. Qui enim interiori percipere sciunt, non infantilem doctrinam, sed quæ loquitur Spiritus, illi audiunt à Patre. *Iob 4*. Quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. *Iob 33*. Aperit aures virorum, & erudiens instruit disciplinam vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum à superbia. Qui ergo sic interiori didicit [venit ad me] per fidei deuotionem. Sicut ergo dicitur *Apoc. 1*. Qui audit, dicat, veni. Qui enim audit Patrem sic vocantem, omnia sua inuitat, & venit. Ne credant quod exterius appareat Pater vt homo docens, ideo subdit.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Non quia Patrem vidit quisquam] perfecta comprehensionis visione [nisi is] Filius [qui à Deo est] per substantialem generationem [hic] consubstantialis existens [videt Patrem] *Ioan. 1*. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. *Matth. 11*. Nemo nouit Filium nisi Pater, & nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Pater enim trahens, non exterius apparet, sed interiori reuelans veritatem. Quamuis tamen inuisibilis sit: tamen nemo credit veritatem in Christi dictis vel factis, nisi ipse docuerit [Amen amen dico vobis] Confirmatio est veritatis ex dictis. Quasi diceret. Ex quo enim ego vidi Patrem trahentem, & reuelantem: certum est omne quod dico [qui credit in me] quia illum Pater trahit [habet vitam æternam] Nunc in causa, & in futuro in effectu. *Rom. 4*. Credenti in eum qui viuificauit mortuos, reputabitur fides ad iustitiam. Non ergo discredatis [quia ego sum panis vite] ex quo credentes in me viuifico. Sic ergo terminata est responsio facta ad murmurantes.

Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur.

Hic est responsio facta ad murmurationem. Habet autem tres paragraphos, in quorum primo panem vite distinguit à pane figurati: in secundo manifestat hunc panem per originem & per operationem effectus proprii: in tertio declarat eundem per veritatem suppositi & signati proprii corporis sui. In primo horum tria dicitur secundum quod ipse est panis, & quod deficit ab ipso panis figurati, & quod in ipso inuenitur veritas omnium quæ deficient in figura. Dicit ergo [Ego sum panis vite] quia vere facio vite effectum. Quod vt melius intelligatur, sciendum quod panis qui vere panis est, panis est de frumento: & hic quomodo facit vite opera. Conseruat enim vitam, incorporatur membris, fortissime adheret, & inter grana propter suæ substantiæ puritatem nature magis conuenit. Et primum Christo conuenit. Secundum autem ei non conuenit: quia vos Christo (& non ipse nobis) incorporamur. Vnde dictum est *August. 1*. Non tu me mutabis in te &c. In hoc tamen simile est: quia ipse nobis vnitur, vt dicit *Hilarius*, nature suæ assumptæ vnitione. *Ioan. 17*. Vt sint vnus sicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis sit in vnus consummati. Sic enim adheremus Domino. *Dem. 4*. Vos qui adheretis Domino Deo vestro, viuistis vniuersi vsque in presentem diem. De puritate autem substantiæ prima *Corinthiorum capitulo decimo*. Vnus panis, & vnus corpus multi sumus in Christo. Non enim secum est vnus panis, qui secum puritate non conuenit. Sic ergo est panis vite, quod vitam sui spiritus, quo totum viuificatur suum corpus secum participamus. *Eccl. capitulo decimoquinto*. Cibauit illum panem vite & intellectus &c.

Patres vestri] Distinguit hunc panem à pane

pane figurati. Et ideo dicit [Patres vestri] non tam carne quam infidelitate [manducauerunt manna] quod hunc panem figurauit, & non intellexerunt [&] ideo [mortui sunt in deserto] vtraque morte, carnali & spirituali. *Psal. 77.* Adhuc efcæ coram erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. *Num. 11.* Mortui sunt in sepulchris concupiscentiæ [Hic est] verus [panis] non figuratiuus [de celo] Trinitatis, non aereo [descendens] 1. *Cor. 10.* Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Vnde verus panis hic præponitur figurati panis de celo Trinitatis descendens. *Sap. 16.* Paratum panem de cælis parasti illis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis.

Verus enim panis dicitur quadrupliciter, scilicet, veritate effectus primi, & veritate effectus sacramenti, & veritate effectus nutrimenti, & veritate formali. Veritate effectus primi, sic Filius Dei Verbum increatum, dicitur verus panis: quia veritatem facit effectus, qui est cor confortare. Hoc enim quod faciat panis, accipit a veritate prima. *Psal. 103.* Panis cor hominis confirmet. Veritate autem sacramenti panis, est panis sub quo continetur corpus Christi. Ille enim veritatem continet sacramenti, & ideo Sacramentum dicitur veritatis: & de hoc dicit: Hic est panis verus qui de celo descendit. De veritate autem effectus nutrimenti, sic aliquando gratia sacramentalis dicitur panis, in his qui spiritualiter manducant panem Christi: quia spiritualiter manducans, vere manducat: quia vere ad vitam reficitur. Sacramentaliter autem manducans, aliquando istam non habet refectioem: sed aliquando, vt dicit *August.* vsque ad Sacramenti perceptionem manducat, & non vsque ad perceptionem rei sacramentalis. Vnde *August.* Vt quid paras dentem, & ventrem? crede, & manducaisti. *Ioan. 6.* Verba que locutus sum spiritus & vita sunt, hoc est, spiritualiter accepta vita sunt. Panis autem in veritate formæ panis, est panis quem dentibus atterimus, qui corpus vegetat ad vitam mortalem. Tribus ergo veritatibus primis & maxime in primo sensu dicitur hic: Hic est panis verus qui de celo (Trinitatis) descendit 1. *Cor. 11.* Accipiens panem benedixit, & fregit, & dixit. Hoc est corpus meum. *Psal. 77.* Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

Vt si quis manducauerit ex ipso [spiritualiter, vt dicit *Glossa*, intus in corde intelligendo, & amando [non morietur] in morte æterna, quantum est de virtute sacramenti: quia si per se auertus cadat a virtute sacramenti vt Iudas, morietur, qui non ex defectu vegetationis sacramenti, sed ex peccato proprio auertus mortuus est æternaliter: quia in spiritu corpus Christi vegetante non remansit. *Ioan. 6.* Sic misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuat propter me.

Ego sum panis viuus, qui de celo descendendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuat in æternum.

Declarat hic hunc panem a proprio effectu dicens [Ego sum panis viuus] hoc est, viuificans, a quo vita fluit in omnes sumentes [qui de celo

descendi] a quo non descendit nisi viuus. Cælum enim vitæ principium est vniuersis: quia omnia in celo viuunt, & in cælis est vita beata. *Ioan. 5.* Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso [Si quis manducauerit ex hoc pane] sacramentali, & spirituali manducatione, vel saltem spirituali manducatione [viuat in æternum] quantum est de effectu panis manducati quia ille viuificat in æternum vita gloria: quia id quod nunc in specie sacramenti gerimus in gratia, aliquando terum veritate captemus. Quia sicut nunc Christum sumimus hic inuisibiliter in specie sacramenti: ita insueti se nobis aliquando in veritate dulcedinis suæ deitatis: sicut dicit beatus *Dionysius. Isa. 66.* Ecce ego declinabo in vos sicut flumen pacis, & tanquam torrentem inundantem gloriam Gentium quam sugetis. *Psal. 35.* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Luc. 22.* Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Declarat hunc panem per significationem suppositi, quæ est res & sacramentum in Eucharistia: sacramento dicens [Et panis] hoc est, signatum per panem [quem ego] vt summus Sacerdos, de quo in *Psal. 109.* dicitur. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem melchisedech [dabo] ei spiritualiter manducanti, supple & sacramentaliter manducant [caro mea est] larens sub specie panis. *Genes. 14.* Occurrit ei Rex Salem Melchisedech offerens panem & vinum. Erat enim Sacerdos Dei summus pro mundi [totius] vita [sufficienter]: & si non efficienter efficit in quibusdam, culpa est eorum. *Mat. 26.* & *Mar. 14.* & *Luc. 22.* Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hoc enim sacramento nos sibi Christus vniuit, & sic spiritui vitæ coniunxit: vt spiritu vitæ omnes viuificemur. Vnum enim corpus vno spiritu Christi viuificatur. 1. *Cor. 10.* Vnus panis & vnum corpus multi sumus in Christo: quotquot ex vno pane participamus. Sic ergo de pane vitæ determinatum est.

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

Hic tangitur pars tertia, inducta contra litigium Iudæorum. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima tangitur Iudæorum litigatio: in secunda autem litigii sedatio per sapientiam responsonem. In prima duo dicuntur, scilicet, lis, & de quo litigabant. Dicit ergo [Litigabant] quia murmuratio occulta iam in apertum proruperat: sicut dicitur 2. *Tim. 3.* Mali homines & seductores proficiunt in peius errantes, & in errorem mittentes. Et sic occulta rebellio ad verba Domini processit ad litem apertam. Non autem poterat esse lis, nisi ex discordia: quia ex ipso discordabant. Aliqui enim deuoti, sermones eius reuerenter receperunt, quamuis non intelligerent: & in mansuetudine expectauerunt, donec ipse sermones suos exponeret. *Leu. 10.* In mansuetudine suscipite verbum inquit, quod potest saluare animas vestras. Alij autem

autem sermonem impossibilem reputauerunt: & ideo murmurabant litigantes. Et hi maxime qui propter ventris concupiscentiam sequebantur: quia illis videbatur ex sermone quod corporalem cibum viterius nollet exhibere. *Ier. 4.* Vnde bella, & lites in vobis? Noane ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? Litigabant autem Iudæi: quia ipsi semper fuerunt carnales, carnalia desiderantes. Vnde etiam *Nam. 21.* dicunt. Anima nostra nauicat super cibum hanc leuissimum, manna fastidientes: & flagrabunt desiderio carniū. Ita & nunc caelestem fastidientes, carnalem apperebant. Litigabant autem [ad inuicem] Non cum Discipulis, vel Apostolis: quia illi propter reuerentiam Magistrum aperte contradicere non audebant. Vnde *Prover. 6.* dicitur de apostata: Prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. De Discipulis autem dicitur. *Isa. 50.* Erigit mane, mane erigit mihi aurem vt audiam eum tanquam magistrum. 2. *Tim. 2.* Noli verbis contendere, ad nihil enim valet nisi ad subuersiōnem audientium. Proteruus enim & non discipulus est, qui contradicit. *Osee 4.* Populus tuus sicut hi qui contradicunt Sacerdoti: & corruet hodie, & corruet tecum Propheta. 2. *Tim. 2.* Seruam Domini non oportet litigare [dicentes] Ecce de quo litigabant.

Quomodo potest hic? Non querunt modum: quia omnem modum sermonis illius reputant impossibilem, non attendentes quod dicitur *Gen. 18.* Nunquid Deo quicquam erit difficile? *Luc. 18.* Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Quomodo potest [nobis dare carnem suam ad manducandum]? Quia carnalibus cogitationibus pleni, argumentabantur quod si carnem dar de se, carnem abscondere oportet, & sic moritur: & si moritur, dare non potest: quia mortuus nihil dat. Adhuc, Humana caro non est munda vel licita ad sumendum: & quod non congruit in cibum sumere, dare non poterat. Adhuc autem, Pauci sunt animalia quæ suæ speciei carnibus vescuntur. Ergo inanimale est: quod nobis carnem suam ad manducandum. Adhuc, Inter feralia vita ponitur a Philosophis carnes humanas comedere. Ergo inhumanum est, quod de nobis carnem suam ad manducandum. Iste carnalis rationes inter eos causas dederunt litigio. 1. *Cor. 10. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.

Dicit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Contra litigium, sapientia opponit responsum. Diuiditur autem pars in duas partes, in quarum prima ostendit effectum panis, quem prius dixit esse in ipso: in secunda ostendit quod manna, quod fuit huius panis figura, deficiat ab eodem effectu, qui est in isto pane. In primo tria dicit, in quorum primo confirmat que dixerat: in secundo veritatis dicit sui causam conuenientem assignat: in tertio autem inducit causam causæ, quæ totum sermonem probat. In

prima autem in qua confirmat quæ dixerat, quatuor facit, scilicet, confirmat per negationem, consequentia sermonis manifestat per affirmationem, propositum concludit per vitam quæ ex viuifico suo est corpore, potentiam ad vitæ resurrectionem talibus inesse declarat. Dicit ergo [Amen, amen dico vobis] hoc est, Vere, vere dico vobis, quia & veritate præfigurationis, & veritate diuina signo. Præfigurabat enim in lege, cibans eos signo huius panis, per totum exilij eorum tempus, quo ad patriam tendebant. Quod figurabat, quod cibo panis Eucharistia cibandi essent, per tempus huius exilij, quo ad patriam caelestem tendimus. Veritate autem diuina dicit: quia ipse est vnigenitus, qui est in sinu Patris, cuius omnia verba cum reuerentia sunt accipienda.

Nisi manducaueritis [hoc est, si non manducaueritis [carnem Filij hominis] quia quod carnem habet manducabilem in sacramento, hoc est in hoc, quod est Filius hominis [& nisi biberitis eius sanguinem] Hæc est consequentia. Et fundatur in hoc, quod non est nisi vnum vitæ principium, quod ea quæ vnius generis sunt viuificantur. Secunda autem propositio est, quod oportet principium vitæ & conforme & conaturale esse his qui viuificantur. Tertia propositio est, quod oportet vni vitæ principio, omnes qui participant vitam ipsius. Quam ergo Filius Dei, qui vitam habet in semetipso, sit vitæ principium: per carnem autem assumptam sit conaturalis nobis, nec sibi possit vni nisi per carnem suam manducationem, quæ sibi incorporatur, sequitur quod necessario, Nisi qui manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, quod non habebitis vitam in vobis: quæ non habetur in vobis nisi principium vitæ sit in vobis. Hæc ergo est consequentia: & necessaria, & ideo compellit litigantes. Dicit ergo [Nisi manducaueritis carnem] viuificant ad vitam gratiæ & gloriæ [Filij hominis] qui ex homine habet carnem, & vitæ principium a Patre caelesti. *Exod. 12.* Comedatis carnes asinorum. *Nam. 11.* Satisficiamini: eris enim comedetis carnes, hoc est, in futuro. *Isa. 31.* Si non dixerunt vni tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt satiemur? Viri tabernaculi Christi, omnes sancti Patriarchæ & Prophete fuerunt, qui omnes in spiritu saturitatem corporis Christi desiderabant [& biberitis eius sanguinem] Quia sicut caro accipitur viuificantur restauratum spirituales & diuine vitæ in nobis deperditæ: ita per sanguinem accipitur inuoluntati asperctio: & emundatio contra omnem seditatem impediendam. *Hebr. 9.* Sine sanguinis effusione non fit emundatio. *Eccl. 12.* Sanguine oculi linient vt vultus eius [] ostendit autem quo tota vita voluit, & mouetur ad introitum & exitum, est cor: in quo duo potest sunt intellectus, & affectus. Intellectus linunt: sicut sanguinis, affectus vnum dilectione sanguinis. *Hebr. 9.* Per proprium sanguinem inuoluntati [] in sancta redemptione æternæ uiuentis non habebitis: nec vos nec alij [vitam] hoc est, pignus vitæ gratiæ & gloriæ [in vobis] Causa huius dicitur *Ioan. 1.* In ipso vita erat. Et ideo qui in ipso non est, & in quo ipse non est, non habet vitam per causam vitæ & pignus. Et ideo pignus vitæ vocatur Eucharistia

Eucharistia à beato Greg. Ioan. 10. Ego veni ut vitam habeant &c. *Deut. 4.* Vos qui adheretis Domino, viuitis vniuersi. Adheret autem Deo, qui Domino incorporatur.

Quæritur autem hic, Vtrum intelligatur istud de spiritali manducatione, vel sacramentali? Si de spiritali. Contra hoc videtur: quia paruuli spiritali manducatione non manducant per fidem, & dilectionem: cum virtutes non habeant in vfu, sed in munere, & tamen vitam habent in semetipsis. Si autem de sacramentali intelligitur manducatione, tunc non videtur verum: quia multi sacramentaliter non manducant: & tamen habent vitam in seipsis. Ad hoc non est difficile respondere. Dicendum ergo est, quod spiritalis manducatio est, per quam Christo incorporamur, & sacramentalis manducatio non facit hoc nisi cum spiritali. Et sic dicit *Apostolus 1. Cor. 10.* quod patres nostri omnes eandem escam spiritali manducaverunt, & omnes eundem potum spiritali biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Quod autem obicitur de paruulis, potest dici, quod sicut paruuli habent fidem, & dilectionem non in vfu sed in munere: ita habent etiam Christi incorporatione, & in nihil sequitur inconueniens.

Si autem quæritur, Quare spiritalis manducatio, dicitur manducatio, & per quas similitudines à corporali hoc nomen transfertur manducatione? Dicendum, quod in corporali manducatione sunt sex à quibus transfertur ad spiritali manducationem: quorum primum est attritio cibi: quod natura ideo facit quod vnumquodque à qualibet minima parte sugi possit id quod est conueniens in cibo. Secundum est deglutitio, tertium est digestio, quartum est purificatio, quintum est ad membra delatio, & sextum est vnio qua vnitur membris & de corpore efficitur.

Attritio autem est frequens reditio mandibularum, & oris super idem: cui responderi in spiritali manducatione frequens reditus mentis, & rationis super cibum spiritali: ut bene diiudicetur, quid à quo; & in quo affectu, & propter quid accipitur. *1. Cor. 11.* Iudicium sibi manducet & bibat, non diiudicans corpus Domini. Et *ibidem.* Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Deglutitio autem est in sumptione cibi: ita quod cibus sit in manducante. Et sic in spiritali manducatione cauendum est, ne manducans extra cibum remaneat per infidelitatem vel dissensum, nec quod cibus remaneat extra ipsum per gratie priuationem. *Ioan. 6.* Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Digestio autem quæ est separatio puri ab impuro, tota refertur ad comedentem, quia in cibo isto nihil est impurum. Sed impurum aliquando etiam in comedente impedit nutrimentum, & tunc oportet quod humor malus digeratur & efficiatur. *Ierem. 15.* Si separaueris purum à vili, quasi os meum eris. De suctione autem qua interius per venas nutrimentum sagitur maxime est attendendum: quia illa perficitur desiderio incorporandi in Christo, quo desiderio ipsum in nos trahamus, & nos in ipsum. *1. Ia. 66.* Declinabo in vos quasi flumen pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium quam su-

geris. Et *ibidem.* Ut fugatis, & repleamini ab vberibus consolationis: ut mulgeatis & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Delatio autem ad membra spiritaliter perficitur, quando cibus iste singulis virtutibus cordis immititur: ut in ratione sit claritas lucis, in voluntate feruor dilectionis, in memoria conseruatio meditationis absque obliuione, in concupiscibili desiderio boni, in irascibili indignatio peccati; in sensibili imaginatio exempli, in tota anima dulcedo spiritalis cibi. *Sap. 7.* Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Sic in omnibus interioribus suis infusus fuit, qui dixit *Psal. 62.* Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum: *1. Ia. 55.* Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Vnio autem perficitur in hoc quod Christo vnimur, & spiritu eius viuificamur: quia iste cibus non mutatur in nos, sed nos in ipsum & meliores efficitur. *Ioan. 17.* Tu in me & ego in eis, ut sint in vnum consummati. *1. Cor. 6.* Qui adheret Deo vnus spiritus est. Sic per cibum sacramenti etiam nos noua efficitur conspersio. *1. Cor. 5.* Ut sitis nostra conspersio sicut estis azymi.

Sed tunc quæritur, Quare ad istam manducationem oportuit addere de spiritali potu? Ad hoc dicendum, quod cibus sine potu esse non potest. Quinque enim facit potus conueniens in corpore, sine quibus non perficitur cibi operatio. Hæc autem quinque sunt: quia lauat fordida ne cum cibo commisceantur. Secundum, quia extinguit incensa. Tertium, quia humectat arida ut cibo præparentur. Quartum est: quia lubricat aspera ut per ea cibus moueatur. Quintum est, quod subtiliat grossa in cibo & membris ut facile penetrant & penetrentur.

Hæc autem quinque sanguini Christi spiritaliter conueniunt. Hic enim lauat omnia fordida, per hoc quod est sanguis expiationis. *Apostol. 7.* Lauant stolas suas in sanguine agni. Extinguit incensa, per hoc quod est sanguis redemptionis, redimens nos à peccati incendiis & concupiscentiæ. *Hebr. 12.* Accessistis ad sanguinis aspersorem, melius loquentem quam Abel. Quia sanguis Abel clamauit vindictam: Christi autem sanguis clamat redemptionem & remissionem. Hic est qui humectat arida, per hoc quod est sanguis pietatis. Quia omni pietate maior fuit quod sic sanguinem suam non tantum fudit pro nobis: sed etiam infudit nobis. Sic enim omne cor ad pietatem deducitur, & ariditatem amittit. Sicut dicitur. *Lu. 22.* quod factus est sudor eius quasi guttæ sanguinis decurreris in terram: scilicet cor tui terreni currete faciat. Lubricat autem aspera & ad lenitatem adducit, per hoc quod est sanguis agni mansueti. *1. Pet. 1.* Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis: sed pretioso sanguine agni tanquam immaculati Christi. Subtiliat autem grossa, per hoc quod est sanguis Sacramenti. Sic enim inducit ad subtilitatem intelligentiæ spiritalis. Et sic vocatur sanguis testamenti, quo spiritalis confirmantur. *Zach. 9.* Tu vero in sanguine testamenti tui emisisti victos de lacu, in quo non est aqua. Hæc ergo de causa tangit de potu sanguinis.

Qui

Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Hoc quod hic dicit vim conclusionis habet. Infertur enim si destruat consequens antecedentis consequentiæ sic. Si non manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Ergo, si vitam habebitis in vobis, manducabitis carnem filij hominis. Et quia causa immediata, est carnis manducatio. Tunc conuertitur propositio quod si manducabitis carnem, habebitis vitam. Non enim ponit hic aliquam consequentiam, nisi eam quæ est causa ad effectum: & e converso. Et hoc est ergo quod dicit [Qui manducat meam carnem] quæ pignus est vite & principium, quia in carne est deitas quæ viuificat. *Ex. 12.* Caput cum pedibus & intestinis vorabitis: & si quid residuum fuerit, comburetis igni [& bibit] spiritali potu [meum sanguinem] *1. Cor. 5.* Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. *Matth. 10.* Potestis bibere calicem quem bibimus sum? *1. Cor. 11.* Probet autem seipsum homo, &c. [habet vitam æternam] quia habet principium viuificans in æternum. Hic est fructus ligni vite in medio paradisi, hoc est, in medio Ecclesiæ *Gen. 2. Frum. 3.* Lignum vite est his qui apprehenderit eam, & qui tenuerint eam beati. *Apostol. 2.* Dabo ei edere de ligno vite quod est in paradiso Dei mei.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die] Quartum est in quo tangitur, quod ex ipso habetur potentia ad vite resurrectionem. Quia sicut Christus virtute in se latens diuinitatis resurrexit: ita omnes qui in Christo resurgunt, virtute illius principij viuifici in se latens resurgere habent. Virtute enim illius & destruitur mors, & fit resurrectio *Apostol. 26.* Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors potestatem non habet. Et quoniam alij resurgant: non tamen resurgunt ad vitam, sed ad mortem. *1. Pet. 1.* Non resurgent impij in iudicio. *2. Mach. 7.* Potius est hominibus morti datos spern expectare a Deo iterum resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit.

Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

Hic tangit etiam veram causam. Dicit autem duo, scilicet: quod caro Christi est vite cibus, & quod per carnem suam manducantem homo manet in ipso, in quo est vite principium. Dicitur ergo [Caro enim mea] vite cibus [vere est cibus] Cibus enim in veritate est, qui facit ad vitam esse et in hoc autem est vite principium. Sed hæc est vite veritas quæ prima vite est similitudo: & hæc est vite gratia & gloriæ. Et ideo verissime cibus iste vegetat ad vitam diuinam quæ est gratia & gloriæ. Hic enim cibus maxime habet rationem laborum, eo quod nihil est in ipso impurum [Et] similiter dicit [sanguis meus] totus purus [vere est po-

tus] *1. Ia. 25.* Faciet Dominus in monte hoc omnibus gentibus conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium medullarum pinguium, & vindemiæ defecate. Et ideo vere cibus est, & potus: quia nihil habet admixtum de contrario. Ex quo sic est quod iste cibus transmutat ad se eum qui sumit illum, tunc consequenter [Qui manducat meam carnem] ut spiritali cibum *Matth. 26.* Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum. *Psal. 22.* Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me [& bibit sanguinem meum] ut spiritali potum. *Matth. 26.* Hic est sanguis noui testamenti, qui promittit effusio. *1. Cor. 7.* Dignum dilecto meo ad potandum, habisque & dentibus ad ruminandam. Hic ergo talis in me manet] per incorporationem fidei, & deuotionis, & charitatis, quibus fit spiritalis manducatio: & a spiritu meo viuificatur, & vegetatur. *Eph. 4.* Donec occurramus omnes in vitam perfectam in mensuram ætatis & plenitudinis Christi. *1. Cor. 12.* Vos estis corpus Christi, & membra de membris [& ego in vobis] gratie inhabitatione, & sicut vite principium est in viuificatis. *1. Ia. 14.* Ad eum venimus &c. *1. Ia. 4.* Deus charitas est, &c. Sacramentum eadem Eucharistia est. Sacramentum charitatis, & vnionis. Hoc ergo est quod dicit.

Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me.

Hic tangit causam causæ quæ est principium & causa primæ vite, in qua stat omnis intellectus, & nihil ultra querit. Et per illud tota soluitur lux hæretorum. Est autem contextio ex tribus. Primum est quod dicit [Sicut misit me] ad manducandum viuificandum, & saluandum viuens Pater] Sic enim misit quod vite omnis causa est in tempore per ipsam. *1. Tim. 45.* Qui solus habet immortalitatem. *Apostol. 4.* Dabant gloriam, & honorem scienti super thronum viuenti in seculo seculorum. [Et ego uiuo propter Patrem] quia ab ipso habeo diuinitatem, quæ est vite principium: quia propositio, propter, quæ ponitur hic notat principium quod est in habitudine causæ efficientis vel quasi efficientis, & non in habitudine causæ finali. *Apostol. 1.* Ego sum primus & nouissimus, vniuersus, & fui mortuus. Et ecce sum viuens in seculo seculorum, & habeo clauem mortis & inferni. *Rom. 6.* Christus resurrexit ex mortuis iam non moritur. Et qui manducat me] manducatione spiritali, quæ dicitur est: quia illi misit incorporatur & a spiritu meo viuificatur. Non enim est aliquod membrum Christi quod non viuatur spiritu Christi, ut dicit *Apostolus 1. Ia. 66.* Ego sum resurrexerit, & uiuo &c. [& ipse uiuet propter me] hæc vite gratia & in honore vite gloriæ. Et propositio, propter, in eum de potat causam efficientem. *Gal. 2.* factus. Vno ego, iam non ego: uiuit, uero in me Christus. Quod autem nunc uiuo, in hoc uiuo filij Dei, qui dilexerunt, & tradidit seipsum pro me, ut scilicet me à morte liberaret: & tradidit seipsum mihi, ut in me esset eterna vite principium. *Col. 3.* *1. Ia. 14.* Vna nostra abscondita est cum Christo in Deo, cum autem apparerit Christus

Sec. Sapientie capitulo quinto. Iusti in perpetuum uiuent, & apud Dominum est merces eorum. Hoc est ergo quod intendit.

Hic est panis qui de celo descendit, non sicut manducauerunt patres vestri manna & mortui sunt. Qui manducat hunc panem uiuent in æternum.

Tangit hic distinctionem istius panis ab antiqua huius panis figura. Dicit autem tria quæ perficiunt distinctionem, scilicet, veram originem, cum dicit [Hic est panis uerus] in quo & uera & pura est refectio [qui de celo] non aereo, sed de celo Trinitatis descendit tanquam ab esse & loco perpetue uitæ, ubi uita omnium est & nemo moritur. *Osæ 14.* Conuerterentur sedentes in umbra eius: uiuent tritico, & germinabunt quasi uineamemorabile eius quasi uinum Libani. Hic est adeps tritici in quo nihil est impurum, quo omnes illud participantes uiuent, & in gaudio spiritus germinabunt, & in memoria habent gaudium uini Libani, quod de monte candoris æterni exoritur [Hic] ergo [panis] uiuificus [de celo descendit] per carnis assumptionem uisibilis apparet: factus est panis hominum, qui prius fuit panis Angelorum [Non] autem descendit de celo aereo, neque est panis [sicut patres vestri manna] hoc est, panem de celo aereo [manducauerunt] corporaliter manducantes, & sacramentum futuræ significationis non intelligentes: sicut nec uos in pane uobis exhibito spiritali intellectu habetis. Et ideo illi, patres vestri sunt non carne solum, sed etiam carnalis sensus & infidelitatis imitatione. De illis enim dicitur in *Psalm. 77.* Adhuc estis eorum erant in ore ipsorum &c. [et mortui sunt] in deserto propter lites & murmuraciones, quas mouerunt contra Dominum. *Numer. 14.* Non uidebunt terram pro qua iurauit patribus eorum nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. *Psalm. 94.* Quibus iurauit in ira mea &c. Et hæc est causa admonitio (ex quo enim probatum est quod per manducationem spirituales haberent æternæ uitæ principium & pignus) quod cauere sibi ne propter incredulitatem amittant sicut illi amiserunt [Qui autem manducat] spiritali manducatione [hunc panem] sub quo corpus meum exhibeo [uiuet in æternum] [Nec unquam mori potest], habens uitæ principium in seipso in me (ut dicit *Glossa*) qui sum uita. *Ioan. 14.* Ego sum uita, ueritas, & uita. Unde *Apoc. 19.* Beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt.

Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.

Hic tangit locum doctrine, ostendens quod solennis erat locus, ubi multi erant sapientes, & contradicere non potuerunt quamuis antemurmurantes & litigauerunt. Unde dicit [Hæc dixit in synagoga] in qua locus publicus erat docendi. *Ioan. 18.* Ego semper docui in synagoga quo omnes Iudæi conueniunt, & in abscondito locutus sum nihil [docens]. Docere est quando causa assignatur eorum quæ dicuntur, ut audiens cogatur assentire. *Plur.* Signi & omnino scientis est, posse docere. *Eccl. 14.* Adhuc doctrinam quasi antelucanum

effundam, & enarrabo illam usque in longinquum [in Capharnaum] quæ fuit ciuitas solennis Galilææ: ne credatur in rure & in occulto factum fuisse. *Eccl. 24.* In Ecclesijs Altissimi aperiet os suum, & in conspectu uirtutis illius gloriabitur. *Psalm. 106.* Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent illum.

Multi ergo audientes ex Discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

Hic incipit pars quæ est de scandalo Discipulorum propter sermones auditos & non intellectos. Et diuiditur in partes duas, in quarum tangit Discipulorum scandalum: in secunda autem tangit Discipulorum discretionem, per hoc quod quidam abierunt, quidam autem perstiterunt. *Ibi* ex hoc multi Discipulorum eius &c. Adhuc autem in priori harum partium sunt tria, in primo ponitur Discipulorum scandalum: in secundo sedatio scandali quantum debuit fieri: in tertio autem uerbum Euangelistæ, in quo deprehenditur quod Christus uirtute suæ deitatis hoc scandalum in Discipulis deprehendit, cum esset occultum. In primo horum duo dicuntur, quorum primum est quod etiam Discipuli scandalizabantur: secundum autem de quo scandalizati sunt. Dicit ergo [Multi ergo audientes] & propter cæcitatem cordis non intelligentes [ex Discipulis eius] qui minus scandalizari debuerunt. *Luc. 2.* Ecce positus est hic in uiam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur [Dixerunt] ergo scandalizati, hoc est, turbati [Durus est hic sermo] hoc est, difficilis: quia dicit quod non est salus ad uitam sine carnis eius manducatione, cum inhumanum sit & ferinum eius carnes comedere [et quis potest eum audire] ita quod fidem adhibeat sermone. Durum autem putabant ad intelligendum, inaudibile uero ad faciendum.

In sermone enim illo quatuor esse arbitrabantur, scilicet, inhumanum, ferinum, impossibile, & non diuinum. Inhumanum quidem: quia abominationem generabat carnem humanam dare ad manducandum. Ferinum quoque: quia hoc ferale est & nulli uirtuti consonum, lacerare carnes crudas suæ speciei & deponere illas, quod non faciunt nisi ad furiam & cinerem famem redacti homines: sicut dicitur *Thom. 4.* Manus mulierum misericordiam coxerunt filios suos (ad mensuram palmæ) facti sunt cibis eorum in contritione filie populi mei. Factum autem & impossibile dicebant: quia non considerantes potentiam Dei, putabant quod abscissis carnibus & comestis, ipse uiuus emanere non posset, & sic dare non posset carnes suas. Indiuinum uero: quia Deus ipse dixerat. *Gen. 19.* Sanguinem animalium uestrarum requiram de manu uestra. Bestiarum & de manu hominis: sicut uoluit etiam quod sanguis bibetur. *Leuit. 7. & 11.* Et ideo, Deo, & rationi, & nature, putabant hunc sermonem esse contrarium. Et ideo dicebant durum, & inaudibile homini.

Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc Discipuli eius:

Hic

Hic tangitur responsio ad scandalum hoc sedandum: & habet quatuor partes, in quarum prima ostendit Euangelista perfectionem eius qui dixit sermonem in secunda hunc sermonem facit esse credibilem: in tertia sermonis dat quandam explanationem: in quarta autem inter audientes facit discretionem. Dicit ergo [Sciens autem Iesus] per uirtutem diuinitatis, quæ sola nouit cogitationes & intentiones cordium. *1. Thim. 2.* Disceret cogitationum, & intentionum cordis. *Psalm. 32.* Qui finxit sigillatim corda eorum [apud semetipsum] nullo nuntiante. *Ioan. 2.* Non erat ei necesse ut quis testimonium ferret de homine. Ipse enim nouit quid esset in homine [quia muturauerunt de hoc] occulte [discipuli] *Pron. 1.* Despectistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.

Dixit eis. Hoc uos scandalizat: Si ergo uideritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius.

Eccc secundum in quo duo facit: infirmitatem increpat, & sermonem omnem facit credibilem. Dicit ergo [Hoc uos scandalizat] interrogatiue, & est interrogatio nota increpationis. Ac si dicit. Erubescite infirmitatem fidei uestræ, quibus tot secreta mystica differtui. *Mat. 4.* Secus autem omnia Discipulis differuit. Quia per tot experimenta miraculorum potentiam mez diuinitatis ostendi. *Ioan. 2.* Hoc initium signorum fecit Iesus contra Discipulis suis & manifestauit gloriam suam: quibus tot modis ueritatem consilij æterni reuelauit. *Ioan. 3.* Omnia quæcumque ad diuinitatem meam non feci uobis. Adhuc, Hoc dicitur, quod præ omnibus amorem meum ad uos ostendit, & uos mihi, & me uobis uis, uos scandalizat: quod potius ad incompatibilem dilectionem uos debet alstringere. *Psalm. 108.* Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi.

Queritur autem, Cuius Dominus docuerit *Mat. 18.* nullum cauendum esse a scandalo infirmorum, quate modo occasionem præstitit scandalo: Ad hoc dicendum, quod aliquando causa datur scandalo directe, scilicet quando dicto minus recto quantum est de se, dat causam ruine. *1. Sa. 3.* Et corruit populus uir ad uirum uniusquique ad proximum suum. Et hoc scandalum nullo modo est faciendum: quia fieri non potest sine mortali peccato. Aliquando autem proximus accipit occasionem scandali & ruine, non a dicto uel facto quod uidet, sed potius a dispositione quam habet in se malam, quæ contraria est dicto uel facto recto quod uidet in alio, sicut Pharisæi propter carnalem intellectum legis & nature, & amorem suarum traditionum, scandalizabantur circa uerba ueritatis. *Matth. 15.* Scis quia Pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt. Et respondit Dominus: Sinitis eos, cæci sunt & ducet eorum. Et hoc scandalum quia est in patiente & non in doctore, non impedit doctrinam ueritatis. Et tate est scandalum, quod hic Discipuli sunt scandalizati. Et hoc quidem sedatur, sed doctrina ueritatis propter hoc non dimittitur. Hoc enim scandalum uertitur in increpationem. *1. Sa. 8.* Et sic in lapidibus ostentis, & in petram scandali duabus domibus Israël.

Si ergo uideritis [facit credulitatem sermonis,

Vel, credibile esse quod dixit, dicens] [Si ergo uideritis] oculis cordis & corporis [filium hominis] in persona [ascendentem] localiter secundum humanam naturam [ubi] in dextra Patris [erat] ab æterno [prius] quam carnem assumeret, & sumendo uisibilis appateret. Et locutio est de se ipso. Et sic supplenda [Si ergo uideritis ascendentem] Patri coequaltem esse intelligeris, & sermonem suum esse in potestate qui omnia compleat quæ dicit. Ascensio enim Christi ostendit dignitatem, potestatem, & ad Patrem omnino conformem uoluntatem. Dignitas attenditur quia ad aequalitatem Patris in natura humana quam suscepit ascendit. *Colos. 3.* Ubi Christus est in dextera Dei sedens. Potestas autem quia & omnia subiecit, & de omnibus triumphauit, mando, & morte, & inferno. *Psalm. 67.* Iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Dominus autem nomen est potestatis ut dicit *Ambr.* Dominum autem potestatis potestatis se demonstrauit, quod super occasum hoc est, per mortem & super mortem ad Patrem se eleuauit. Concordem etiam uoluntatem ad Patrem ostendit quia discors uoluntas a celo in infernum proiecta est. Omnino autem concordis eius uoluntas monstrata est, quando eum in dextera Patris collocauit, & omnes inimicos eius qui eum a Patre discordare dicebant, conculcauit. *Psalm. 109.* Dixit Dominus Domino meo: Sede &c.

Unde *Ioan. 16.* dicit quod spiritus ueritatis arguet mundum de peccato, & de iudicio, & de iustitia. Et singulorum subiungit rationes. De peccato quidem: quia non crediderunt in me, quod antonomastice peccatum est, cum tot miraculorum argumentis & per tot modos miracula facienda probauerim, quod ex propria potestate nature miracula fecerim, & ipsi tamen non crediderunt. De iudicio quia in hoc quod me indicauerunt damnantes ad mortem, iam princeps mundi iudicatus est. Et sic patet quod meum quod ab eis fastidii iudicium non fuit malefactoris, sed redemptoris qui damnari non debuit. De iustitia autem: quia ad Patrem uado per Ascensionem, per quam pater quod nec dicto nec facto fallax uel iniustus fuit: sed omnia probantur esse consona ueritati & iustitiæ & uoluntati Patris, quæ regula est omnis dicti uel facti recti: quia aliter per dicta uel facta non ad Patrem sed ad infernum irent. Sic ergo per hoc quod ascendit, omnia dicta & facta sua in rectitudine consistere probantur. Unde in *Psalm. 91.* cum dixisset, Mirabilis in altis Dominus, statim subiunxit, Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Est ergo sensus literæ.

Si ergo uos [qui sensu uestro sermones meos auditis non creditis, sed scandalum ruina in eis accipitis] [uideritis] oculis corporis [filium hominis] hoc est, personam istam diuinam quæ sub forma lateri hominis ascendentem suæ propria uirtute. *Psalm. 10.* Exaltate Domine in uirtute tua, cantabimus & psallemus. *Eccl. 17.* Quis est iste qui uenit de Edom, tinctus uisibus de Bors? iste dormitus in uola sua, gradens in multitudines fortitudinis Israël [ubi] in aequalitate [erat prius] ab æterno. Tunc inquam, cum hoc uideritis, oculis uobis probabitur istos sermones esse dictos in potestate, & non in infirmitate. *1. Sa. 1.* Uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis

ri : quia species sacramentales per similitudines corporales , spiritualia signant , & hoc quidem metaphorice habent. Ex metaphorice autem non potest aliquis arguere ultra similitudinem quam ponunt : quia peccatum est in problematibus , ut dicitur in 2. *Topic.* Sicut si dicam hominem esse platanum , sequitur quod homo ille sit longus vel altus. Et non sequitur quod homo ille sit arbor vel lignum : quia platanus ponit similitudinem non ad naturam , sed ad staturam. De ista autem indivisione in sacramento , quod ad divisionem specierum non dividitur , dicitur 1. *Corin.* 1. Divinus est Christus : Quasi dicat. Non divinus est. *Exo.* 12. Os non comminuetis ex eo. *Ioan.* 19. Non frangerunt eius crura. *Et ibid.* quia partiti sunt vestimenta mea , quæ signant species sacramentales quibus vestitur corpus Christi : sed tunica inconsutilis , quæ integritatem Christi significat , integra & indivisa permanit.

Quintum autem est vera sumptio veri corporis Christi sacramentalis , in qua corpus Christi impassibile & immutabile permanet. Quia in illa sumptione nec dentibus teritur , nec digestionem mutatur & coquitur , nec ad comedentis naturam mutatur : quia sic periret cum comedentis natura. Sed potius sumptione illa sumentibus (ut dicit *Hilarius*) naturaliter (hoc est secundum propriam naturalem substantiam) infunditur , & in visceribus eorum infunditur : tamdiu manens in eis , quamdiu manent species sacramentales. Sed sic sumptum , nos sibi attrahit , & nos in melius alterat , & nos sibi incorporat , & vivit , & vivificat vita Spiritus sancti. Unde dicitur *Augustinus* : *Crucis* , & manducabis me : nec tu me mutabis in te , sicut cibum carnis tuæ : sed tu mutaberis in me. In eorum qui sacramentaliter manducant & indigne , à specie non transit in animam , sed potius transit in calum : & non incorporat illum sibi , sed abicit sicut Indam. *1. Tim.* 3. Post hoc collam intravit in eum satanas. Et hoc intendit *Cam.* 5. Comedite amici mei & bibite , & inebriamini charissimam. Quia sicut ebrietas non manet in se , sed mutatur in vini virtutem : sic sumens illum cibum & potum , non in se manet , sed mutatur ad virtutem Christi. Hinc est quod dicitur 3. *Reg.* 19. quod Elias ambulavit in fortitudine cibi sumpti ad Angelo , & non in fortitudine propria usque ad montem Dei Hosteb. Quia ipse mutatus fuerat ad cibi illius fortitudinem qui in ista cibo figuratiter significabatur. Ethic est cibus sacramenti illius.

Sextum est , quod est in forma illius sacramenti , quæ consistit in forma verborum Christi , quæ verba super corpus quidem sunt ista : Hoc est corpus meum. Coniunctio enim quæ in terponitur sic : Hoc est enim corpus meum , ponitur ad coniungendum orationem cum precedenti clausula quæ dicit : Accipite , & comedite ex hoc omnes : hoc est enim corpus Christi. Sed ipsa forma quæ operatur in sacramento transubstantiationem non est nisi hoc quod dicit. Hoc est corpus meum. Et quod præcedit cum dicit [Accipite] notat iniunctionem officij : quia tunc ipsi Discipuli , & in eis omnes Sacerdotes , acceperunt huius officij iniunctionem à Christo. Quod autem dicit [Comedite] præceptum no-

tar communionis : quia Sacerdos ex eodẽ communicat & populus. Quod autem dicit [Ex hoc] partitionem notans , intelligit divisionem quæ est in speciebus sacramenti. Et quod addit [Omnes] notat quod omnibus ad salutem unica hæc sacramenti hostia sufficit , & nulli deficit in his quæ pertinent ad salutem. Id autem quod sequitur [Quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum] Hoc dicit propter sacramenti huius proprium effectum quem habuit per oblationem , quæ Christus quidem perfecit in cruce. Omnis autem Sacerdos continuo perficit in commemoratione quando celebrat Missam. Hæc est ergo forma. Hoc est corpus meum. Sicut dictum est , quæ operatur in pane transubstantiationem. Et hæc nihil penitus operatur in vino.

Forma autem alia sanguinis est ista : Hic est calix sanguinis mei. Et similiter coniunctio , quæ interponitur est nota coniunctionis huius orationis ad præcedentem. Et quod sequitur [novi & æterni testamenti] non est de forma. Sed notat huius sacramenti dignitatem : quia novum est & innovans , in institutione , & effectu innovationis , & modo ritus quo celebratur. Testamentum autem est : quia legatum vitæ voluntatis Christi ad Passionem euntis. Aeternum autem quantum ad consilium æternæ prædestinationis in nostram satisfactionem. Et in signum huius consilij æterni perfiguratum est ante legis sacramenta *Gen.* 15. in oblatione Melchisedech , qui panem & vinum obtulit. Secundum autem ordinem Melchisedech novum sacerdotium Christi est institutum , sicut dicit *Psal.* 109. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem , &c. Quod autem dicitur [mysterium fidei] non operatur transubstantiationem. Sed dicit fidei nostræ confirmationem : eo quod (sicut dicit fides) per istud sacramentum tendimus in fidei veritatem (quæ est unio nostri cum Christo , secundum quod in isto unimur sacramento) ut à spiritu Christi vivificemur , eodem spiritu viventes in vita divina quo ipse vivit. Et quod additur [qui pro vobis & multis effunderetur] notat quod sanguis Christi & Sacerdotem mundat , & populum : & multis quidem efficienter valet : omnibus autem sufficienter [in remissionem peccatorum]. Quia licet omnia sacramenta aliquo modo remissionem operentur peccatorum : tamen in omnibus istis per se remissionem sanguis Christi operatur. Istæ sunt ergo formæ quæ operantur transubstantiationem. Et hæc forma sanguinis nihil valeret super panem pronuntiatam.

Sed queritur , Si totus Christus cum sanguine & anima & divinitate sub forma panis sit , quare assumitur vinum , & forma sanguinis quæ dicitur supra vinum. Ad quod dicendum , quod quamvis totus Christus in corpore & sanguine & deitate sit sub specie panis : non tamen totus est ibi ex vi sacramenti , sed corpus solum est ibi ex vi sacramenti : sed quia corpus non est sine sanguine & propter naturalem unionem ad animam , est ibi anima , & propter unionem anime ad deitatem est ibi divinitas. Et similiter in calice ex vi sacramenti non est nisi sanguis. Sed quia sanguinis vas est corpus : ideo oportet quod sit ibi corpus. Et quia corpus non est sine anima : ideo est ibi anima. Et quia anima & corpus nunquam sunt

sunt sine deitate assumente ea : ideo est ibi deitas. Et sic in vitroque scilicet pane & vino est totus Christus.

Si autem adhuc queratur & dicatur , quod secundum hoc verum sit quod Christus totus integer sit in forma panis : & ideo superfluum videtur esse quod fiat etiam sub forma vini : quia sub una forma facere potest , quicquid sub utraque forma facere poterit. Ad quod dicendum , quod alia est gratia sacramentalis ut sacramentalis , & alia gratia virtutis ut virtutis. Gratia enim sacramentalis divinum habetur : & habita una gratia sacramentali , non propter hoc habetur alia. Sed in virtutibus sic est , quod habita una , consequenter habetur & alia. Et ideo cum sicut supra habitum est , alia sit gratia cibi spiritualis , & alia gratia potus spiritualis , ad hoc quod perfectum sit spirituale nutrimentum , oportet quod utraque gratia ex vi sacramenti habeatur : & ideo habita una istarum formarum non est sufficientia , sed oportet ut habeatur & alia. Nec tamen propter hoc sunt duo sacramenta : quia ad unum referuntur , quod est res contenta in sacramento & sacramentum : & hoc est corpus Christi : & ad unum finem referuntur , qui est perfectio spiritualis nutrimenti. Et si quandoque dicuntur sacramenta , sicut dicit *Greg.* Perficiant in nobis Domine tua sacramenta quod continent : Hoc est propter species diversas , & non propter diversas res quæ in sacramento continentur. Hoc est ergo quod dicendum est de formis & speciebus istius sacramenti. Sicut enim dicit *Ambr.* Verba hæc quæ dixit Salvator , procedunt à Verbo increato , & in hac virtute profertur ab ore Sacerdotum. Et ideo sicut Verbum increatum habet mutare creaturas : ita in verbo creato Verbum increatum mutat , & transubstantiat creaturas panis & vini in corpus & sanguinem Christi. *Hebr.* 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. *Ioan.* 1. Omnia per ipsum facta sunt. *Psal.* 101. Mutabis eos & mutabuntur &c.

Septimum est , quod hæc forma non operatur nisi circa id quod intendit Sacerdos. Et ideo si multe hostie sint in altari , & multe ampullæ vini : tamen non transubstantiantur nisi illæ circa quas intendit Sacerdos. Et huius causa est : quia sermo , ut dicit *Hilarius* , ad intentionem dicentis est referendus. Quia sermo intentioni , & non intentioni sermoni deservit. Et aliter ridiculum & negligentia fieret , si tot hostiæ consecrate viderentur , quotquot in Ecclesia vel in altari ex negligentia vel ex dolo aliquando remanent. Nec enim Christus alium patrem transubstantiavit , nisi quem coram se habuit ordinatum ad Discipulorum communionem. *Matth.* 26. Accipiens panem gratias egit , & fregit , & dedit Discipulis suis. Et similiter quamvis forte plurimum vinum esset in mensa : tamen aliud non mutavit in sanguinem , quam quod in calice habuit & Discipulis exhibuit : sicut *ibidem* legitur. Et ideo etiam nunc , extra intentionem Sacerdotis existens nihil consecratur. Ad hoc enim sufficit potigere intentionem , quod consecratur ad subiectam communionem. Et similiter in hac hostia , illum panem benedixit quem Discipulis potigere intendit , & quem turbis apponi præcepit. Et similiter *Matth.* 24. & *Luc.* 9.

Octavum est , quod forma licet sit divisa in *D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.*

ditiones & syllabas : tamen indivisibiliter operatur. Et hoc ideo est : quia omnia referuntur ad rem quæ est una & indivisa. Et ideo licet res illa prout sub voce signatur , operatur in sacramento : tamen dividuntur operationes duarum formarum. Quia cum dicitur : Hoc est corpus meum , super panem , est totum sacramentum ibi corporis , antequam pronuntietur : Hic est sanguis meus. Una illarum formarum non expectat aliam , sicut dixerunt antiqui : sed divisim quælibet operatur super corpus & super sanguinem. *1. Jo.* 1. Verbum quod egredietur de ore meo , non revertetur ad me vacuum : sed faciet quæcumque volui , & prosperabit in his ad quæ misi aliud. *Luc.* 21. Cælum & terra transibunt : verba autem mea non transibunt. Transirent autem si sine effectu frustra pronuntiantur. Hæc ergo sunt quæ in sacramento Spiritus sanctus operatur. Sicut enim in utero Virginis carnem & sanguinem Spiritus sanctus est operatus : ita & in sacramento , Spiritus divinus operatur omne quod in sacramento est operandum. Et ideo dicit [Verba quæ locutus sum vobis , Spiritus & vita sunt] quia causa omnium quæ dixit , Spiritus Dei est , nec alius spiritus ista perficere posset.

Et vita [Vita autem est in his verbis , secundum quod à Spiritu operante procedunt , & non secundum quod carnaliter sunt intellecta. Sunt autem vita per effectum : quia vitam efficiunt per Spiritum operantem in sacramento. Vita autem ista est actus divini Spiritus : quia sicut hic dixit. Spiritus est qui vivificat. Per effectum autem vitæ est istud sacramentum , ad fontem vitæ habens unionem , ad omnes riuos vitæ communionem , ad ipsam vitam amoris colligationem , ad auctorem vitæ veritatis compaginem , ad finem omnium vivorum acceptabilitatem , & in ipsa vita mirabilem delectationem. Et hi sunt sex effectus huius sacramenti.

Fons autem vitæ Verbum Dei incarnatum est , à quo nobis fuit vera vita. *Psal.* 138. *Domine* apud te est fons vitæ &c. *Zacharie* decimo versu. Erat fons patris Domini David. *Isaia* capitulo quarto. Hic in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hic autem fons vitæ non vult hoc sacramentum. Per sumptionem enim tam sacramentalem quam spirituales ipse nobis vivit. Per incorporationem vero nos unimur sibi sicut dicit *Hilarius* in libro de *Symbolo* capitulo primo. *Joannis* capitulo 17. Tu in me , & ego in te : & sic in unum consistunt. *Et ibidem* . Et dicitis quæ dilexisti me , in ipsis sit & ego in ipsis : Sic ergo hoc sacramentum est unionis.

Et habet ut dicit *August.* mirabiles quoddam quatuor unioes. Est enim hæc oblatio una cum eo quod pro nobis offertur , una cum offerente , una cum cocui offerunt , & una cum his pro quibus offertur. Una quidem cum eo quod offertur quia non tam multas hostias offerunt , sed unam in omnibus signant. *1. Jo.* 1. Quod mihi unum dicitur in viderunt vestimenta &c. Per unam hostiam oblationem unam offerunt in sumptum hostiarum de toto foder in dextera Dei , expectans ab eis panem illum cuius scabelum pedum eius. Sic ergo hæc hostia in omnibus aliis

aliis hostiis significata & intentata, fuit vnica. Et ab ipsa acceptatur quacunque Deo accepta est vel fuit. Et hoc *Malach. 1.* significatum est: vbi dicitur de hostiis legis. Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco nomini meo offertur oblatio munda. Et vna est quæ in omni loco offertur. Hæc ergo est vna, in omnibus oblationibus, accepta oblatio. Quicquid ergo offerimus, dummodo isti vniantur oblationi acceptum erit in oblatione ista.

Ne autem refutetur propter Sacerdotem offerentem, est etiam vna cum offerente: quia ipse est Sacerdos & Hostia, qui seipsum obrulit in ara crucis, & nobis tradidit ministerium oblationis. Nec respicit Pater ad manus nostras, sed ad manus primi offerentis & nobis ministerium imponentis. *Psal. 39.* Holocaustum pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus, hoc est, Venio offerens meipsum: quia hæc est voluntas tua. *Isa. 53.* Oblatus est quia ipse voluit. Huius Sacerdotis vicem agentes quando offerimus ipsam hostiam, ipse in nobis offert: sicut & *1. Cor. 7.* significatur, vbi dicitur, quod in conspectu eius, hoc est, antiqui dierum, obtulerunt eum. Omnis enim offerens, in sacerdotio Christi offert. Et ideo sicut seipsum Pater refutare non potest: ita nec hanc oblationem *Ioan. 10.* Ego & Pater vnum sumus. Et ad hanc vnitatem vocatur: vt ad Patrem redcamur, & Patri vniamur, & ad principium à quo exiimus recolligamur. Sic enim dicit *Mat. 12.* Qui non congregat mecum, dispergit. Sic *Psal. 105.* Congrega nos de nationibus, vt constituamur nomini sancto tuo, & gloriamur in laude tua. Hic est sinus Abraham qui prima credendi via est, in quem omnes in Christum credentes redacti congregamur.

Hoc sacrificium habet etiam vnionem cum his pro quibus offertur, hoc est, cum fidelibus: non tantum in vnione naturæ, sed etiam in spiritu viuificantis societate. *Hebr. 2.* Rueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. Et *Ibidem.* Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abraham. Nostra autem assumens, sua largitus est, in Spiritum sanctum nos socians. Quod significauit *Ioan. 10.* quando de suo Spiritu insufflauit Discipulis & dixit: Accipite Spiritum sanctum. Tunc nos spiritu suo viuificauit, & nos omnes sibi in eodem Spiritu vnioit. Et sic de Spiritu suo donauit nobis. Quod signatum est *Num. 10.* vbi dicitur ad moysen. Tollam de Spiritu tuo & dabo septuaginta viris. Sic ergo & nos pro quibus hoc sacrificium offertur, acceptamur in ipso. Et sic dicitur sacramentum vnionis.

Est autem hoc sacramentum vocatum etiam communionis sacramentum: quia communicatum effectum suorum: quia dat communionem Sanctorum: Sancti enim communicant sua omnia ex vno quod est Christi participatio. Vnde *1. Cor. 10.* Panis quem frangimus nonne participatio corporis Christi est: *1. Cor. 10.* Vnus panis & vnum corpus multi sumus, quotquot ex vno pane participamus. Sicut enim vnus panis qui materia est sacramenti istius, conficitur ex multis granis, sibi per omnia intima sua com-

municantibus mixtione, & vnus in alterum subintratione: ita corpus Christi verum, ex inultis guttis sanguinis nostræ naturæ in vtero gloriosissimæ Virginis sumptis & sibi permixtis, est confectum. Et sic fideles multi, sicut multa grana per munditiam depurata, & per vnum cor & per vnã animam in affectu permixta, & Christo capiti sic communicantia: vnum constituunt corpus Christi mystice, in suo vero corpore designatum. *1. Cor. 12.* Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent &c. Et ideo hoc sacramentum, nos communicantes omnia bona nostra & temporalia & spiritualia facit, & omnes nos nobis inuicem coherentes. Et ideo hoc sacramentum in græco vocatur sancta synaxis, hoc est, communio. Inde est quod in *1.ymo. 10.* dicitur: Credo Sanctorum communionem. Facit enim nos communicare omnia bona quæ sunt in omnibus riuus vitæ, in nos à capi e Christo fluentibus. Et quod nullius bonum, est ita suum: quin omnis sanctus communicet in eodem. *Psal. 138.* Participem fac me Deus &c. *Mat. 4.* Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. In eo enim quem communiter participabant, omnia infuebant. Et ideo etiam riuus bonorum à singulis participati, & in ipsis collecti: iterum ex ipsis in commune diuidebantur. *Prover. 5.* Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Sic vidua oleo à Propheta accepto, in omnia vasa infudit, & omnia bona quæ mutuo acceperat repleuit. *4. Reg. 4.* A tali communionem segregatus est excommunicatus nihil habens in corpore Iesu Christi, nec participans in alio bona ipsius: dicente *Apost. 1. Cor. 16. & vlt.* Siquis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Vnde etiam ille segregatus sic à corpore Christi, diabolo traditur puniendus. *1. Cor. 5.* Congregatis vobis in vnum, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis.

Habet etiam hoc sacramentum ad ipsam vitam amoris colligationem: & ideo sacramentum amoris siue charitatis vocatur: quia indissolubili vinculo amoris astringit Christum nobis, & nos sibi, & nos nobis. Est enim vt dicit *Aug. 1.* amor vitæ suæ vinculum amantis, & amati: quæ vitæ suæ vinculum amantem transponit in amatum: & de conuerso amatum in amantem. Quia sicut amor transitivus est, ita etiam est retransitivus. Cum ergo hoc sacramentum Christum in intima nostra ponat, & nos in Spiritum Christi reponat, patet quod directe in nobis facit actum amoris: & ideo amoris sacramentum vocatur mouens Dominum Iesum Christum in nos, & nos in ipsum. Vnde *Ioan. 13.* cum hoc sacramentum in cena Christus tradere vellet, premisit: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Quia finem omnis dilectionis & virtutem suæ charitatis ostendit, quando seipsum visceribus eorum infudit & immisit, nihil sui sibi reseruans, quod suis non infunderet. Ille enim est vitulus saginatus quem in omni læticia & dilectione suis in epulas exhibuit. *Luce capitulo decimo quinto. Psalm. sexagesimo secundo.* Sicut adipem & pinguedinem repletur anima mea: Ideo clamat sponsa

sponsa in *Cant. 4.* Comedi fauam cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo. Fauis enim cum melle, est dulcedo deitatis cum puritate sanctissimæ humanitatis. Vinum iucunditatis est iucunditas deitatis, cum lacte dulcissimi sanguinis. Hoc etiam est & contentum vinum sub specie vini in sacramento: de quo *Cant. 7.* Guttur eius vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labisque & dentibus eius ad ruminandum. Dilectus enim est in gutture, per quod ad nos fuit spiritus vitæ maxime desiderabilis. Cum spiritu enim vitæ, per guttur fuit cœquium veritatis, & calor amoris: quæ nobis eum faciunt dilectum & potabilem, sicut vinum quod in iucunditate nobis infunditur. Et hoc labii cordis (quæ sunt intellectus & affectus) ruminamus, & sibi incorporamus, & per amorem nostri obliuiscimus, incorporati sibi, ad Spiritum cordis transsumimus. Et sic ergo est amoris sacramentum.

Est autem faciens etiam ad auctorem vitæ & veritatis compaginem: propter quod etiam sacramentum vocatur veritatis. Quia ipsam est veritas omnium figurarum, quæ nostri quidem cum Christo significabant connexionem, sed non perfecturam: quia sicut dicitur *Hebr. 7.* Nihil ad perfectum adduxit lex. Et ideo quæ non conuenit, sed connectendum significauit, non veritas sacramenti, sed vmbra fuit. Hoc autem sacramentum quod omnia perficit, sacramentum veritatis est & vocatur. Omnia enim veritatis promissa habemus in ipso. In corpore quidem communionem, in sanguine expiationem, in anima pretium ad redemptionem, in Spiritu viuificationem, & omnium eorum quæ de spirituali vita in nobis deperdita sunt ad integrum restitutionem, in deitate autem ipsius omnis gratiæ & virtutis perfectionem. Et in hoc probatur esse vere sacras sacramentum, & non vmbra veritatis.

Corpus enim in communionem est traditum, sicut dixit Dominus *Mat. 26.* Accipite, & comedite ex hoc omnes. Et ideo qui ex hoc non communicat sicut diximus, est excommunicatus. *1. Cor. 11.* Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini: sicut dicitur *Mat. 1.* quod omnes perseverantes erant in fractione panis. Fractio autem panis erat distributio communicatiua corporis Domini. Hoc signatur etiam *2. Reg. 6.* vbi Dauid cum reduceret arcam, diuisit populo collyridam panis, & patrem bubale carnis, & similes fraxam oleo: de quibus omnes accipiebant. Collyrida panis, signat corpus maceratum plagis. Et pars bubale carnis quæ ad locum est, signat sub obedientia Patris exercitatum. Simila autem fraxa oleo, significat munditiam carnis oleo misericordie infusam. Et hæc omnia conueniunt corpori sacramentali cui communicant fideles. Et per hoc quod illi communicant, omnium bonorum suorum quæ in se vel in membris suis operantur, efficiuntur participes & in bonis eius associati. *1. Cor. 10.* In ebribo animas Sacerdotum pinguedine, & populus meus replebitur bonis suis.

Expiatio autem ablutiva datur in sanguine, quæ in omni sacrificio intendebatur: sicut dicitur *1. Pet. 1.* capitulo vno. Sine sanguinis effusione

non fit mundatio. *Psal. 51.* Asperges me Domine hyssopo, & mundabor &c. Hyssopus enim est sanguinem purificans. Et causam ponit pro effectu, hoc est, hyssopum pro sanguine purificato, in quo lauantur omnes qui purificantur. *Apoc. 7.* Lauit stolam suam in sanguine agni.

Animam autem dedit in redemptionem pretium: sicut agnus immolabatur ad liberationem ab Angelo exterminatore *Exodi capitulo duodecimo. Ioan. 10.* Animam meam pono pro ouibus meis.

Spiritus autem restituit ea quæ in vita spirituali per inedia consumpta sunt: sicut dicitur *Sap. 1.* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Non enim repletur si non deperdita restitueret: quia quod euacuauit inedia longissimi defectus, restituit eibus spirituosus. *Mat. 2.* Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Ita quod etiam Iudeus alumnos Christi iustare multi crapulam festuaret.

Deitas autem per hoc, quod in cibo est, & condimentum præstat, & omnem perficit virtutis operationem & roborem. *Mat. 9.* Cum accepisset cibum confortatus est. *Gen. 18.* Ponam buccellam panis, & confortetur cor vestrum. *Psal. 103.* Panis cor hominis confirmet. Hinc est quia in corpore communio, in sanguine expiatio, in anima pretium, in Spiritu restauratur deperditum, & in deitate virtutis operatio perficitur. Ideo in pane illo omne delectamentum spirituale esse perhibetur. *Sap. 16.* Paratum panem de celo præstitisti eis &c. Et ideo sacramentum veritatis dicitur: quia quicquid in vmbra alia sacramenta significabant, & maxime sacramentum agni paschalis: hoc istud sacramentum exhibuit in veritate.

Habet etiam hoc sacramentum ad finem omnium viuorum acceptibilitatem. Finis enim ad quem omnia viua reducuntur, omnis vitæ est principium à quo fuit omnis vita: & ad illud mare viuum & viuificans ordinatur per illud sacramentum: & hoc notatur *Ioan. 6.* vbi dicit: Sicut misit viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuat propter me. At si dicat: Vita indeficiens est Pater, quæ vita per generationem manet in me: & vita ex me restituit in eum, qui me in hoc sacramento spiritualiter sumit: & sic ad primum ordinatur vitæ auctorem. Sic etiam intelligitur quod dicitur *Apoc. 7.* Agnus Dei reger illos, & ducet eos ad vitæ fontes aquarum. Qui non pascitur hoc vitæ tritico, ad auctorem mortis sociatur. *Thom. 2.* Martibus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

Habet etiam in ipsa vita mirabilem gratiæ delectationem. Et ideo etiam Eucharistia, hoc est, bona gratia vocatur. Vnde *Mat. 13.* Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Crassitudo enim omnis boni est Dominus *1. Cor. 15.* & *1. Cor. 15.* qui totus in hoc sumitur sacramento. Vnde *1. Pet. 2.* Si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. *Psal. 33.* Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus &c. Cui autem non est dulcis, illius infectum est os felle amaritudinis. *Mat. 23.* In felle amaritudinis, & obliuione iniquitatis video te esse. Contra dicitur de

Ionatha filio columbæ 1. Reg. 14. Gustani paululum de melle isto, & illuminati sunt oculi mei. Quia etiam cibus bonum spiritum generans ad literam secundum naturam oculos illuminat. Hæc ergo sunt quæ ad vitam operatur hoc sacramentum. Et ideo dicitur: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.

Ecce discretio credentium, & non credentium. Dicit ergo [Sed sunt quidam ex vobis] qui corpore estis mecum [qui non credunt] sed tantam per occasionem curiositatis, vel saturandi ventris me sequuntur. Hebr. 3. Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo vivo. Num. 14. Quousque non credunt mihi in omnibus signis quæ feci coram eis?

Sciebat enim ab initio IESVS qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.

Hæc sunt verba Euangeliste, in quibus iterum oculo aquilæ, Christi deprehendit deitatem. Dicit autem tria: discretionem & noticiam credentium, ad quos oculi beneplaciti Domini: & discretionem reprobatorum, ad quos est oculus simplicis visionis: & signum virtutis horum. Dicit ergo [Sciebat enim ab initio] æternitatis [IESVS] ut Deus [qui essent] tempore sue vocationis [credentes] & qui in fide permanentes. Psalm. 146. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Omnes enim in fide lucentes vocat ex nomine. 2. Tim. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. Psalm. 36. Nouit Dominus dies immaculorum. Ioan. 10. Ego cognosco meas, & cognoscent me meæ [& post esset traditurus eum] sicut Iudas, & omnes illi qui de familia sua esse videntur: & sua accipientes, quantum in se est, tradunt in potestatem inimicorum suorum. Hoc enim scit & sciuit ab initio. Apoca. 3. Scio opera tua, & quia nomen habes ut viuas, & mortuus es. Sep. 1. Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præterierit eum corripens iudicium [Et dicebat: Propterea dixi vobis] Ecce signum virtutis horum: quia etiam hoc dicto manifestabat ea quæ dixit supra eodem capitulo [quia nemo potest] hoc est, ex habitu gratiæ, potestatis facultatem haberi: quantum ab ipsa natura habeat facultatem [venire ad me] per fidei deuotionem & sacramenti participationem [nisi ei datum fuerit à Patre meo] qui cum affectu patris libenter omnibus dat qui recipere volunt. Iaco. 1. Dat omnibus affluenter, & non improperat. Eph. 2. Gratia enim Dei saluati estis per fidem: & hoc non ex vobis. Dei enim donum est. Luc. 11. Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se.

Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.

Hic incipit pars illa quæ est de retrocessione malorum, & probatione bonorum. Haber autem tres paragraphos, in quorum primo agitur de retrocessione malorum: in secundo de probatione bonorum: in tertio de commonitione reprobatorum occulorum, & sub simulatione cum Domino existentium. Dicit ergo [Ex hoc multi] Matth. 20. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus [discipulorum eius] in doctrina eius non perfectorum [abierunt retro] Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum. Gen. 19. Vxor Lot respiciens retro, versa est in statuum salis [& iam cum illo] credentes vel per penitentiam redeuntibus [non ambulabant] Isa. 1. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Jerem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, continere non valentes aquas.

Dixit ergo IESVS ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus quia tu es Christus Filius Dei. Respondit eis IESVS: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote: Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.

Ecce probatio bonorum, & dicit duo: questionem probationis, & responsum dignissimæ acceptionis. Dicit ergo [Nunquid & vos] quos specialiter elegi. Ioan. 15. Ego elegi vos, & posui vos &c. [vultis abire] quia à me recedere, in deum est abire. Cant. 1. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, hoc est, recede à me, sequere animales homines in nullo à pecudibus differes [Respondit ergo ei Simon Petrus] qui & obediens fuit & firmus sicut petra, pro se & pro omnibus aliis, dicens [Domine] in cuius ditione cum sita sunt posita [ad quem ibimus?] quia non est alia veritatis nisi tui Vnde August. Si nos repellis à te, da nobis algerum te, quem sequamur. Psalm. 79. Non discedimus à te, viuificabis nos [Verba vitæ æternæ habes] hoc est, docentia vitam æternam & ducentia ad ipsam. Et ideo intellexit in potestate Spiritus verba Christi, & non in infirmitate carnis. Eccl. 4. Sapientia vitam filiis suis inspirat, & suscipit inquirentes, & præbit in via iustitiæ: & qui illam diligit, diligit vitam. Prov. 8. Mandatum hæc est: & lex lux, & via vitæ inderatio disciplina [& nos credimus] quia Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam [& cognouimus] per virtutum signorum motum, & vocem Patris quam audiuimus [quia tu es Christus] vnctus vnctione deitatis [Filius Dei] Patris per naturam. Ioan. 11. Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Cum autem hæc confessio magna fuerit, querit Chryso. Quare non laudatur & remuneratur sicut illa Math. 16. Tu es Christus

Christus Filius Dei viui. Et respondet quod huius causa est: quia quando Petrus hoc dixit quod hic dicitur, Iudas erat iuxta eum stans, & aduerso: & quia illum Petrus non sequebatur, ideo confessio eius non laudatur. Sed hoc nihil esse videtur: quia etiam Mat. 16. quando Petrus confitebatur, etiam Iudas fuit adhuc cum duodecim. Et ideo dicendum quod alia fuit radix huius confessionis, & alia illius quam fecit Mat. 16. Quia istius radix fuit mixta indignatione contra recedentes. Illius autem radix fuit sola reuelatio Patris, & non amor aliquis carnalis. Indignatio autem ista Petri permixta fuit amore carnali quem habuit ad Christum: sicut etiam Mat. 16. dixit: Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Et ideo redargutus fuit à Christo dicente: Vade retro satana, scandalum mihi es: quia non sapias quæ Dei sunt. Aliter autem dicit Petro: Vade retro, & aliter discipulis abeuntibus. Petrus enim inuitatur ad consequendum consilium Dei, & non præeundum. De discipulis autem dicitur, quod abierunt retro per recessum à Domino [Respondit eis IESVS] Ecce dolosi commonitio [Nonne ego vos duodecim elegi? Mat. 10. Mat. 6. Luc. 10. Elegi duodecim, quos & Apostolos nominavit. Elegit autem secundum præsentem iustitiam, informans electionem nostram, qua non nisi præsentia in hominibus considerare possumus. Et ideo non errauit in electione [& ex vobis vnus diabolus est] hoc est, deorum suens. Non enim dicit diabolum propter naturam, sed propter casus similitudinem. Ioan. 13. Cum diabolus misisset in cor ut traderet eum Iudas Scariothis [Dicebat autem de Iuda] filio [Simonis] qui cognominabatur [Scariothis] hoc est, memoria mortis: quia mortem Domini auaritia sua perficiendam continuo meditabatur [hic enim erat traditurus eum] & iam traditionem cogitabat. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Hic iam animam suam venalem habet [cum esset vnus ex duodecim] & ideo debuit fidelis esse Domino, qui eum ad apicem Apostolice dignitatis elegerat. Isa. cap. primo. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.

CAPVT VII.

Post hæc autem ambulabat IESVS in Galilæam.

Hic incipit pars illa quæ est de Verbo incarnato secundum quod est illuminatum per eruditionem. Diuiditur autem in tres partes, in quarum prima ponitur illuminatoris manifestatio: in secunda illuminatio per doctrinam, & hæc incipit in capitulo sequenti: & in tertia illuminatio per exemplum, & hæc incipit in capitulo decimo. Prima autem harum partium, quæ est de illuminatoris manifestatione diuiditur in duas partes, in quarum prima agitur de illuminatoris manifestatione in secunda ponit IESVS CHRISTI omnium illuminatoris manifestationem [Nonne Moyses &c.] Adhuc autem prior harum diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quare ad primum diem solemnitatis ascendere noluit secundo, quod de hoc apud Iudeos questio & murmur fuit: tertio, qualiter ad medium diem solemnitatis ascendit. In prima harum quatuor sunt paragraphi, in quorum primo Dominus à fratribus ad ascendendum imitatur: in secundo rationes huius imitationis assignantur: in tertio rationes illæ per sapientiam eliduntur: in quarto ostenditur, qualiter fratribus ascendentibus IESVS primo mansit, & postea occulte ascendit. Dicit ergo in primo quatuor, scilicet, quod ambulabat in Galilæam, & quare non in Iudæam, & quando hæc facta sunt, & qualiter ut ambularet in Iudæam est in inuitatus. Dicit ergo.

Post hæc [ut dicit Chryso.] post quinque menses: quia recessio turbæ facta est circa festum Pasche quod erat in Aprili. Istud autem factum est in Septembri. Et transit Euangelista ea quæ facta sunt illis quinque mensibus: quia ab aliis Euangelistis sufficienter eadem posita esse videbat. Sicut enim dicit Chryso. Facile transibat ea quæ ad miracula pertinebant, diligenter ea ponens quæ pertinebant ad humanitatem & humilitatem: ut eum & verum hominem esse persuaderet, & nobis in exemplum ea quæ humilitatis sunt proponeret. Rom. 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes [Post hæc ergo ambulabat IESVS] auctor salutis, ubique omnibus salutem ingerens. Prov. 6. Festina, discurre, suscitata amicum tuum [in Galilæam] quia facilius credebant: quia prophetia hoc prædicebat: quia inde plures Discipulos vocauerat: quia hoc nomen interpretatio præfigurabat, Galilæi enim simplices hoc facilius credebant. Et ad hoc inducit Hiero. Glossam, quam Isaia dicit de Christo. Non audietur foris vox eius Isa. 42. secundum aliam translationem. Neque enim extra Galilæam Gentibus euangelizabat. Quod si legimus Math. cap. 25. cum fuisse in terminis siue in finibus Tyri & Sidonis, siue in consilio Cesareæ Philippi, quæ nunc vocatur Pannæ: tamen sciendum non esse scriptum quod ipsas ingressus sit ciuitates.

Illis autem prædicauit: quia facilius aliis recipiebant eum, propter plurimas virtutes quas ibi fecerat. Prophetia etiam hoc dicebat quia Isa. 11. dicitur: Populus Gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis: Plures etiam inde Discipulos vocauit: quia Petrus, & Andream, & Philipum, Nathanael, Iacobum, & Ioannem, quos secus mare Galilææ vocauit, & Iacobum minorem, Simonem, & Iudam, & Ioseph iustum, & plures alios: sicut dicitur supra Primo & Math. 4. Nominis etiam hæc interpretatio præfigurabat: quia Galilæa, transmigratione interpretatur: & ipso nomine prætendebatur, quod à veteribus ad noua erat transmigrandum. Leuit. 25. Usque ad noua comedetis veteranorum autem superuenientibus &c. Hæc ergo est causa quare in Galilæam libenter ambulabat.

Non enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenophegia.

Non enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenophegia.

Ecce causa quare Iudæam declinabat. Dicit ergo [Non enim volebat in Iudæam ambulare] ubi Scribarum & Phariseorum in

malo pertinacem voluntatem habentium erat multitudo [quia querebant eum] pertinaci voluntate [iudei interficere] *Gen. 49.* Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. In hoc autem nobis dat exemplum, ut consilio humano fugiamus, & declinemus pericula: quando querimus ad mortem sine periculo gregis nobis commissi. *Matth. 10.* Si vos persecuti fuerint de vna ciuitate, fugite in aliam. *Exod. 2.* Querebat Pharaon occidere Moysen, qui fugiens de terra Egypti venit in terram Madian [Erat autem] Ecce temporis determinatio [in proximo] hoc est, in propinquo tempore [dies festus iudeorum] hoc est, ipsa solemnitas quæ septem diebus celebrabatur, qui dicitur [Scenophegia] à scenos quod est umbra, & phege quod est figere; quasi fixio tabernaculorum: quia memoria celebrabatur quando in tabernaculis per quadraginta annos in deserto habitabant. *Leuit. 23.* Mense septimo festa celebrabitur, & habitabit in tabernaculis septem diebus: ut discant posterit vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Egypti. In tempore autem quod determinat, notatur ascendendi in Ierusalem opportunitas, ut ad aliquid pactum reformaret. Hac autem festiuitas, vna fuit de tribus, in quibus omne masculinum in conspectu Domini apparere oportebat. *Psalmo 121.* Ierusalem quæ edificatur ut ciuitas, cuius participatio &c.

Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam: ut & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & querit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo: Neque enim fratres eius credebant in eum.

Hic tangitur inuitatio ad ascendendum ad diem festum. Dicit ergo [dixerunt autem ad eum], hoc est, ad Christum [fratres eius] Fratres dicuntur & vterini ex eodem patre & eodem utero diuisi: & non vterini, scilicet consanguinei: sicut fratres Domini dicuntur Iacobus minor, & Simon Cananæus, & Iudas, & Ioseph iustus: quia consobrini fuerunt. *Gal. 1.* Alium Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. *Matth. 13.* Fratres eius, Iacobus, & Ioseph, Simon, & Iudas. Tales ergo: non isti qui consanguinei Domini fuerunt, quia non est probabile quod isti fuerunt: sed quidam alij Beate Virginis consanguinei, qui fidem in eum non habebant: de quibus dicitur in *Psalmo 37.* Amici mei, & proximi &c. *Ierem. 9.* In omni fratre suo non habebat fiduciam. *Gen. 37.* Oderant eum fratres eius, nec poterant ei quicquam pacifice loqui [Transi hinc] de Galilæa [& vade in Iudæam] ubi sunt sollemniores homines, coram quibus maiorem gloriam habebis, *Psalmo 75.* Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Et ibi magnum nomen habebis. Non enim intellexerunt illi quod dicit *Apost. 1. Cor. 1.* Quæ infirma sunt huius mundi, elegit Deus ut confundat fortia [ut & discipuli ui] Ponunt rationes persuasionis eorum quæ dicunt discipuli eius. In proximo enim

festi Pasche, quod fuerat ante illud festum, recesserant aliqui discipuli à Domino. Et hoc quædam minoratio honoris eius videbatur: & ideo prouocabant ut illum honorem vellet recuperare. Et hoc est quod dicitur [ut & discipuli tui] qui à te recesserant [videant opera tua] quæ mundo communiter non sunt cognita: quia si discipuli tui vera opera tua quæ de te dicuntur viderent, non recederent. Videant ergo discipuli tui opera tua [quæ] tu ut dicis [facis] *I. a. 26.* Videant, & confundantur, & zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret. Adiungunt autem vterius rationem communis manifestationis, dicentes.

Nemo quippe [qui gloriam humanam vel laudis aliquid appetat [in occulto aliquid facit] quia, sicut dicit Aristoteles, Propter gloriam fit, quod nullo consciente, non festinet in esse. Et bene dicit [nemo] hoc est, nullus factus ab humo & humum sapiens [& querit ipse] studendo toto nisu [in palam esse] *Matth. 6.* Opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Videtur autem quod etiam serui Dei hoc faciunt. *Matth. 1.* Luceat lux vera coram hominibus, ut videant opera &c. Sed ad hæc respondet *Grego.* quod serui Dei sic opus habent in publico, quantum intentio maneat in occulto. Hypochritæ autem laudem considerantes, intentionem habent in manifesto & laudem, & opus in occulto: quia in abscondito cordis sunt mali. Et ideo secus est de seruis Dei, & istis.

Si hæc facis [Hoc sub dubitatione proferunt, quia fuerunt partem habentes cum illis, qui dicunt *Matth. 12. Luc. 11.* In Beelzebub principe demoniorum eiicis demonia. Ita quod miracula ipsius MAGICIS attribuebant [manifesta te ipsum mundo] Ac si dicant. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus: quæ utilitas in vrilique? Putabant enim quod laus & fauor mundi, omnis esset fructus virtutum & miraculorum suorum. Quod quidem penitus falsum est. *Gal. 1.* Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Psalmo 52.* Qui hominibus placent, confusi sunt: quoniam Deus spreuit eos. Sicut enim dicitur. *1. Ioan. 17.* Totus mundus in maligno positus est. Et huius mundo non placet nisi vanum & malum [Neque fratres eius] Ratio est quam inducit Euangelista, ut sciatur quod bona intentione hoc cognati Domini dicebant: quia neque fratres eius [credebant in eum] *Ioan. 1.* In propria venit &c. Vnde dicit *Matth. 20.* Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, nurum aduersus socrum eius, & inimici hominis domestici eius. *Luc. 12.* Tres in duos, & duo in tres diuidentur.

Quidam dicant quod hi fratres fuerunt Iacobus minor, & Iacobus Cananæus, & Iudas Thadæus, & Ioseph, qui dicitur Barfabas, quod est iustus. Sed hoc non est probabile. Sed fuerunt alij Beate Virginis consanguinei, & cognati Christi, qui facta sua multa viderant, & tamen ad fidem non fuerunt edificati. Fratres enim dicuntur vtero, sanguine, genere, professione. Sicut filij Zebedæi. *Matth. 20.* Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, adorans & petens aliquid ab eo. Et sicut Andreas, & Petrus dicuntur fratres *Matth. 4.* Sanguine autem, sicut cognati dicuntur fratres *1. Cor. 9.* Fratres Domini & Cephas. Genere autem, sicut

sicut omnes iudei. *Psal. 21.* Narrabo nomen tuum fratribus meis. Professione autem, sicut illi qui eandem professentur religionem. *Ioan. 10.* Vade dic fratribus meis: Ascendo ad Patrem meum.

Adhuc autem, Quidam dicunt quod hoc fratres eius dixerunt intentione vanæ laudis: quia per facta Domini volebant magnificari. Quod licet quædam *Glo.* dicere videatur, dicens quod humanam gloriam querunt, & ideo non credunt in eum: tamen puto quod mala intentione dixerunt, & quod ex inuidia, irridentes eum: quia factis eius non crediderunt. Et quod *Glo.* dicit, intelligendum puto quantum ad extrinsecum rationem. Ac si dicant. Si vera sunt quæ facis, non facias in occulto: sed in palam coram sapientibus, qui diiudicare sciunt an à Deo facta sint, an in Beelzebub hoc facias. Et iste sensus videtur inuari per hoc quod dicitur: Si hoc facis, &c. Et intendebant, ut caperetur ut deceptor, & occideretur.

Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

Hic per responsiones sapientia, phantastica rationes eliduntur. Dicuntur autem hic tria. Primo enim ponitur ratio à congruitate temporis: secundo autem à dispositione operis: tertio à disparitate intentionis in ascendendo ad festum solenne. Dicit ergo [Tempus meum] congruitatis ad patendum. Hoc enim tempus suum erat, & non tempus fatale ut generati dixerant: quia facta Christi fato non subiacebant. Tempus autem Christi, tempus est impletionis prophetia & sacramentorum, quæ ante Passionem impleri debebant. Vnde *Luc. 22.* Etenim quæ sunt de me, finem habent. Et hac congruitate temporis, dicit: Tempus meum [nondum aduenit] *Eccle. 3.* Omnia tempus suum habent, & suis spatijs transeunt vniuersa. *Gal. 4.* Sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à Patre [Tempus autem vestrum] negotijs vestris opportunum: quia ea quæ omnibus horis mundus exhibet queritis. Sicut diuitias, delicias, & honores: & ideo tempus vestrum [est semper paratum] *Sap. 2.* Non prætereat flos temporis huius. *Iob. 15.* Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Et ideo sicut vos tempori parati estis: ita tempus vobis paratum est.

Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt.

Secunda ratio quæ sumitur à dispositione operis dissimilis ad mundum ex parte Christi & fratrum suorum. Dicit ergo [Non potest mundus] hoc est, mundani qui affectum habent mundanum [odisse vos] quia similibus in voluntate & voto & opere non est odium, sed amor & amicitia. Vnde de bonis dicitur *Ioan. 15.* Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. *Pron. 15.* Non amat pestilens eum qui se corripit, neque ad sapientes graditur [me autem odit]

propter dissimilitudinem quæ est in voluntate, voto, & opere. Dicitur enim *1. Ioan. 17.* Mundus totus in maligno positus est. Et ille mundus odit iustum. *Ioan. 15.* Quia de mundo non estis, propterea odit vos mundus. *Pron. 29.* Viri sanguinum odertur simplicem. *Ioan. 15.* Si mundus vos odit, &c. Et reddit causam [quia ego testimonium perhibeo] *Isa. 55.* Ecce testem populi dedi eum, ducem, & præceptorem Gentium [de illo] mundo [quia opera illius mala sunt omni bono virtutis priuata *Amos 5.* Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Causa ergo persecutionis fuit veritas quam prædicauit. Veritas enim odium parit in his qui ex parte diaboli sunt: qui sicut dicitur *Ioan. 8.* In veritate non stetit, sed est mendax & pater eius.

Vos ascendite ad diem festum hunc: ego enim non ascendam ad diem festum: quia meum tempus nondum impletum est.

Tertia ratio sumpta à disparitate intentionis in ascendendo ad diem festum. Dicit ergo [Vos] sicut mundani, qui festa gaudiorum mundanorum queritis [ascendite ad diem festum hunc] in quo videri & videre queritis in vanitate & concupiscentia. *Isa. 1.* Calendas enim, & neomenias vestras, & splennitates vestras odiuit anima mea; facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Et attende quod dicit: Ad diem festum hunc: quia solemnitas illa durauit septem diebus. Et quando dicit: Ascendite ad diem festum hunc, intelligit de primo die solemnitatis: quia illa dies fuit sollemnior, & ad illam diem plures conuenerunt, & soluta illa die plures redierunt ad propria: & isti non propter solemnitatem, sed propter vanitatem quæ fiebat in solemnitate ascenderunt ut in concupiscentia viderent & viderentur. *Malach. 2.* Disperdam super vultum vestrum sterces solemnitarum vestrarum.

Ego enim non ascendam [quia nolo esse in cœtu vestro] *Isa. 1.* Iniqui sunt cœtus vestri. *Gen. 49.* In cœtu eorum non sit gloria mea [ad diem festum] istam scilicet, diem primum festiuitatis. Et sic cessat obiectio. Quidam autem dicunt esse supplendum, Non ascendam sicut vos, sed in occulto. Vel, Non ascendam ad hoc, ad quod vos ascenditis: quia vos ad vanitatem, ego ad edificationem. Sed prima lectura vera est & secundum literam. Non enim volebat aliquid participationis habere cum illis. *Tob. 3.* Nunquam cum ludentibus miscui me &c. Et reddit causam [quia tempus meum] hoc est, Passioni opportunum [nondum adimpletum est] *Ioan. 13.* Sciens Iesus quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. *2. Cor. 6.* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; nemini dantes vllam offensionem.

Hæc cum dixisset ipse mansit in Galilæa. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.

Hic tangitur qualiter fratribus manentibus Iesus occulte ascendit. Dicit ergo [Hæc cum dixisset] elidens malitiam & vanitatem consanguineorum. *Ioh. 13.* Ad Omnipotentem loquatur, & cum Deo disputate cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum [Ipse mansit in Galilæa] in qua fuit annuntiatus, edocatus, in qua multas fecit virtutes, & à qua plures vocavit discipulos. *Psal. 88.* Thabor & Hennon in nomine tuo exultabunt brachium tuum cum potentia. Thabor autem est in Galilæa, in quo monte faciem luminis assumpsit Dominus: quia ibi illuminationes regi celestis ostendit, & ideo veniens lumen interpretatur [Ut autem ascenderunt fratres eius] *Ro. 9.* Qui sunt cognati Domini, ex quibus Christus secundum carnem, qui sunt Israelitæ. Et tamen in eum non crediderunt: & ideo cum eis ascendere noluit. *Dem. 33.* Qui dixit fratribus suis. Ignoro vos. Hi custodierunt eloquium tuum. *Psal. 44.* Obliviscere populum tuum, & domum patris tui. *Gen. 12.* Egredere de terra, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstravero tibi [Tunc & ipse ascendit ad diem festum] Non primum, sed alium, hoc est, ad quartum. Vnde *Ioh. 7.* Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum. Et ideo verificatur quod dixit supra: Ego non ascendam ad diem festum istum [non manifeste] hoc est, cum multitudine contribulium suorum secundum quod mos fuit ascendere [sed quasi in occulto] ut nobis daret formam publicam declinandi, nisi esset propter doctrinam publicam ædificationem. *Os. 4.* Dimitte eos, separatus est enim coniunium eorum. *Psal. 25.* Non sedi cum consilio vanitatis &c.

Iudæi ergo querebant eum in die festo & dicebant: Vbi est ille? & murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicebant, Quia bonus est. Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudeorum.

Hic ostendit qualiter in primo die solemnitatis de absentia Christi questio, & murmuratio fuit apud Iudeos. Quatuor autem hic dicit, scilicet, quod de eo fuit questio, quod de absentia eius murmuratio, quod in murmurantibus dissensio, quod sententium de Christo bonum fuit occultum propter murmur Iudeorum. Dicit ergo [Iudæi ergo] communiter querebant eum [quidam mala intentione, & quidam bona, quidam etiam vana curiositate] in die festo [*Ioh. 6.* Queritis me, non propter signa que vidistis, sed quia manducastis de panibus, & saturati estis, Et illi querebant propter ventrem. *Isa. 58.* Me de die in diem querunt, &c. & hi querebant quantum ad extrinsecas rationem. *Ioh. 7.* Quid me queritis interficere hominem qui vera locutus sum vobis? Et illi querebant ex malitia. *Com. 3.* Surgam & circumbo civitatem, queram quem diligit anima mea. Et illi querebant pia intentione [& dicebant: Vbi est ille] Mali non nominabant eum: quia gravis fuit eis nomen summi. Boni autem non audebant nominare eum. Vani

autem de nomine suo non curabant. *Sap. 2.* Gravis est nobis, etiam ad videndum. *Psa. 30.* Cesset à facie nostris sanctus Israel. Vnde *Act. 7.* dicitur. Præcipites præcepimus vobis ut non loqueremini in nomine isto. Et ideo non nominato Iesus dicitur: Vbi est ille? & murmur multum de eo erat in turba [quia aperte de illo loqui non audebant, vel nolabant. *Psal. 37.* Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Item *Psal. 38.* Posui ori meo custodiam cum confisteret peccator aduersum me. *Ezech. 3.* Linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, & eris mutus, &c. Quia Dominus exasperans est [Quidam enim dicebant] qui pia intentione querebant eum [quia bonus est] *Sap. 1.* Sentire de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum [Alij autem dicebant, Non] qui mala intentione querebant eum. Et illi dicebant: Quia non est bonus. Sicut ad David dicitur *Semei 2. Reg. 16.* Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial [sed seducit turbas] demergens eas per falsa miracula. *Matth. 23.* Domine, recordari sumus quod seductor ille adhuc vivens dicebat: Post tres dies resurgam. Et videtur *Aug.* dicere quia seductor dupliciter dicitur. Seductor enim est seorsum ductor. Et ita quando seorsum ducit a veritate, tunc malus est seductor: quando autem a falsitate ad veritatem ducit, tunc bonus seductor est. *Ier. 10.* Seduxisti me Dominus, & seductus sum: fortior me fuisti, & invaluisti. Tamen proprie seductor sonat in malum, pro eo quod a veritate abducit [Nemo tamen palam loquebatur de illo] *Ezech. 3.* Eris mutus, & non quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est [propter metum Iudeorum] Causa redditur *Ioh. 9.* Iam enim conspiraverant Iudæi: ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fieret. Et hoc ipsam Christus promisit suis *Matth. 5.* Beati eritis, cum vos oderint homines, &c.

Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?

Hic incipit ostendere, quare illuminator mundi ad locum ascendit manifestationis: & dicit tria: ascensionem illuminatoris, admirationem turbæ audientis, & ratione diuinæ sapientie docentis. Dicit ergo [Iam autem die festo] hoc est, solemnitate septem dierum [mediante] quod fuit quarta die: quando etiam Deus ab initio mundi conseruare fecit lumen in celis: in signum quod quarto die festi [quod significabat peregrinationem mundi huius] illuminare debebat de celis eos qui sedebant in tenebris & in umbra mortis. *Ecc. 24.* Ego feci in celis, ut oriretur lumen indeficiens. *Dem. 12.* Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam strudunt multos, quasi stelle erunt in perpetuas æternitates [Ascendit Iesus in templum] publice [& docebat] *Matth. 16.* Quotidie apud vos docens eram in templo. *Isa. 2.* De Sion exibit lex, & verbum Dei de Ierusalem [& mirabantur Iudæi dicentes] *Mat. 6.* Admirabantur turbæ super doctrinam eius: erat enim docens sicut potestatem habens &c.

& non sicut Scribæ & Pharisei *Luce 2.* mirabantur super prudentiam & responsum eius [Quomodo hic literas scit, cum non didicerit] Viderunt enim sicut dicit *Chrys.* cum scholas non frequentasse: & tamen de lege & Prophetis docere, & disserere, & omnes disputando vincere. Et ideo pater quod liber falsus est qui de infantia Saluatoris, & Euangelio Nazæorum intulatur: vbi dicitur qualiter ad scholas positus Dominus, magisterium de virtute & ordine literarum conuicit. Quia tunc turbæ & Iudæi non fuissent admirati. Vnde sibi competit istud quod dicitur *Præd. 30.* Non didici sapientiam, & noui Sanctorum scientiam. *Sap. 10.* Dedit illi scientiam Sanctorum, honestum illum in laboribus, &c. *Psal. 70.* Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini, &c.

Respondit eis Iesus & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscat de doctrina, verum ex Deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit: qui autem querit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

Ratio est diuinæ sapientie. Dicit autem tria, in quorum primo ostendit auctoritatem suæ doctrinæ esse à Patre in secundo dat signum hoc cognoscendi: in tertio veritatem intentioni dat in omnibus suis. Dicit ergo [Mea doctrina non est mea] Ac si dicat. Vos miramini de doctrina: sed nolite mirari: quia doctrina, que mea est possessiue & informatiue non est mea per primam auctoritatem: sed in quantum Dei Filii, habeo subauctoritatem in illa: in quantum autem homo, donam habeo eam à Deo Patre. Et remouetur obiectio, qua quidam obijciunt: Quod ista locutione idem affirmatur, & negatur de eodem. Quia hoc soluit diuersa constructio que notatur in pronomine. *Ioh. 17.* Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Tua enim per auctoritatem, mea sunt per possessionem & subauctoritatem. *Ioh. 3.* Quod vidit & audiuit hoc testatur. *Matth. 11.* Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare [sed eius qui misit me] Patris, qui primus est in auctoritate. *Ioh. 1.* Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. In secreto enim consubstantialitatis Patris, Filius per generationem doctrinam hanc accepit.

Siquis voluerit voluntatem eius facere [Ecce signum per quod à Deo Patre doctrina eius accipitur, & cognoscitur. Patre enim doctrina est in hoc, quod docet voluntatem eius facere. & voluntati eius conformari, & sanctificationem eius accipere. *Heb. 11.* Pater celestis erudit ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. *Heb. 10.* Voluntatem Dei facientes, & reprobis reprobationem. Sic ergo cum doctrina dicitur ad habendam Dei promissionem, sicut voluntatem Dei facere voluerit, cognoscat de doctrina [ipse] verum ex Deo sit [Hæc enim doctrina est ex Deo] quia ad Deum dicit, & ad promissionem diuinam. *Ep. 1.* Det vobis spiritum sa-

piencie & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri: ut sciatis que sit spes vocationis eius in Sanctis, & que diuinitate glorie hereditatis eius [an ego a meipso loquar] per separationem à Deo scientiam sicut quidam dicunt ex verbis. *Ioh. 3.* Quem misit Deus verba Dei loquens. *Ioh. 16.* Non enim loquatur à semetipso: sed quecumque audierit, loquetur. Item. *5.* Non potest Filius à semetipso quicquam facere, nisi quod viderit Patrem facientem.

Qui à semetipso loquitur [cuius locutionis ipse per priuam intentionem est inuentor] propriam gloriam querit [quia in proprijs inuentis gloriati intendit. *Ioh. 8.* Ego gloriam meam non quero: est qui querat, & iudicat. *1. Tim. 1.* Solum Deo honor, & gloria] Qui autem querit gloriam eius qui misit illum [sicut ego facio, qui omnia Patri attribuo. *Isa. 70.* Germen plantationis mee, opus manus mee ad glorificandum. *Luce 2.* Gloria in altissimis Deo] hic verax est [qui adæquat intentionem ad rem: quia soli Deo debetur gloria. *2. Cor. 1.* Non est in illo, est & non, sed est in illo, est. *Ioh. 14.* Ego sum via, veritas, & vita [& iniustitia in illo non est] *1. Pe. 2.* Nec inuentus est dolus in lingua eius. *Ti. 1.* Quam promisit qui non mentitur Deus. *Dem. 31.* Deus fidelis, & absque vlla iniquitate &c. *Præd. 8.* Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid atque peruersum.

Noane Moyses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere? Respondit turbæ, & dixit ei: Dæmonium habes: quis te querit interficere?

Hic incipit ponere Iesus Christi omnium illuminatoris manifestationem. Procedit autem sicut sol, qui primo purgat tenebras, & purgatis tenebris se clare manifestat, & in claritate illa reliquias nubium remanentes dispergit & consumit. Et ideo ista pars capitali in tres diuiditur, in quantum prima falsas de se opiniones Christus elidit, que ut tenebræ quedam intellectum veritatis impediunt: in secunda se sicut solem clarissimum omnibus ostendit [*Ioh. 1.* In nouissimo autem die magno, &c.] in tertia autem dissensionem de se loquentium, & vacillationem eorum ut nubes quasdam abstrahit [*Ioh. 1.* Ex illa autem turba cum audisset] Prima harum partium diuiditur in tres, in quarum prima excludit malam opinionem circa Christi originem [*Ioh. 1.* Dicebant autem quidam ex Israelitis] In secunda enunciat Pharisæorum malitiam [*Ioh. 1.* Audierunt Pharisei turbam, &c.] Harum partium prima habet tres paragraphos, in quorum primo ut Deus manifestat Iudeorum de se iam intentionem malam habentem, in secundo probat se non esse legis transgressorem, sed impletozem, in tertio iudicat iudicij coram quod de se habebant sententiam ad reprobationem. In primo notum facit duo, scilicet, redarguit intentionem, & patet hostis per contumeliam illationem. Primum horum habet tria, scilicet, legis receptionem, & acceptam legis transgressionem, & perpetuam malitiam intentionem. Dicit ergo.

Noane Moyses [Quis dicit me de iustitia redarguitis, cum non sit in me iniquitas, sed in vobis] quis [Noane Moyses] iustus legislator

legislator [dedit vobis legem] *Eclli. 24.* Legem mandavit Moyses in præceptis iustitiarum, & hereditatem domui Iacob & Israël promissiones æternas. Hanc autem legem receperunt, *Exo. 20.* & *24.* Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus & erimus obedientes. *2. Mach. 7.* Obedimus legi, quæ data est nobis per Moysen [et] tamen nemo ex vobis qui in legis observantia gloriari. *Rom. 2.* Qui gloriaris in lege, per prævaricationem legis Dei inhonoras. Nō ergo simpliciter dicit, nemo, sed, nemo ex vobis, hoc est, vestris similibus qui carnaliter legem intelligitis, & traditiones vestras mandatis Domini antepositis [facit legem] *Mat. 7.* In dispositione Angelorum accepistis, & non custodistis. Aliter etiam propter mandatorum gravitatem & multitudinem, vix erat qui posset legem servare. *Mat. 15.* Hoc est onus quod neque vos, neque patres nostri portare potuimus. *Et 3. Reg. 8.* dicit Salomon. Non est homo qui non peccet. Sed hoc modo Christus non loquitur: eo quod hic intendit transgressores ostendere, qui eum de legis transgressione iudicabant.

Quid me queritis interficere? hoc est, perfectissimi me ad mortem pertinaci & mala intentione, & contra legem queritis interficere me: cum in lege scriptum sit. Non occides *Exod. 20. Dan. 13.* Innocentem & iustum non interficis. In hoc enim patet malitia vestra: qui in lege gloriari, & quasi per zelum legis me transgressorem iudicatis. Si enim ex zelo legis ut fingitis, hoc faceretis, me interficere non quereretis. *3. Reg. 19.* Ego relictus sum solus, & querunt animam meam.

Respondit turba & dixit [Ecce qualiter patiens est ad contumeliam pro veritate illarum] [demonium habes] Quasi dicant. Daemonium te incitat quod nos ut transgressores legis redarguis, cum nos specialiter simus legis amulatores, cum simus Principes Sacerdotum, & Pharisei ex legis religione: quia pro illis loquitur turba. *Joan. 8.* Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & demonium habes? *Matth. 12. Luc. 11.* In Beelzebub principe demoniorum eiicis demonia. Turba ergo male dixit: quia dicitur *1. Esdra 9.* Magistratum manus fuit in prævaricatione hac prima. *Dan. 13.* Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum [quis te querit interficere?] Quasi diceret, Nullus. Et sicut parum infra, sibi contradicunt dicentes: Nonne hic est quem queriebant Iudei interficere? Isti autem sicut fraudulenti se coram eo sicut coram homine abscondere putabant. *1. Jo. 32.* Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mites cum loqueretur pauper iudicium.

Respondit Iesus & dixit eis: Vnum opus feci & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moysè est, sed ex Patribus, & in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moyse: mihi cur indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate.

Hic ostendit se non esse legis transgressorem, sed impletorem: & arguit à minori sic. Minus videtur quod opus, quod est signum salutis, possit fieri in sabbato, ita quod lex non solvatur, quam opus totum hominem salvans & curans: & illud sit sine legis solutione: ergo & istud. Et attende quod ad hæc reducit hoc quod supra quinto factum est, de sanatione paralytici: quod Iudei calumniabantur factum esse contra legem in die sabbati. *Luc. 13.* Dixit Archisynagogus indignans quia sabbato curaret. Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his venite, & curamini, non in die sabbati [vnum opus feci] hoc est, perfectum & vnicum, quod nemo alius facere prævaleret. *Deut. 32.* Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera. *1. Cor. 1.* Si factum est istud in diebus vestris aut in diebus patrum vestrorum, super hoc filij vestri narrate, & filij vestri filij suis, & filij eorum generationi alteræ. *Eclli. 43.* Illic præclara opera, & mirabilia. Hoc autem non de sanatione paralytici tantum intelligitur: sed de omnibus operibus Christi. Quia omnia fecit sicut potestatem habens, & non sicut minister, clave & gratia & potestate aliena indigens. Et ideo sequitur [et] omnes miramini] non propter factum tantum: sed propter modum faciendi? *1. Jo. 66.* Quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile? *Job 9.* Qui facit magna, & mirabilia & incomprehensibilia, quorum non est numerus.

Propterea Moyses [Ac si diceret: Non intelligitis quod Moyses] [propterea] hoc est, hac de causa dedit vobis circumcisionem] ut opus hoc perfectum ex illo intelligeretis. Quia ex quo circumcisio signaculum fuit iustitiæ & salutis. Et per meum vnicum, & vnicè mihi conveniens opus iustitiæ legis & salus impletur: deberetis ex illo intelligere, & non calumniari. Quod autem circumcisio signum sit vnicè operis, dicitur *Ro. 4.* Signaculum iustitiæ accepit circumcisionem. *Gen. 17.* Circumcidetur in vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum foederis inter me & vos. Et ideo etiam in lege inducit circumcisionem spirituales. *Deut. 10.* Circumcidite ergo præputium cordis vestri, & cervicem vestram durissimam non induretis amplius: quia Deus vester, est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis. *Ibidem 30.* Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut possis vivere. Patet ergo quod in signum future emundationis & salutis per Christum, circumcisionem acceperunt [non quia ex Moysè est, sed ex Patribus] [Emendatio locutionis seu dictionis est quæ dixerat. Moyses dedit vobis circumcisionem. Et hoc quidem verum est, & istud. Quia Moyses dedit eam spirituales, quia primus eius spirituales intellectum revelavit. Dedit etiam per exemplum *Exo. 4.* Tulit ergo Sefhora acutissimam petram, & circumcidit carnem præputij filij sui. Ex patribus autem est per observantiam. Et sic ex Moysè est per ali-quæ modum, & ex Patribus simpliciter. *Gen. 17.* Circumcidetur in vobis omne masculinum. Et *1. bid.* Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia patrum meum irritum fecit. Dicit autem [ex Patribus] quamvis

quamvis ex solo Abraham quia omnes Pater religionis diuine circumcisionem per observantiam approbaverunt. *Gen. 34.* in hoc valebimus foederari si esse volueritis nobis similes, & circumcidatur in vobis omne masculinum. *1. Esdr. 5.* Fac tibi cetros lapideos, & circumcide secundo filios Israël [Et in sabbato circumciditis hominem] si octavus dies natiuitatis eius occurrerit sabbatum. *Gen. 17.* Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Et sic signum perfectæ curationis in sabbato fiebat. Et ex hoc arguit Christus etiam secundum humanam rationem.

Si circumcisionem] quæ est signum perfectæ curationis] accipit homo] licet [in sabbato] in quo nullum opus servile est faciendum: ita] ut non solvatur lex Moyse] de sabbato, qui dicit *Exo. 12. & 20.* Nullum opus servile facietis in eo. Quia non reputatur servile: quod est signum iustitiæ, & curationis perfectæ. Et opera corporalia pro defensione legis facta, non reputantur servilia: sicut pugna contra hostes legem impugnantem. *1. Mach. 2.* Omnis homo quicumque venerit ad nos in die sabbatorum in bello, pugnabimus adversus eum, & non moriemur sicut mortui sunt fratres nostri. Ex quo accipitur quod omne opus factum ad salutem eorum, quibus data est lex, poterat licite fieri in die sabbati. *Luc. 14.* Cuius vestrum asinus aut bos cadet in fossam, nonne continuo extrahet eum die sabbati? Si ergo hæc se habent ita: ergo & totum hominem potui curare in die sabbati sine solutione legis datæ de observatione sabbati.

Mihi ergo cur indignamini] Interrogat ut legendum est. Quasi diceret. Mirum est: cum ratio humana persuadeat quod indignari non deberetis [quia totum] in corpore & anima] [hominem] saluum feci in sabbato] [ex hoc accepit] *Deut. 10.* quod dixit, quod quemcumque curavit Christus in corpore, illum etiam curavit in anima. Vnde isti eidem paralytico dicit *Joan. 5.* Ecce sanus factus es, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. *Psal. 102.* Qui propitius omnibus iniquitatibus tuis, &c. Et iste etiam est vpus modus, quem solus in terra Christus habuit. Sancti quidam corpora curaverunt, sed peccata non remiserunt. Sed Christus, & remisit peccata, & curavit corpora. *Matth. 9.* Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectulum tuum, & vade in domum tuam. Magna ergo fecit, potestate aliena non indiget, & peccata dimisit. Primum Sanctis communicavit, secundum & tertium ut Deus solus retinuit. *Joan. 3.* Non dat Deus ad mensuram Spiritum. *Ibid. parum ante.* Qui de celo venit, super omnes est. *Pf. 95.* Nō est similis tui in dijs Domine.

Nolite iudicare] Reducit hic iudicium temeritatis ipsorum ad iudicium rectum: quod sicut dicit Chrysostomus non personarum acceptio-nem, sed naturam sequitur rerum. Vnde dicit [Nolite iudicare] temere de me] [secundum faciem] hoc est, secundum quod à apparet in facie: quia propter dictam Principum & Phariseorum qui magni sunt coram vobis in facie exteriori, iudicatis quod ego sum transgressor legis. *Deut. 10.* Deus personam hominis non accipit nec munera. *Matth. 10.* In veritate cōperi quia non est personarum acceptor Deus. *1. Reg. 16.* Homo videt quæ patent: Deus autem intrat cor] [sed iustum] in resistenti] iudicium iudicate] quod facitis si legis intel-

lectum ad opera mea diligenter inspecta referitis. *Deut. 16.* Iuste quod iustum est exequaris. *Psal. 10.* Iustus Dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. *Iacob. 2.* Si personam accipitis, peccatum operamini, redarguit à lege quasi transgressores.

Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis: Nonne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid vere cognoverunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.

Hic incipit excludere falsam opinionem quam habebant de origine Christi. Dividitur autem in tres paragraphos, in quorum primo ponitur vnde falsa opinio est exorta: in secundo ponit elisionem ipsius in tertio vero ponit dissolutionem ortam ex rationibus Christi, per quas opinio illa eliditur. In primo horum ponit tria, in quorum primo ostenditur ratio qua opinio vera de Christo exoritur: in secundo ipsam ponit opinionem in tertio quandam ponit rationem phantasticam per quam à veritate ad falsitatem sunt averti. Dicit ergo.

Dicebant ergo quidam] simplices] [ex Ierosolymis] Ierosolymite] ut dicit Chrysostomus hoc specialiter dicebant: quia & facta plus alijs viderant, & Phariseos plus alijs audierant: & ideo querentes & dubitantes vacillabant. Facta enim Christi eos inducebant ad fidem, & edicta & persuasiones Phariseorum à fide avertabant: & ideo vacillabant. Et hoc est quod sequitur [Nonne hic est] Iesus Christus à Nazareth] [quem queriebant] Iudei ad persuasionem Sacerdotum & Phariseorum] [interficere] Hoc enim saepe Ierosolymite audierant.

1. Jo. 1. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicij, iustitia habitavit in ea, nunc autem homicida. *Iere. 11.* Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memorabitur amplius. *Sap. 2.* Mor-te turpissima condemnemus eum. Et] ecce palam loquitur] seipsum manifestans. *1. Jo. 45.* Non in abscondito locutus sum in loco terre tenebrosæ. *Joan. 3.* Qui facit veritatem, venit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in Deo facta sunt] & nihil ei dicunt] Quod sicut dicit Chrysostomus omnibus mirabilibus fuit mirabilis. Con-citaros enim habebant animos. Iesus autem pauper & indensus stabat coram eis: & tamen in eum manus extendere non poterunt nisi quando ipse voluit. Hoc autem voluit, quando salutem nostram congruum fuit. *1. Jo. 7.* Queriebant eum comprehendere, & nemo manus in eum misit quia nōdum venit hora eius. *Luc. 13.* Dicite vulpi illi quia eicio demonia, & sanitates perficio hodie & cras, & die tertia consummar. Vnde causa non fuit ex parte illorum, quorum malitia sepe fuit parata, sed ex parte eius qui habet divinitatis latentis in se virtutem; sicut dicitur *Joan. 10.* Potestatem habeo ponendi animam meam &c. Et ideo dicit: Nemo tollat à me animam meam sed ego pono eam, & iterum sumo eam.

Nunquid vere cognoverunt Principes] [sacerdotum] a quibus] & Herodes] [scilicet] [est] *Matth. 2.* quia hic est Christus] [eo quod nihil dicit] [palam] loquens] [Principes enim] [existimatione] falsam habebat de ipso

ipso quia ipse esset Christus, sed non veram scientiam quia non veram scientiam habuissent non eum crucifixissent. 1. Cor. 2. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et tamen propter huiusmodi existimationem, non dimiserunt eum persequi. Sed perficere persecutionem non poterant, nisi quando ipse elegit, & tempus Scripturæ impletum fuit [quia hic est Christus] *Mat. 22.* Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. *Ioan. 3.* Scimus quia à Deo venisti magister.

Sed hunc scimus unde sit [Tangit rationem per quam à veritate diuertunt. *Exo. 32.* Cito recesserunt à via, quam ostendisti eis. Dicunt autem quod sciunt, unde sit, hoc est, de quo genere, & de quo loco. *Ioan. 6.* Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Ortum enim terrenum nouerunt in parte, sed non in toto: quia quod filius virginis esset non nouerunt [Christus autem cum uenerit] in mundum [nemo scit unde sit quantum ad originem.

Sed contra, *Matth. 2.* Sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt: In Bethlehem Iuda. Sicut enim scriptum est per Prophetam *Mich. 5.* Tu Bethlehem Ephrata, nequamquam minima es in principibus Iuda. Dicendum, quod originem terrenam sciuerunt, sed non diuinam. Et hanc existimationem de eo acceperunt, ut dicit *Chrys. 1. Jo. 5.* Generationem eius quis enarrabit? *Ioan. 19.* dicunt contrarium huius, quod hic dicunt. Hunc nescimus unde sit. Et præter intentionem verum dicunt. *1. Jo. 45.* Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. *Ioan. 1.* In mundo erat, & mundus eum non cognouit. Illi tamen quod hic dicunt, despectiue loquuntur. Quasi dicant. Ita vilis & humilis est generis, & hoc scimus, quod non sibi competit, quod generationem eius nullus enarrare possit. Licet isti nesciant hoc quod dicitur 2. *Cor. 8.* Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: ut vos illius inopia diuites. *Phil. 2.* Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.

Clamabat ergo Iesus in templo docens & dicens.

Hic ponuntur rationes, quibus hæc falsa opinio de Christo eliditur: & dicuntur duo, scilicet, modus rationum, & ipsæ rationes. Modus tangitur cum dicitur [Clamabat ergo] Clamor Christi notat intentionem intentionis ad persuadendum, notat etiam quod audientes longe erant ab intellectu veritatis. *Psal. 68.* Laboraui clamans, rauca facta sunt fauces mea. *Prov. 1.* Sapientia foris clamitat, & in plateis dat vocem suam. Sed contra hoc videtur illud *1. Jo. 42.* Non clamabit, neque audietur foris vox eius. Solutio. Non clamabat contendendo, sed clamabat intentione intentionis persuadendo ad proximum, & clamabat intentione denotionis in oratione ad Deum. *Hebr. 5.* Qui in diebus carnis suæ precēs supplicationesque offerens ad Deum, cum clamore valido & lacrymis, in omnibus exauditus est pro sua reuerentia [docens] per rationes etiam humanas [in templo] in loco publico [& dicens] ad intellectum. *1. Jo. 40.* Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam, hoc est, ad intellectum audientium.

Et me scitis, & unde sum scitis: & à me ipso non ueni, sed est verus qui misit me quem vos nescitis.

Tangit hic rationes, & primo ostendit quid de ipso sciunt: secundo quid de ipso nesciunt: & tertio disparitatem sui & in sciendo & nesciendo secreta Patris quæ sunt de ipso. Dicit ergo [Et me scitis] secundum quod de me est visibile, 1. *Joan. 1.* Quod vidimus, & audiimus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, hæc annuntiamus vobis. *Baruch 3.* In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est [& unde sum] quantum ad originem, patriamque terrenam. *1. Joan. 1.* Quem scripsit Moyses in lege & Propheta, inuenimus Iesum, filium Ioseph, à Nazareth. Vel dicatur sic [Et me scitis] hoc est, per Scripturam, & opera, & testimonia Ioannis scire potestis [& unde sum scitis] quia hoc Scriptura etiam declarat [& à me ipso non ueni] Hic tangit hoc quod nesciunt originem eius scilicet æternam, & hoc est [& à me ipso] existens [non ueni] Quasi diceret. Sicut non sum à me ipso, ita non ueni à me ipso: quia in processione temporali intelligitur æterna, ut dicit *Aug. 1. Jo. 5.* Non potest Filius à se ipso facere quicquam. in figura huius dicitur *Gen. 37.* à Patre ad Filium. Veni mitti te ad eos. *1. Joan. 17.* dicit de Discipulis. Et cognouerunt quia tu me misisti [sed est verus qui misit me] *Ioan. Chrys.* habet [sed est verax qui misit me] & ideo etiam ego ipse missus sum verax, & ideo credendum est mihi. *Rom. 3.* Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax. Et sicut dixit, ita veritatem implens me misit. *Tit. 1.* Quam promisit qui non mentitur Deus [quem vos nescitis] quia veritatem in testimonio quod mihi testatur per vocem & opera cognoscere non vultis. *Tit. 1.* Confitentur se nosse Deum: factis autem negant. *1. Jo. 55.* Assimilati te, & tu non cognouisti me. *1. Jo. 21.* Dixerunt Domino Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

Ego scio eum: et si dixerò quia nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit.

Disparitatem sui ad illos ponit in sciendo secreta Dei. Dicit autem tria, scilicet, scientiam secretorum, disparitatem sui in hoc & illorum, & viam per quam illi ad suam scientiam possunt deuenire. Dicit ergo [Ego scio eum] scientia comprehensionis noui Patrem, qui me misit. *1. Joan. 10.* Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem. *Mat. 11.* Nemo nouit Patrem, nisi Filius. *1. Joan. 1.* Nemo vidit Deum vnquam, nisi vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Item 17. Pater iuste mundus te non cognouit: ego autem cognoui te, quia tu misisti me.

Et si dixerò quia nescio eum [quod tamen impossibile est: quia dicitur *Nam. 23.* Non est Deus ut homo, ut mentiarur. Et ideo loquitur hic sub hypothesi impossibilis scilicet, Si dixerò, quod impossibile est me dicere, quia nescio eum: cum ego scio eum per vniam cum ipso comprehensionis scientiam. Qualiter enim nesciat eum qui est in sinu eius? [ero similis vobis] vana & corrupta creatura [mendax] ex proprijs, non ex Deo loquens. *Ps. 11.* Diminutæ sunt veritates à filijs hominū. Cū ergo

ego sciam eum, sicut ostendo dicto & facto, credendum est mihi de eo quicquid loquor. *1. Joan. 3.* Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Item 8. Quare loquelam meam non cognoscitis? Ego enim ex Deo Patre ueni: & ideo non ego, sed vos estis mendaces qui me maculatis. *Sap. 10.* Mendaces ostendit qui maculauerunt eum.

Sed scio eum [Ecce dat viam per quam ipsi scire possunt, dicens [sed scio eum] hac scientia certissima [quia ab ipso sum] & genitus & missus. *Psal. 109.* Ante luciferum genui te. Et ideo totam lucem suæ scientiæ dedit illi. Unde *Sap. 8.* dicitur candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius, præsentans omnia quæ sunt in ipso. *Heb. 1.* Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius [& ipse me misit] & voluntatem suam in mundo faciendam iniunxit. *Luc. 2.* In his quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Quicumque ergo eum scire desiderat, à me querat. Quia per me ueniet ad cognitionem Patris. *Ioan. 17.* Ego te clarificauit super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem.

Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet quam quæ hic facit.

Tangit hic qualiter in peius inuidi ex verbis saluti proficiebant. Dicit autem hic quatuor. Primo enim tangit malorum in peius profectum, secundo adificationem simplicium: tertio obstinam malitiam Pharisæorum: & quarto qualiter omnibus his Dominus uidebatur ad salutem fidelium. Dicitur ergo [Quærebant ergo] Sacerdotum Principes & Pharisæi & alij illi qui conenserunt illis [apprehendere] id est, detinere: sicut *Iudic. 16.* quærebant Philistim Samsonem funibus ligare. *1. Cor. 20.* Audini contumelias multorum, & terrores in circuitu, persequimini, & persequamur eum: ab omnibus uiris qui erant pacifici mei. Ibi habent *Septuaginta* Persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui liberet eum [& nemo misit in illum manus] potentia Dei prohibiti. *Luc. 4.* Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Item *Luc. 13.* Oportet me ambulare hodie, & cras, & sequenti die. Quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem. *Iob 5.* Qui dissipat cogitationes prauorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant [quia nondum uenit hora eius] Non quidem fatalis: eo quod sicut ante diximus, Christus fato non subiacebat: sed hora dispensationis quæ Deus præfinit in Scripturæ impletionem, & nostram salutem. *Habac. 3.* secundum translationem 70. Dum appropinquasset anni cognoscere. *1. Joan. 24.* Sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.

De turba autem multi [qui ad deuotionem ex verbis, & signis eius conuersi sunt] crediderunt in eum [Non tamen, ut dicit *Chrys.* fide firma, & certa. Cuius signum est: quia dubie loquuntur. Sed tamen aliquem calorem fidei, & deuotionis conceperant, qui si fuisset fortis à Pharisæis & Sacerdotibus, conualuisset. *Roma. 14.* Infimum

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

in fide assumite, & non in disceptationibus cogitationum. 1. *Thes. quinto.* Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patieat estote ad omnes. Sed Pharisæi sicut Herodes Christum extinguere nitentur, iam paruulum in cordibus eorum formatum [& dicebant] in fidei suæ argumentum [Christus cum uenerit] etiam adhuc uenturus sit, ut dicunt Sacerdotes & Pharisæi [Nunquid plura signa] & maiora [faciet quam quæ iste facit] factio enim, & modo faciendi, & quia peccata dimisit (ut supra diximus) maxima fecit. *Mat. 6.* Quicumque introibat in uicos, uel uillas, aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur uel ut sumbram uestimenti eius tangerent: & quicumque tangebant eum, salui fiebant. Et ideo dicebant: Hic homo multa signa facit, &c. *Ioannis duodecimo.*

Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt Principes & Pharisæi ministros ut apprehenderent Iesum.

Hic incipit pars illa qualiter Christus erudit ad salutem Pharisæorum malitiam: & habet tres partes, in quarum prima pertinax ponitur malitia: in secunda eruditio diuina: & in tertia carnalis intellectus perversus in uerbis Domini accepta. Dicit ergo [Audierunt Pharisæi] de superstitione religionis suæ præsumentes [turbam murmurantem] quia aperte loqui non audebant, ne extra Synagogam fierent [de illo hæc] scilicet quod Christus existimari possit, & quod sic isti principatum amitterent & locum: sicut dicitur *1. Jo. 11.* [& miserunt Principes] Sacerdotum [& Pharisæi] religiosi [ministros] hoc est: satellites eius Præsidis, quos ad hoc conducebant [ut apprehenderent eum] Simile est *Mat. 22.* Mittunt Discipulos suos cum herodianis, ut caperent eum in sermone. Herodiani enim erant milites Herodis, conducti ad capiendum Dominum. *1. Jo. 1.* Principes tui infideles, & socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.

Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum tempus uobiscum sum: & uado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, vos non potestis uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inuenimus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est; & docturus Genes? Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & ubi sum ego, vos non potestis uenire?

Dixit ergo eis Iesus [erudiens etiam ad salutem pertinaciam malitiam] Adhuc modicum tempus uobiscum sum [Tria dicit temporis dispensationem, reditus ad Patrem gloriosam felicitatem, & sequendi eum eorum impossibilitatem. Dicit ergo [Adhuc] in uita ista mortali [modicum tempus] quia tantum tempus septem mensium. Hoc enim quod hic dicitur, factum fuit in Septembri, in ultimo anno suæ prædicationis.

N

Modicum ergo tempus adhuc vobiscum sum. Et notat ex modo loquendi quod Christus erat cum eis, & non è conuerso quod ipsi cum Christo. Quia Christus operabatur salutem in medio eorum: quamquam ipsi quærent Christum ad mortem. *Isa. 14.* Prope est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. *Joan. 16.* Modicum & non videbitis me [& vado ad eum] Patrem [qui me misit] perfectò opere redemptionis, propter quod sum vobiscum. *Joan. 16.* Vado ad eum qui me misit. Et ibidem 14. Vado parare vobis locum. Hoc significatum est *Gen. 3.* vbi columba reuertitur ad arcem vespere, portans rami virentis oliuæ in ore suo. *Tob. 12.* Tempus est vt reuertat, &c.

Quæretis me, & non inuenietis [quia per hoc quod aliam expectatis, me quæritis: & quia ille fallax est, me in illo non inuenietis. *Joan. 5.* Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me. Alius veniet, &c. *Rom. 11.* Quod quærebat Israël, non est consecutus. *Cam. 3.* In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni, hoc est, in quiete carnalis intelligentiæ & in noctibus ignorantia non inueni quæsitum dilectum] & vbi sum ego [in lumine veritatis apud Patrem in celo, vbi & iam sum per præsentiam deitatis. *Joan. 3.* Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo, Filius hominis qui est in cælis [vos] in cæcitate carnalis intellectus manentes [non potestis venire] *Luc. 16.* Inter nos & vos magnum chaos firmatum est: vt hi qui volunt hinc ad vos transire, non possint: neque inde hunc transire.

Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos [Non enim ad Iesum audebant dicere: quia timebant se confundendos ex responsis sapientiæ ipsius. *Act. 6.* Non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur] Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum [De itinere enim carnali intelligebant. Simile *Joan. 14.* Nescimus quo vadis, & quomodo possimus viam scire? Doctrinam enim Domini peruerso accipiebant intellectu [Nunquid in dispersionem Gentium] quæ per totum mundum dispersæ sunt [iturus est] Dicit autem *Aug.* quod hæc etiam non intelligentes isti prophetauerunt. Per Discipulos enim iuit ad Gentes, & docuit Gentes. *Act. 13.* Vobis oportet primam loqui verbum Dei. Et quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes. Et hoc est quod sequitur [& docturus Gentes] *Isa. 49.* Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad vltimum terræ.

Quis est iste sermo quem dixit [hoc est, Quis est intellectus [Quæretis me, & non inuenietis] Non enim eum inueniunt ad propitiationem. *He. 12.* Non inuenit penitentia locum quamquam cum lacrymis inquisisset eam. *Isa. 1.* Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. *Prov. 1.* Quia vocaui, & renuistis: clamaui, & non erat qui aspiceret: ego quoque in interitu vestro ridebo, &c. [& vbi sum ego vos non potestis venire] *Matth. trigessimotertio.* Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. *Dan. 9.* Non erit eius populus, qui cum negaturus est. *Psal. 17.* Filij alieni mentiti sunt mihi. Et præmisit. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me. Quia eum filij peculiaries mentirentur Domino, vindicta facta est, & gentium populus sibi per fidei deuotio-

nem subiectus est Christo. *Osæ 2.* dicite matris vestra, quia ipsa non est vxor mea, & ego non vir eius. Hæc autem omnia ignorantes, vt dicit *Aug.* prophetauerunt. Sed secundum quod litera sonat stultum habebant intellectum: quia etsi Christus ad Gentium dispersionem iussit, ipsi illum illuc sequi permississent, sed quia carnales erant, de celestibus & spiritualibus nihil intelligere potuerunt. Et ideo quærent apud semetipsos, & quæ cogitabant, proponere Christo non audebant. Et hoc est quod dicunt.

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens.

Hic manifestat se illuminator, sicut sol dissipatis tenebris probans hoc de se quod dicitur *Joan. 1.* Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Dicuntur autem in parte ista tria: dispositio illuminatoris ad sui manifestationem, ipsa manifestatio, & per Euangelistam manifestationis declaratio. Dispositio autem illuminatoris ad sui manifestationem continet quatuor partes: temporis scilicet congruitatem, corporis dispositionem, vocis intensionem, & hominis significationem. Dicit ergo [Vltimo autem die] quia, sicut dicit *Chrys.* intermedijs diebus voluptati deditis, quando epulabantur coram Domino (sicut dicitur *Leuit. 23.*) in vltimo die feruentius audiebant, quod doctrinam secum recedentes portarent. Et ideo illo die Dominus quasi viaticum dabat in doctrina salutis. Nam primo die laudibus & sacrificijs dediti, intermedijs vacabat epulis, in vltimo die percipiebant viatica salutis quæ secum meditantur vsque ad aliud festum. Et est causa litæralis quare magis illo die instabat doctrina. *Isa. 26.* Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. *Eccle. vltimo.* Finem loquendi pariter audiamus. In omnibus enim conuentibus traditiones vltimo die recitantur. *Matth. 13.* Audite, & intelligite (Et addit *Gre.*) Traditiones, quas Dominus dabit vobis die magno: quia sicut dictum est, primus dies fuit celeberrimus propter laudes, & sacrificia: & intermedij quinque non ita celebres: septimus autem erat æqualiter celebris sicut primus: propterea quod verbo Dei tunc vacabant, & auditui traditionum. *Exod. 23.* Primus dies erit sanctus atque solemnus, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. *Leuit. 23.* Dies primus erit vobis celeberrimus atque sanctus, quod omne opus seruille non facietis in eo, sed offeretis sacrificium iuge Domino septem diebus. Dies autem septimus celebrior erit vobis & sanctior, nullumque opus seruille facietis in eo.

Septem autem isti dies significant septem festa cordis quæ agimus Domino. *Psal. 75.* Reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. In quorum primo sacrificium laudis offeremus. *Psal. 49.* Immo la Deo sacrificium laudis, & reddet Altissimo vota tua. Quinque autem sequentibus, refectiones coram Domino recipimus. Primo quidem in pane lactymarum, pro peccatis & pro peccis miseris. *Isa. 30.* Dabit tibi Dominus panem arctum & aquam breuem: & non faciet vltra auolare te preceptoræ tuam. Secundo in confortatione conscientia & refectione virtutis. *Isa. 4.* Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur. 3. in pane serenæ conscientia & peccatorum reliquijs. 21.

Qui

Qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrere fugienti. Quarto in refectione desiderij in consolatione spiritus sancti. *Gen. 49.* Afer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Quinto in refectione sacramenti. *Sap. 16.* Paratum panem de celo dedisti eis, &c. Septimo die surgit Iesus reficiens in pane verbi. *Matth. 6.* Panem nostrum quotidianum da nobis, &c.

Stabat Iesus [Ecce illuminatoris corporis dispositio. Stabat enim qui se nunquam a rectitudine deflectebat. *Can. 2.* En ipse stas post parietem nostrum. Solus enim stetit post parietem (qui corpus significat) qui se nunquam a rectitudine deflexit propter corporis infirmitatem. Stabat, qui se exemplum & mensuram rectitudinis omnibus exhibebat. *Joan. 1.* Medius vestrum stetit, &c. Stabat, qui semper ad celum se totum protendebat. *Psal. 5.* Mane astabo tibi, & videbo, &c. Stabat, qui in rectitudine sua omnes repletos inertia redarguebat. *Psal. 93.* Quis conserget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Stabat, qui se in auxilium & obsequium omnibus paratum exhibebat. *Act. 7.* Ecce video celos apertos, & Iesum stantem, &c. Stabat, qui se excessum in vita & verbo longe stantibus ostendebat. *Baruch 3.* Sta in excelso, & vide iucunditatem à Deo tuo venientem, supple, in conversione te audientium [Iesus] author salutis. Alius enim verba salutis proponere non debet. *Psal. 49.* Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, &c. [& clamabat dicens] Clamabat vocis intensionem propter feruoris desiderium [dicens] vt loqueretur ad intellectum. De primo *Isa. 38.* Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, mediabor vt columba. *Psal. 124.* hirundinis clamat vagiens ex desiderio. Columba autem clamat meditando quia longum sonum profert interitum: ac si medietur gemendo. Et sic Christus gemendo, & ad nos vagiendo clamabat vt conuerteret. *Prov. 8.* O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Sic ergo clamabat dicens: vt sint viri, ad viriliter agendum in virtute: & filij hominum, in intellectus veritate.

Siquis sitit, veniat ad me, & bibat.

Ecce illuminatoris manifestatio: & dicuntur hic duo: inuitatio scilicet ad illuminatorem, & venientis subdit utilitatem. Dicit ergo loquens de spiritualibus metaphorice, vt melius per similitudines notas intelligantur. Et hoc est [Siquis sitit] hoc est, feruens desiderium habet doctrinae [veniat ad me fontem aquæ viuæ. *Leu. 24.* Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ [& bibat] hoc est, humore limpidissimo meæ doctrinae se infundat. Dicit autem [Siquis] notans arbitrij libertatem: quia nullus cogitur. *Esther 1.* Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Notat etiam haurientem à Domino raritatem, quod significatur *Joan. 4.* vbi dicitur, quod sola mulier Samaritana (quæ sibi custos esse inceperat) egressa est ad hauriendum aquam. Notatur etiam, quod à folijs sitientes aqua ista desiderantur. *Isa. 55.* Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis pretium emite absque argento, & absque vlla commutatione. *Matth. 5.* Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. 2. *Reg. 23.* O siquis mihi daret aquam de cisterna, quæ est in Beth-

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

lehem. Iesus autem in Bethlechem natus, hæc cisterna fuit. *Psal. 41.* Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuam. In feruore ergo desiderij existentes inuitantur [veniat] per fidei deuotionem. *Exo. 15.* Sic venerunt filij Israël in Elim vbi erant duodecim fontes. Elim interpretatur fortis eorum. Et signat Christum Doctorem fortissimum quia veritas eius fortis est & inuincibilis. 2. *Esdræ tertio.* Super omnia vincit veritas.

Duodecim autem fontes sunt, historiales tres: quia historia Christi est de carnis assumptione, & qualiter vixit in carne, & qualiter mortuus est in carne, & qualiter glorificatus est in carne. Morales tres: virtutes enim docuit verbo, confirmavit exemplo, probauit miraculo, & remunerabit premio. Allegorice tres: quia fidem confirmat allegorice per Scripturam, parabollice per similitudinem positam sicut per granum sinapis & huiusmodi, per rationem humanam, & per inspirationem diuinam. Anagogice tres: quia caelestia ad beatitudinem pertinentiam prædicando ostendit, per Spiritum sanctam reuelauit, & per Spiritum preparauit.

Veniat ergo omnis homo ad hos fontes. *Apoc. 7.* Agnus Dei reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & dabit palmas victoriæ cunctis venientibus. Quia in Elim erant duodecim fontes, & 72. palmæ [ad me] qui hac aqua exuberat. *Eccle. 25.* Fons est mihi trames abundans, & fluuius meus ad mare appropinquauit. Et *Ibid.* Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aqueductus exiui de paradiso. Fluuius enim se comparat propter abundantiam. Dorix enim interpretatur generationis medicamentum: quia medicina omnis generationis est in aquis doctrinae salutis [& bibat] abundanter. *Isa. 12.* Haurietis aquas in gaudio de fonte saluatoris, in restrictionem sitis, in ablationem sordis, in refrigerium fomitis. De primo *Joan. 4.* Qui biberit aquam quam ego dabo, non sitiet in æternum. Quia non vltius præter Deum aliquid desiderabit. De secundo 4. *Reg. 5.* Lauare septies in Iordane, & restituetur sanitas carni tuæ, atque mundaberis. De tertio in *Psal. 41.* Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ceruus enim in aquis querit refrigerium. Tangit autem sic bibentis utilitatem cum dicit.

Qui credit in me sicut dicit Scriptura

Tangit autem tria: principium quo bibens ad bibendum preparatur, modum quo potus iste bibitur, & utilitatem quæ per potum acquiritur. Principium est fides, vt dicit, *Chrysostomus* Et hoc notat cum dicit: Qui credit in me, fides enim est assensio veritatis: & ideo fides os applicat fonti veritatis. Sicut enim dicit *Dionys. in li. de diu. nom. cap. 7.* Fides est collocans in creditibus veritatem, & credentes in veritate, quæ accipitur per Christi doctrinam. *Joan. 14.* Creditis in Deum, & in me credite. *Heb. 11.* Fides est substantia, hoc est, fundamentum rerum, argumentum non apparentium. Si ergo qui credit in fontem vitæ, fundat in se speranda & omnia vera, etiam homini per humanam rationem non apparentia [sicut dicit Scriptura] *Chrys.* tamen vult quod hoc referatur ad loquens: vt sit confirmatio Scripturæ eius quod sequitur:

N 2

flumina

flumina de ventre eius, &c. Et dicit quod hoc scriptum est in Scriptura *Psalm. 5.* Deriuatur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ibi ut dicitur, translatio *Septuaginta* habet [Flumina de ventre tuo fluant aquæ viuæ] Sed melius est vt diximus in diuisione, quod non dicit ad confirmationem eius quod consequenter inducitur; sed dicat modum credendi in Christum, vt sit sensus. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, hoc est, secundum quod docet Scriptura. Talis enim fides sana est: quia Scriptura docet qualiter credendum est in Christum *Ro. 5.* Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. *Psalm. 86.* Dominus narrabit in Scripturis populorum & principum horum, qui fuerunt in ea.

Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Tria dicit: aquæ abundantiam; & hoc notatur in hoc quod dicitur Flumina. Cordis receptaculum; & hoc est in eo quod dicit: De ventre eius. Aquarum effectum: & hoc notatur in hoc quod dicit: Aquæ viuæ. Dicit ergo [Flumina] quod donum spiritus notat affluentiam. *Gen. 2.* Fons ascendebar de terra, irrigans vniuersam superficiem paradisi, qui inde diuiditur in quatuor capita. Hic est fons gratiæ qui totam superficiem Ecclesiæ irrigat, & diuiditur in quatuor capita. In moralibus enim ordinat passiones & opera, in heroicis ordinat naturam ad metas mortis, in intellectualibus ordinat rationem ad normam perfectæ virtutis, in diuinis ordinat contemplationem ad altitudinem & puritatem diuinæ delectationis, & theoniam vitæ. Et hæc sunt flumina paradisi. Vel dicamus, quod flumina, sunt sacramentales gratiæ in remissionem peccatorum, gratiæ virtutum in facultatem bonarum operationum, donorum spiritus sancti in adiutorium diuinorum factorum, fructuum in partipationem æternam. Et hæc etiam sunt quatuor flumina, quæ influunt in Ecclesiam. *Psalm. 133.* Quis puer inebrians multiplici gemina eius, in stillicidijs eius letabitur germinans. Vel adhuc, Flumina sunt bona nature quæ reformantur, bona gratiæ quæ gratis dantur, bona fortune quæ ad vnum conceduntur, bona gloriæ quæ meritis redduntur. *Psalm. 58.* Eris quasi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ. In omnibus his verum est quod dicitur in *Psalm. 45.* Fluminis imperus latificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. *Esai. 10.* Fons parauit per humilitatem, creuit in flumem maximum, & in aquas plurimas redundauit. Hæc ergo flumina fluunt abundanter. *Numer. 24.* Fluat aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas plurimas [de ventre eius] hoc est, de intimis eius in affectu & intellectu. Vnde ubi nos habemus: Et legem tuam in medio cordis mei: ibi habet Aquila: In medio ventris mei. In ventre enim decoquitur cibus, & separatur, & proportionaliter ad membra distribuitur. Et ita in intimis cordis verbum Dei meditando decoquitur, per collationem cordis separatur, & per discretam predicationem & doctrinam viuificatque auditori proportionaliter distribuitur. Sic *Luc. 1.* Maria conseruabat omnia verba hæc in ventre meditationis decoqueret conferens in corde suo, vt quid à quo separandum esset vide-

ret: & congruis temporibus protulit, vt vnicuique quid dicendum esset ostenderet. De hoc ventre ergo dicitur *Esai. 3.* Venter tuus comederit, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi [aquæ viuæ]. Doctrina sacra comparatur aquæ propter quatuor, quæ sunt in aqua per naturam. Aqua enim habet ex perspicuitate limpiditatem, ex humido incorporato formarum representationem, ex conuenientia cum celo spiritus vitalis in se retentionem, ex materiali humido genituræ omnis primordiale originem. Et hæc quatuor doctrinæ salutis conueniunt, quæ limpida est ex simplicitate, diuinorum formarum representatione ex veritate, ex celesti natura habet viuificationem; & ex hoc quod generatiua est omnis boni, primordiale semen est spirituali generationi. De primo dicitur *Apoc. 17.* Ostendit mihi flumen aquæ viuæ splendendum tanquam crystallum. Hæc enim sacra Scriptura adeo limpida est quod nihil in ea turbidum apparet. Et ideo improperat Dominus malis Doctoribus *Esai. 34.* Cum aquam limpidissimam biberitis, reliquam pedibus vestris turbastis. Quia Scripturam limpida accipiunt, & eandem turbidam malis exemplis, & forte malis expositionibus populo simplici proponunt. De secundo dicitur *Isai. 1.* Si quis audierit est verbi, & non factor, &c. Et hoc ideo dicitur: quia sacra Scriptura, vt speculum formas omnes repræsentat. Et ideo dicitur *Sap. 6.* quod ipsa est speculum sine macula Dei maiestatis. Hinc est quod latet in quo se lauabant Sacerdotes, cum sacrificia offerre debebant, Moyses ex speculis mulierum excubantium ante fores tabernaculi composuit *Esai. 30.* quia scripturam de prægnantibus donis in se habet & sapientiam fecit, in qua quilibet formas suas aspiciet. De tertio signatur *Gen. 1.* Vbi inquit omnia viuæ dicit Deus primo. Producant aquæ reptilia animæ viuæ. Et ita spiritum vitalem primo aquæ produxerunt: quia & in aquis doctrinæ primo spiritus vitalis accipitur. Et ideo *Isai. 48.* dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas. Quia spiritus est qui viuificat: sicut dicitur *Ioan. 6.* De quarto autem dicitur *Isai. 48.* Audite me domus Iacob, qui vocamini in nomine Israel, & de aquis Iuda estis. Aqua enim est materia generationis: & sic generat spiritualiter doctrina sacra. *Isai. 1.* Voluntarie genuit nos verbo veritatis vt sitis inquit aliquid creature eius. Sic ergo est aqua viuæ. *Ioan. 4.* Qui biberit aquam quam ego do ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Omnis enim boni causa est in nobis verbum Dei; & perficit omnem Dei voluntatem. *Isai. 55.* Vestrum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: sed fiet quæcumque voluit, & prosperabitur in his ad quæ missi illud:

Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus: quia *Ies. 5.* nondum erat glorificatus.

Interpretatio est Euangelicæ de sermonibus Domini. Et dicit duo, quorum vnum est interpretatio, & secundum ratio vnius eorum, quæ dicuntur in inter

interpretatione. Dicit ergo [Hoc dixit Dominus de Spiritu] hoc est, de donis & affluentia donorum sancti Spiritus [quem] post Resurrectionem & Ascensionem [accepturi erant] in die Pentecostes [credentes in eum] *Act. 2.* Subito factus est sonus de celo tanquam spiritus vehemens, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et *Psalm. 108.* Repleti sunt omnes spiritu sancto. Ille enim spiritus exuberavit in eis sicut fluens & resuens, fluens in eos veritate spiritus & resuens ab eis per gratiarum actiones in Deum. *Ecclesi. 1.* Ad locum vnde currunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. *Augustinus.* Cum spiritus cor hominis intraverit, omni fonte magis manat, & non stat nec deficit: sed fluit, & resuit. Huius autem quod dicit [quem accepturi erant credentes] reddidit rationem cum dicit [Nondum enim erat spiritus datus] Et huius vltimus subiungit causam dicens [quia *Ies. 5.* nondum erat glorificatus]

Et videtur falsum esse quod dicitur, quia ante glorificationem Domini prophetauerunt Prophete, qui prophetare non poterant nisi dato sibi spiritu sancto. *1. Pet. 1.* de quo exquisierunt Prophete, signante spiritu sancto quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi.

Adhuc *1. Ioan. 8.* Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gaudens est. Quod non potuit fieri nisi conferretur ei spiritus sanctus. Si dicas, quod intelligitur quod nondum erat datus spiritus sanctus Apostolis. Hoc iterum falsum videtur: quia *Luc. 9.* dicitur, quod dedit eis potestatem super omnia demonia, & vt langotes curarent. Et hoc ante istud quod hic dicitur, factum fuit secundo anno prædicationis Domini, quod autem hic dicitur, factum fuit tertio anno, in quo & passus est statim in sequenti festo Pasche: cum tamen langotes curare, & demones eiecere non possent, nisi daretur eis spiritus sanctus.

Ad hæc autem dicendum secundum *Augustinum*, quod glorificatio Domini duplex est: in se scilicet, & in corde credentium. In se quidem secundum diuinitatem semper fuit in gloria. Secundum humanitatem autem dupliciter glorificatus: factus scilicet, & corporis beatitudine. Factus quidem semper fuit in gloria, quæuis aliquando gloria occultaretur, vel propter infantiam, vel propter passionem quando passionibus exponebatur: aliquando autem apparet quando gloriola faciebat. De primo dicitur *1. Pet. 1.* Ibi abscondita est fortitudo eius. De secundo *Ioan. capitulo primo.* Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenam gratiæ & veritatis. Secundum corporis autem beatitudinem dupliciter: scilicet quædam beatitudinis formam & habitum, & quodam locum beatitudinis. Priori modo glorificatus est in Resurrectione, & secundo autem modo in Ascensione. Sed tota gloria sua tunc spiritus sancti missione: quia tunc operante quantæ gloriæ fuit, qui tantum & talem in se recepit & dare quantus ipse fuit. Et sic aliquando dicitur in die Pentecostes glorificatus: quia tunc gloriosissimus est ostensus. *1. Pet. 40.* Circumda tibi decorem, & in sublime erige, & esto gloriosus. In Resurrectione enim circumdedit sibi decorem, & in Ascensione in sublime erectus est, & in Pentecoste gloriosus apparuit.

D. Alberti. Magni. in Euang. D. Ioan.

In cordibus autem fidelium glorificatus est: quando sine omni impedimento gloriosus est creditus. Et hoc fuit vt dicit *Aug.* quando caro quam dilexerunt ab oculis est ablata: quia quamdiu fuit credentibus dulcis præsentia carnis in sensibus, ad fidem gloriæ Christi per intellectum venire plene non poterant. Vnde *Ioan. 16.* dicit. Expedi vobis vt ego vadam. Si enim ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Tunc enim confidenter dixerunt illud *1. Corin. 5.* Itaque ex hoc neminem nouimus secundum carnem: & si secundum carnem cognouimus Christum, sed nunc iam non nouimus. Tunc scaperunt quæ Dei sunt, & extrane non est dictum eis. Vade retro satana, scandalum mihi es: quia non capis quæ Dei sunt *Matth. 16.* Tunc enim facti visi, euacuauerunt quæ erant paruuli *1. Corin. 13.* Sicut etiam dicitur. *Eph. 4.* Tunc mutati sunt omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et ideo tunc *Ies. 5.* plene in suis membris glorificatus est. Et ideo tunc omnibus membris spiritus plenissime est infusus. Ante autem hoc erant sicur membra stupida quædam, spiritus plenissime non receptibilia. Et de hac glorificatione loquitur hic Auctor. *Ioan. 17.* Clarifica me Pater apud te ipsum, claritate quam habui antequam mundus fieret. Quia tunc datus fuit in omnibus splendoribus sanctorum. Et cum perfecti fuerunt in spiritu credentes, tunc respiciunt in gloria per effectum, quod ab æterno in ipso claruerat in prædeterminatione. *Secunda Corin. 3. cap. tertio.* Nos autem reuelata facie gloriæ Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

Quod autem quidam dicunt, quod ante passionem dedit Dominus spiritum sanctum dantes, & post Resurrectionem in terra dedit abundantius, & post Ascensionem abundantissime, nihil penitus habet veritatis: quia non legitur quod abundanter, nec abundantius dedit: sed quod ad alios & ad alios dedit. Ante passionem enim dedit ad mirabile signum, post Resurrectionem ad remissionem peccatorum, & post Ascensionem ad robur. *1. Pet. 1. capitulo primo.* dicitur *Matth. 28. cap. 19.* Et *Luc. 9.* quod potestatem super omnia demonia dedit, & vt langotes curarent. De secunda autem collatione spiritus sancti dicitur *Ioan. 20.* Misistis, & dixit. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis. De tertia autem dicitur *Luc. 24.* Sedete in ciuitate quoadque induamini virtutes et cetera.

Ad id quod obicitur de Prophetis & Abraham dicendum quod nihil prohibet (sicut dictum est) quod illi in quorum cordibus Iesus fuit glorificatus, abundantissime spiritum sanctum habuerunt: sed illi, sicut dicitur, *1. Pet. 1.* quæuis essent in sanis venturis, tamen ad fidem nouæ gloriæ in Iesu fide pertinuerunt.

Ad aliud dicendum, quod quantum ante accepimus spiritum, ad aliquid: sicut & membra stupida in corpore ad aliquid spiritum cordis & capitis accipit: tamen plenitudinem spiritus non potuerunt accipere nisi postquam perfecti fuerunt ad accipiendum, sicut dictum est. Et ideo dicit, quod nondum fuit spiritus datus: quia *Ies. 5.*

N 3 nondum

CAPUT VIII.

IESVS autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum & sedens docebat eos.

Hic incipit pars que est de illuminationis causa per verbum, & diuiditur in duas partes, in quarum prima ponitur illuminationis documentum: in secunda doctrinae illius confirmatio per miraculum, & hæc incipit in sequenti capitulo. Hoc autem capitulum in duas partes diuiditur. In prima ostenditur illuminatio ad iudicium: in secunda illuminatio ad veritatis & fidei intellectum. Ibi iterum locutus est Iesus v. dicens: Ego sum lux mundi. Prima harum diuiditur in quatuor, in quorum primo proponitur commune illuminationis beneficium: in secundo contra lucem machinationum insidiantium ibi [Adducunt autem Scribæ] In tertio vesperatio malitiae per sapientiam responsum ibi [Iesus v. autem inclinans se deorsum] In quarto autem in iudicio impenditur liberationis beneficium ibi [Erigens autem se Iesus dixit] Adhuc autem in primo horum quatuor dicuntur, scilicet, contemplationis & quietis in misericordia instructio, ad docendum feruoris diligens intentio, audientium deuotio, & doctrinae promulgatio.

Secundum autem literam sciendum est & notandum, quod hæc historia à græco translata non inuenitur, nec à Commentatoribus græcis exposita. Nec Chrysostomus, qui præcipuus est inter Expositores græcos hæc historiam exposuit. Et sic capitulum incipit. Iterum locutus est Iesus: Ego sum lux mundi. Cuius rationem translator commentari dicit esse, quod hæc historia apud Græcos non est in canone, sed interposita: sicut Danieli apposita est historia de Susanna & idolo Belis. Et videtur potius consuetam arte hominis quod hic dicitur, quam quod factum sit diuinum. Atque autem dicitur, quod licet à Ieremie hæc historia primo in libro non fuerit inserta: tamen postea ab ipso Ieremie libro fuit addita: & ideo quidam libri habent eam, & quidam non habent eam. Et nos istis consentientes exponemus eam secundum præinductam diuisionem. Dicit ergo.

Iesus v. autem] vt auctor salutis contentioni locus dans. Romanor. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum iræ. Et ideo Dominus cum dissentirent inter se: cessit, & dedit locum. Pœta:

Dum furor in cursu est, currenti cede furori.

Et ideo tunc à furorē contentiosorum se subducens [Perrexit in montem Oliueti] propter duas causas mysticas, & vnā literalem. Vna causarum mysticarum fuit quod per hoc ostendere voluit, quod fuit vnctus oleo lætitiæ præ participibus suis: & ideo in montem vnctionis perrexit. Ista 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me: Dominus ad euangelizandum pauperibus misit me. Psalm. 44. Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Alia ratio mystica fuit, quod misericordie visceribus abundabant in hominum miseriam subleuandam. Eccl. 9. Oleum

de capite tuo non deficiet. Tertia causa literalis fuit: quia exiit in Bethaniam gratia hospitalitatis: quia alibi veritatem docens, hospitari non poterat: & ideo hospitium querere extra ciuitatem oportebat. Ierem. 14. Quare quasi colonus fururus es super terram, & quasi viator declinans ad manendum? Hæc ergo est causa quare in sero perrexit in montem Oliueti. Luc. 21. Erat autem diebus docens in templo, noctibus autem exiens morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Zach. 14. Stabant pedes eius in die illa supra montem oliuetum. Mar. 11. Appropinquauerunt Bethaniz ad montem oliuetum.

Et iterum diluculo venit in templum] quia dum in nocte quieti & contemplationi vacauerat, in die iterum prædicationi & doctrinae intendebat. Psalm. 41. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Et ideo summo mane præuenit alios ad doctrinam. Sap. 6. Exquirentes sapientiam, seipsa sapientia præoccupat: vt se prior illis ostendat. Prover. 8. Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Eccl. 11. Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua. Math. 20. Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Osee 6. Præparatus est quasi diluculum egressus eius: & venit nobis quasi imber temporaneus & serotinus terræ.

Et omnis populus venit ad eum] Tangitur audientium deuotio: quia summo mane concorditer ad eum venerunt. Ista. 2. Fluent ad eum omnes Gentes. Luc. 21. & omnis populus manebat ad eum venire in templum, hoc est, mane præoccupabat: & sedens docebat eos] quia docens est sedere, prædicantis autem stare. Sessio autem significabat tranquillitates residentis cordis, à quo quiescente doctrina procedat. Prædicator autem vt concionator stat, vt remorius audiatur. Math. 5. Cum sedisset docebat eos, dicens: Beati pauperes, &c. Luc. 2. Inuenerunt eum sedentem in medio Doctorum. 2. Regum 23. Sedens in cathedra sapientissimus inter tres, sicut veritas sedet in medio legis & prophetarum. Et ideo Mar. 17. & Luc. 9. apparuerunt cum eo in monte Moyses & Elias. Sic ergo tranquille doctrinam promulgauit.

Adducunt autem Scribæ & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei, Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum vt possent accusare eum.

Hic ponitur contra lucem insidiantium machinatio: & in hac parte quinque dicuntur. Primo enim dicitur mulieris accusanda in medio statutio, secundo rex mulieris accusatio, tertio accusationis per legem allegata confirmatio, quarto iudicij à Domino expectatio, quinto & vitimo malitiosa eorum intentio. Dicit ergo [Adducunt ergo] ista opportunitate [Scribæ] qui presumebant de sapientia, vt contra allegata eliderent [& Pharisei] qui de religione gloriabantur ne aliquid contra presentantes eum excipere possent.

lit. Mar. 23. Vt vobis Scribæ & Pharisei hypocrite. Scribæ autem doctores legis quasi principes in populo illo fuerunt. Et sic probauerunt quod supra 7. cap. dixerunt. Nunquid aliquid ex principibus crediderunt in eum, aut ex Phariseis? Aug. 1. Attende qualiter ab inimicis tentata sit Domini mansuetudo. Scribæ enim erant scientes in lege, Pharisei prætendebant bonitatem, cum eam non haberent. Hi insidiantur Christo: quia hi sunt qui maxime persequuntur. Hi insidiant scientie illius: hi autem bonitati [mulierem] Bene mulierem: quia emollita concupiscentiis, illicita admisit [in adulterio deprehensam] cui non vnus suffecit, sed alterum superinduxit. Ista. 57. Iuxta me discooperasti te, & suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eo foedus. Dilaxisti stratum eorum manu aperta. Eccl. 23. Mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hereditatem ex alieno matrimonio: peccauit primo: quia in lege Altissimi incredibilis fuit, & secundo virum suum dereliquit &c. [& statuerunt eam in medio] vt omnium ore damnaretur ad mortem. Eccl. 31. Circumderunt me vndique: & non erat qui adiuuaret. Psalm. 117. Circumdedunt me sicut apes &c. Ista autem licet adulterum extrinsecus caperent: tamen interius aduerti fuerunt: nec adulterium punire desiderabant, sed Christum in sermone capere. Ista. 57. Vos autem accedite huc filij auguraticis, semper adulteri & fornicariæ. Super quem iulisti? & super quem dilatasti os? & cecidisti linguam? Dan. 13. Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Tales ergo talem vt accusandam statuerunt in medio.

Et dixerunt ei] Hoc aduere accusatio [Magister] Magistrum vocant vt dicit Chrysostomus, cuius noiant esse discipuli. Mar. 22. Magister scimus quia verax es &c. Hoc etiam in dolo dixerunt [hæc mulier modo] in recenti: & ideo sine scandalo, factum eius dissimulare non potest: quia nulla intercessit poenitentia [in adulterio] quod secundum locum tenet in penis vt dicit Ista. [deprehensa est] vel confessione peccati, vel in iudicio, vel conuisione idonei testimonij, vel lege zelotypiæ. His enim tribus modis & non aliis poterat deprehendi per confessionem, quando peccati fuit euidens: per palatio sine iudicio: per testes: quando peccati quibusdam manifestum, sed communiter occultum: per legem zelotypiæ, quando omnibus occultum, & de hac lege habetur Num. 5. Hæc autem per factam euidenciam videtur deprehensa: quia hæc mulier sequens locum non haberet: quia mulier insidiant potest. Osee 2. Iudicium inuenerunt, & iudicium: quia ipsa non vxor mea, & ego non vir tuus. Ierem. 3. Tu fornicata es cum nationibus multitis: tamen reuertere ad me: & ego inuenerit te. Et Eccl. capitulo 26. Dissilisti pedes cum insidiant.

In lege autem Moyses mandauit nobis] Ecce confirmatio accusationis per allegatam legem. Levit. 20. Si merchata fuerit cum vxore alterius, & adulterium commiserit cum vxore proximi sui: morte morietur: & merchus & adultera. Deu. 22. Si dormierit vir cum vxore alterius, moriantur ambo: adulter & adultera. [In huiusmodi lapidare] Hoc autem non videtur di-

certe preinductæ leges, sed simpliciter quod ambo moriantur. Ad hoc respondent quidam, quod amara mors est lapidatio: & quia scelus magnum est, ideo dicunt quod per mortem lapidatio intelligitur. Deu. 22. Si puellam virginem desponsauerit vir, & inuenit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: duces utrumque ad portam ciuitatis & lapidibus obruetur puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliauerit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. Et ab illa lege formabant accusationem.

Tu ergo quid dicis? Ecce iudicij à Domino expectatio. Querant autem dolose, sicut infra patebit. Prou. 1. Abscondamus tendiculas contra insontem frustra. Sap. 2. Circumueniamus infum quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Et ideo sic formabant accusationem. Quod aut contra mansuetudinem & misericordiam damnandam diceret: & sic sibi contrarius esset, qui dixit Math. 12. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Osee 6. Misericordiam volo: & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta. Ierem. 2. Tu fornicata es cum amatoribus multis &c. Aut diceret liberandam: & sic diceret contra legis iustitiam & contra Moysen. Et sic sicut transgressor, & discessio nem à Moysè docens, contra iustitiam accusaretur.

Hoc autem dicebant tentantes eum] Hic ostenditur malitiosa eorum intentio [vt possent eum accusare] Et non causa intelligenda iustitiae sententia: quia de iustitia nihil curabant. Mar. 22. Quid me tentatis hypocrite? Ista. 19. En decies confundistis me, & non embebecistis: opprimentes me. De hoc enim nihil embebecant, quod mala intentione sine tentationis Domini opprimere nitentur: vt accusabilem possent facere in iudicio Pilati, quando caperetur ad mortem. Vnde Mar. 26. Summus vester Sacerdos, & omnes populi querebant testimonium contra Iesus: & non inueniunt, cum multi falsi testes accessissent.

Iesus v. autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.

Hic ponitur confutatio malitiae per sapientiam responsum: & habet autem quinque partibus, in quorum primo in humilitate discere se iudices, & locum sententiam differendo, & non pronos esse ad iudicandum: in secundo qualis debeat esse ciuilitas iudicij: in tertio ad humilitatem se conuocare, & deo qualiter iudices esse post sententia declarationem, se debent discere ante sententia promulgationem: in quarto iam huius declarationis confirmatio iudicis, recedunt ab accusatione: in quinto & ultimo ostenditur qualiter soli Iesus mulier ista est ad condemnationem vel liberationem. Dicit ergo.

Iesus autem inclinans se] Ista. 8. Cum de doceret scriberet veritate & mansuetudine] insidiantes iudicibus: & conuenit malitia: sic iuxta istam [in quibusdam] ostendit] seruauit veritatem vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam vt cognitor secretorum. Propter quod dicitur in Psalm. 44. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter de terra tua. Ista. 11. nullius in fidem insidiantis

fidiantis inimici. Et hoc est quod factum ostendit [Iesus autem] 1. *Tim.* 2. Qui vult omnem hominem saluum fieri, & ad agnitionem sui nominis venire. *Ezech.* 18. Quare moriemini domus Israel? quia nolo mortem peccatoris, &c. [Inclinans se] à rigiditate inflexibilis iustitiae. *Psal.* 143. Domine inclina cælos tuos, & descende. Et condescende: quia rigorem iustitiae rectitudinis cælestis oramus, sed ad liquidum tenere non possumus [deorsum] per nostræ infirmitatis experimentum. *Hebr.* 5. Didicit ex his quæ passus est obedientiam. Et *Hebr.* 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Inclinare autem se deorsum, est nos docere infirmitati terrenæ condescendere.

Digito scribebat in terra] hoc est, apertio iudicio infirmitates nostras characteribus manifestis declarabat: quia digitus iudicium signat: terra autem infirmitatem, & scriptura fragilis conditionis characterem. Et in hoc Accusantes docuit ut suæ conditionis memores, ab alterius iudicio & accusatione cessarent: & inter deliberandum ipse sententiam damnationis differret tardius, donec dilata iuste auferre posset, & sic peccatricem liberaret. *Ierem.* 22. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini, hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Ter dicit terra: pro terrena concupiscentia in muliere, & pro terrena presumptione in accusatione, & pro terrena infirmitate in iudice terreno: quæ terra audire debet sermonem Domini: quia in ipsa terra scribenda est viri temerarij sterilitas, & quod in æternum extrema infirmitate non prosperabitur: ut in ipsis terræ characteribus legat qualiter proximum iudicare debeat. Et hoc manifestius est in translatione 70. quæ sic habet. Terra, terra, terra, absorbe hos viros abdicatos. Ipsa enim infirmitas terrena absorbere debuit, non in natura, sed in presumptione viros abdicatos, qui faciunt se iudices scelerum, quorum similia committunt. Vnde *Hier.* dicit, quod hæc ad litteram Dominus Saluator in terra digito descripsit. *Matth.* autem dicit, quod quosdam descripsit apices, in quibus quilibet legere posset peccata sua.

Et si queritur, Qualiter tot apices tantæ diversitatis peccatorum tot hominum ita breuiter descripsit? Respondet, quod quosdam apices descripsit, qui in quodam numero finiti fuerunt, sed in conuersione ad quemlibet, aliam & aliam habebant virtutem representandi peccata singulorum: sicut vox Apostolorum *Act.* 2. vna quidem fuit in ore vocantis & loquenti Apostolis: & tamen in comparatione ad aures audientium accepit virtutem loquentis, quam ille intellexit qui audiuit. Et sicut manna in se vnus saporis fuit: & tamen comparatum ad desiderium comedentis, in cuius ore desideratum saporis accepit *Sap.* 16. Dicunt autem alij, quod scripsit: Terra terram accusat. Et sic de presumptione eos redarguit. *Matth.* capitulo septimo. Nolite iudicare, & non iudicabimini.

Cum autem perseverarent interrogantes: crexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in

illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hæc, vnus post vnum exhibant, incipientes à senioribus: & remansit Iesus solus, & mulier in medio stans.

Hic ostendit qualis debeat esse iudex criminis. Dicit autem duo: necessitatem compellentem quæ illud dixit, & ipsum dictum. Dicit ergo [Cum autem perseverarent] in temeritate ad conscientiam propriam, propter inclinationem & scripturam Deum non reuerentes [erexit se] rectitudinem, quæ in iudice esse debet, statura corporis demonstrans. *Psal.* 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Aequitatem vidit vultus eius [& dixit eis] verbo, quod factum demonstrauerat per corporis erectionem [Qui sine peccato est vestrum] hoc est, sine peccato simili. *Rom.* 2. Propter quod inexcusabilis es o homo, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas, *Matth.* 8. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini [primus in illam lapidem mittat] *Deut.* 17. Manus testium prima interficiet eum. *Sap.* 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

Sed secundum hoc videtur quod crimina puniri non possint: quia nullus iudex vel accusator vel testis inuenitur qui sit sine peccato. Ad hoc autem dicendum, quod quamuis non sit homo sine peccato, tamen multi sunt qui sunt sine criminali peccato. Crimen enim est quod accusatione est dignum in iudicio. 2. *Paral.* 6. Non est homo qui non peccet. *Psal.* 13. Non est iustus, non est intelligens, non est qui requirit Deum. Omnes inuitiles facti sunt. Accusatione autem digna sunt quæ sunt cum iniuria proximi, commoventia multitudinem: & sine talibus sunt iusti.

Sed adhuc obicitur, quod secundum hanc solutionem, non debet esse iudex qui est in crimine: quod non est verum, quia multi etiam Ecclesiastici iudices sunt criminosi: & tamen non eiciuntur à iudicio. Ad hoc dici potest, quod existens in crimine notorio & crimine simili, ei quod condemnat in altero, non potest esse iudex: quia scandalum est quod iudicet iudicandus. Er de illis dicitur *Matth.* 7. Elicite primum hypocrisiam irabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Quando enim occultum est crimen, tunc ad minus sine scandalo iudicatur: quamuis ut puto, non iudicatur sine peccato nisi non possit alius haberi iudex, & iudicare sit necesse propter accusantium instantiam: tunc cum timore iudex qui ex officio iudicare tenetur, potest exhibere iustitiam. Intelligitur autem ex sermone Domini, quod illi in simili peccato fuerunt: sicut illi qui *Deut.* 23. Susannam accusauerunt. Vnde dixit Daniel. Sic faciebatis filiabus Israel. Et illæ timentes loquebantur vobis, hoc est confesserunt in coitum vobiscum. *Isa.* 57. Accedite hæc filij auguraticis, semen adulteri, & fornicariæ. *Isa.* 1. Principes tui iniudeles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: causa viduæ non ingreditur ad eos.

Et iterum se inclinans scribebat in terra] Per inclinationem iterum docens quod iudex ad seipsum

sum inclinatus, per sui considerationem characteres Dei in terra scriptos, debet intractante sententiae prolationem, non quod odio personæ, sed odio vitij sententiam proferat in eos, quos ut malefactores condemnat. *Psal.* 16. De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. Si enim considero vultum terrene nature, & considero characteres fragili conditione depictos, quos Deus ideo in eo descripsit: ut in ipsis legatur nostra fragilitas, & sic æque alij ut nobis iudicium proferamus: tunc oculi nostri vident æquitates: quia æquitas ut dicit *Chryso.* est iustitia dulcedine misericordie temperata. *Psal.* 49. Arguat te, & statuam contra te faciem tuam. *Ierem.* 2. Arguet te malitia tua, & æquitas tua increpabit te. *Ezech.* 38. Memor esto iudicij mei. Sic enim erit meum, & tuum: meum hodie, & tuum cras.

Audientes autem, vnus post vnum exhibant] Recessus impiorum à iudicio per confutationem Domini. Quod autem dicitur [exhibant] hoc est, à consilio iudicij & à foro recedebant. Quod dicit [vnus post vnum] ideo dicitur, quod quilibet timuit quod alij per Dominum manifestaretur: & ideo non simul, sed quilibet sigillatim confusus abscessit. 2. *Reg.* 5. Diuisit Dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aquæ. *Deut.* 32. Quomodo persequeretur vnus mille, & duo fugarent decem milia? Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conculsit illos [incipientes à senioribus] qui ceteris magis fuerunt peruersi & criminosi. *Deut.* 23. Egredia est iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. 1. *Esai.* 9. Manus principum & magistratum prima fuit in transgressione hæc. Et attende misericordiam Domini quod se inclinauerit dum exirent: ne verecundia respectus eius percussi, locum exundi non haberent, & sic in malitia indurati, in condemnatione mulieris remanerent. *Psal.* 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obturare corda vestra. *Isa.* 57. Nec cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns.

Et remansit Iesus solus] ut iustus, quem nulla peccati macula remouit à iudicio. *Psal.* 7. Deus iustus iudex fortis & patiens [& mulier] ut rea, & notorio crimine conuicta. *Psal.* 9. Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Et debet sic ordinari littera [remansit solus Iesus & mulier] [in medio stans] referatur ad vtrumque. Iesus autem remansit in medio stans: quia ad neutram partem deflexus à rectitudine declinauit. *Deut.* 1. Ita paruum ut magnum audieris: quia Domini est iudicium. *Luc.* 24. Stetit Iesus in medio. Et mulier stetit in medio: ut omnes intenderent in eam sicut accusandam. *Daniel.* 13. Consurgentes duo presbyteri, in medio populi posuerunt manus suas super caput Susannæ, quæ illes suspecta ad Dominum. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.

Erigenis autem se Iesus dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare.

Erigenis autem se Iesus dixit ei] cui soli relicta fuit mulier ad condemnandum, vel ad solvendum. Absoluit mulierem, & ideo dicit hic duo: absolutionem à calumniae accusatione, & absolutionem à criminis condemnatione. Dicit ergo [Erigenis ergo se Iesus dixit ei] hoc est, erigenis misericordiam & iustitiam ad mulieris defensionem. *Psal.* 67. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Item *Psal.* 43. Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen sanctum tuum [Mulier vbi sunt qui te accusabant?] Ac si dicat. Vide quod conscientia similis criminis, eos effugauit. *Rom.* 8. Deus qui iustificat: & quis est qui condemnet? quis accusabit aduersus electos Dei? *Isa.* 50. Iuxta est qui iustificat me: quis est qui contradicit mihi? Et hoc est quod sequitur [Nemo te condemnauit?] *Rom.* 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Isa.* 5. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis ergo est qui condemnet me? [Quæ dixit, Nemo Domine] *Psal.* 3. Non timebo millia populi circumdantis me. Exurge Domine, saluum me fac Dominus meus. Item *Psal.* 55. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo [Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo] Ecce absolutio peccatricis ab eo qui potuit solus absolueret & condemnare. *Ierem.* 2. Supererexit autem misericordia iudicium.

Sed obicitur, Quia Dominus dedit legem de occidenda adultera. Videtur ergo contra fecisse quando absoluit eam. Et sic videtur habere criminibus, qui cum potest non parit crimina. 2. *Tim.* 2. Si negauerimus eum ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. Negaret autem se si iustitiam desereret. Videtur ergo quod iustitiam negarit, & seipsum esse iustum neget, quando absoluit criminofam. Ad hoc dicendum, quod aliud iudicium Dei, & aliud hominis. Deus enim iudicat de corde: homo autem non nisi de opere manifesto, & quando accusatur ab eo qui accusare potest & debet, hoc est cuius interest. Et ideo Deus in iudicio non videtur testis nisi conscientia rei qui iudicatur: homo autem exterioribus indiget testibus. Cum ergo omne iudicium condemnationis fiat ad cautelam futurorum maiorum: quem conscientia à futuris per propositionem de cetero non facienda, & dolentem commissi absoluit: ille in iudicio Dei absoluitur, & non condemnatur: & quem testes exteriores absolunt, in iudicio hominis absoluitur & non condemnatur. Et sic Christus hic, ut homo per euacuationem testium absoluit, ad litteram absoluit iuste à iudicio hominum. Ut Deus autem penitentem absoluit à iudicio diuino. Et in vtroque iustus & detestator fuit criminis. Sed crimen accusantium detestatus fuit ut homo, & crimen adulteræ detestatus fuit ut Deus, quando penitentiam dedit in illius criminis abolitionem.

Ad id ergo quod obicitur, Dicendum quod contra legem nihil fecit: quia & lex diuina & humana nihil intendit nisi criminis detestacionem: & hoc ostensum est quod illam & ut homo & ut Deus plene exhibuit in facto isto. Ad aliud dicendum, quod nec se iustum, nec iustitiam denegauit: quia plenam iustitiam exhibuit, sicut iam dictum est. Nec fautor est criminis, sed detestator & nature saluator: & ideo non peccare ideo

catro imperavit. Et hoc est quod dicit.

Nec ego te condemnabo] ab accusatoribus suis creptam, & per penitentiam interiori emendatam. *1. Cor. 3.* Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per eum. *Luc. 19.* Venit enim Filius hominis quætere & saluum facere quod perierat. Ut detestator autem criminum subdit [Vade & amplius noli peccare] *1. Cor. 5.* Iam amplius noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Ille enim, ut dicit *August.* perfectus est detestator, qui facit ut crimina non amplius committantur sed destruantur. *Luc. 7.* Dimittuntur tibi peccata multa. Et infra parum. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Iterum ergo locutus est eis IESVS, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Tangit hic partem quæ est de illuminatione, ad fidei intellectum veritatis pertinentem. Habet autem tres partes secundum tres lucis effectus. Videmus enim quod lux corporea primo post se manifestando pellit tenebras: secundo immittendo se inferioribus, compressa obligatione terreni frigoris, deobligat & liberat: tertio vitalem calorem excitat & viuificat: & hoc videmus isto ordine fieri quando sol ad nos accedit. Et secundum hunc ordinem diuiditur ista pars de luce spirituali: in partes tres, in quarum prima ostenditur qualiter hæc lux illuminat, & tenebras purgat: in secunda qualiter à seruitute deobligat & liberat *Ibi*: Dicebat ergo IESVS ad eos qui crediderunt ei Iudeos] in tertia ostendit qualiter viuificat *Ibi*: Amen amen dico vobis. Siquis sermonem meum seruaerit] Prima autem harum partium in duas diuiditur, in quarum prima lux omnibus erroribus absoluta manifestatur: in secunda vero ostenditur qualiter ab execratis lux hæc inquiritur & non inuenitur *Ibi*: Dixit ergo iterum IESVS: Ego vado & quæretis me]

Adhuc prior harum in duas diuiditur partes, in quarum prima lux ista, ut dictum est, manifestatur: in secunda autem qualiter visus cæcitiens in oculo ægri ista luce offenditur. Quia sicut dicit *August.* Oculis ægris odiosa est lux, quæ puris est amabilis. *Ibi*: Dixit ergo Pharisei: [Tu de teipso &c.] In primo horum quatuor dicuntur, quorum prima est iterata istius lucis manifestatio: secundum, generalis per lucem illuminatio: tertium, lucis istius vitæ progressio: quartum, digna sequentium hanc lucem præmiatio. Dicit ergo de primo.

Iterum] hoc est, iterato radio lucis [locutus est IESVS] qui fuit lumen informans iudicium, iterum informat ad veritatis intellectum. *Eccli. 24.* Doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam usque in longinquum. Non enim cessat influere lucis beneficium, & arguere tenebras: & ideo iterum & iterum instat ad illuminandum. *2. Tim. 4.* Instat opportune, importune &c.

Ego sum] Ecce generalis lucis illuminatio [Ego] qui sum candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & emanatio claritatis Dei sincera, imago bonitatis diuinæ lucis.

Sap. 7. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius [Ego] inquiram, de quo dicitur in *Psal. 109.* In splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te [sum lux] *Eccli. 24.* Ego feci in cælis ut oriretur lumen indeficiens, quod est lumen sapientiæ & veritatis. *Sap. 6.* Diligite lumen iustitiæ omnes qui præstitis populis. Item *7.* Hæc est enim speciosior sole & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior, luci enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Sic ergo in demonstratione sapientiæ altissimi Filius Dei lux est [mundi] Non particulariter vnius gentis, sed totius mundi. *Ioan. 1.* Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Eccli. 43.* Mundum illuminans in altissimis Dominus. *Isa. 49.* Dedi te in lucem Gentium ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Mundus enim dicitur hic mundi creatura, propter quam omnis alia creatura facta est, quæ est in mundo. Sic ergo lux est mundi in veritatis manifestatione primo facta Iudeis, & postea Gentibus. *Luc. 2.* Lumen ad reuelationem Gentium.

Qui sequitur me] Ecce quam vitæ istius lucis progressio de claritate in claritatem per omnia lucis sacramenta. Præcedit enim lux, & illuminat sequentes, & vmbra tenebrarum proicit retrorsum, ne impediatur sequentes. Et ideo dicitur [Qui sequitur me] imitando doctrinam per veritatis fidem & cognitionem, & sequendo exemplum per imitationem: sicut dicitur *Matth. 4.* Venite post me. *1. Cor. 11.* Qui ambulat in die, non offendit: quia lumen huius vitæ videt. *Iob 29.* Lucerna eius splendebat super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Quid autem? Præsumptuosi de sua iustitia sicut Pharisei præsumentes & superbi, luci isti subdi non volentes: nituntur præcedere hanc lucem, & ideo in suis ambulabant vmbra & tenebris, sicut & hi qui lucem præcedunt corporalem: de quibus dicitur *Iob 24.* Hi fuerunt rebelles lumini, & nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. Sed qui sequitur lucem, plene illuminatur: & si quæ tenebræ in ipso sunt, retrorsum abiiciuntur. *Rom. 13.* Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis &c.

Non ambulat in tenebris] quia lux circumfulget & præstringit eum: ut vndique fugatis tenebris circundetur lumine. *Mich. 7.* Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. *Luc. 1.* Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigen. &c. Qui ergo sequitur Christum, in tenebris non ambulat. *1. Ioan. 2.* Tenebræ transferunt, & verum lumen iam lucet [Sed habebit lumen vitæ] *Psal. 35.* Domine, apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Lumen enim viuificat omnia, & quæ accedunt ad lumen. *Malach. 4.* Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, & sanitas in penis eius. Sic ergo procedit lumen, ad nos appropinquando. *Prover. capitulo 4.* Semita iusti quasi lux splendens, procedit & crescit usque in perfectum diem.

Dixerunt ergo Pharisei: Tu de teipso testimonium perhibes: testimoniū tuum non est verum.

Hic

Hic ostenditur qualiter oculi ægri offenduntur. Et diuiditur in duas partes, in quarum prima ostenditur offensio ægrorum oculorum ad hanc lucem: in secunda ostenditur quod licet offensi erant, tamen nihil contra eum facere poterant nisi quando volēbat *Ibi*: Hæc verba locutus est IESVS] Adhuc prior harum in duas partes diuiditur, in quarum prima ostenditur Phariseorum ad lucem offensio: in secunda vero quia luminis testimonium mittit ad Patrem ideo fit inquisitio de Patre *Ibi*: Dicebant ergo Iudei Vbi est pater tuus? In prima parte duo dicuntur, in quorum primo dicitur ægroti visus ad lucem offensio, & ideo contra lucem obiectio: in secundo autem per obiectiois solutionem ostenditur quod hæc obiectio non procedit ex imperfectione luminis, sed ex ægritudine videntis *Ibi*: Respondit IESVS & dixit eis: Et si ego, &c.] Dicit ergo.

Dixerunt Pharisei] præ ceteris lumen veritatis non ferentes. *Matth. 23.* Væ vobis cæci duces cæcorum. *Isa. 6.* Excæca cor populi huius & aures eius aggraua, &c. [tu de teipso perhibes testimonium] hoc est, laudem tuam prædicas. *Prover. 27.* Laudet te alienus & non os tuum, &c. [testimonium tuum non est verum] Non enim habet veram rationem testimonij, sicut in ante habitis dictum est, nisi sit ab alio factum testimonium. Falsum tamen dicunt: quia non tantum Christus testimonium perhibet de se sed omnes Prophete testimonium perhibent. *Ioan. 7.* Ioannes testimonium perhibet de eo, & clamat de eo. Vnde falsum dicunt. Tamen hoc modo testimonij, quo Christus testimonium vocat, Christus de se poterat ferre testimonium: quia hoc est testimonium operum: hoc est enim testimonium, quod Deus homo, & Propheta debet ferre de se: & per aliud testimonium non potest probare, quod ipse sit verax. *Supra 5.* Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. Et ideo multi fuerunt isti & cæci, qui aliud quærebant testimonium: quia per aliud testimonium probati non poterat quod ipse esset Propheta in lege promissus, vel Christus. *Eccli. 36.* Da testimonium quia ab initio creaturæ tuæ sunt. Et parum ante. Innoua signa, & immuta mirabilia. Hoc enim est signum per quod probatur Propheta & Deus.

Respondit IESVS & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado.

Elidens errorem cæcorum in lucem offendentium. Duabus autem rationibus elidit hunc errorem: & ideo habet duas partes. Primo enim elidit propositionem eorum per instantiam, & secundo elidit per testimonij veri sufficientiam *Ibi*: [Vos autem secundum carnem] In primo dicuntur tria, in quorum primo instat propositioni generali quam proponunt: in secundo causam instantiæ ponit quam inducit: in tertio arguit eos de hac instantiæ ignorantia. Dicit ergo.

Si ego testimonium perhibeo de meipso] Ac si dicat. Aliud est de testimonio meo, & aliud de D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

testimonio causæ humanæ. In testimonio enim causæ humanæ quæritur veritas rei dubiæ, quam homo per seipsum testificari non potest. In testimonio autem meo: eo quod ego sum lux & Filius Dei, non potest quicquam probari per aliud. Quia quod sum lux, oportet probari per meipsum. Quia lux etiam corporalis per seipsum se probat esse lucem: quia est manifestatio sui ipsius & aliorum: & ita si ego facio opera lucis & actus, ego per meipsum probavi me esse lucem. Et sic probatur Propheta esse Propheta: quia facit in signis & prodigiis opera Prophetæ. Et Filius Dei quia facit opera Filij Dei: & hoc non probat per aliud, sed per seipsum probat, & de seipso. Verum est ergo quod si ego per opera, testimonium perhibeo de meipso, quod nemo alius facere potest [verum est testimonium meum] Et si alius perhibet de me testimonium, hoc testimonium est imperfectum. *Supra 3.* Quod vidit & audiuit hoc testatur. Causa autem huius quod hic dicitur est. Quod enim homo sit Propheta vel Deus, per virtutem Prophetalem vel diuinam probari habet. Virtus autem non potest probari nisi per actum & opera. *Hebr. 1.* Contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Vnde Pharisei ignorabant, quod non de omni re, eodem modo testimonium est perhibendum: quia aliud est testimonium in causa, & aliud est testimonium quando alicui probatur inesse virtus diuina.

Quia scio vnde venio & quo vado] Causa est veritatis testimonij quod perhibet de seipso [quia scio] in me, & scire facio omnem hominem per ipsum testimonium [vnde venio] non enim tale testimonium per vocem & opera confirmaretur per Patrem: nisi ego substantialiter à Patre per generationem & auctoritatem à Patre venirem. Nec iterum hoc à Patre acceptaretur factum nisi per ipsum sicut per opus quod ipse approbat, ad Patrem irem. Et ita quia scio [vnde venio, & quo vado] verum est pro certo testimonium meum. *Ioan. 16.* Exiit à Patre, & veni in mundum. Iterum reliquæ mundum & vado ad Patrem. Hæc enim duo in omni opere ostendit: & ideo testimonium quod de se perhibuit: non solum verum, sed necessarium, hoc est, immobilis fuit veritatis. *Tit. 1.* quam promissit qui non mentitur Deus. *Ioan. 3.* Sciens IESVS quia à Deo exiit, & ad Deum vadit.

Vos autem] quærentes testimonium de virtute diuina in me habitante, sicut quæritur testimonium in causa humana coram homine iudice [nescitis vnde venio, aut quo vado] *Psal. 51.* Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris ambulabant. Huius autem causa fuit: quia opera eius per fidem inspicere noluerant: & ideo dicit *Ambros.* quod periculosissime peccat qui ignorat. *1. Cor. 13.* Fugilate iusti, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent usque ad hæc. *Supra 3.* Vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat.

Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudicio quæquam: & si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui me misit, pater. Et in

lego

lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me qui misit me, Pater.

Secunda ratio est in qua elidit errorem istorum per testimonij veri sufficientiam. Dicit autem tria in hac ratione, in quorum primo reprehendit iudicantium se temeritatem & cecitatem. Secundo ostendit iudicij sui sufficientiam & firmitatem. Tertio confirmat hoc per legis auctoritatem. Dicit ergo [Vos autem secundum carnem iudicatis] Et ideo iudicium carnale quod sit per testes, observandum circa me esse censetis: & sicut de homine ponitur, quia nihil virtutis diuinae in se demonstravit, sentendum esse dicitis. *Iaco. 2.* Iudicatis apud vosmetipsos: & facti estis iudices cogitationum iniquarum. *Ioan. 7.* Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate [ego] qui possem [non iudico quemquam] iudicio condemnationis in primo illo aduentu: quamvis possem: quia de locum penitentiae. *Sap. 12.* Alia translatio. Dissimulans peccata hominum propter penitentiam. *Roma. 12.* Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam & ego retribuam. Et ideo quamvis possem condemnare vos non facio, sed parco. *Sap. 12.* O quam bonus & suavis est Domine Spiritus tuus in nobis! Idcirco eos qui delinquant patribus corrigis, & admones: ut relicta malitia credant in te Domine.

Et si iudico ego] Ostendit iudicij sui sufficientiam & firmitatem, hoc est, Si vellem iudicare in isto primo. Vel quia in secundo aduentu meo iudicabo [iudicium meum verum est] quia de illo iudicio verum est quod dicitur *Ioan. 5.* Pater non iudicat quemquam: quia omne iudicium dedit Filio. Quia licet Pater in illo iudicio iudicet auctoritate: tamen ministerio Filij hominis, exercebitur iudicium. *Psal. 113.* Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt. *Psal. 18.* Iustitiae Domini recte laetificantes corda: preceptum Domini lucidum illuminans oculos. Et reddit causam sufficientiae, & veritatis, & firmitatis.

Quia solus non sum] qui iudico: nec iudico per me sicut à Patre diuisus, sicut vos me à Patre diuisum dicitis. *Ioan. 16.* Non sum solus, sed Pater qui me misit mecum est. Et *Ibidem 8.* Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei facio semper. Et hoc est quod subdit [sed ego & qui me misit Pater] *Gal. 4.* Misit Deus Filium suum natum de muliere factum sub lege. *Ioan. 3.* Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.

Videtur autem quod nihil dicat: quia in iudicio humano in quo testes requiruntur, patris de filio suspectum est testimonium: ergo nihil videtur esse quod dicit. Adhuc, *Ioan. 10.* dicit: Ego & Pater vnum sumus: sed vnum vnius testimonium in substantia non est sufficiens: ergo per Patrem testimonij sui non probat sufficientiam. Adhuc autem, Si Patris valet testimonium: tunc ipse non est nisi vnus testis. Dicitur autem *Dem. 19.* quod vnus testis non stabit contra aliquem.

Et sic adhuc non esset sufficiens testimonium. Adhuc, Cum Filius in iudicio iudex erit in forma humana. Idem autem in natura & persona, non potest esse iudex & testis. Et sic iterum non videtur Filius posse esse testis.

Ad hæc dicendum, quod in veritate Filius prouocat Iudæos hic ad intellectum iudicij diuini, quod non est ad formam iudicij humani. In iudicio autem diuino sufficientia est quando Patris accedit auctoritas, & Filij iustitia & veritas. Et ideo dicit quod non est solus: quia Pater secum est iudicans auctoritate. Et hoc modo iudicium Patris cum Filio nullam generat suspicionem: sed confert auctoritatem & firmitatem. Sic ergo pater solutio ad primum. Ad aliud autem dicendum, quod ideo, quia Pater vnum est cum Filio, probatur certius esse iudicium: quia iudicium Patris non vacillat aliqua dubitatione. Et cum Filius vitur Patri: tunc iudicium Filij firmatur firmitate iudicij Patris. Ad tertium dicendum, quod non dicitur hic Pater esse cum Filio propter testimonium humanum, sed propter testimonium diuinum: sicut iam supra dictum est, quod est in demonstratione claræ veritatis per effectum: quia etiam multa testimonia humana non faciunt nisi veritatis opinionem, Deus autem per opinionem non iudicat, sed per certitudinis demonstrationem.

Et in lege vestra scriptum est] *Dem. 17.* & 19. [quia duorum hominum testimonium est verum] Argumentum est, non à lege, sed à minori. Sic, minus videtur quod testimonium duorum hominum firmet iudicium, quam testimonium duarum personarum diuinarum: firmat autem iudicium hominum secundum legem, testimonium duorum hominum: ergo multo magis iudicium diuinum firmat testimonium certum duarum personarum. *Dem. 19.* In ore duorum vel trium testimonium stabit omne verbum. *1. Ioan. 1.* Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.

Ego sum] Ecce adaptat dicens [ego sum qui testimonium] infallibile [perhibeo] per opera quæ nemo alius facere potuit [de me ipso] quod sum lux, & vita, & creator mundi. *Io. 1.* Quod factum est in ipso vita erat, &c. [& testimonium perhibet de me] quod sum Filius Dei [qui misit me Pater] attestante vocis & operum. *Luc. 3.* & 9. Vox Patris intonuit: Hic est Filius meus dilectus. Hoc enim clamabat Pater & voce, & opere, & æternæ gloriæ demonstratione, scilicet, in monte transfigurationis *Mat. 17.* & *Luc. 9. 11.* Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est: quia testificatus est de Filio suo.

Dicebant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis forsitan & Patrem meum sciretis.

Ecce pars illa in qua occasione testimonij, quod induxit de Patre, quærunt, vbi sit Pater? Habet autem duas partes, in quarum prima ponitur ignorantium quæstio: in secunda cecitatis infidelium redargutio [Dicunt ergo ei: Vbi est Pater tuus?] *Ioan. 14.* Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Carnales enim nihil intelligunt de Patre cælesti.

Attende

Attendendum autem est, quod non quærunt, Quis sit pater: quia hoc scire putabant, scilicet, quod Ioseph pater esset, & mater Maria, & fratres eius se cognoscere putabant. Sed quærunt, Vbi est Pater tuus? temeritatem huius missionis qua Filium suum mittere auderet ad docendum, in eum vindicare: quia Patrem cælestem intelligere non poterunt. Vnde *Ioan. 8.* Non intellexerunt quia Patrem dicebat esse Deum. *Ioan. 1.* Deum nemo vidit vnquam.

Respondit Iesus] Ecce cecitatis & infidelitatis redargutio. Et dicit duo, scilicet, quod nesciebant, & quod viam cognoscendi Patrem scire non volebant. Dicit ergo [Neque me scitis] quem scire Deum esse per opera possetis si velleris. Sed quia opera scire nolebant: & ideo quamuis figuram exteriorem nossent corporis, tamen virtutem deitatis æstimare non poterunt: & ideo Patrem scire non poterunt. Quia in omnibus spiritalibus in quibus substantia sensibus non subiacet, necesse est per opera venire ad virtutem, & per virtutem venire ad essentiam: & ideo si vidissent opera Filij, virtutem deitatis agnouissent. Et cum virtus sit vna, substantia est vna: & cognoscendo substantiam in Filio, cognouissent substantiam in Patre. Item, Cognoscendo opera Filij, & per opera substantiam: facile scire poterant, quod hanc substantiam non à se, sed à Patre habuit: & ideo cognouissent Patrem. Sed infidelitas & inuidia clausit eis oculos, quod hac via incedere non poterunt. Et hoc est quod dicit [neque me scitis] hoc est, per virtutes & opera scire non vultis. *Ioan. 14.* Philippe qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est: Et *Ibidem.* Alioquin propter opera credites, neque Patrem meum] quia ego in operibus clarificando me, clarificauit Patrem. *Ioan. 17.* Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem. Et sic dicitur propter unitatem substantiæ & virtutis, & operationis. *Mat. 11.* Nemo nouit Filium nisi Pater. Et nemo nouit Patrem nisi Filius, &c. *Ioan. 5.* Nec vocem Patris vnquam audistis, neque speciem eius vidistis, neque verbum eius habetis in vobis manens, quia.

Si me sciretis] sicut scire possetis, noscendo virtutem per opera. *Rō. 5.* Per ipsum habemus accessum ad Patrem. *Ioan. 14.* Nemo venit ad Patrem nisi per me [Forsitan] Non est nota dubitationis in Deo: sed mobilitatis eorum in libero arbitrio: quia certa via ad Patrem est Filius. Vnde *Aug.* dicit, quod dicendo [forsitan] non dubitat, sed dubitantes irridet & increpat: quia certissima via est per effectum cognoscere causam, & per causam vltiorem causam. Vt per opera cognoscere virtutem infinitam, & per virtutem infinitam essentiam diuinam. Facile enim scitur, quod diuina substantia incommutabilis est, & quod non multiplicatur: & ita eadem substantia est quæ hæc operatur, & vna virtus: & quod inter mittentem & missum est distinctio personalis. Et ideo alia est persona Patris, & alia Filij: quamuis sit vna substantia. Et sic culpantur qui hoc non cognouerunt. Sed [forsitan] dicit: quia hæc assertio potest esse tota voluntatis peruersæque rationis. Et hoc est quod dicit [forsitan & Patrem meum sciretis] *Ioan. 14.* Si cognouissetis me, &

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

Patrem meum vtique cognouissetis.

Sed videtur esse contradictio. *Ioan. 5.* Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Ergo Patrem, neque per Filium, neque per alium cognouerunt. Ad hoc dicendum, quod in veritate ductu rationis per opera Filij, & per Scripturas poterant cognoscere Filium quia Filius Dei est, & sic nouissent & Patrem. Sed per auersionem inuidiæ & peruersæ voluntatis, ad hanc collationem non peruenierunt. Et ideo dicitur quod Patrem non cognouerunt.

Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Incipit hic pars, in qua ostenditur deitas Christi in eo quod licet prouocaret eos verbis: tamen in eum nihil facere poterunt antequam voluit. Quia diuinum aliquid lucebat in fronte illius, unde exterriti fuerunt. *supra 2.* diximus. Dicit ergo [Hæc verba] prouocantia Iudæos contra se [locutus est Iesus] & determinat locum [in gazophylacio docens in templo] De quo *supra 2.* notatum est, quod huic doctrinæ sufficit quia triplex erat oblationum refectatorium, Musach, & Corbona, & Gazophylacium. Erat autem Gazophylacium locus Iudæorum in atrio, qui totus erat in potestate Iudæorum & Phariseorum: & tamen ibi Domino nocere non poterunt. Vnde *Mat. 26.* Quotidie apud vos docens eram in templo: & non me tenuistis. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Et hoc est quod sequitur [Et nemo apprehendit eum] cum tamen ad hoc conarentur. Vnde *7 supra* dicitur, quod miserunt ministros vt tenerent eum [quia nondum venerat hora eius] non fatalis, sed electionis. *Ioan. 13.* Sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.

Hic ostenditur qualiter ab excecatis hæc lux quæritur & non inuenitur. Diuiditur autem hæc pars in duas particulas, in quarum prima ostenditur, quod quamuis lux ab excecatis quæritur tamen non inuenitur. In Secunda autem ostenditur quod etiam quando extinguita putatur ab eis, maxime oritur & cognoscitur Ibi [Dicit ergo Iesus: Cum exaltaueritis] Adhuc prior eam in tres diuiditur. In prima ostenditur quod lux ab excecatis quæritur non inuenitur. In secunda causa cecitatis aperitur Ibi [Dixerunt ergo Iudæi: Nunquid interficiet se] in tertia quod lux palam ostensa à cæcis non videtur, designatur Ibi [Dixerunt ergo Iudæi: Nunquid est] in prima harum quatuor dicuntur, in quorum primo lux ista significat sui processus transitum ad omnem illuminationem: in secundo lucis istius ab excecatis signat inquisitionem: in tertio inactionis impossibilitatem: & in quarto istius impossibilitatis signat ex parte cæcorum causalitatem. Dicit ergo.

Dixit ergo iterum] literatas ingerens illuminationes [Iesus] auctor salutis. *Luc. 2.* Lumen ad reuelationem Gentium. Lumen enim semper spargit illuminationem. *1. Jo. 13.* Orietur in tenebris lumen tuum: & tenebræ erunt

O 2 sicut

sicut merities. Quia semper varias intulit illuminationes tenebrosas ut noticiam lucis traderet. [Ego vado] tripliciter: quia [Vado] hoc est, sicut lux ad illuminationem omnium procedo, & [Vado] quia ad fontem lucis redeo & [Vado] quia sicut superiores, ita inferiores partes illuminatio. De primo dicitur *Prout. 4.* Semita iusti quasi lux splendens procedit, & crescit usque in perfectum diem. Perfecta autem dies est, quando sol totum mundum illuminat. Ita sol iustitiae ortus in Iudæis in luce processit ad Gentes: ut nullus esset qui lumen eius non perciperet. *Ioan. 1.* Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Eph. 3.* Illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti à seculis absconditi in Deo. Et ideo dicitur ad Filium Patrem celestis *Ista. 49.* Parum est mihi ut suscite mihi tribus Iacob & facies Israel conuertendas. Ecce dedite in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Sic ergo [Vado] procedendo ad omnem mundi partem quasi procedens lux [Vado] etiam: quia per Crucem, & Resurrectionem, & Ascensionem ad Patrem sicut ad meam lucis fontem redeo. Vnde de sole dicitur in *Psal. 18.* A summo caelo egressio eius &c. Item *Psal. 67.* Iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Quia cum occumberet, merito occasus cum suis ad Patrem ascendit: quod non faceret nisi Dominus mortis & vitæ esset. *Eccle. 1.* Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur [Vado] iterum: quia inferiores per me ipsum sicut superiores illuminatio. *Ioan. 1.* Penetrabo partes inferiores terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. *Luc. 1.* Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Sic ergo ego vado continuis profectibus illuminationum. *Ioan. 7.* Adhuc modicum vobiscum sum. Et vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Ita enim manifesta luce procedo, quod non est opus ut quis interroget cunctis scientibus: quia ad Patrem sicut ad fontem lucis clare procedo. *Ista. 18.* Ego quiescam & considerabo in loco meo: sicut meridiana lux plena est. Sic enim quiescit in summo caeli in dextera Patris, & considerat cecitatem infidelium, & fideliū per fidem illuminationem.

Et queretis me] Hic lucis ab excæcatis ostendit inquisitionem. Et hæc facta est tripliciter. Quia verum solem nolentes recipere, aliam quandam querunt & expectant. *Ioan. 5.* Ego veni in nomine Patris mei &c. 2. *Theo. 2.* Quia charitatem veritatis non receperunt ut salui fierent: ideo mittit illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, qui non crediderunt veritati. *Rom. 11.* Quod quærebat Israel non est consecutus: electio vero consecuta est: ceteri autem excæcati sunt. Adhuc autem [queretis me] persequendo in Apostolis ut extinguatis nomen meum. 3. *Reg. 19.* Ego relictus sum solus: & querunt animam meam. Adhuc [queretis me] per legis observationem, que tunc iam mortua erit & mortifera. *Ista. 58.* Me de die in diem quarunt, & scire vias meas volunt, quasi gens que iustitiam fecerit, & mandata Dei sui non derelinquerit. *Amos 8.* Circuibunt querentes verbum Domini, & non inuenient. Et hoc est quod dicit. Et non inuenietis, sed secundum primam expositionem, inuenietis

pro me Antichristum, erroris & mendacii operatorem. Secundum aliam, non inuenietis me, ad extinguendum. Secundum terram, non inuenietis, sed meritum æternæ condemnationis recipietis. De primo *Ioan. 7.* Queretis me, & non inuenietis. De secundo *Cam. 3.* Per noctes quasi quem diligit anima mea: quasiui, & non inueni, hoc est, per noctem tempestatis & persecutionum ex cecitate procedentium. De tertio dicitur *Sap. 17.* Vna catena tenebrarum omnes tenebantur. *Iob 3.* Viro cuius abscondita est via: & circumdedit eum Dominus tenebris [& in peccato vestro moriemini] & ideo me non inuenietis: quia in vestro peccato infidelitatis vestra moriemini. *Ista. 6.* Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudite: ne forte videant oculis, & auribus suis audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

Sed videtur quod Deus reuelauerit eis suam damnationem. Et hoc videtur inconueniens: quia secundum hoc coegit eos desperare. Hoc autem inconueniens est: cum scientia & reuelatio sit pietatis fructus. Desperatio autem cum pietate nihil commune habet. Sed ad hoc tripliciter est respondendum, quod non coegit eos desperare: quia illud præmonitio est sicut in omni prophetia cõminationis, in qua semper subintelligitur quod mirari potest sicut mutantur merita: quia non intelligitur nisi secundum causam meritoriam, que si mutatur, mutatur & poena que prædicatur. sicut *Ione 3.* Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. *Ierem. 18.* vbi dicit, quod si loqueretur de subuersione alicuius regni vel ciuitatis: & illa gens penitentiam egerit, penitebit etiam Deus de verbo quod locutus fuit. Et ideo illud quod hic dicit: intelligitur de obstinatione Iudæorum præfenti. Et nisi penitentiam agant de illa: ipsi in peccato suo morientur. Aliter potest dici, quod in communi dixit: & ideo non ad singulos reuertit nisi cum hac conditione, scilicet, nisi recedant ab incredulitate. Tertio soluitur, quod est præmissio futuræ cecitatis, & non causa. Et ideo cum causalitas excæcationis fuerit ex parte eorum, & non in Deo: ex parte ipsorum fuit excæcatio. Et cum voluntas excæcationis fuerit ex parte ipsorum: non fuit aliqua in peccato remanendi necessitas, sed voluntas. Et ita non fuit aliqua causa desperatiouis. *Num. 27.* Pater noster in peccato suo mortuus est in deserto. Hoc enim non fuit causa desperationis: quia mutare potuit si voluit.

Quò ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi.

Hic tangit inuentionis impossibilitatem. Dicit ergo [Quò ego vado] siue illuminando per prædicationem, siue redeundo ad Patrem, siue per eorum qui sunt in inferno illuminationem [vos non potestis venire] Idem *Ioan. 11.* dicit Petro. Tu non potes me sequi modo. Sed ibi addit modo, quia postea fide cõfirmatus sequi poterat. Isti autem cõfirmati & radicati in infidelitate, sequi non poterant. *Hebr. 3.* Quibus autem iurauit ut non intrarent in requiem suam? Nonne his qui increduli fuerunt? Et videmus quod non potuerunt introire propter incredulitatem: & ita nullam viarum suarum sequi poterant. *Psal. 76.* Vestigia tua non cognoscuntur. Nec enim venientis ad

fide

fidem gentium; nec ad thronum dextere Patris, nec etiam ad liberationem defunctorum: sed potius excæcati, deficient ab his omnibus. Et huius causa est: quia in peccatis vestris vultis permanere. Et quia ad sequendum me non estis parati [Dicebant ergo Iudæi] sicut infideles, & sicut excæcati, & sicut animales diuina non sapientes, & sicut indeuotus & impatientes ad audiendum sermonem Dei. De infidelitate eorum dicitur *Ioan. 5.* Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam que à solo Deo est non vultis? De cecitate *Matth. 15.* Cæci sunt, & duces cæcorum. De animalitate *1. Corin. 2.* Animalis homo non percipit ea que sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi: quia spiritaliter examinatur. De impatientia *Act. 7.* His auditis continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vniuersim in eum. Et hoc ostendit dictum eorum.

Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos deorsum estis: ego de supernis (alias superius) sum. Vos de mundo hoc estis: Ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia in peccatis vestris moriemini. Si enim non credideritis mihi quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

In hac enim parte secunda causa cecitatis eorum aperitur: & habet duos paragraphos, in quorum primo ostendit ipse cecitatis eorum signum in cæca interrogatione quam faciunt ad se inuicem. In secundo cecitatis ostendit vera causa. Dicit ergo [Nunquid interficiet seipsum] Et subditur, vnde huius dicti habuerunt occasionem [quia dicit: Quò ego vado vos non potestis venire] Hic exclamant simul *Chrysost. & August. de fatuitate.* Interficere enim seipsum non est ire: sed potius per mortem remanere. Adhuc autem, si interficere se, esset ire: & ipsi hac via possent ire: quia iri multo magis possent seipsum interficere. Adhuc autem, Non interficit seipsum (sicut dicit *Philosophus*) nisi qui & apud se & apud alios turpis est & amarus & complexionis & moribus. Quia illi nec apud se pacem nec apud homines inueniunt. Mors eis est eligibilior quam vita. Christus autem in complexionem, & ad deitatem vnione, & omnis gratiæ & virtutis plenitudine, & sibi & omnibus aliis Sanctis delectabilissimus fuit. Et ideo vita sua & sibi & aliis inuicibilissima fuit. Et ideo nunquam ad hoc inclinari posset ut interficeret seipsum. Ipsi autem omni bono priuati, potius ad hoc inclinarentur. Et ideo omnis cecitatis signum fuit hæc questio eorum. Hoc enim Deus maxime inuicibiliter. *Psal. 104.* Nolite tangere Christos meos &c. *Zach. 2.* Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Sed Achitophel & Iudas proditores interfecerunt seipsum: quorum isti in prodicione contra Christum iam tunc concepta, socii fuerunt. *Act. 7.* Patres vestri occiderunt Prophetas qui prænunderunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores fuistis & homicidæ. Et ideo multum fuit vicinum eis ut interficerent seipsum. Sed farum hanc questionem fecerunt, ideo quia nihil iam aliquid meditantur nisi Christi interfecionem.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Et ideo modica verborum occasio induxit eos ut de illa quocumque modo loquerentur adiuucenti. *Luc. 6.* Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui proferet bona mala [quia dicit: Quò ego vado] Mors enim Christi profectus est & non defectus. Et hoc est Quò ego vado vos] qui non nisi per me accessum ad lumen & ad Patrem habere potestis. *Eph. 2.* Per ipsum enim accessum habemus ad Patrem. Et quia accessum non habetis per me: ideo [non potestis venire] *Ioan. 14.* Nemo venit ad Patrem nisi per me. *Ioan. 3.* Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit &c. Et quia vos non adheretis Filio hominis: ideo vbi ego sum venire non potestis.

Et dicebat eis] causas verissimas demonstratiuas suæ cecitatis. Et tangit duo, scilicet, causam, & effectum. Causam autem duplicem: naturam corruptam, & corruptum affectum. Naturam tangit in hoc quod dicit [Vos deorsum estis] Natura enim humana in gratia innocentie & in manu formatoris Dei fuit in summo. Et ab hac altitudine cecidit, quando peccato acquiescit: & in corruptione tunc depressa fuit: & pondere corruptionis continuo in peius trahitur. *2. Tim. 3.* Mali homines seductores proficiunt in peius, errando, & in errorem mittentes. Tales fuerunt isti qui continuo peius & peius in ista corruptione defecerunt. *1. Cor. 15.* Qualis terrenus, tales & terreni, hoc est, qualiter corruptus fuit terrenus pater, tales sunt terreni filij, quos ad imaginem & similitudinem suæ corruptionis profudit. *Sap. 12.* Erat semen maledictum ab initio. Et immutari non poterat naturalis malitia cõsum: quia continuo illi malitiæ dederunt incrementa. *Ioan. 3.* Qui de terra est, de terra loquitur [Ego] per oppositum [de superius sum] quia quoad naturam diuinam, sum de equalitate Patris: & quoad naturam humanam, de altitudine immunitatis peccati & innocentie, & plenitudinis gratiæ, quam ab instanti conceptionis accepi, & nunquam deservi, sed semper ea plenus fui. *Ioan. 3.* Qui de caelo venit super omnes est. *1. Corin. 15.* Qualis Pater celestis, tales & caelestes. *Sap. 18.* Omnipotens sermo tuus, Domine, de caelis à regalibus sedibus venit.

Vos] per affectum & voluntatem [de hoc mundo estis] Non de mundo simpliciter, sed [de hoc] signanter [mundo] in malitia fundato. *1. Ioan. 17.* Totus mundus in maligno positus est. *1. Ioan. 2.* Quicquid est in mundo: aut est concupiscentia cordis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. *Rom. 8.* Qui secundum carnem sunt, que carnis sunt sapiunt. *Phil. 3.* Gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt [Ego] per oppositum vobis affectum [non sum de hoc mundo] sed potius de caelo, & caelestis Patris affectu & voluntate. *Ioan. 17.* De mundo non sum, sicut & ego non sum de mundo. *Ioan. 17. capitulo decimo octavo.* Regnum meum non est de hoc mundo. Et quia tales estis, obscuitati reuerentie commixti, & nihil in vobis est de lumine caelesti: ideo cæci estis. Terra enim non confert visum, sed lumen caeleste.

Dixi ergo vobis] hoc est, hæc de causa [quia moriemini in peccatis vestris] obstinatis: quia lumen visus veritatis, per quem visum de peccatis

3

peccatis exeat, recipere non vultis. *Ioannis 3.* Qui incredulus est filio, non habet vitam: sed ira Dei manet super eum. Vnde patet quod dictum Domini non imponit necessitatem: sed potius declarat hoc quod sequitur eorum in malo obstinatum voluntatem. Hi enim qui per pondus malitiae semper descendunt, & augent malitiam: de se spem nullam dant exundi de peccato, sed sunt diffidentiae filij, de quibus dicitur *Eph. 2.* Secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae. Item *5.* Ira Dei venit in filios diffidentiae. Et hoc signatur *Exod. 17.* Descenderunt in profundum quasi lapis. *Ezech. 32.* Descenderunt in infernum cum armis suis: & iniquitates eorum in ossibus eorum. *Ierem. 17.* Peccatum Iuda scriptum est filo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum: ut indelebile sit factum. Et quia sermo Christi non facit desperationem istam, sed potius obstinatum cor eorum: ideo addit.

Si enim non crederitis quia ego sum] Et ecce via salutis per quam solam exire possunt de peccatis. Quamvis autem fides donum Dei sit: hoc tamen nulli negatur credere volenti: & sic in voluntate nostra est obicem ponere fidei, vel consentire ad credendum: & per consequens in voluntate nostra est in peccatis mori, vel de peccatis exire. Et hoc est quod dicitur [si enim non crederitis] *Alf. 15.* Fide purificans corda eorum. *Rom. 3.* Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Item *Rom. 10.* Si confitearis ore Dominum IESVM CHRISTVM, & in corde crederis quod Deus suscitavit illum à mortuis: saluus eris [quia ego sum] hoc est, quia vere sum: quia id ipsum semper sum. *Psal. 104.* Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficiunt. *Exod. 3.* Ego sum qui sum. Quod verum est nomen Dei, à quo fluit omne esse [moriemini in peccato vestro] Et sic à vero esse deficiatis: nec relargere, nec redire ad verum esse potestis. *Ioan. 1.* Sine ipso factum est nihil. *August.* Peccatum nihil est: & nihil sunt homines dum peccant. *Ezech. 28.* Nihil factus es, & nihil eris in perpetuum. Et qui sic ad nihil appropinquat, continuo moritur: nec vquam redibit ad esse, ad quod vobis reditus non patebit nisi per fidem, quam vos caeci non habetis, nec habere vultis, nec habere queritis: quia cecitatem vestram non cognoscitis, & in ea vos pacem habere putatis. *Sap. 14.* In magno inscitiae bello viventes, & tot & tam magna mala pacem esse arbitrati sunt.

Dicebant ergo ei: Tu quis es?

Hic tangitur qualiter lux caecis ostenditur: nec tamen videtur. Dicit ergo [Dicebant ergo ei] Hic duo dicuntur, in quorum primo questio est de lumine: in secundo autem ostenditur lumen, nec tamen videtur. Dicit ergo [Dicebant ergo ei] adhuc infideles Iudaei. *1/a. 21.* Qui incredulus est, infideliter agit [Tu quis es?] in persona, vel nomine. Hanc questionem faciebant occasione eius quod dixerat. Si non crederitis quia ego sum. Vnde querunt [Tu quis es?] in persona, vel nomine. Vnde *Glo.* Quia dixisti quia ego sum. Et non addidisti quis. Nunc ergo dicit. Quis es? ut credamus. *1/a. 45.* Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. Est au-

tem istorum caecitas: quia voluerunt quod nomine definito de se responderet, qui indiffinibilis est & infinitus. *Gen. 32.* Cur queris nomen meum quod est mirabile?

Dixit eis IESVS: Principium qui & loquor vobis.

Hic in responsione tanguntur duo, in quorum primo lux ostenditur; in secundo caecitas eorum qui lucem non vident arguitur. In primo horum tria dicuntur, in quorum primo lux vera monstratur, in secundo iudicium de his qui lucem hanc calumniantur ostenditur, in tertio veritas de lucis demonstratione aperitur. Dicit ergo [Principium qui & loquor vobis] A duobus se lux ista quae sit ostendit: ab origine, & à propria operatione. Ab origine cum dicit: Principium. *August.* Pater dicitur principium non de principio, à quo alius, id est, à Patre, per quem omnia. Omnia enim per Filium Pater operatus est. Ipse enim est manus, & dextera, & fortitudo, & sapientia, & verbum est Patris. Principium autem se dicit Filius: quia licet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sint unum principium omnis creaturae, & Pater sit principium totius diuinitatis: tamen si principium in ratione causae efficientis & formalis sumatur, tunc secundum modum intelligendi Filio appropriatur ratio principij: quia ipse in quantum virtus Patris, est formalis causa principij. Et sic quidem bonitas (quae attribuitur Spiritui sancto) ad causandum inclinatur. Sic etiam Pater cui attribuitur potentia, causatur. Sed rationem causalitatis adhibet ars & sapientia, quae Filio attribuitur. Et sic secundum rationem, Filius proxima causa est effectui. Et hoc modo diuina nomina ordinat Dionysius. Proxima autem causa maxime nota est quoad nos. Et ideo ostendit quis sit, per hoc quod maxime notum erat eis. *Psal. 109.* Tecum principium in die virtutis tuae &c. *Apoc. 1.* Ego sum alpha & ò, principium & finis.

Qui & loquor vobis] Et ecce lucis proprius actus. Sicut enim omnium principium est per hoc, quod omnia per ipsum facta sunt: ita etiam proprius eius actus est diffundere lumen & spargere. Et hoc proprie facit verbum per loquendum. Sic enim verbum lumen suum ad cor propelet. *Ioan. 15.* Si non venissem & locutus es non fuisset, peccatum non haberet. Loquendo enim lumen spargit, & omnes illuminat. *Hebr. 1.* Multifariam multisque modis &c. Vnde *ibidem* dicitur. Qui cum sit splendor gloriae. Quia in loquendo se ostendit splendorem esse. Et ideo sic se manifestavit per originem & actum.

Si autem queritur, Per quid trahitur hoc quod dico principium, ad standum pro Filio: cum principium, conveniat tribus personis? Iam patet ex dictis: quia Verbum dicit rationem principij proximam creaturae, & per hanc appropriationem stat pro Filio. Tamen quamvis sic legamus secundum *August.* & *Bedam*: non habet hanc litteram *Chryso.* Sed dicit in grecis codicibus, in veris exemplaribus esse hanc litteram [Et à principio dixi vobis] Et sic exponit. Vos queritis, quis sum? & hoc non oportet: quia à principio praedicationis meae [dixi vobis] & quis sum: quia Filius Dei sum

sum. Et vnde sequitur à Deo Patre missus sum. Et hoc dixi verbo, & probavi per effectum in opere: quia sum Filius Dei secundum diuinam generationem, & Filius hominis secundum humanam. *Ioan. 10.* Ut credatis quia Iesus est Filius Dei viui: & ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius. Tamen *Augustinus* dicit, quod in greco patet quod principium est accusatiui casus, & feminini generis. Ac si dicat. Veritatem credite me esse: quia illa est omnium principium. *Ioan. 13.* Ego sum via veritas & vita.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit verax est: Et ego quae audiui ab eo, haec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum.

Hic ostendit iudicium futurum de his qui lucem hanc calumniantur. Duo autem dicit, scilicet, quod suum est de talibus iudicare; & quod differit iudicium usque ad tempus praefinitum à Patre. Dicit ergo [Multa] male contra me per calumniam facta [habeo de vobis loqui & iudicare] Et si obijcitur quod *supra 3.* dicitur, quod non misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum. Dicit *Aug.* quod aliud est nunc iudicare, hoc est, nunc verba condemnationis proferre, aliud multa iudicare habere in futuro: quando cum tempus acciperit, iustitias iudicabit. *Matth. 7.* In quo enim iudicaveritis, iudicabimini. Sic ergo [multa habeo de vobis loqui] docendo si crederitis. *Ez. 3.* Fili hominis omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: & vade & ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loqueris ad eos & dices eis. Haec dicit Dominus Deus: si forte audiant & quiescant [& iudicare] in futuro: quamvis condemnationis verba modo non proferam. *Isa. 3.* Dominus ad iudicium venit cum senioribus populi sui & principibus suis. *Mich. 6.* Surge, & contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. *Isa. 4.* Iudicate inter me & vineam meam] sed qui misit me? Pater [verax est] in iudicio, & personam non accipiet nec numerum: & ideo ad iudicium illius refert me. Verax enim est Pater ex se: ex quo sum ego veritas quam gerit ex se. Et ideo ut veritas, filius veritatis, vera dico & iudico: & ideo quae habeo iudicare, non manebunt indiffusa. *Rom. 3.* Est autem Deus verax; omnis autem homo mendax. *1/a. 10.* Non est personarum acceptor Deus, nec etiam numerum acceptor. *Pror. 6.* Non accipiet pro redemptione dona plurima [ego quae audiui ab eo, haec loquor] & ideo veritatis habet auctoritatem. Audire autem Filium à Patre, est veritatem in signo veritatis percipere. Signum autem veritatis est verbum. Verbum autem est, & percipit se esse Filius, in quantum est sapientia genita, proficiens à sapientia ingenita. Et ideo diximus supra, quod Filius videtur à Patre per indifferenciam essentiae: sed audit per distinctionem personae in quantum est Filius Verbum. *Ioan. 5.* Sicut audio iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Dicit ergo. Haec loquor [in mundo] *Hebr. 1.* Non illius die-

bus istis locutus est nobis in Filio [& non cognouerunt] Et ecce caecitas quae sibi lucem clare ostendam non videt [Non] enim istis omnibus declarationibus adhibitis [cognouerunt] per discretionem certam & fidem [quia Patrem eius] naturalem & consubstantialem [dicebat esse Deum] *Ro. 1.* Obsecratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. *Abdiaz 1.* Perdam sapientes de Idumaea, & prudentiam de monte Esau.

Dixit ergo eis IESVS: Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater haec loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quae placita sunt ei, facio semper.

Hic incipit ostendere quod etiam cum haec lux maxime exincta ab eis esse putarentur maxime oritur, & ostenditur, & cognoscitur. Dicit autem hic duo, scilicet, quod lux Christus post mortem maxime cognoscetur. Dicit etiam & causam illius. Dicit ergo duo. In primo cognitionem scilicet naturae post mortem: & cognitionem veritatis scilicet in sermone. Dicit ergo [Cum exaltaveritis] Mors filij Dei exaltatio dicitur. Quia per ipsam ascendit, & in cognitione, & in virtute, & in redemptione, & in beatitudine, & in caelum. In cognitione *Phil. 2.* Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, &c. & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. De virtute quam exaltatus ostendit, quia totus mundus contemnit. *Psal. 10.* Exaltare Domine in virtute tua; &c. In redemptionis opere *Isa. 52.* Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. De exaltatione autem beatitudinis *Psal. 39.* Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, hoc est, ad beatitudinem tuam me subiecasti. De cali exaltatione *Psal. 8.* Exaltata est magnificentia tua super caelos Deus. His de causis dicitur exaltatio, mors Christi. Et quamvis isti exaltationes istas non intenderat: tamen Deus Pater causavit eas in pessimis voluntatibus eorum; sicut dicit *Aug.* Deus optimus nunquam malum fieri permitteret, nisi sciret bona quae ex malis eliceret. Et quia hoc bonum ex malo elicitum est, ideo dicit: Cum exaltaveritis [Filiam hominis] quia secundum quod Filius Dei, secundum conditionem naturae diuinae & proprietate, pati non potuit *Ioan. 3.* Sicut exaltauit moyses serpentem in deserto: sic exaltati oportet Filium hominis [tunc cognoscetis quia ego sum] quia tunc secundum *Psal. 92.* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Vnde *Cenarius* dicit: Vere Filius Dei homo erat iste. *Luc. 23.* Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quae sibi ante percussiones pectora sua requirebantur [Et à meipso facio nihil] Tunc enim ipse Pater ostendit quod omnia quae fecit Filius, ab ipso fecit: quia tunc omnia per maximam prodigia confirmant. *Ioan. 5.* Non potest Filius à se ipso facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Horum autem maximorum fuit quibus virtute propriae deiatis Christus resurrexit. Per haec

hæc enim omnia probata sunt: Sicut optime *Lu. 16.* significatur, quod cum Philistini Samsonem (qui sol fortis interpretatur) dormientem se conclusisse gaudebant: iste vincula confregit, & verticem montis ascendit. Quia Iudæi cum Christum dormientem somno mortis se apud inferos conclusisse gaudebant: ille ut sol fortis, lumen ubique sparsit, & fractis vinculis mortis & portis inferni, in cæli verticem cum suis se exaltauit. Et sic omnia quæ fecit, à Patre cælesti se habere probauit. *Psal. 15.* Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo. *Ath. 2.* Quem suscitauit Deus, solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile fuit teneri illum ab eo [Sed sicut docuit me Pater] Docere Patrem Filium est, sicut aliam personam generantem, alij à se personæ ab ipso genitæ, per hoc quod verbum suum est, & in lumine suo verbum de ipso procedit, tradere notitiam. *Col. 2.* In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. *Psal. 70.* Docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua. *Ioan. 8.* Mea doctrina non est mea [hæc loquor] quia vna est doctrina Patris docentis & Filij docti. Et ideo sicut docet Pater, hæc loquitur filius. Os enim Patris est Filius. *Ioan. 17.* Opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem.

Et qui misit me mecum est] Horum quæ dixit tangit hic propriam causam. Hoc enim dicit propter essentiæ vnitatem, & propter consensum conformitatem. De essentiæ quidem vnitare dicitur *Ioan. 13.* Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est. *Ioan. 10.* Ego & Pater vnus sumus. De consensu conformitate *Iere. 1.* Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum sum ut eruum te, dicit Dominus Deus. *Psal. 90.* Cum ipso sum in tribulatione [& non reliquit me solum] quia nunquam sum relictus ab ipso: cuius deitati sum vnitas, & voluntati per omnia conformis. *Heb. 13.* Non te deseram neque derelinquam. Et rationem huius vterius assignat [quia ego quæ placita sunt ei facio semper] cum continuitate & perseverantia, nunquam interruptum, nunquam deficientem. *Ioan. 4.* Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei qui misit me: & ut perficiam opus illius. Et ideo Pater dicit de filio *Luc. 3.* Tu es Filius meus dilectus: in te complacui mihi.

Sed contra hoc (quod dicitur. Non reliquit me solum) videtur esse quod dicitur *Matth. 27.* Deus Deus meus: ut quid dereliquisti me: Sed ad hoc dicendum, quod nunquam dereliquit quoad vniõnem & beneplacitum. Sed dicitur dereliquisse quoad exteriorem hominis assumpti defensionem: quando hominem illum passionibus & tribulationibus exposuit, & à Iudeorum pessima voluntate non defendit. *Rom. 8.* Qui etiam proprio Filio suo non pepercit Deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et hoc est.

Hæc illo loquente multi crediderunt in eum.

Hic incipit pars illa quæ est de Verbo Dei, & luce, secundum quod à seruitute est libertativa. Et habet duas partes, in quarum prima doctrinæ huius ex auditoribus sumitur occasio: in secunda autem doctrina ponitur per ordinem. Dicit

itaque [Hæc] ergo [illo] Salvatore nostro ut luce vera [loquente] & omnes illuminante [multi] de turba [crediderunt in illum] non perfecta fide sed infirma. Et ideo post modicum ut dicit *Chrysostr. 1.* conuersi sunt ad contumelias. *Ro. 10.* Fides est ex auditu. Auditus autem per verbum Christi. Erât de illis tamen de quibus dicitur *Luc. 8.* Ad tempus credunt, & in tēpore tentationis recedunt. Tamen quia infirmis fouenda est fides donec conualescant: ideo loquitur eis Dominus dicens.

Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere Discipuli mei eritis & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

Dicebat ergo Iesus] monita salutis dans eis [ad eos qui crediderunt ei] Hæc pars est in qua per ordinem ponitur libertatis doctrina: & diuiditur in duas partes, in quarum prima veræ libertatis doctrina ponitur: in secunda vero quomodo contumelia pro tanto beneficio Christo à Iudæis irrogatur *Ibi* [Responderunt ei: Semina Abraham sumus] Quinque autem in prima harum partium notantur, quorum primum est, ad quos ista doctrina refertur: quia ad eos qui iara liberi esse inceperunt: secundum est veræ libertatis principium: tertium, veræ libertatis incrementum: quartum est perfectionis libertatis perfectiõnem. Quintum vero, totius libertatis complementum.

Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt in eum] Quia illi iam incipiebant esse liberi: per hoc quod ad fidem sunt vocati. *Gal. 5.* Vos in libertatem vocati estis fratres: solummodo ne libertatem vestram deris in occasionem carnis. Fides enim est libertatis initium: quia facit scire quæ sit libertas in gratia. Et ideo illis tanquam libertatem intelligentibus loquitur. *Iob. 34.* Viri intelligentes loquuntur mihi: & vir sapiens audiat me [Si vos manseritis] perseveranter, & intelligibiliter, & obedienter [in sermone meo] perseveranter, ut in illo meditemini per studium: intelligibiliter, ut in illo intelligatis sancti Spiritus mysterium: obedienter, ut illum impleatis per operis exercitium. De quorum primo dicitur *Heb. 12.* In disciplina perseverate. Se vobis tanquam filijs offeri Deus: filij autem Dei sunt liberi. De intelligibilitate verborum *2. Tim. 2.* Intellige quæ dico. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. *Psal. 31.* Intellectum tibi dabo, &c. De obedientia *Deut. 27.* Maledictus qui non perseverauerit in omnibus sermonibus legis: ut eos opere impleat. *Deut. 28.* Si audieris vocem Domini Dei tui: ut facias atque custodias omnia mandata eius quæ præcipio tibi: hodie faciet te Dominus excelsoiorem cunctis gentibus quæ versantur in terra, hoc est, in affectu terreno: quia tu eris liber & earum Dominus. Ecce veræ libertatis principium, est sic in sermone

sermone Domini manere [Vere Discipuli mei eritis] Discipulus enim verus est: qui vere doctrinis sui magistri sine errore est imbutus. Et hoc est libertatis incrementum. Studia enim liberalia ut dicunt Philoso. liberant hominem. Dicit enim *Philoso.* quod liberum dicimus hominem, qui causa sui est. Homo enim ut dicitur in *10. Eshe.* Solus intellectus est. Quia alia non sunt humana quæ sunt in ipso: sed sunt bruta. Intellectus Disciplinis diuinis perficitur, & non de alijs. *Heb. 12.* Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. Ac si dicat. De semine libero nati non estis, sed de spurio & seruil. *Isa. 50.* Dominus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abij. *Ioan. 13.* In hoc cognoscent omnes quia mei estis Discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem: quia dilectio vos facit tenere meam disciplinam. *Ioan. 14.* Siquis diligit me, sermones meos seruet. Discipulus enim verus est, qui ita tenet disciplinam prout tradita est à magistro. *Matth. 23.* Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

Et cognoscetis veritatem] Ecce veræ libertatis perfectiõnem. Cognitio autem veritatis, est cognitio eius, per quod res vere est, id quod est. Et hoc non est nisi ars & sapientia diuina in verbis Dei posita. Per artem enim & sapientiam Dei est vere id quod est. Et per quælibet alia principia cadit à veritate suæ entitatis, per hoc, quod materialia & mutabilia sunt, & à vero esse nantantia. *Ioan. 17.* Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. *Ioan. 1.* dicitur de Verbo: Plenum gratiæ & veritatis. Item *14.* Ego sum veritas & vita, & *Esra. 4.* Veritas vincit & inuascit: super omnia vincit veritas. Et ideo liberat à vanitate mutabilitatis, & est perfectiõnem principium ipsius libertatis. Et hoc est quod sequitur [& veritas liberabit vos] Et hoc est veræ libertatis complementum. *Rom. 8.* Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Gal. 4.* Illa quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ est mater nostra. Sic ergo sermo Domini per hoc quod est veritas, liberat à coactione & obligatione vanitatis. Per hoc quod est sermo gratiæ, liberat à culpæ & iniquitatis seruitute. Per hoc autem quod est sermo omnipotentis Dei, liberat à seruitute miseriarum. Primo dat libertatem nature, secundo dat libertatem gratiæ, & tertio dat libertatem gloriæ.

Responderunt ei: Semina Abraham sumus & nemini seruiimus vnquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?

Hic excluditur gloria eorum qui in libertate gloriantur: & habet duas partes, in quarum prima excluditur gloria libertatis carnalis: in secunda, quæ sit vera libertas aperitur *Ibi* [Responderunt eis Iesus: Amen amen, &c.] In prima quæstione duo supponuntur, & vnus inquiritur. Supponuntur enim, quod semen sunt liberi Abraham, per liberam matrem nati: dicentes. Semen Abraham sumus, Supponunt etiam, quod non se in seruitutem redegerint per opus degeneracionis à tanto patre, cum dicant. Et nemini seruiimus vnquam. Et hoc est [Responderunt ei]

Iudæi, carnalem intellectum habentes: & ideo in sermone Christi per intellectum spiritualem non remanentes. *Psal. 81.* Nescierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulat. *Sap. secund. do.* Excecavit eos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei [Semina Abraham] carnale [sumus] nati per liberam Saram: credentes quod per hoc essent liberi. Non intellexerunt ista, quod dicit *Apost. Gal. 4.* Qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui vero de libera, per reprobationem. Et ita qui non est filius promissionis gratiæ, non est spiritualiter filius libera. Isti ergo qui se corruptionis carnalis filios esse probabant, erant filij ancillæ. *Isa. 1.* Ideo vocantur semen nequam. Væ genti peccatrici, populo grandi iniquitate, semen nequam, filijs scelestatis. *Sap. 12.* Iniqua est natio eorum, & naturalis malitia eorum, & non poterat immutari cogitatio eorum in perpetuum.

Et nemini seruiimus vnquam] Hoc videtur falsum dicere. *Gen. 15.* Scito prænoscens quod peregrinatio futurum sit semen tuum in terra aliena: & subiecitur eos seruituti. *Isa. 49.* Hæc dicit Dominus Deus redemptor tuus sanctus Israel, ad contempribilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum. Videtur ergo quod seruerunt. Vnde *Augustinus.* O pellis inflata! Non est vera magnitudo, sed tumor. Et hoc ipsum secundum temporis libertatem, quomodo verum dixisti? Ioseph venundatus est, Propheta in captiuitatem ducti sunt, Populus in Agypto in luto & latere seruerunt, Vobis tributa soluebatis. Sed ad hoc dicendum quod duplex est seruitus: vna quidem conditionis, & altera violentæ oppressionis. Conditionis est quando aliquis natus est seruus, vel à Domino suo, vel à seipso, vel propter peccatum aliquando additus est seruituti: & hoc modo dicunt se seruos non esse. Per violentam autem oppressionem erant à multis in seruitutem subiecti: & sic loquuntur auctoritates inducæ. *Leuit. 25.* Seruus & ancilla sint tibi de nationibus quæ in circuitu tuo sunt, &c. Et sequitur post pauca. Fratres autem vestros filios Israel non opprimetis per potentiam. Vnde de Salomone dicitur, quod de filijs Israel neminem seruire constituit. Sic ergo quoad conditionem seruitutis dicunt quod [nemini seruiimus vnquam].

Quomodo tu dicis] Ecce quæstio ex duobus suppositis [Liberi eritis] quia qui liber est, iam non potest fieri liber: quia de spiritali libertate nihil intellexerunt. *Gal. 4.* Non sumus ancillæ filij, sed libera. Est autem notandum, quod Christus quatuor dixerat, scilicet, quæ erant scientiæ libertatem, quorum vnus est manere in sermone eius: secundum, Discipulos eius esse Tertium, cognoscete veritatem: & quartum, liberos esse vel fore. Et isti non faciunt vni nisi de vno, scilicet, de vltimo. Et ad hoc dicendum secundum *Chrysostr.* quia de alijs nullam curam habuerunt: quis illa spiritalia fuerunt. De quarto autem, quia gloriam seculi prætendebant, magnam vni faciebant.

Respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: Seruus autem non

non manet in domo in æternum. Filius autem manet in æternum. Si ergo Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.

Secundum est in quo excludit huius libertatis gloriam. Habet autem tres pares, in quarum prima ostendit rationem veræ & spiritualis servitutis; in secunda ostendit, quis liberare potest à conditione huius servitutis, in tertia excludit obiectiōnem quam faciunt de conditione libertatis. In prima harum duo facit, in quorum primo ostendit servitutis originem, & veram causam: in secundo ostendit servi à Domino abiectiōnem. Dicit ergo [Respondit eis] de libertate falsa gloriantibus [Irus] vere [liber natus Dominus. [Amen amen dico vobis] Bis dicit Amen quia dictum eius dupliciter confirmatur, scilicet, ex ratione naturali, & ex sermone Divino. *Psal.* 118. In æternum Domine permanet verbum tuum [Omnis qui facit peccatum] Aliud est facere peccatum, & aliud pati peccatum. Qui enim facit peccatum, mente & voluntate descendit à dignitate libertatis diuinæ, & naturæ, & gratiæ, & gloriæ. Quia dicit *Dam.* quod peccatum est recessio ab eo quod secundum naturam, in id quod est præter naturam. Et ita recedit à libertate in qua factus est: quia liber erat ex Dei imagine perfective. Liber erat à coactione per naturæ libertatem. Liber erat ad gratiam, per eam quam habuit ad gratiam habilitatem. Liber erat ad gloriam, per eam quæ est gratiæ ad gloriam ordinationem. Et ab omnibus his descendit, & pretio delectationis peccati se vendidit voluntarie in servitutem. Qui autem patitur peccatum, tripliter patitur. Aut enim iniacentem fomitem peccati patitur, eundem tamen fomitem refrænantem. *Rom.* 7. Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. *Gal.* Hoc est, fomes peccati. Aut patitur peccatum insurgens contra se: sicut Laurentius passus est tyrannidem Decij. *1. Mach.* 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis: cuius gloria, stercus & vermis est. Et hoc modo patitur homo peccatum diaboli in tentatione. Aut patitur peccatum permittendo peccatum: sicut Deus patitur peccatum hominum, & viri sancti: ne peius fiat, vel ut maius bonum eliciat. *Can.* 2. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias, hoc est, sicut virtus inter vitia: sic amica mea inter filias. Iste sic patiens non cadit à libertate.

Servus est peccati [In toto servus efficitur: quia mente libera à dignitate libertatis descendit. Et hoc patet ratione & lege: ut dupliciter confirmetur. Rationem enim servitutis Philosophi assignant, dicentes eum esse servum, qui impedita mente & ratione, impeditas ad proprium regimen habet operationes. Ille enim causa sui esse non potest, sed indiget ut alio regatur, qui liber & non impeditus est in istis. *Sap.* 17. Totus orbis terrarum limpido illustrabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Illis autem solis supponebatur gravis nox, imago tenebrarum, quæ erat eos comprehensura. Peccatum enim tenebra est spiritualis, tenens mentem & rationem & voluntatem ne liberis actibus operetur. Lege autem hoc probatur dupliciter: diuina, & civili. Diuina quidem lege.

Gen. 9. vbi propter peccatum patris Chanaan, puer additus est servituti. Vbi dicitur: Maledictus puer Chanaan: servus servorum sit fratribus suis. Civili autem: quia servus dicitur servatus, quia qui primo in bellis iniustus quæ mouebant à civibus capti & superati, à morte servabantur ad vilia opera & obsequia: servi fuerunt & dicebantur. *2. Pet.* 2. A quo quis superatus est: eius servus est. Et si sit superatus delectatione peccati servus est peccati.

Attende autem quod licet aliquis servus sit peccati, propter quod voluntarie se peccato subijcit: tamen peccatum non est Dominus, quia non habet in se aliquid unde superponatur aut dominetur: sicut quando aliquis est servus servorum, qui in se nihil habet unde superpositionem habeat. Et ideo peccator est servus servorum, non servus alicuius Domini. *1. Sa.* 49. Ad contemptibilem animam, & ad abominatam gentem, ad servum dominorum. *Gen.* 9. Servus servorum sit fratribus suis. Et ideo qui facit peccatum: nec in eo cuius servus est, nec in se habet libertatem. Et hoc notat Dominus in eo quod non dicit simpliciter: Qui facit peccatum, servus est: sed cum additione dicens: servus est peccati.

Servus autem non manet in domo in æternum. Ostendit hic servi à domo abiectiōnem. Dicit ergo [Servus] qui dicto modo est servus: siue servituti additus, tum ratione, tum lege [non manet] dignitate libertatis quam à patre habuit amissa [in domo] hoc est, in familia patrisfamilias: quia domus patrisfamilias est libera ex patre [in æternum] hoc est, nunquam manet. Quia si maneret in familia existens servus: iam divideret hereditatem cum liberis: & sic libera bona patrisfamilias ad alienam manum indignam deriuarentur, scilicet, ad eum cuius ille iam servus effectus est, qui est liberi patrisfamilias hostis & inimicus. Vnde *Gen.* 21. Elicce ancillam & filium eius. Non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. *Psal.* 100. Non habitabit in medio domus mez qui facit superbiam [filius autem manet in æternum] quia ille libertatem in qua natus est conservat: & ideo in hereditate patrisfamilias bona conservatur & honore domus. *Rom.* 8. Si autem filij & hæredes: hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. *1. Ioan.* 34. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.

Obijcit autem contra ea quæ dicta sunt. *Nume.* 12. Servus meus Moyses qui in omni domo mea fidelissimus est. *Hebr.* 3. Et Moyses quidem fidelis erat in domo tamquam servus in testimonium eorum quæ erant dicenda. *Matt.* 25. Fidelis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Ergo servus non tantum manet in domo: sed etiam præest familiæ domus. Ad hoc dicendum, quod servituti hinc inde æquivoce sumitur. Servus enim in communi dicta notat subiectionem. Est autem subiectio ad optimum & honorabilissimum: sicut ad Deum, & ad bonum diuinum. Et per hanc servitutem, libertati & dominationi appropinquatur. Et ideo dicit *Greg.* quod servire Deo regnare est. Est etiam servitus per suppositionem ad vilissimum per affectum. Et per hanc servitutem homo vilificatur & vere servus efficitur. Est enim homo natura media: & per meliora appropinquat summo, & per

per viliora appropinquat infimo. Et ideo per superiora libetatur & extollitur: quia ad illa ordinatur ex natura. Per inferiora autem vilificatur: quia illa sunt casus à natura ipsius. Et hoc modo appropinquando superioribus, loquitur de servitute in auctoritatibus inducis. *Rom.* 6. Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Et hæc est mala servitus. Cum autem consequenter dicit: Nunc vero liberati à peccato: servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam: dicit de bona servitute & de bona libertate. Et per hoc patet solutio ad totum.

Servus tamen simpliciter dicitur, in malam sonat servitutem propter sex causas. Prima est: quia vilis est servus. *1. Sa.* 49. Ad abominatam gentem, ad servum dominorum. *3. Reg.* 1. Si regnaverit Adonias: erimus ego, & filius tuus Salomon peccatores, hoc est, servi viles: qui in omni actu nostro peccatores reputabimur. Secunda est: quia vilibus vescitur. *Luc.* 15. Misit eum in villam ut porcos pasceret, vbi cupiebat implere ventrem suum de filiquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Tercia causa est: quia vilibus operibus mancipatur. *1. Thim.* 1. Opprimebant eos operibus duris luti & lateris omnique famulatu, quibus opprimebant eos in terra. Quarta causa: quia viliter tractatur. *1. Ier.* 5. & 16. Servietis dijs alienis in terra non vestra: qui non dabunt vobis requiem. *1. Thim.* 2. Cervicibus nostris minabamur, lassus non dabatur requies. Quinta causa est: quia reputatur inutilis. *1. Cor.* 8. Calvus stans non est in eo, gemen non facit farinam: quod & si fecerit, alieni comedent eam. Sexta causa est: quia alienus est à Domini familiaritate & à Dei honore. *1. Ioan.* 15. Servus nescit quid faciat Dominus eius. Ideo dicitur *Rom.* 8. Non accepistis iterum spiritum servitutis in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. His ergo de causis male conditionis est: qui simpliciter servus est, & vilibus peccato & diabolo suppositus. Filius autem in spiritum libertatis natus, vel à filio libero ad libertatem vocatus. Et ideo dicit *Psal.* 50. Spiritu principali confirma me. Principalis enim spiritus princeps liberos facit. Et hoc est.

Si ergo Filius [Et tangit hic libertatis vere principium, per quod ad libertatem possent reduci [si ergo Filius] qui vere liber est & potens in domo libertatis [vos liberaverit] hoc est, per spiritum libertatis libertate donaverit: tunc [vere liberi eritis] inferioribus vobis non suppositi. *Col.* 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit nos in regnum filij dilectionis suæ. Et in illo regno sumus liberi: in potestate autem tenebrarum sumus servi. *Apoc.* 5. Redemisti nos in sanguine tuo ex omni tribu & lingua & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. Ecce Absolutio à mala servitute: & qualiter donati sumus bona libertate.

Scio quia filij Abrahæ estis: sed queritis me interficere, quia sermo me non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.

Ecce conclusio tacite obiectiōnis. Quia posset aliquis instare de libertate conditionis carnalis: & ideo dicit quod in hac non est instantia: quia de hac non loquitur. Et ideo dicit [Scio] quid est quia hoc est manifestum [quia filij Abrahæ estis] carnales, & carnali conditione liberi [sed queritis me interficere] quod vobis à patre Abraham libero non est innotuit. Et ideo hæc pars dividitur in duas partes, in quarum prima ostendit, quod actus servitutis, ex patre libero non est innotuit: in secunda hoc explanat. In prima harum sunt quinque. Primum est hoc quod dicit [Scio quia liberi estis] per carnis conditionem: quæ minima est inter omnes libertates. Quid valet liberos esse ab hominibus secundum carnem, & servos esse vitiorum & demonum secundum spiritum? secundum autem est quod dicit.

Sed queritis me interficere [quod est causa servitutis spiritualis. Et bene dicit: queritis, quantum in vobis est. Quia opere implere non potestis, nisi quando ego elegero. *Psal.* 108. Persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctam corde mortificare. *Sap. sermo.* Motte turpissima condemnemus eum. Tertium est.

Quia sermo meus [Et est causa servitutis] quia sermo meus [liberans hominem à mala servitute [non capit in vobis] Sicut enim dicit *Augustinus*. Sermo Domini est sicut hamus: qui dum capit, capitur: & dum capitur, capit. Qui si caperet sermo in vobis, traheret vos ad libertatem. Non enim capit ad perniciem, sed ad salutem. *1. Io.* 40. Nunquid poteris extrahere leviathan hamo? Est etiam sermo Domini sicut gladius: qui dum capit, secat in profundum, & solvit & liberat ab alligatis. *Heb.* 4. Vivus est sermo Domini efficacis, penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem spiritus & sanctorum, compagum quoque & medullarum. Hæc est ergo causa vere servitutis. Servitutem enim corporalem si dura esset, effugere quis posset: servitutem autem istam secum fert quocumque vadit, quicunque servus est. *Augustinus*. O miserabilis servitus! Perique homines cum malos habent dominos venales se penant: non querentes dominum se non habere, sed mutare. Servus vero peccati quid faciet? Quem intrepeller? Servus aliquando duris imperijs fatigatus, fugiendo requiescit. Servus vero peccati quocumque fugiat, secum trahit conscientiam malam. Non est quod eat: non enim recedit à semetipso.

Ego quod vidi [Quartum est illud, ubi ostendit signum vere libertatis: ut per oppositum pateat designatio vere servitutis. Dicit ergo [Ego] qui sum natus liber & in libertatem [quod vidi] hoc est, in unitate essentie & sapientiæ cognovi [apud Patrem] hoc est, in æqualitate Patris [loquor] docendo & manifestando. *1. Ioan.* 5. Non potest Filius facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem: quia filius Patrem imitatur. *Eph.* 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi.

Et vos quæ vidistis [Quintum est, ubi veram per signum ostendit servitutem. Dicit autem [quæ vidistis] intus, quæ diabolus in corde ostendit. *1. Ioan.* 14. Cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis [apud patrem vestrum diabolus [facitis]]. *Exer.* 16. Pater

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. *Luc. 3. Mat. 3.* Genimina viperarum, quis vobis demonstravit fugere à ventura ira? quia suggestio- nibus populi obeditis.

Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est.

Hic incipit explanatio dictorum: & dicuntur duo, quorum est allegatio patris carnaliter, & secundum quod ille sit pater eorum conceptis contra Christi malis. Dicunt ergo [Pater noster carnalis] [Abraham est] quia putant quod reputentur in semine qui carnalis sunt filij. Contra quod *Apost. dicit. Rom. 9.* Non qui semen sunt Abraham omnes sunt filij: sed qui filij sunt promissionis, estimantur in semine. *Ro. 2.* Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne, est circumcisio: sed qui in absconditis Iudæus est: & circumcisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo est. Si enim gloria esset in carnali patre sine paternitate: Ismael & filij eius, & Esau & filij eius gloriarentur de libertate. Et hoc non est verum. *Gen. 16.* Patrem multarum gentium vocavi te ante Deum cui credidisti. *Isa. 51.* Vnum vocavi patrem & benedixi ei.

Dicit eis Iesus: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri.

Ostendit quod non est pater eorum in malis, & dicit quatuor, quorum primum est, quod serventur ius allegatæ paternitatis & libertatis. Dicit enim Philoſop. quod sicut filius exit à patre, cum parte substantiæ patris: & sicut exit de domo, cum parte facultatis domus patris: ita exit de patre ut viuat cum eruditione disciplinæ patris, & custodia legum, & disciplina patris. *Heb. 12.* Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerentiamur eos. Nonne magis obediemus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum erudiebant nos secundum suam voluntatem: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Vnde dicit [Si filij Abraham estis] cum iure filiationis: sicut naturæ, ita & disciplinæ. *Gen. 18.* Num celare poterat Abraham quæ gesturus sum? Scio enim quod præcepturus sit domui suæ post se, ut timeant me [opera Abraham facite] quæ ex præcepto Dei Patris, posteros suos docuit. *Isa. 51.* Attendite ad Abraham partem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos.

Nunc autem [Secundum, quod hoc non faciunt. Et hoc est [Nunc autem] hæc non facitis: sed [quæritis me interficere] *Iere. 18.* Venite percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. *Ioann. 7.* Nonne hic est quem quærunt Iudæi interficere? Causa autem notatur in hoc quod dicit [hominem] apud vos innocentem. *Luc. 23. Ioann. 19.* Ego nullam causam inuenio in eo [qui veritatem vobis locutus sum] quæ mihi est causa persecutionis. *Annos quinto.* Odi habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominari sunt

[quam audiui à Patre meo] & ideo est authentica: cui contradicere non licet. *Ioan. 3.* Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. *Ezech. 3.* Domus Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me.

Hæc Abraham non fecit [Hic tertium est: & ideo vere filij Abraham non estis. *Dan. 13.* Semen Chanaan, non Iuda. *Sap. quarto.* Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas.

Vos facitis opera patris vestri [Quartum est: & subtrahit id quod sequitur ex immediato hoc quod sunt veri Abraham filij: sed per opera ostendunt cuius patris sunt filij. *Mat. 7.* Quem Prophetarum non occiderunt patres vestri? & interfecerunt eos qui prænunderunt de aduentu Iusti cuius vos nunc facti estis proditores & homicidæ. *Mat. 23.* Testimonio vobismetipsis estis quia filij estis eorum qui Prophetas occiderunt. Et implete mensuram patrum vestrorum.

Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum.

Hic incipit pars illa in qua nituntur extra se excludere seruitutem spiritualem, & gloriari in spiritali libertate. Intelligentes enim de libertate carnali non loqui Christum, tandem reuertuntur ad spiritualem libertatem, & in illa volunt gloriari. Et ideo diuiditur hæc pars in duas, scilicet, in falsam gloriam libertatis spiritualis, & in exclusionem gloriæ illius. De prima dicunt duo, scilicet, exclusionem seruitutis, & gloriam libertatis. Dicit ergo de primo.

Nos [Iudæi vniuersi Dei cultores [ex fornicatione] spiritali gentilitatis (quæ fornicatur de Deo in Deum, & cum multis diis simul)] [non sumus nati] sed in fide vniuersi Dei. *Psal. 72.* Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. *Osæ 1.* Fornicans fornicabitur terra à Domino. Melius hos nouit Dominus, quam ipsi seipſos; ut dicit *Isa. 57.* Accedite hæc filij auguratricis, semen adulteri & fornicariæ. *Isa. 57.* Et iterum *ibidem.* Iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum. *Ierem. 2.* Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. *Ezech. 16.* Multiplicasti fornicationes tuas, & fornicata es cum filiis Egypti vicinis tuis magnatum carniuum. Et constat quod omnes isti de idololatria loquuntur [vnum patrem habemus Deum] spiritali: quia in hoc gloriabantur. Sed dicit Moyses *Deut. 32.* Deum qui te genuit dereliquisti, &c. Et ideo gloriatio eorum exclusa est. Et hoc est quod intendit.

Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset: diligereis vique me. Ego enim ex Deo processi & veni. Neque enim à meipſo veni, sed ille me misit.

Diuiditur autem hæc pars in tres partes, in quarum prima Deum, ipsorum non esse patrem spiritualem ostendit: in secunda diabolum ostendit esse eorum patrem per imitationem. Sed quia possent dicere quod veritas quia dicit esse propter ipsum qui in simili crimine est cum ipsis, non esset acceptanda in tali correptione: ideo in tertia parte dicit

dicitur quod recipienda est; quia ipsa est sine crimine. Secunda pars incipit ibi [Vox ex patre diabolo estis] Tertia autem ibi [Ego autem si veritatem dico] Primum probat duplici signo, quorum primum est secundum affectum: alterum autem secundum intellectum. In primo sunt tria, scilicet, signum, causa confirmans signum, & probatio causa. Dicit ergo [Si Deus] qui per citationem pater est omnium, quos fecit ad imaginem & similitudinem suam [esset pater vester] per dilectionem, quæ semper est inter patrem & filium, & per imitationem: vos [vtrique diligereis me] quia eorum quæ ab vno procedunt, mutua est dilectio in eo illo, à quo procedunt: qui aliquid sui habet in vtroque. Pater enim aliquid sui habet in filiis qui procedunt ab ipso: & in illo vno filij diligunt se ad inuicem. Illud autem vnum, quod Pater celestis habet in filio naturali, & in filio per adoptionem, est Spiritus. Quia ipse nos diligit Spiritu sancto: & nos eum, & nos ad inuicem nos diligimus Spiritu sancto. Vnde *Gal. 4.* Quia estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba pater. Item *Ro. 5.* Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Causam autem huius dilectionis subiungit dicens.

Ego enim à Deo [Patre per essentialem generationem] processi] Deus verus, Patri æqualis, & plenus Spiritu suæ dilectionis [& veni] incarnatus in mundum. *Mich. 5.* Egredius eius ab initio à diebus æternitatis. *Ecclesi. 24.* Ego ex ore Altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Sed quia hæc negare possent, confirmat probando, dicens [Neque enim veni] in mundum [à meipſo] Quia sicut dicit *Aug. in 4. de Trinitate.* Mitti, est cognosci quod ab alio sit qui mittitur [sed ille] Pater [me misit] sicut continuo demonstrat per potestatem suam quam in operibus ostendo. *Psal. 106.* Misit verbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitu eorum. Vnde cognoscentes eum esse Filium dicunt *Mat. 21.* Hic est hæres: venite occidamus eum; & habebimus hæreditatem eius. *Heb. 1.* Locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum. Sic ergo me pro certo diligereis. Sed à destructione consequentis, me non diligitis. Ergo à Deo patre spiritali vos per imitationem non estis: imo odistis me; quia ego arguo vos in malis. *3. Reg. 21.* Ego odi eum: quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum. *Ioan. 15.* Ut impleatur sermo eorum qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

Ecce secundum signum quod est ex parte intellectus. Qui enim sunt ex disciplina patris, cognoscunt verba quæ sunt de patris disciplina. Et hoc est quod dicit [Quare loquelam meam] in doctrina Patris non cognoscitis? Qui enim sunt ex vna domo patris, eandem cognoscunt loquelam. *Ioan. 7.* Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscat de doctrina vtrius ex Deo sit, an ego à meipſo loquar. Loquelam enim Dei, magis cognoscitur ex virtute operatiua verborum, quæ pericit omne quod vult loquens, quam cognoscatur ex verborum significatione. Quia verbum Dei

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

illuminat cæcos, claudos dirigit, mortuos suscitatur, & cætera huiusmodi facit. Sicut enim verbum, rerum & intentionum significationem, est angelus suæ nuntius intellectus speculatiui: ita verbum operatiuum & rerum constitutum, est angelus & nuntius intellectus actiui. Et quando agit sine ministerio instrumenti & mediij ad solam voluntatem, proculdubio est nuntius & angelus intellectus agentis diuini: quia proculdubio hoc non potest facere nisi Deus. Et hanc loquelam cognoscere debuit; qui est à Deo. Et hoc est quod dicitur *Isa. 28.* In loquela labij, & in lingua altera loquar populo huic: & nec sic audient me, dicit Dominus. *Mat. 26.* Loquela tua manifestam te facit [quia non potestis] odio mei & veritatis [audire] hoc est exaudire [sermonem] meum] & hoc odium & inuidia fecerunt. *Act. 7.* Audientes autem hæc: dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. *Isa. 30.* Loquimini nobis placencia, videte nobis errores, cesset à facie nostra Sanctus Israel.

Vox ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere.

Probato quod pater eorum non sit Deus, continuo probat quod pater eorum per imitationem est diabolus. Dicit autem hic tria. Primo enim præmittit propositum, secundo dicit ostendit causam, tertio declarat probationem quam facit per causam. Dicit ergo [Vos pessimi] [ex patre diabolo estis] per imitationem; & illius doctrinam & malitiam vos sequimini. *Sap. 2.* Imitatur illum, hoc est, diabolum, qui sunt ex patre illius. Ille enim pater generat & vos fornat in malitia *Isa. 43.* Pater tuus primus peccauit; & interpretes tui præuicati sunt in me. Primi enim interpretes patris diaboli, qui voluntatem eius interpretati sunt: primi parentes fuerunt. *Sap. 4.* Ex iniquis omnes filij qui nascuntur: testes erunt nequitie aduersus parentes eorum interrogatione sua. Hoc autem intelligitur de filiis, qui sunt filij per imitationem malorum parentum. Et tangit dicit huius causam dicens [& desideria] hoc est; quia desideria illius [patris vestri vultis facere] scilicet, innocentem occidendo. Desiderium enim illius non est nisi interficere. *Elia. primo.* Et continuo interficere animas non cessat. Idem tertio. Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Ille homicida erat ab initio.

Ostendit in quo volunt perficere desideria patris. Et hoc ostendit in duobus in homicidio, & in veritatis negatione suæ in mendacio. Dicit ergo [Ille homicida erat ab initio] Cogitauit addere morti suæ mortem hominis: & ideo dicitur Ieremias, hoc est; additamentum eorum: quia damnationi suæ, damnationem addidit hominis. Et sicut ipse damnatione sua mortuus fuerat: ita per mortem hominem cogitabat damnare. Vnde *Apost. 12.* dicitur, quod draco stabat ante mulierem: ut cum pareret, filium suum deuoraret. Quia quoscunque parit filios mater Ecclesia, illos ad mortem abscindere intendit.

†

Sec

Sed obijcitur contra hoc quod dicit, quod homicida erat ab initio. Initium enim est primum temporis punctum indivisibile. Et si homicida fuit ab illo, tunc nunquam fuit bonus, sed fuit in peccato creatus. Factor autem mali, causa est mali in effectu. Et sic non per se, sed per factorem malus est. Idem videtur per hoc *Psal.* 103. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Ex hoc videtur, quod draco factus sit. Ergo malus factus est. Et sic quod malus est, sibi non imputandum est. Adhuc autem, *Iob.* 40. Ipse est principium viarum eius. Ergo à principio factus est leviathan. Et ita nunquam fuit bonus.

Hæc autem sunt obiectiones Manichæorum hæreticorum. Et ad hæc & similia dicendum, quod Deus fecit Angelum bonum: qui postea per superbiam propriam factus est malus. Quod autem dicit quod erat homicida ab initio. Dicendum, quod præpositio, Ab, notat remotionem. Sicut si dicerem quod ab Ierusalem descenderat in Iericho. Non enim tunc verum est quod in Ierusalem pars descensus fuerit: sed continuo post modicum, quod post initium fuit: homicida fuit. Quia parum sterit in bona voluntate. Et initium nõ dicitur hic temporis indivisibile nunc: sed potius mora modica, in qua Angelus tempore creationis suæ bonitate innocentie bonus fuit. Ad aliud dicendum, quod non statim fuit draco: sed quod creatus fuit in substantia bona, & quod mala voluntate factus est draco. Sicut ego dico: Vas istud stercoreum, factum est à figulo. Non enim factum est vas stercoreum: sed potius factum est vas, & postea adhibuit ad stercorea. Ita etiam intelligitur, quod leviathan est principium viarum Dei: non in quantum est leviathan, sed in quantum fuit sublimior Angelus: qui malitia propria leviathan factus. Hoc est ergo quod dicitur [ille homicida erat ab initio]

Et in veritate non sterit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius.

Tangit hic de veritatis negatione. Veritas autem hic vocatur, consideratio rerum, ut sunt in verbo: in quo ostenditur vere res, secundam hoc quod vere est. In illa enim veritate non sterit: quia cito à verbo, & veritatis consideratione se deflexit. Hic autem tria dicit, scilicet, deflexum à veritate, causam deflexus, & signum. De primo dicit [Et in veritate non sterit] immobili rectitudine: sed ab eade deflexit. *3. Reg.* 22. Ero spiritus mandax in ore omnium Prophetarum eius. *Apsl.* 16. Vidi de ore bestiarum, & de ore Pseudoprophetae procedentes tres spiritus immundos, in modum ranarum: qui sunt tria genera mendaciorum perniciosorum, scilicet in veritatis doctrina contra fidem, in doctrina contra virtutem, & in doctrina contra veritatem, & in doctrina boni nature contra vitam naturalem. Hæc enim sunt tria mendacia perniciosissima sicut dicit Augustinus.

Quia veritas in eo non est per affectum: quia non diligit veritatem. Et hæc est causa præcedentis. *Isa.* 28. Posuimus mendacium speciem nostram, &

in mendacio protekti sumus. Et ideo persuasio quam fecit homini mendacium fuit: Nequaquam moriemini: in quo mentitus fuit. *2. Reg.* 14. En omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram.

Cum loquitur mendacium [Ecce signum quod veritas in eo non est. Qui loquitur ex proprijs rei de qua loquitur, nunquam mendacium loquitur, sed semper veritatem, & nunquam mentitur. Qui autem loquitur ex his que sunt proprii cordis & non rei, semper loquitur mendacium: (cum veritas ut dicit *Philo.* sit adæquatio rerum ad intellectum) qui ad affectum proprium adæquat intellectum, non adæquat cum rei: & ideo [ex proprijs tunc loquitur] & mentitur, hoc est, vadit contra mentem, quæ ideo mens dicitur à metiendo: quia rei commensurari debet. Et hoc non fit: & ideo mentitur & fallit. *Osee* 12. Tota die mendacium & vitiositatem multiplicat. *Iob.* 13. Prius vos ostendam fabricatores mendacij & cultores perverforum dogmatum [quia mendax est] odio veritatis. *Dan.* 13. Recit mentitus es in caput tuum [& pater eius] hoc est, mendacij quod ipse invenit primus. Et ideo dicitur spiritus mendax. Et quia vos veritatem oditis, & me interficere queritis: filij homicidæ & mandaces estis. *Psal.* 17. Filij alieni mentiti sunt mihi. Item *Psal.* 4. Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Hoc est ergo quod dicit.

Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

Responsio ad tacitam obiectionem: quia possent dicere quod ipse esset in simili crimine: & ideo eos corripere non deberet. Et dividitur hæc pars in duas partes, in quarum prima se vere corripientem ostendit in secunda quia respondere iniquitas non potuit, ad contumeliam se extendit. In prima harum ostendit, quod odio veritatis veritati contradicunt: in secunda autem in signum huius ostendit, quod non est in eo peccatum, propter quod contradicere possint. Dicit ergo [Ego autem] qui veritas à veritate processit [si veritatem dico vobis] odio veritatis [non creditis mihi] *Ioa.* 3. Lux in mundum venit: & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera *Gala.* 3. O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati?

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Hic ostendit quod sibi simile ab eis obijci non poterit: & sic de odio veritatis eos corripere potuit. Dicit autem hic duo, scilicet, non esse in se peccatum vnde dicta ab eo veritatis non recipiantur: in secundo concludit propositum per convertibile & proprium signum, scilicet quod non sint ex Deo nati sicut gloriantur. In primo horum duo facit: ex ratione enim se sine peccato esse ostendit. Et quod propter hoc veritas ab ipso dicta recipi debuit. Dicit ergo [Quis ex vobis] coram

coram quibus palam docui & miracula feci [arguet de peccato?] *2. Cor.* 4. Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in asturia, neque adulterantes verbum Dei: [sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. *1. Pet.* 2. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in lingua eius. *Exo.* 12. Erit agnus sine macula masculus anniculus. Et quia tunc de peccato arguere non potestis.

Si veritatem dico [quæ omnibus debet esse amabilis, eo quod divina est, & eo quod veritas est: quia illa dirigit in quantum est veritas, & ad Deum dirigit in quantum est divina. *Psal.* 41. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. *Malach.* 2. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulavit mecum, & multos auerit ab iniquitate [quare ergo non creditis mihi?] Nulla huius causa infidelitatis vestre potest esse nisi odium quod habetis ad me & ad veritatem. *Ioa.* 15. Odio habuerunt me gratis. *Psal.* 108. Pro eo ut me diligere detrahebant mihi.

Qui est ex Deo [sicut vos falso gloriamini] verba Dei audit [Hoc est convertibile signum. *Ioa.* 17. Amicus sponsi stas & audit & gaudet ad vocem sponsi & sponsæ. *Can. secunda.* Sonet vox tua in auribus meis. *Psal.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: & propterea] per contrarium huius signum [vos] qui estis inimici veritatis [non auditis] *Psal.* 57. Sicut aspidis surdæ & obdurantis aures suas, quæ non exaudit vocem incantatum. *Mat.* 7. Continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum [quia ex Deo non estis] *Exech.* 3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. *Isa.* 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferite à me viam, declinate, &c. *2. Tim.* 4. Ad sua desideria concernabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auerent, &c.

Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Hic ex veritate non valentes resistere, ad contumeliam se conuertunt. Dividitur autem in duo, in quorum primo describitur illata Domino contumelia: in secundo à Domino opponitur patientia. Dicit ergo [Nonne bene dicimus nos] Hi sunt qui omne maledictum benedictum reputant: per quod Doctores veritatis insanant. *Iob.* 16. Nunquid habebunt finem verba ventosa, aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Quasi diceret, Non: quia se bene dicere reputat, cum contumeliam irrogat. *Psal.* 5. & *Psal.* 13. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguæ suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione plenum est, & amaritudine, & dolo [quia Samaritanus es tu] alienus à lege divina.

Huius autem dicti erant tres causæ. Vna: quia Samaritanis prædicauerat, & à Samaritanis cum inuiciditate receptus. *Ioa.* 4. Secunda: quia indicabant quod aliquid de lege reciperet, & alia

quædam abijceret, sicut fecerunt Samaritani: sicut imponebant ei quod sabbatum non venereretur, & alia mandata custodiret. *Ioa.* 9. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Tertia causa est: quia in parabolis Samaritanos laudavit, & exultavit in miraculis. In parabolis *Luc.* 10. Samaritanus quidam descendit appropians, & alligavit vulnera eius. In miraculis: sicut in curatione decem leproforum, ubi laudavit eum qui rediit cum gratiarum actione, & dixit illum esse Samaritanum. Et ex his causis dixerunt eum factum esse Samaritanum [& dæmonium habes] Hoc ideo dicebant: quia videbant eum signa facere: & illa non Deo, sed dæmonio attribuebant. *Mat.* 12. *Luc.* 11. In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia.

Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet.

Ista responsio dividitur in duas partes, in quarum prima negat falsitatem, & confitetur veritatem in secunda iudicio Dei committit hoc quod blasphematur. Dicit ergo [Ego dæmonium non habeo] Quod est negatio falsitatis. Quod per hoc ostendo: quia eiecit dæmonia. *Mat.* 12. Si sanas sanam eiecit, quomodo stabit regnum eius? Porro si in digito Dei eiecit dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. *Ex.* 8. Digitus Dei est hic, hoc est, demonstratio divine potestatis. Nec potest idem esse digitus Dei & digitus sanæ. Ergo dæmonium non habeo.

Sed tunc queritur, Quare non negat se esse Samaritanum: cum etiam hoc fuerit ei impossum. Ad quod dicendum, quod ad minus spiritualiter fuit Samaritanus: quia fuit hominum custos: & ideo hoc non negavit, sed tacuit. *Iob.* 7. O custos hominum quare me possidisti contrarium tibi? *Isa.* 21. Custos quid de nocte? custos quid de nocte? *Psal.* 120. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Vel dicatur, quod per hoc quod dæmonium eum habere dicebant, spiritui gratiæ (qui ab ipso procedit) contumeliam faciebant: & ideo negavit, & contexit. Sed per hoc quod eum Samaritanum dicebant, sibi humanam degenerationem attribuebant: & ideo illam ut illis dissimulavit. *Mat.* 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

Sed honorifico Patrem meum] Ecce veritatem quam de se, & illis confitetur. De se cum dicit [honorifico Patrem meum] *Malach.* 1. Si ergo Pater, ubi honor meus? *Exod.* 20. Honor patrem tuum & matrem tuam: ut sis longævus super terram. Honor autem iste est exhibitio reverentie: quem honorem semper Patri Christus exhibuit. *Leb.* 12. Patres quidem carnis nostre habuimus eruditores, & reuerentiamur eos. Nonne magis obediemus Patri spirituum, & vivimus? [& vos inhonorastis me] Veritas est quam confitetur de illis. Quia enim inhonoraverunt eum, etiam impropria ei dicentes propter honorem quem Patri exhibuit: ideo inhonoratio & improprium redundat ad Patrem. *Psal.* 68. Impropria impropertantium tibi occiderunt super me. Item

eodem. Propter te sustinui opprobrium : operuit confusio faciem meam.

Ego autem gloriam meam non quero] Modo enim in isto aduentu humilis, non quero gloriosus esse per vindictam quam faciam in vos. Gal. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri IESU CHRISTI. Si enim gloriosus esse vellem : tunc iam statim vindicarem. Hiero. Qui non querit gloriam, non dolet de illata ignominia. 1. Cor. 1. Non gloriatur omnis caro coram illo. 1. Tim. 1. Soli Deo honor & gloria [est qui querat] gloriam meam. Intra Ioan. 12. Et clarificauit, & iterum clarificabo] & iudicet ille de contumelia mihi illata. Ille enim iudicabit qui gloriam meam querit. Iudicet iudicio non condemnationis, sed discretionis : vt discernat inter me & illos. Psal. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, &c. Iere. 11. Tu autem Domine sabaoth qui iudicas iuste & probas renes & corda : videam vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelauit causam meam Deus meus.

Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

Hic in vltima parte ostenditur qualiter sermo Christi viuificat : & diuiditur in duas partes, in quarum prima ostenditur, quod sermo Christi viuificat : in secunda autem remouet calumniam Iudæorum contradicentium Ibi [Dixerunt ergo Iudæi. Dicit ergo in primo duo, scilicet, sermonis confirmationem, & sermonis obseruari effectum. Dicit ergo [Amen amen] Apoc. 3. Hæc dicit : Amen testis fidelis, hoc est, confirmata veritas [si quis sermonem meum seruauerit] per amorem & operis impletionem. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Ioan. 15. Si quis diligit me, sermonem meum seruauit. Dicit autem, seruauerit, non dicit, seruauit : vt denotet perseverantiam. Math. 10. Qui perseverauerit vique in finem hic saluus erit [non gustabit mortem] hoc est, æternæ mortis amaritudinem non experietur [in æternum] Eccl. 8. Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali. Sap. 9. Custoditio legum, confirmatio incorruptionis est. Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Aug. autem legit hanc litteram : Mortem non videbit in æternum. Et hic sensus in idem reuertitur : quia non videre, est non experiri. Mat. 18. Sunt de hic stantibus qui non videbunt mortem donec videant filium hominis in regno suo.

Videtur autem falsum esse : quia boni videbunt æternam mortem impiorum. Luc. 16. Abraham vidit diuitem in inferno & audiuit. Sed obiectio nulla est : quia sicut diximus, videre hic & gustare, est experiri : simplici autem visione boni vident & videbunt mortem impiorum. Isa. 66. Egredietur & videbunt cadauera virorum qui præuicati sũt in me. Hæc enim mors damnationis est mors in æternum durans : vbi homo sic moritur quod nunquam permoritur.

Dixerunt ergo Iudæi : Nunc cognoscimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta : & tu dicis : Si-

quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maiores patre nostro Abraham, qui mortuus est : & Propheta mortui sunt. Quem teipsum facis ?

Hic excluditur calumnia contra dictum Domini : & habet duo, in quorum primo calumnia inducit : in secundo excluditur Ibi [Respondit IESVS] In primo quatuor dicuntur, in quorum primo, ex dicto (quod secundum eos veritatem non habet) arguunt, quod ante blasphemantes dixerunt. In secundo, arguere videntur Christum, de arrogantia sermonis : quia se patribus præferre videbatur. In tertio, inducunt etiam de arrogantia : quia se Prophetis anteponebat. In quarto, quasi querentes arguunt, vsque ad quem finem arrogando se extolleret. Dicitur ergo [Nunc] in isto sermone (cognouimus) quod ante diximus [cognouimus] per signum. Iob 15. Quid tumer contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones ? [quia dæmonium habes] Ioan. 10. Dæmonium habet & insanit : vt quid cum auditur ? Act. 17. Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse [Abraham mortuus est] qui tantæ fuit dignitatis, quod Deus de eo dixit Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et hic talis mortuus est. Gen. 25. [&] mortui sunt [Propheta] qui tantæ dignitatis erant, quod eis Deus occulta reuelauit. Psal. 50. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et illi etiam mortui sunt. 2. Reg. 14. En omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram [& tu dicis : Si quis sermonem meum seruauerit non gustabit mortem in æternum] Quasi dicerent. Mirum est quod hæc dicis : & nisi insanires, non diceres. Et hoc fuit ideo : quia putabant Christum loqui de morte temporali, cum ipse de morte æterna loqueretur. Eccl. 2. Moritur doctus, similiter & indoctus : & idcirco tædium me vitæ meæ. Psal. 81. Ego dixi, dii estis & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini [Nunquid maior es patre nostro Abraham] Hic videntur dominum arguere de arrogantia sermonis in comparatione ad patres : & ideo querunt si se maiorem esse reputet Abraham, quem Deus à morte temporali non supportauit. Gen. 25. Deficiens ætate mortuus est senex & plenus dierum [& Propheta mortui sunt] Et ideo arrogantia est, quod dicis illos à morte esse supportandos, qui tuum seruât sermonem : cum à morte non supportentur, qui verbum Dei audiunt & sermonem. Dan. 12. Daniel vade ad præfinitum : & requiesces, & stabis in sorte tua, in finem dierum. 3. Reg. 19. Sufficit mihi Domine : tolle animam meam. Non enim melior sum quam patres mei [Quem teipsum facis ?] hoc est, in magnitudine arrogantia cui te comparabis, ex quo summis & maximis te anteponis ? Christus autem non se fecit magnam, sed Pater genuit eum magnum : & ipse formam hominis accipiens fecit se paruum. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.

Respondit IESVS : Si ergo glorifico me : ipsum gloria mea nihil est : est Pater meus qui

qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus noster est.

Hic exponitur conclusio calumniae. Habet autem duas partes contra duo quæ per calumniam Christo imposuerant. Dixerunt enim sermonem eius esse falsum & arrogantem : & ideo Christus primo ostendit sermonem suum esse verum, & secundo ostendit eum non esse arrogantem Ibi [Abraham pater vester] Dicit ergo in primo tria, scilicet, quod in sermone suo non habet à Patre priuata gloriam, quod Patris Dei habet gloriam, quod hic glorificatus à Iudæis est ignotus & à Christo cognitus. Dicit ergo [Si ego] priuata gloria [glorifico meipsum] Est est locutio per hypothetum. Ac si dicat : Si ego priuata gloriam à Patre haberem sicut vos mihi imponitis, & illa priuata gloria glorificarem meipsum [gloria mea nihil est] & minus quam nihil : quia vana esset illa gloria. 1. Mach. 2. Cuius gloria steruus & vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur : quia conuersus est in terram suam. Osee 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo.

Est Pater meus] substantialis [qui glorificat me] voce & signis, in humana forma latentem. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vngenti à Patre. Isa. 22. Erit in solium gloriæ Domui Patris sui [quem vos dicitis quia Deus noster est] Ille enim quod ipse sit Pater, & glorificator meus : testimonijs Scripturæ, & vocis, & operibus ostendit. Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum : Deus patris mei, & exaltabo eum. Baruch 3. Hic Deus noster, & non astimabitur aduersus eum. Exod. 15. Quis similis tui in fortibus Domine : Quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia ?

Et non cognouistis eum, ego autem noui eum, & si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.

Arguit Iudæos de ignorantia Dei quem inuocabant, & dicit quatuor : redargutionem ignorantia, confessionem suæ scientiæ, abdicationem ignorantia, ostensionem scientiæ. Dicit ergo [Et non cognouistis eum] quamuis per opera in me demonstratum. Isa. 1. Israel me non cognouit, & populus meus non intellexit.

Si autem obijciatur, quod ipsi in lege & Prophetis Deum cognouerunt. Respondendum, quod ipsi Deum vt creatorem cognouerunt : sed Deum vt Patrem in Filio operante non cognouerunt. Et huius causa fuit quod eum cognoscere noluerunt : quia de facili Patrem in filio cognoscere poterunt : & ideo impropere eis illa ignorantia. Isa. 45. Assimilauit te : & tu non cognouisti me. Erant enim de illis de quibus dicitur 77. 1. Confitentur se nosse Deum : factis autem abnegant.

Ego autem per substantialem scientiam qua sum ab eo [noui eum] Ioan. 1. Vngentus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Col. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi [Et si dixero quia non scio eum] per falsam humilitatem propter vos. Qui hoc arrogantia imputatis, quod ego me per substantiam D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

litatem dico nosse Deum Patrem : tunc veritatem de me negans [ero similis vobis] ex parte diabolo mendax] Et est locutio per hypothetum. Ac si dicat : Si possibile sit quod veritatem negare possim (quod tamen est impossibile) tunc ero similis vobis mendax. 2. Cor. primo. Non est in illo, est & non. Num. 24. Non est Deus vt homo vt mentiarur : neque vt filius hominis vt mutetur. Sic ergo excludit arrogantiam, Aug. Sic arrogantia vitetur vt veritas non negetur [Sed scio eum] Hic ostendit quod scit : quia [sermonem eius seruo] quem mihi iniunxit quando me misit. Ioan. 17. Opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem. 1. Ioan. 2. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit : mendax est.

Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum : & Vidit, & gaudius eius.

Ecce quid respondit ad id quod attribuerunt arrogantia, quod se Patribus & Prophetis compararet. Et in hoc duo dicuntur scilicet, veritatis responsio, & calumpiantium obiectio. De primo dicit [Abraham pater vester] secundum carnem & secundum promissionem [exultauit] in spiritu [vt] fide & oculis cordis [videret diem meum] hoc est, lucem quæ de me fulget, & pellit ignorantia tenebras. Gen. 18. Apparuit ei Dominus in conualle Mambræ sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruire diei. Cum eleuasset oculos, procul apparuerunt ei tres viri [Vidit] in spiritu cognitione, quod per conceptu Isaac ego esse incarnandus, & peccati tenebras purgaturus [& gaudius est] Eccl. 48. Spiritu magno vidit vltima. Daniel. 7. Aspicebam in visu noctis : & ecce in nubibus celi filius hominis venit. Gen. 12. Num celare possum Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ? in hac ergo visione spiritus gaudius est. Isa. 7. Videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Luc. 20. Multi Reges & Prophetae voluerunt videre quæ vos videtis, &c.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum : Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti : Dixit eis IESVS : Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret ergo sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. IESVS autem abscondit se, & exiit de templo.

Ecce insurgens hic contra dictam calumniam : & dicitur tria, scilicet, calumnia insidiantium, responsio veritatis per Dei filium, & insurrectio contra veritatem lapidantium, cui Dominus opponit patientiam in exemplum nostrum [Dicitur ergo Quinquaginta nondum habes annos] Allegant autem quæ videbantur vt per hoc probent diuinitatem. Chrys. legit. Quinquaginta annos nondum habes. Et hæc littera videtur esse conuenientior ætati Domini : quia tunc 30 annorum erat. Et propter morum granitatem, & sapientiam, interpretabantur ætatem suam circa quinquaginta annos. Iob 42. Hæc tibi quippe sumus, & ignoramus quoniam dies nostri sicut umbra sunt super terram.

Isti enim non videbant nisi eam quæ ab ætatis experientia est sapientiam. Unde *Plato in Timæo in prima parte*. Græci pueri estis, & non est in vobis vlla cana sapientia. Sed Dominus secundum hoc quod erat Deus, ab æterno vidit quæ vidit. Et secundum hoc quod erat homo, ab instanti conceptionis omni sapientia & scientia plenus fuit. *Sap. 4.* Senectus venerabilis est: non diuturna, neque numero annorum computata. Cui enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata [& Abraham vidisti] qui ante mille annos est mortuus. Ac si dicant. Hoc est impossibile. Ignorant enim quod sibi secundum deitatem semper præfens fuit Abraham, neque mortuus erat qui vitam bibit in fonte vitæ. Unde *Exo. 3.* Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Hoc nomen est mihi in æternum. Quod esse non posset nisi apud ipsum viveret. *Matt. 22.* Non est Deus mortuorum, sed viventium.

Dixit ergo eis Iesus } hunc errorem reuelans [Amen amen dico vobis] Bis confirmat ut melius imprimat. *Gen. 41.* Quod secundo vidisti: ad eandem rem pertinens foranum: similitatis est indicium, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Ita & hic Filius bis confirmat [antequam Abraham fieret temporali generatione, quam præuenit tempus & subsequutum est [ego sum] Non dicit, Fui, vel, Etiam: quia æternitas non habet Nunc præteritum. Sed ut dicit *Boetius*, Nunc stans & non mouens sese semper facit æternitatem. Et hoc notat quando dicit, Sum: quod est verbum substantiuum præsentis nunc temporis. Quod tamen hic non dicit nunc temporis, sed nunc æternitatis. Cui ut dicit *Anselmus in Monologio*, omnis differentia temporis ita præfens est, sicut nostro nunc temporis, præfens est omnis locus & omnis loci differentia. *Eccli. 24.* Ad initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum nõ desinam. *1. Cor. 17.* Clarifica me Pater apud temetipsum claritate quam habui antequam mundus fieret apud te.

Tulerunt ergo lapides } Considerantes, quod æternitas nõ nisi Deo cõuenit, & quod se per æternitatem Deum esse profiteretur & quod pro tali blasphemia esset lapidandus: & non valentes sapientie quæ loquebatur resistere, & operibus quæ probabant suos sermones: conuertunt se ad lapides: ut illum lapidibus obruant, cuius sermoni resistere non valebant. Quamuis enim omne dictum firmatum sit: tamen iniquitatis error omittitur: quia innititur placentibus, & non persuaedet veritate proposita. Sic ergo tulerunt lapides Iudæi lapidea contra veritatem corda habentes [ut iacerent in Iesum] *Act. 7.* Dura cernice & indomabili corde vos semper Spiritui sancto resistitis. *Matt. 23.* Ierusalem Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti? [Iesvs autem] non timore mortis: quia *1. Cor. 13.* Crucifixoribus occurrit: neque impotentia resistendi, quia vno verbo in infernum omnes precipitare potuit. *Sap. 18.* Cuius verbum durus bellator in terra exterminij stans, repleuit omnia morte. Tamen nunc dispensatiue [abscondit se] cedens furori eorum vsque dum veniret hora Passionis, quam

præfinit. Pater. Et docens nos furorem hostium pro tempore declinare. *Ro. 12.* Non volueritis pro defendentes charissimi: sed date locum iræ. *1. Sa. 16.* Absconde fugientes, & vagos ne prodas: habitent apud te profugi mei. A facie enim gladij fugerunt, à facie arcus extensis à facie gladij imminentis, à facie grauis praelij [Et exiit de templo] ab eis. Designans derelictionem illorum & transitum ad Gentes. *Matt. 23.* Ecce relinbuerur vobis domus vestra deserta. *Ezech. 3.* Benedicta gloria Domini de loco sancto suo, supple. recedit. *Deut. 32.* Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Sic ergo dispensatiue recessit.

CAPVT IX.

ET præteriens IESVS vidit hominem cæcum à natiuitate.

Hic incipit pars illa, quæ est de doctrina illuminationis Verbi incarnati, secundum quod illuminationis ostenditur per corporale factum. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima signum illuminationis cum suis pertinentijs plene describitur: in secunda autem doctrina illuminationis in signo significata proponitur. *Ibi* [Audiuit Iesus quia eiecissent eum] Adhuc prima pars in tres diuiditur partes, in quarum prima signum perficitur: in secunda veritas signi certificatur. *Ibi* [Itaque vicini & qui viderant eum prius] In tertia autem signum manifestatur. *Ibi* [Adducunt eum ad Phariseos] In prima harum partium tria dicuntur, scilicet, opportunitas ad faciendum miraculum, modus vtilis ad perficiendum, & obedientia illuminati ad beneficium miraculi suscipiendum. Opportunitas autem ad faciendum est in quatuor, scilicet, cæci miseria, Discipulorum instructione necessaria, temporali ad miracula facienda congruentia, & Saluatoris benevolentia.

Cæci quidem miseria exprimitur per hoc quod dicit [Et præteriens] quando exiit de medio peccatorum: & non stans in via peccatorum. *Luc. 4.* Iesus autem transiens per medium illorum ibat. *Psal. 1.* In via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit [vidit] *Chrysostomus* Diligenter, oculo fixo & visu, aspectum ad cæcum direxit: ut ex hoc se misericordem ad miserum ostenderet, & Discipulos in admirationem & ad querendum pronocaret. De primo *Tobia 4.* Non auertas oculos tuos ab vilo paupere. *Thren. vii.* Intere Domine & respice opprobrium nostrum. *Tren. 1.* Vide Domine quoniam tribulor. *Exod. 3.* Videns vidi afflictionem populi mei. Defecundo in *Psal. 31.* In via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Ad hoc enim præterijt ut omnibus se exhiberet. *Act. 10.* Pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo. Sic enim *1. Cor. 4.* mirabantur Discipuli: quia loquebatur cum paupere peccatrice & alienigena femina: ita hic mirantur quod despectis multis spectaculis, visum suæ dignationis figit in pauperem mendicium cæcum: hominem ad imaginem Dei creatum deturpatam faciem habentem [cæcum] visu carentem: Et quod maior miseria [à natiuitate] qui nunquam huius mundi lucem viderat. *Iob. 3.* Qui concepti

concepti non viderunt lucem. Et hoc facit ad gloriam miraculi: quia in cæco nato magis profundata fuit causa cæcitatatis quam in eo qui aliquando vidit. *Psal. 87.* Pauper sum ego & in laboribus à iuente mea.

Et interrogauerunt eum Discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur Respondit IESVS: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo.

Ecce instructio Discipulis necessaria: & habet duo: interrogationem dubitationis, & responsionem illuminationis. Dicit ergo [Et interrogauerunt eum Discipuli eius] excitati ad modum visus, ad cæcum directi. *Deut. 32.* Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi [Rabbi] Magistrum confitentur: cuius volunt esse Discipuli. *1. Cor. 3.* Scimus quia à Deo venisti Magister. *1. Cor. 2.* Dedit vobis Doctorem iustitie: & descendere faciet ad vos imbre matutinam & serotinam [Quis peccauit, hic aut parentes eius?] Isti supponebant quoddam falsum, scilicet, quod nullus puniret à Deo nisi pro peccato. Hoc autem falsum est: sicut patet in Beato Iob. Et ideo querunt.

Videtur tamen, sicut dicit *Augustinus*, quod stulta sit huiusmodi questio: quia pater eius est contra Legem & Prophetiam, & pars eius contra rationem. Contra Legem est, quod propter peccata parentum esse sit punitus. *Deut. 24.* Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus suis: sed vnusquisque in peccato suo morietur. Contra Prophetiam autem *Ezech. 18.* Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater peccabit iniquitatem filij: sed anima quæ peccauerit ipsa morietur. Altera autem pars fuit contra rationem: quia antequam iste nasceretur, peccare non potuit: quia liberam vitam ad respirandum non habuit. Ergo ista questio in toto stulta fuit, & super positionem falsi fundata.

Ad hoc autem dicendum, quod questio quidem fuit simplex: sed non penitus stulta. Et ideo voluit eos Dominus ad querendum pronocare. Quia quamuis æternaliter filius pro patre non puniatur, nec etiam temporaliter filius puniatur pro patre: tamen malus pater aliquando puniatur in filio temporaliter: ut filium videndo torquetur: sicut *Gen. 9.* Cham filius Noe punitus in filio suo Chanaan: in hoc quod seruauit & maledictioni sit addictus, & ad liberos actus patris sui non sit idoneus. Et sic dicitur *Exod. 20.* Ego sum Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Quia per tertiam & quartam generationem patres frequentes vident filios & nepotes. Et sic simplex quidem & non stulta fuit hæc questio ex parte parentum. Et quod Lex dicit, & Prophetia: refertur ad penam æternam. Quantum autem ad secundam partem, questio fuit bona: quia de peccato originali intelligitur quod trahitur à parentibus primis: sicut dicitur in *Psal. 50.* Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et est sensus, Quis peccauit? &c. Hoc est, Vtrum peccatum actuale in

parentibus, an tantum originale fuerit huius cæcitatatis causa. *Eph. 2.* Omnes nascuntur filij iræ. Illius autem iræ merito puniuntur. *2. Reg. 19.* Neque enim fuit domus patris mei nisi morti obnoxia Domino meo regi.

Si autem obijciat aliquis, quia sic quilibet puniendus esset: cum quilibet in originali concipitur & foecetur in vtero matris. Dicendum, quod misericordie diuine est quod alicui pareatur. Iustitia autem est quando aliquis puniatur. *Thren. 3.* Misericordie Domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.

Ad hoc autem quod supponunt, quod nullus puniatur nisi pro peccato, auctoritatem pro se habuerunt. *Eccli. 8.* Non est homo qui non peccet, neque infans cuius vita est vnus dies super terrâ. *3. Reg. 8.* Non est homo qui non peccet. *1. Iob. 15.* Quid est homo ut immaculatus sit & ut iustus appareat natus de muliere? *1. Cor. 1.* Si dixermus quia peccatum non habemus, &c. Et ideo dicit *Hieronimus*. Quicquid patitur, peccata nostra promeruerunt. *Greg.* Nulla nocet aduersitas si nulla dominetur iniquitas. *Thren. vii.* Vt nobis quia peccauimus. Ad hæc & similia dicendum, quod pro certo peccatum est peccati prima causa, etsi non proxima: & hæc causa conuenit vocari à Sanctis causa sine qua non, & remotâ: quia si non esset culpa, non esset pena. Sed hæc non est causa proxima meritoria peccati in eadem persona, quæ puniatur. Quia & Christus punitus est propter peccata: non quæ fecit ipse, sed quæ fecerunt primi parentes & posteritas eorum. *1. Sa. 3.* eo quod possit animam suam pro peccatis, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit ut non perirent. Et sic intelliguntur omnes inducere auctoritates. Et sit patet quod simplex fuit quidem questio, sed non stulta, neque suppositio est omnino falsa.

Dicit enim *Damasianus*, quod multis de causis puniatur aliquis. Primo enim infligitur alicui pena propter reatum culpe: sicut Maria soror Moysi percussa est lepra propter peccatum inuimurci. *Num. 12.* Et Hieronimus propter simoniam. *4. Reg. 5.* Secundo ad virtutis probationem & manifestationem sicut *Iob. 1.* & *Iob. 12.* Quia placuisti Deo, necesse fuit ut tentatio te probaret. Tertio ad virtutis conseruationem: sicut *Paulo 2. Cor. 12.* Datus est mihi stimulus satanae, ut me colaphis ne magitudo reuelationum extollar me. Quarto propter diuini consilij dispensationem, ut in Christo. *Luc. 26.* Neque sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam. Quinto ad diuine virtutis in Christo latentis manifestationem: ut diuine virtutis operatio manifestata, multis sit occasio salutis: sicut hic in isto cæco. Sexto ut in alijs gloria passionis impigrascat. *Iob. 12.* Considerate enim qui saltem à peccatis subtrahunt contradictionem: ut non fatigentur animis vestris deficientes. Septimo ut moti iudicij æterni iam in ipsum præueniant: sicut *Act. 12.* Herodes consumptis venteribus caprauit. Octauo ut ostendat quæ necesse est in peccatores erit. *Ps. 2.* Si autem Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed videntibus inferni detractos in tartarum tradidit. *Eccli. 23.* Si hæc in viridi, in arido quid fiet? Sic ergo patet quod in toto non fuit falsa

Discipulorum suppositio. Et ideo locum habuit questio. Et hoc est quod dicunt [Rabbi, quis peccauit] *Rom. 4.* Omnes enim peccaverunt, & egent gratia Dei.

Dederat etiam Dominus occasionem huic questioni: quia paralytico dixerat *Ioan. 5.* Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Vbi innuit propter peccatum fuisse punitum. *Baruch 3.* Quid est Israel quod in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es, cum mortuis, computatus es cum descendentibus in infernum, dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terram tuam.

Hic autem parentes eius] sic, supple, tu vindicatum est peccatum ista cecitate. Et ideo *Tobia 3.* dicitur. Neque vindictam fumus de peccatis, ne reminiscaris delicta mea vel parentum meorum. Et hoc est quod sequitur [vt cæcus nasceretur] in vindictam talis sui vel parentum peccati: quia Deus non punit sine peccato, sicut dictum est.

Respondit Iesus] desiderantibus suas ingerens illuminationes. *Isa. 60.* Surge, illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum. Neque hic peccauit] *Iob. 17.* Non peccaui, & in amaritudinibus moratur anima mea. Item *16.* Passus sum absque vlla iniquitate, cum ad Deum mundas haberem preces. Item *6.* Utinam appenderentur peccata mea & calamitas quam patior in statera [Nequa parentes eius] sed contra hoc obijcitur *Is. 43.* Patres tui primo peccauerunt & interpretes tui prauaricati sunt in me. Sed hoc soluitur per ea que dicta sunt: quia peccatum non est causa peccati, nisi sine qua non. Sed non oportuit quod peccatum sit istius peccati causa meritoria. Et ideo addit [Sed vt manifestentur opera Dei in illo] Ac si dicat, quod non est cæcus natus ad punitionem peccati: sed potius dispensata est cæcitas ista, vt manifestato opere miraculi: virtus diuina appareat, & sic ad fidem edificentur credentes.

Sed si obijcitur, quod Deus bonorum nostrorum non indiget ad hoc quod nobis beneficiat: multo minus indiget malorum nostrorum vt virtutem suam ad edificationem nostræ fidei ostendat: quia multis modis alijs in salutem nostram ostendere potest. Ad hoc dicendum, quod quidem aliter ostendere potuit: sed nullus modus ita familiaris & conueniens nobis fuit. Et ideo defectum quem meruimus, incidere permisit vt, salutem desideremus: & oblata salus, gratiam faciat nobis Saluatoris gratiam. Et hoc modo cecitatem istam Deus dispensauit. Et hoc est quod dicit *Ioan. 11.* Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam. *Eccli. 43.* Audientes auribus nostris admirabimur. Illic præclara opera & mirabilia.

Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari.

Hic tangitur temporis ad miracula faciendæ congruentia: & dicuntur duo, scilicet, congruitas, & necessitas. Congruitas tangitur, cum dicit [Me oportet] hoc est, opportunum est: quamuis non necessarium, sed voluntarium, quod oportet [operari opera eius qui misit me Patris] *Ioan.*

6. Hoc est opus Dei: vt credatis in eum quem ille misit. Et ideo opera fidei edificantia, sunt opera à Patre Filio iniuncta, & à Filio impleta & perfecta. *Ioan. 5.* Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, *1. 26.* Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. *Luc. 2.* In his que Patris mei sunt oportet me esse [donec dies est] Dies hic est præsentia lucis super nos: & dupliciter, scilicet, per corporalem præsentiam, & per fidem dum viuimus: quia post vitam non valet nobis operatio solis. *Psal. 103.* Exhibuit homo ad opus suum & ad operationem vsque suam ad vesperam. *Eccli. 9.* Quodcumque valet manus tua instantèr operare. Quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia, est apud inferos, quò tu properas. *Gal. 6.* Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Præsentia enim lucis, & ostendit quid operemur & iuuat ad operationem, & operatur in nobis, sicut præsentia solis in mundo. *Malach. 4.* Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ: & sanitas in pennis eius. *Eccli. 43.* Ideo dicitur quod sol est vas admirabile opus excelsum. Si ergo occidat sol à nobis, non valebit nobis ipsa operatio solis. Et hoc est quod sequitur.

Veniet nox] (quæ à nocendo dicitur: quæ nox nihil aliud est, nisi absentia lucis nos ad operandum adiuantis) quando operatio ulterius non proderit. *Matth. 20.* Cum sero factum esset, dicit Dominus vineæ, pcuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. Tunc enim non est tempus operis, sed recipiendæ diuinæ mercedis. *Apoc. 14.* Opera enim illorum sequuntur illos. *Sap. 17.* Si rusticus quis eras, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Et ista nox, tenebræ sunt exteriores, in quas projiciuntur desperati. *Matth. 25.* Ligatis manibus & pedibus projicite cum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et hoc est quod dicit [quando nemo potest operari] quia solis iustitiæ lumen tunc non iuuat ad operationem. *Iob 3.* Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non illustretur lumine: quia illa est nox æternæ damnationis. *Sap. 17.* Ignis quidem nulla vis: nec siderum limpida flammæ poterant illuminare noctem illam horrendam.

Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.

Ecce beneuolentia Saluatoris, quæ sola beneuolentia semper fuit in beneficijs lucis. Dicit ergo [Quamdiu in mundo sum] vel præsentia corporali, vel præsentia fidei: quod tempus constitutum est ad merendam, & dies est hominis. *Ro. 13.* Abijciamus opera tenebrarum, & inquamur arma lucis, sicut in die honeste ambulamus [sum mundi] Et sicut lux semper radios emittit: ita ego emitto spirituales radios beneficiorum. *Ioan. 12.* Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis. *Esai. 8.* Iudæis maxima lux oriri visa est. Et iterum *Ibidem 10.* Et in lucem solemque conuersa est. Sic ergo spargo lucis beneficia.

Hæc cum dixisset expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & limiuit lutum super

per oculos eius, & dixit ei: Vade, lana in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit: & venit videns.

Hic tangitur modus miraculo conuenientissimus. Sicut enim emissa de capite Domini sapientia, lutum primo fecit in factura primi hominis: ita nunc descendente de capite Christi salina (quæ est humor saluus eo quod sal sapientiam signat) iterato temperato luto facit lutum in temperationem hominis: vt ostendat se eundem Saluatorem & Creatorem. Sic ergo & tali de causa, & modo tali, fecit lutum ex sputo. *Iob capitulo 10.* Memento quæso Domine, quod sicut lutum feceris me.

Scias autem quod lutum materiam substantiæ nostræ signat. *Romano. 9.* An non habet potestatem ngulus luti &c. *Iere. 18.* Sicut lutum in manu figuli: ita vos in manu mea domus Israel. *Iob 33.* De eodem luto ego quoque formatus sum. Virtus autem animæ, & ratio, & intellectus, sunt ex humore descendente a capite: & sapor gratiæ est ex sale salinæ. Hoc signatum est *1. Reg. 21.* vbi desuebant saluæ in barbam David, vbi vultum immutauit, quod Filius Dei, immutans ad infirmitatem hominis & ad stultitiam crucis, vultum suæ maiestatis: talem in nos saluam illuminationis immisit. Hoc est collyrium de quo dicitur *Apoc. 3.* Vnge collyrio oculos tuos vt videas. Hoc est vnguentum, de quo dicitur *Psal. 132.* Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, hoc est, in omnes capit Christis adherentes. Sic ergo sapientiam Verbi, luto nostræ naturæ admiscens, cæcum illuminauit. Et hoc est quod dicit.

Expuit in terram] dicitatem humanæ naturæ associans [& fecit lutum] temperando terram sapientiæ diuinæ. *Iob 38.* Restituitur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum. Quia signaculum imaginis Patris, vt lutum restitutum est à casu pristino, & in verbo ipsam assumente stabit sicut assumpti habitus vestimentum. *Phil. 2.* In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo [ex sputo] à capite suo descendente, in quo omnis virtus est capitis. *Col. 2.* In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi [& limiuit super oculos eius lutum] de natura terræ. Iste quidem etiam videns, excæcari debuit propter terræ obscuritatem. Sed de natura salinæ virtus sanatiua in luto fuit: & ideo limiuit, quia lutum fecit ad magnitudinem miraculi. Salina vero perfecit virtutem. Vnde *Beda.* Expuit in terram & lutum fecit: quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis [& dixit ei.

Vade, laua] Ad quid lauare oportebat si supra oculos vnguentum fuit? Sed ad hoc dicendum, lauandi fuit causa non salina, sed terra: quia causa cæcitaris peccatum fuit. *Psal. 6.* Lauabo per singulas noctes lectum meum: & lacrymis meis stratum meum rigabo. *Isa. 1.* Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vbi autem lauet determinat [in natatoria Siloe] Est autem Siloa, fonticulus ad radices montis Sion, non iugibus fluens aquis, sed in certis horis, & ideo indiget receptaculo, quod aquam aliquando forte stillantem recipiat

& referret. Et hoc vocatur natatoria pluraliter: quia multis natatorijs parum fuit ad utilitatem hominis. Et ideo dicitur *Isa. 8.* quod aquæ Siloe vadunt cum silentio: quia sonum vadaram non habent. Et subdit Euangelista [quod interpretatur missus] quia potius sunt aquæ de pluuijs cæli missæ, quam de proprijs thesauris aquarum erumpentes. Significat autem hæc aquæ stillas diuini eloquij, quasi quæ totæ de celo missæ sunt, & non cum tumore syllogismorum, aut colore Rhetoriarum descendunt: sed in silentio humilitatis & pacis & quieti cordis. *Isaia 55.* Quomodo descendit imber, & nix de celo, & illuc vitra non reuertitur: sed infundit terram, & inebriat eam, & dat semen sterenti, & panem manducanti: Sic erit verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. *Ezech. 36.* Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini omnes ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum.

Abiit ergo] Ecce illuminati obedientia, quæ est in tribus [Abiit enim] quia à causis & locis cæcitaris recessit. *Psal. 44.* Oblitus est populum tuum, & domum patris tui [& lauit] quia à se maculas contagionis terræ emundauit. *4. Regum 5.* Descendit & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei: & restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli, & mundatus est: & venit videns] propter mysterij secretum, & obedientiæ meritum. *1. Reg. 15.* Melior est obedientia quam victima. Venit autem per fidei deuotionem, & vidit per credibilem intellectum in proximo. *Psal. 45.* Venite & videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram.

Itaque vicini & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum.

Hic incipit pars, quæ est de miraculi certificatione, & diuiditur in duas partes, in quarum prima ponitur certificatio eius in quo miraculum est perfectum: in secunda certificatio eius qui fecit miraculum *ibi* [Dicebant ergo: Quomodo aperti sunt tibi oculi?] Adhuc prima harum diuiditur in tres partes, quarum prima ponitur de eo, in quo factum est miraculum, dubitatio: in secunda disceptatio: & in tertia certificatio. Dicit ergo [Itaque] tam magno subito apparente prodigio [vicini] qui parentes & natales eius cognouerunt [& qui nouerant eum prius] ex communi & conuicta familiaritate [quia mendicus erat] quia à nobis maxime petebat. *Luc. capitulo 1.* Audierunt vicini & cognati eius, quæ magnificauit Dominus misericordiam cum illa: & congratulabantur ei. Et præ nimia lætitia vix credere potuerunt. Mendicus autem erat qui ab alijs quærebat, & ille à pluribus notus fuit. Semper autem Dominus mendicis plus gratiæ impendit: quia illis similis esse voluit, & impendere misericordiam: vt homines ad similia prouocaret. *Iacob. 2.* Nonne Deus pauperes elegit in hoc

hoc modo: diuites autem in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se: 2. Cor. 8. Sciis gratiam Domini nostri IESU CHRISTI, quia propter vos egenus factus est ut vos illius inopia diuites efferetis. Hi autem qui propter Deum noti erant eius: propter subitam in facie eius apparentem mutationem [Dicebant] ex pietate potius quam ex ignorantia dubitantes [Noane hic est qui sedebat & mandicabat] Cæci enim sedent; quia vestigia non vident. Mendicant autem: quia artes operum vnde lucrentur discere non possunt. Act. 3. Repleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi.

Alij autem dicebant] Ecce disceptatio. Qui contra gratulantes ei dicebant [Quia hic est] vere qui beneficium à Salvatore recipit. 1o. 6. Hic est vere Propheta qui venturus est in mundum [Alij] autem volentes offuscare miraculum dicebant [Nequaquam] est ille, supple [quia similis eius est] Isa. 5. Væ qui dicitis bonum, malum: & malum, bonum: ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Act. 13. Opus ego faciam in diebus vestris, opus quod non credentis si narrabitur vobis [Ille autem dicebat] miraculum in seipso certificans [Quia ego sum] Nulli enim ita constabat de ipso sicut sibi. 2. Machab. 3. Testabatur omnibus ea quæ suis oculis viderat opera magna Dei. Tobie 12. Coram omnibus viuentibus confirmari ei: quia fecit vobiscum misericordiam suam.

Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?

Hic incipit certificatio eius qui fecit miraculum. Et tanguntur hic duo, scilicet, modi inquisitionis, & eius qui fecit miraculum certificatio. Dicit ergo [Dicebant ergo ei] Chrysostr. Disceptantes de miraculo [Quomodo aperti sunt oculi tui?] Quæstio est admirantium, & modum operationis diuinæ virtutis ignorantium: quia ad illum humana ratio non potest. Luc. 1. Quomodo fiet istud? Eccl. 1. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Et ideo nulla quæstio est: quia modus ille diuinæ sapientie operantis profundari non potest. Job 36. Memento quod ignores opus Dei de quo cecinerunt viri. Laudare enim opera Dei debemus, & admirari, sed inuestigare non possumus modum. Psalm. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, &c. Ex modo etiam loquendi viderat, quod iste pupillas clausas vngula habuit: quia sic quærent [Quomodo aperti sunt tibi oculi] Et non dicunt. Quomodo dati sunt tibi oculi? Isa. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.

Respondit. Ille homo qui dicitur IESVS, lutum fecit, & vixit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatorium Siloe: & laua. Et abiit, & laui, & video. Et dixerunt ei. Vbi est ille? Ait: Nescio.

Ecce certificatio eius qui fecit miraculum. Tanguntur autem hic tria: reuelatio factoris per nomen, & modus operationis ipsius, & oculi-

tatio ipsius per absentiam secundum locum. Dicit ergo [Ille homo] Qui præcipue dignitatis est inter homines, qui in hominum est forma, homines curans. Phil. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo [qui dicitur IESVS] Nomine non vacuo Saluator appellatur: quia sicut dicitur Eccl. 46. Maximus est secundum nomen suum in salutem gentis. Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum IESVM CHRISTVM, qui reformabit corpus humilitatis nostræ. Quicquid enim peccatum deformauit, Saluator reformauit. Et hoc signatur Ier. 18. vbi dicitur de figulo: Confractum est vas in manu eius: & conuersus fecit illud in vas alterum, sicut placuit in oculis eius. Ille ergo qui vere IESVS dicitur est.

Lutum fecit] ex spūto sãtiæ sui capitis: quod gratia est, descendens à deitate, condita sale sapientie: quæ gratia in lutum ex quo factus sum commixta est, & mihi decus naturæ reddidit, & abstulit deformitatem: sicut figulus addit partem confractam in opere luti. 1. Sam. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum. Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. De eodem enim & naturali principio & efficiente fit vniuscuiusque rei prima formatio, & reformatio si deprauatur. Et ideo certum est hunc esse Creatorem hominis [et vixit] luto sic commixto [oculos meos] hoc significando, quod gratia luminis suæ deitatis in oculos meos descenderet, & me illuminaret, causam cæcitaris meæ repellendo. Actuum 9. Confestim sub manu Ananias ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ: & visum recepit. Ananias enim donum gratiæ Dei interpretatur.

Et dixit mihi] præcipiendo [Vade] profectu gratiæ & laudis diuinæ. Psalm. 83. Ibunt de virtute in virtutem [ad natatorium Siloe] vbi stillicidium diuinæ sapientie in concham congregatum est, sicut in Christo homine. Colo. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientie & scientie Dei absconditi. Ioann. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Ille enim Siloe fonticulus humilis est: quia ad hoc nostrum lutum quod ipse ut Creator miscuit missus est. Psalm. 10. Lauabis me & super niuem dealbabor. Et hoc est quod dicit [et laua] Ioh. 3. Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, hoc est, hispidorum & deformium peccatorum. Vnde post modicum sequitur. Mandabo sanguinem eorum quem non mandaueram.

Et abiit] per obedientiam. hoc est, à propria voluntate recessit, & suæ appropinquauit. Isa. 58. Si non fuerit inuenta voluntas tua in te: ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudinem terræ, & & cibabo te hæreditate Iacob patris tui [et laui] continua expiatione immunditiam luti purificauit. Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo, hoc est, delectationem peccati, in qua turpiter iacens quiescit [et video] hoc est, visum recepit. Act. 9. Dominus misit ad te: ut videas & impleris Spiritu sancto.

Sed quæritur, Quare luto curauit istum; & quare misit ad Siloam: Ad quod dicendum secundum

secundum Chrysostr. quod lutum posuit: quod etiam cæcitate & opacitate, & terrenitate, luminari contrarium fuit oculorum; ut magnitudo miraculi appareret: & ostenderetur quod potentia diuinæ virtutis, quæ in ipso erat etiam in his quæ contrarium operantur suæ voluntati, facit effectum. Genes. 18. Num Deo quicquam erit difficile? Misit autem lutum ad locum publicum, tum propter regni solium, tum propter aquæ refrigerium: ut omnibus notum fieret tantæ potentie miraculum.

Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Dolose quærent ut acculent. Ioan. 8. Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro morietimini [ait] illuminatus [nescio] quia indigni estis ut vobis indicetur. Ioan. 5. IESVS declinauit à turba constituta in loco. Cantor. 5. Ille vero declinauerat atque transierat.

Adducunt eum ad Phariseos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit IESVS, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex Phariseis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

Hic post confirmationem miraculi ponitur publicatio ipsius, quæ etiam facta est Phariseis inuitis. Diuiditur autem in tres partes, in quarum prima nituntur reprehensibile factum ostendere: in secunda nituntur Christum huius miraculi factorem non esse probare [Ibi] [Dicunt ergo cæco iterum]. Tu quid dicis? In tertia autem in his ambobus deficientes, factum nituntur obambrare & minuire [Ibi] [Vocauerunt ergo rursum hominem] In prima harum tria dicuntur, scilicet, reprehendentium sollicitudo, reprehensionis quæstio occasio, & reprehendentium dissensio. In primo horum adhuc tria sunt, scilicet, cæci ad iudicium Phariseorum presentatio, temporis quando miraculum factum est determinatio, & Phariseorum dolosa de modo miraculi inuestigatio. Dicit ergo Euangelista.

Adducunt] vicini, & qui nouerant istum prius [eum] cæcum illuminatum vel ad Phariseos] quoram iudicio probaretur vel improbaretur miraculum [qui cæcus fuerat] Psalm. 67. Congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento. Isti enim tauri fuerunt qui cornibus potestatis & iudicij omnia ventilabant. Alij autem inferiores, vaccis comparantur, propter libidinem carnis: qui cum eis conueniunt. Et hoc permittit Deus: ut excludant, hoc est, sicut opere exclusorum, eminere & fulgere faciunt eos qui probati sunt & Deo accepti: argento, hoc est, discussione tinnula & sonora per disputationem. Excludores enim dicuntur argentarij & aurifices, qui speciem faciunt anaglyphi in argento & auro. Sic isti dum sollicitantur qualiter facta Christi ventilentur ad re-

prehensionem, magis faciunt ea eminere & fulgere ad laudem: dum sollicitè quærent reprehendere & non inueniunt.

Erat autem sabbatum quando lutum fecit IESVS] quia hoc videbatur esse manuale & seruale [et aperuit oculos eius] per luti appositionem. Luc. 6. Observabant eum Scribæ & Pharisei si sabbato curaret. Maiorem enim curam habebant de sabbato quam de homicidio vel de adulterio. Mat. 23. Liquantes calicem camelum autem glutientes.

Iterum autem interrogabant eum Pharisei] ad quos productus fuerat dolose agentes. Eccl. 13. Multa loquela tentabit te: & subridens interrogabit te de absconditis tuis [quomodo vidisset] Quia factum calumniari non poterant, modum requirunt, ut illum reprehendant: quia ex modo volebant ostendere quod esset maleficus & non diuinus. Ioan. 8. Samaritanus es tu, & demonium habes. Mat. 12. In Beelzebub principe demoniorum eicis demonia [Ille autem] intrepidus confitebatur, & simpliciter veritatem simplicem confitebatur [dixit eis] Lutum posuit mihi super oculos] Cum tamen secundum Platonem oculi ex igne: secundum Aristo. autem ex aqueo limido conficiantur oculus. Et ignis quidem fulgor caligat ex luto, & aqueo limpiditas turbatur: ut per contrarium naturæ, diuina virtute sanatus esse intelligatur [et laui] gratia Dei, & limpiditate sapientie Scripturarum lustrali substantiam purgavi. Isa. 1. Lauamini munditi estote] & video] tenebris absolutis cæcitaris. Mich. 7. Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Mat. 20. Tetigit oculos eorum, & confestim viderunt & sequebantur eum.

Dicebant ergo ex Phariseis quidam] Ecce istorum dissensio: quia quidam coacti ab ipsa veritate, iam ad deuotionem desecti videbantur. Quidam autem malitia obstinati, persistebant in pertinacia. Et hoc est [Non est hic homo] Deum nolunt confiteri [à Deo] eo quod contra præceptum Dei facere videtur [qui sabbatum non custodit] quia sabbatum & opere & præcepto est sanctificatio. Opere: quia in ipso requieuit Deus ab omni opere suo Genes. 2. Præcepto autem Exod. 20. Memento ut diem sabbati sanctifices [Alij autem] inclinati ad deuotionem] dicebant quomodo potest homo peccator] qui cum Deo nihil habet commune [hæc signa facere]

Contra hoc est quod dicitur Mat. 7. Multi dicunt mihi in illa die. Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et ego confitebor eis: Quia ego nunquam noui vos. Responsio est ad hoc, quod sicut saepe diximus, quod isti non attendebant tam factum quam modum faciendi: quia ut potestatem habens, non cum clauis suplicationum vel exorcismorum ista faciebat, sicut saepe diximus. Vnde Math. cap. 7. Loquebatur quasi potestatem habens: & non sicut Scribæ & Pharisei.

Et sic] schisma erat inter eos] & hoc voluit Dominus: quia concordia malorum est mala. Isa. 29. Dominus miscuit spiritum vetiginis in medio eorum: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo: sicut errauit ebrius & vomens. Act. 23. Facta est seditio inter Phariseos & Sadduceos, & soluta est multitudo.

Dicunt

Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat: & interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

Tangit hic negationem eius qui fecit miraculum. Et sicut in precedenti: ita & hic ex hoc magis publicatur. Tanguntur autem hic quatuor, scilicet, Phariseorum versutia ad querendum, duritia eorum ad credendum, diligentia ad inuestigandum, & parentum cæci timiditas ad veritatem testificandam [Dicunt ergo] Quærebant enim versute a simplici [Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos?] Ac si dicerent, Secrete illum nosti, & aliquid mali te non latet. Dic hoc. *Ier. 9.* Sagitta vulnerans, lingua eorum dolum locuta. *Chrysol.* Intuere quot modis tentant miraculum obumbrare. Sed hæc est natura veritatis ut per hæc potior fiat, per quæ intenditur obumbrari. *3. Esdra 3. & 4.* Veritas vincit, & inualefcit, & super omnia vincit veritas [Ille autem dixit] constans athleta veritatis. *Eccli. 4.* Pro iustitia agonizare pro anima tua, &c. [Quia Propheta est] Propheta magnus & fidelis in conspectu Domini. *Luca capitulo septimo.* Propheta magnus surrexit in nobis: quia Deus visitauit plebem suam.

Non crediderunt ergo, &c.] Ecce ad credendum duritia. Quia licet illum viderent cæcærent, & testimonium omnium esset quod prius cæcus fuerat: tamen non crediderunt de illo quia cæcus esset. Et hæc fuit crassa infidelitas. *Isa. 53.* Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? *Exod. 3.* Non credent mihi sed dicent. Non misit te Dominus [donec parentes eius vocauerunt qui viderat] hoc est, qui illuminatus fuerat: quia parentes non libenter consentunt turpia de filiis. Turpe autem est cæcum natum genuisse. *Iob 24.* Ipsi fuerunt rebelles lumini, & ignorauerunt vias eius, & nescierunt semitas eius. *Chrysol.* Porabant abortiuam facere miraculum vnde semper rebellare nitebantur.

Et interrogauerunt eos dicentes] Ecce quanta diligentia ad querendum. Non enim sufficit querere a cæco nisi etiam parentes, & noti vocarentur. Faciunt autem hic duas quæstiones, & implicant tertiam ante duas, quas faciunt. Et ideo parentes responderunt ad duas, & ad tertiam non respondent propter timorem. Prima quæstio implicat quæstio est hæc [Hic est filius vester?] Hoc est. Et ne hic filius vester? Videbant enim manifestum factum in homine, & constantiam ad confitendum: & ideo de illo nesciunt aliquid sui propositi inuestigare. *Matth. 4.* Hominem videntes qui curatus fuerat nihil poterunt contradicere [de quo vos dicitis quia cæcus natus est] Secunda quæstio. *Chrysolom.* O inquinati per omnia quis eligeret pater talia loqui de filio? vnde dicunt [de quo vos dicitis] Ac si dicant. Et si dicitis, dictum vestrum non stabile reputatur. *Isa.*

32. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium [Quomodo ergo nunc videt] Tertia quæstio. Doli sic quæstiones componebant: ut quicquid diceretur, inconueniens reputaretur. *Iob 6.* Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.

Responderunt eis parentes eius & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est.

Ecce timiditas parentum non audentium confiteri miraculi veritatem [Scimus quia hic est filius noster] Hæc est responsio ad primam quæstionem, quam implicite proponebant. *Isa. 48.* Carnem tuam ne despexeris. Item. *49.* Si potest mulier obliuisci infantem suum ut non misereatur filio vteri sui? *Prover. 31.* Quid dilecte mihi quid dilecte votorum meorum? quid dilecte vteri mei? Hanc autem quæstionem natura negare non permittit [et quia cæcus natus est] Quod confiteri verendum est, tamen veritas id confiteri compellit. *Romanor. cap. 9.* Veritatem dico in Christo IESU: non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea. *Epheso. cap. 4.* Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra.

Quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius: quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

Ecce hic timore confusionis diuertunt à veritate. Vnde hic duo dicuntur, scilicet, quod à veritate diuertunt, & quia de causa diuertunt. Dicunt duo: de modo miraculi, & de auctore. De modo miraculi dicunt [Quomodo nunc videt nos nescimus] Hoc non erat verum: quia ex quo cæcus, eis qui erant vicini, & his qui nouerant eum, prius modum prædicauerat: multo magis hoc prædicauerat parentibus sibi de recepto visu congratulantibus. Sic Petrus negauit Dominum, & veritatem. *Matth. cap. 26.* Non cantabit gallus antequam ter abneges nosse me. Sic filius negat patrem, & pater filium. *Matth. cap. 10.* Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim patrem separare a filio, &c. [aut quis eius aperuit oculos nos nescimus] Hoc non quærebant: sed isti sciebant quod statim si de modo videndi respondissent, quæsituri essent de tanti miraculi auctore: & ideo præueniunt respondendo se nescire. Contra quod dicitur *Eccli. 4.* Non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam [ipsum interrogate] De se ponunt responsum super filium [ætatem habet] hoc est.

est, sufficientem ad regimen vitæ intellectum: & ideo à tutela nostra est absolutus [ipse pro se loquatur] *Matth. 26.* Permittitur tibi loqui pro te ipso.

Hæc dixerunt parentes eius] Causam reddit Euangelista propter quam parentes diuertunt à veritate [quia scilicet timebant Iudæos] quod tamen facere non debebant. *Isa. cap. 51.* Quis tu ut timeas ab homine mortali? *Matth. 10.* Nolite timere eos qui corpus occidunt, & post hoc non habent amplius quid faciant. Causa autem timoris fuit [iam enim conspirauerant Iudæi] Conspiratio est obligatio in malum. *Ierem. 11.* Inuenta est coniuratio in viris Iudæ, & habitatoribus Ierusalem: reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum [ut si quis confiteretur ipsum esse Christum] hoc est, Messiam in lege promissum, & vñctum à Deo diuinitatis vñctione [extra Synagogam fieret] tanquam anathema ab omnibus eiceretur. *Ierem. 11.* Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoreretur amplius. *Ioan. capitulo 16.* Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Propterea parentes eius dicebant] accusatoriam suam in filium conuertentes [quia ætatem habet pro se loquatur] *Gal. 4.* Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à Patre. Ac si dicant. A iugo nostro obedientie est absolutus & à cura. *1. Corinth. 13.* Quando factus sum vir, euacuabam quæ erant paruuli. Sic ergo nitentes istum inducere ad negandum non potuerunt: sed magis veritas emicuit.

Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo, peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: vnus scio, quia cæcus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire: Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?

Hic notatur quod miraculum nituntur obuiolare: quia negare non possunt: ut saltem homini Christi non attribuat. Et ad hoc inducunt blandicias ut illiciant: versutias, ut decipiant: conuicia, ut ad impatientiam moueant: iniurias, ut terroribus cogant. Et hoc est [Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus] ut blandiendo emollirent eum: ut alij miraculum quod negari non poterat attribueret, & non Christo. *Ierem. 20.* Et persequamur eum si quo modo decipiantur, & præualeamus aduersus eum, & confitemur vitionem ex eo. *Dan. 6.* Principes & seipsum quærebant occasionem ut inuenirent Danieli: ut mouerent ex latere legis: nullamque causam, & suspicionem reperire poterunt [et dixerunt ei] cæco nato blandientes [Da gloriam Deo] de te iam fanato. Et hoc attribuit Deo, & non Christo: & hoc stultum est: quia dare gloriam

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Deo, est confiteri veritatem. *Iosue cap. 7.* Fili mi da gloriam Deo, & confitere peccatum tuum [Nos scimus quoniam hic homo] Non Deus [peccator est] quia sabbatum non custodit. *Isa. cap. 53.* Nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. *Matth. capitulo undecimo.* dicunt quod sit vorax, potator vini, peccatorum & Publicanorum amicus.

Dixit ille blandiciis non illeclus [Si peccator est, nescio] hoc est, non approbo. Vel [si peccator est] simpliciter, hoc [nescio] & pro certo scirem in meipso si esset: quia tunc curatus non essem. Et ideo quia nescio peccatorem ipse pro certo non est peccator [si peccator est, nescio] *Chrysolomus* hoc est, modo non enuntio. Vel dicatur sicut sacer litera. Ego nescio eum esse peccatorem. Et hæc habet duas causas veritatis, scilicet, si peccator est in conspectu vestro, ego hoc nescio, hoc est, non approbo. Vel, si peccator simpliciter, hoc nescio. Et pro certo scirem in meipso, si esset: quia tunc curatus non essem. Et ideo quia nescio peccatorem, ipse pro certo non est peccator. *1. Ian. capitulo 8.* Quis ex vobis arguet me de peccato? *1. Pet. 2.* Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius [Vnus scio] per experimentum [quia cum cæcus essem] prius [modo] benedico gratia ipsius [video] *Tobia cap. undecimo* Benedico te Domine Deus Israel: quia tu castigasti me & sanasti me. Et ecce video. *Isa. capitulo quadrag. nono.* Ut diceret his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris sunt, Reuelamini.

Dixerunt ergo illi] Hic astutiis & versutiis nituntur illum decipere [Quid fecit tibi?] Ecce vna quæstio, in qua querunt quid fecerit: Verum factum fuit contra legem. Et sic: ostenderent merito illius facti, Christum esse peccatorem, & non curatum esse cæcum merito facti illius. *Eccl. cap. octauo.* Ne contra faciem stes contumeliosus: ne sedeat quasi insidiator ori tuo. *Proverbiarum cap. 1.* Abscondamus tendiculas contra insonem frustra [Quomodo aperuit tibi oculos] hoc ideo querunt: quia si cataplasma; aut malagma aliquod apposuisset: tunc ei non ascripsissent. *Prover. 12.* Consilia impiorum fraudulenta, verba impiorum insidiantur sanguini. Item *Prover. 24.* Ne insidieris & quaras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.

Respondit eis] ille immobilis veritatis confessor. *Psal. 38.* Posui ori meo custodiam, cum confiterer peccator aduersum me [Dixi vobis iam & audistis] hoc est, explanatum verbum meum simplicibus verbis intellexistis. *Iob cap. 6.* Super pupillum irruistis, & subuertere, &c. [quid iterum vultis audire?] Si enim iterato velletis audire ex fide & deuotione, paratus essem dicere: sed quia tentando & dolose queritis, nolo dicere. *Matth. capitulo septimo.* Nolite lapsum dare canibus, & margaritas nolite spargere ante porcos. *Proverbiarum capitulo 18.* Non recepit stultus verba prudentie: nisi ea dixeris quæ versantur in corde suo [Nunquid & vos] qui vsque hodie hunc persequeimini, modo deposita malitia eius fieri? quia tam diligenter queritis de factis eius.

Q. Tunc

Tunc enim oporteret humiliari ad ipsum. *Deut.* 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Oporteret etiam sequi eum, imitando & obseruando præcepta eius: quorum nihil vultis facere. *1. 3. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.*

Maledixerunt ergo ei & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moyfi discipuli sumus. Nos scimus quia Moyfi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit.

Ecce hic se conuertunt ad conuicia: & dicuntur duo, scilicet, conuicia Pharisaeorum, & sapientissima responsio illuminati. In conuicio duo sunt: maledictio illuminati, & qualiter Moysem præferunt Christo ipsi pessime excæcati. Dicit ergo [Maledixerunt ergo ei] cæco [& dixerunt] Sed hæc maledictio conuertitur in benedictionem. *Zach.* 8. Sicut eratis maledictio in Gentibus domus Iuda & domus Israel: sic saluabo vos & eritis benedictio. *Genes.* 27. Qui benedixerit tibi, sit ille benedictus: & qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Et dixerunt: Tu discipulus eius sis] *Gen.* 27. In me sit ista maledictio. *Mat.* 5. Beati eritis cum vos maledixerint homines, & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis [Nos autem Moyfi discipuli sumus] quem Christo præferunt. Et hæc est blasphemia: & tamen in hoc falsum dicunt. Quia si essent discipuli Moyfi, per Moysen venissent ad Christum. *Joan.* 5. Si crederetis Moyfi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. *Luc.* 16. Habent Moysen & Prophetas: audiant illos [Nos scimus quoniam Moyfi locutus est Deus] Ratio est apparens, non existens: quare Christo præferunt Moysen [Nos scimus] per auctoritatem legis [quoniam Moyfi locutus est Dominus] *Num.* 11. Ore ad os loquar ei: sicut homo solet loqui ad amicum suum. *Exod.* 33. Loquebatur Dominus ad Moysen facie à faciem. Sed noluerunt scire quid intenderent locutione: quia mysteria loquebatur de Christo, & ad hoc habebant cor velatum. *2. Corin.* 3. Vsq̄ue in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Et ideo dicunt [hunc autem nescimus vnde sit] Et contradicunt sibi. *Septimo* capitulo supra. Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit nemo scit vnde sit. Sed ibi loquitur de origine carnali: hic autem de origine diuina. Quia noluerunt scire vtrum potestas eius esset à Deo vel à diabolo. *Matth.* 21. Dic nobis in qua potestate hoc facis? aut quis dedit tibi hanc potestatem?

Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit: & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.

Ecce sapiens cæci illuminati responsum, &

dicit quatuor, mirari se de eorundem dicto, cum ratio vnde sit, appareat in facto: rationem adhibet, & rationem confirmat: & postea contra eos concludit. Dicit ergo [In hoc enim] dicto vestro [mirabile est] quia mirandum est quod à sapientibus d. cum stultitia procedit. *Proverb.* cap. 27. Si contuderis stultum in pila, quasi pri-fanas: feriente desuper pilo, non auferetur ab eo nimia stultitia eius. Et hoc miserabile est & mirabile. *Marci capitulo sexto.* Mirabatur propter incredulitatem eorum [quod vos] sicut dicitis [nescitis vnde sit] cum ex operibus potestatem diuinam, & ex potestate naturam & personam possitis cognoscere [& aperuit meos oculos] quod eo modo quo solo fecit imperio: applicans etiam ea quæ secundum naturam in contrarium operantur, non possit facere nisi Deus esset cum eo. *Joan.* 14. Propter opera ipsa credite. Item. 5. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei: ipsa testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me.

Videtur autem hoc fallax argumentum? quia *Matth.* 7. dicitur, quod etiam mali signa faciunt. Sed ad hoc iam sapius responsum est, quod in operibus Christi consideratur non tantum factum: sed multo plus modus faciendi. Et sic ille loquitur hic [Scimus autem]: Ecce ratio confirmans quod dixit [Scimus autem] per Scripturam [quia peccatores Deus non audit] *Psalm.* 118. Longè à peccatoribus salus. *Isaia capitulo primo.* Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. *Proverbior.* capitulo primo. Ego in interitu vestro ridebo.

Sed ad hoc dicendum, quod Deus peccatores recedentes à peccatis audit: sicut Publicanum *Luce capitulo 11.* & 18. quia sunt penitentes. Sed peccatores qui manent in peccatis, non audit ad fructum vitæ æternæ. Sic ergo dicit [Scimus quia peccatores] in peccatis manere volentes [Deus non audit] hoc est exaudit. *Proverbior.* cap. 15. Longè est Dominus ab impiis. *Secundi Machab.* cap. 9. Orabat scelestus Dominum, à quo non erat misericordiam consecuturus [Sed si quis Dei cultor est] in veritate cultus, qui describitur *Joan.* 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales querit qui adorent eum. Vnde *Isa.* 19. cum loqueretur de Ægyptiis, conuersus ad Dominum dixit: Cognoscent Ægyptii Dominum in die illa, & colent eum in hostiis, & muneribus: & vota vouent Domino, & soluent. *Iob ultimo.* Iob seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam vt non imputetur vobis stultitia [& voluntatem eius facit] in obseruatione mandatorum. *Deut.* 4. Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Vnde *Luc.* 1. Vbi dicitur Zacharia: quod exaudita est oratio tua: premititur. Erant autem ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela: hunc exaudit] Vnde *Psalm.* 16. Exaudi Domine iustitiam meam. Aliter enim diceretur illud *Ier.* 12. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.

A seculo non est auditum] Ecce ostendit quam inconfusa est infidelitas istorum [quia quis] per naturalem potentiam, vel peccator propria potestate [aperuit oculos cæci nati] *Isa.* ultimo. Quis audiuit vnquã tale, aut quis vidit huic simile? Item

Item 43. Ego facio noua & nunc orientur, utique cognoscetis ea [Nisi hic] Saluator [esset à Deo] in se manente [non posset facere quicquam] Et hæc est conclusio qua concludit totum propositum. *Ioan. 3.* Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Item 17. Sicut de diffie potestatem omnis carnis.

Responderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

Hic conuertuntur ad iniurias, & conuicia, & quasi ad minas. Vnde inferunt conuicium, & eiciunt tanquam excommunicatum. De primo dicunt [In peccatis natus es totus] Totum dicunt natum in peccatis, quia & corpore, iudicio Dei deformatum, & à Deo damnatum, & animo reputant eum proteruum: eo quod non consensit persuasionibus eorum. *Iob 4.* Recordare obsecro quis unquam innocens perit, aut quando re-cti delicti sunt? Quin potius vidi eos qui seminant dolores, & metunt eos: flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Accipiebant etiam occasionem dicti ab hoc quod dicit *Exod. 20.* Ego sum Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Et ideo in ipso videntes penam, dixerunt ipsum pro omnibus punitum. Et forte Discipuli occasionem suæ questionis acceperunt ab hoc errore Iudeorum & Pharisæorum [& tu doces nos] Hoc ex indignatione dicunt: quia à nullo hominum doceri volebant. Diligens autem veritatem, paratus est ab omni homine veritatem audire. Vnde poterat iste dicere illud *Ioan. 8.* Ego si veritatem dico vobis, quare vos non creditis mihi? *Sap. 3.* Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est: & vanus est spes illius, & labores sine fructu.

Et eiecerunt eum foras] hoc est, à Synagoga ipsorum proiecerunt. Supra iam conspirauerant Iudei quod si quis conisteretur eum esse Christum extra Synagagam fieret. Et hoc quidem fuit gloriosum. Quia sicut dicitur *Apo. 2.* dicunt se Iudeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga sarnæ. *Eccli. 3.* Synagoga superbiorum non erit sanitas. Item 21. Stipa collecta, synagoga peccantium. A talibus ergo eicitur bonus, sicut pretiosum à vili.

Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in Filium Dei? Respondit ille & dixit: Quis est Domine ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine: Et protidens adorauit eum.

In parte ista ponitur istius miraculi factus. Tanguntur autem hic duo, quæ facta sunt per miraculum: edificatio fidei, & publicatio, scilicet, iustitiæ diuinæ, & iudicij ibi. Dixit ei Iesus: In iudicij] In primo horum tria dicuntur: quæstio exhibens illuminationem ex parte Christi, quæstio petens distingui fidem ex parte cæci, & fides distincta ex parte illuminati. In primo horum tria dicuntur, *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

scilicet, consolatio cæci, inuentio ad fideles exprobrati, & allocutio instruendi. Dicit ergo Audiuit quidem quod ante sciuit: licet ut homo etiam audire vellet, ut nobis formam daret inquirendi & audiendi veritatem, antequam procedamus contra aliquem. *Genes. 18.* Descendam & videbo verum clamorem qui peruenit ad me, opere compleuerint [quod eiecissent eum foras] & ideo congregauit eum ad se. *Ierem. 23.* Congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris. *Exod. 24.* Quod petierat, requiram: & quod abiectum fuerat, reducam [Et cum inuenisset eum] hoc est, intus venisset per gratiam quam ei apposit. *Luc. cap. 15.* Accendit lucernam, & euegit domum, & querit diligenter donec inueniat [dixit ei benigna allocutione qua consolatur desolatam. *Can. 4.* Mel & lac sub lingua eius] Tu credis in Filium Dei? Quæstio est exhibens illuminationem.

Sed obiicitur de hoc quod *Beda* dicit, quod nulli Dominus curauit in corpore, quem non ante curauit in mente. Et constat, quod iste mente curati non ponit sine fide: quia dicitur *Hebr. 11.* Sine fide impossibile est placere Deo. Si ergo fidem prius habuit: qualiter modo de fide sua querit Christus? Ad hoc dicendum, quod omne opus Dei perfecta factum est: sicut dicitur *Deut. 32.* dicitur, Dei perfecta sunt opera. Sed sicut dicit *August.* dupliciter Deus perfecta sua facit opera. Quædam enim facit in toto perfecta: sicut fecit perfectum solem, cui nec addi nec minui posset. Quædam autem inchoant in tali perfectione, quod in seipsis habere non possent perficere possent: sicut lunam in initio noctis accendit lumine, & posuit in tali orbe per quem mota contra solem, se totam lumine impleat. Et sic fecit in hominibus: quia suis primo dedit fidem inchoatam lumine indistincto, quæ vocatur fides implicita: & ideo aliquando modice fidei dicuntur, sicut *Matth. 14.* Aliquando tardi corde ad credendum: sicut *Luc. capitulo 24.* Sed gratia quæ est in fide indistincta, continuo mouet & perficit in eis usque ad fidem, cum distinctione perfectam & explicitam, per eruditiones, & illuminationem acceptam. Et ita querit hic Dominus, cum dicit: Tu credis distincta fide & explicita in Filium Dei, qui tibi iam distinctam manifestauit virtutem? *Hebræor. cap. 11.* Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remantrator est. *Ioan. 14.* Creditis in Deum, & in me credite.

Et dixit] petio est illuminationis ad explicitam & distinctam fidem? Quis est, tam in persona, quam in natura, & virtute? Sic enim querit: quia ante & nomen & personam nonerat, quando dixit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit ex spato, & linxit oculos meos. Sed sicut in naturis non sufficit cognoscere quid est, nisi habeatur cognitio accidentium propriorum: ita in fide oportet cognoscere articulum cum suis propriis determinationibus. Et sic querit hic cognoscere Filium Dei cum dicit [Quis est Domine?] hoc est, cuius substantiæ & excellentiæ & virtutis est [ut credam in eum] Cum non sit credendum, nisi in aliquid quod perfecte est explicitum, si fide explicita credatur in eum.

Sed tunc queritur, Quare Christus voluit quod ille fide implicita, disputans staret coram Phari

Pharisæis. Si enim statim dedisset perfectam sui noticiam & fidem, melius respondisset. Ad hoc dicendum est secundum Chrysolomum. Et dicit Chrysolomus. Hunc ignorat pro quo tantum disputavit: ut discat veritatis amorem. Quia si explicitam habuisset Christi nositiam, putaretur quod amore personæ, & non amore veritatis disputasset. Luc. 24. Oculi eorum tenebantur ne cum agnoscerent. Io. 20. Vidit Iesus vultum stantem: & non sciebat quia est Iesus.

Et dixit ei Iesus] Ecce distinctæ fidei & illuminationis de cognitione. Filij Dei plena collatio. Unde dicit [Et vidisti eum] in signis exterioribus deitatem eius perpendisti, & hoc in præterito [& qui loquitur iam tecum] de tua interiori illuminatione plena & distincta [ipse est] Ad hoc enim Verbum caro factum est: ut nobis carnalibus ad modum nostrum loqueretur, & loqui posset. Ioan. 4. Ego sum qui loquor tecum. Item 8. Ego principium qui & loquor vobis. Baruch 3. In terris vilis est, & cum hominibus conuersatus est.

Sunt autem quidam qui obiciunt de hoc. Et vidisti eum: quia fides est de his quæ non videntur. Sed hæc obiectio nulla est, & in antehabitis soluta: quia & fides & explicatio fidei semper ex sensibus oriuntur quantum ad credere: licet ipsum donum fidei sit lumen à Deo collatum.

At ille ait] consensum præbens ad fidei explanationem [Credo Domine] corde illuminato consensum fidei præbeo. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Habac. 2. Iustus autem meus ex fide sua viuet [& prociens] pronus in terram [adorauit eum] ea quæ dicitur latria adoratione. Mat. 2. Prociendes adorauerunt eum. Iosue 7. Adorauerunt proni in terram fugientes. Prostrationem enim debemus Creatori, in signum quod manu Creatoris de nihilo erecti sumus.

Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei. Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci essetis non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis? Quia videmus peccatum vestrum manet.

Ecce secunda pars quæ est de propalata ratione diuini iudicij per miraculum istud. Habet autem duas partes, in quarum prima Domini iudicium propalatur: in secunda murmur Pharisæorum compefitur. De primo dicit [in iudicium] non quidem damnationis. Ioan. cap. 3. Non misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum per eum. Sed in iudicium discretionis, bonorum ad me congregandorum, & malorum mihi resistentium. Psalm. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta [ego in mundum hunc] qui complectitur bonos, & malos [veni] per incarnationem [ut qui non vident] Non notat hic causam, scilicet, quod ad hoc non venit finaliter ut aliquis excæcetur. 1. Tim. 2. Qui vult omnem hominem saluum fieri, & ad agni-

tionem sui nominis venire. Sed notat terminum: quia aduentus eius terminatus fuit ad hoc: sicut solis calor in fumosa terra, terminatur ad nebularum tenebras: & sicut medici boni operatio, in desperatis terminatur ad mortem; & sicut boni viri virtus, apud peruersos terminatur ad indignationem [ut qui non vident] interius. & exterius, & deuote illuminationem perunt [videant] à me illuminati. Ioan. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Luc. 18. Respice fides tua saluum te fecit [& qui vident] hoc est, propria presumptione se videntes reputant per scientiam legis: sicut Scribæ & Pharisæi indurati & in deuoti [cæci fiant] in corde. Genes. 19. Eos qui foris erant percussit cæcitate à minimo usque ad maximum: ita ut ostium inuenire non possent. Sic similiter isti ostium fidei & Ecclesiæ quod est Christus, non inueniunt. 4. Regum 6. Percute obsecro gentem hanc cæcitate: percussitque eos Dominus iuxta verbum Elisei. Math. 23. Duces cæci excolantes culicem; camelum autem glutientes.

Et audierunt ex Pharisæis quidam] Tangitur hic murmur Pharisæorum quorundam [qui cum ipso] cæco illuminatio [erant] adhuc aspicientes & admirantes miraculum [Et dixerunt ei: Nunquid & nos] qui religiosi & literati sumus in lege [cæci sumus?] qui spiritualiter visum spirituales illuminatum habemus. Romano. 2. Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt. Isaia cap. 43. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: & surdum, & aures ei sunt.

Dicit eis Iesus] lux vera quæ omnia videt antequam fiant [Si cæci essetis] vestra reputatione. Vel etiam memores quod nihil visus in corde habetis [non haberetis peccatum] quia tunc vel ad me conuerteremini vel impossibiles essetis ad cognitionem percipiendam. 2. Pet. 2. Melius esset eis viam veritatis non agnoscente, quam post agnitam retrocedere ab eo, quod traditum erat illis à sancto mandato.

Sed contra hoc obicitur. 1. Corin. 14. Ignorans ignorabitur. Sed ad hoc dicendum, quod loquitur ibi Apostolus de ignorantia crassa, & supina siue affectata, quæ scilicet isti ignorabant. Ro. 10. Ignorantes iustitiam Dei, & suam querentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti. Illi autem qui simplicem habent nescientiam excusantur. Gen. 20. Num gentem ignorantem & istam interficies: quia hoc iudicium esset iniustum. Vnde scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Et hoc est.

Nunc vero dicitis] quia videmus] Scientiã enim literarum habere sine spiritu illuminante est sicut oculus, non coadunatum habens visum sed confusum. Psalm. 113. Oculos habent & non videbunt [peccatum vestrum manet] quia non queritis veniam, nec conuertimini ad fidem. Ioan. 3.

Qui incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Et hæc de nono.

CAPVT X.

Amen amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est & latro.

In hoc capitulo secundum superius inductam diuisionem agitur de illuminatione per exemplum. Doctrina enim hæc, sicut & omnis alia moralis instructio, non est contemplationis gratia: sed ut boni fiamus. Et ideo instructio per verbum nulla esset nisi fieret instructio per exemplum. Et ideo sermoinalis instructio docet viam. Ea autem quæ est per signa confirmat veritatem. Sed exemplaris proficit per opus quod faciendum est. Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis: ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Diuiditur autem hæc doctrina in duas partes, in quarum prima, sua exempla proponit Iudæis per sermonem parabolicum: in secunda autem proponit per sermonem parabolicum explanationem istis] Facta autem sunt encaenia] Adhuc prior harum diuiditur in tres partes, in quarum prima parabola proponit: in secunda parabola non intellectam esse Auctor dicit istis] Hoc prouerbium dixit eis] In tertia parabola aptando de se intelligendam dicit esse istis] Amen amen dico vobis quia ego sum ostium] Parabola autem quam proponit est de vero pastore. Et hunc tripliciter describit in prima parte, scilicet, ab introitu, ab officio, & ab exemplo, quod ostendit in opere. Secundum est istis] Et proprias oues vocat nominatim] Tertium est istis] Et cum proprias oues emiserit] In primo dicit quatuor, scilicet, proprietatem furis per ostium non intrantis, proprietatem pastoris per ostium intrantis, proprietatem ostij introducentis, & proprietatem ouium existentium in penetralibus ouilis. Et hæc per ordinem plana sunt in litera. In primo horum per tria describit per ostium non intrantem, & his tribus in sermone præmittit modo suo confirmationem. Dicit ergo.

Amen amen] hoc est, vere vere: quia veritate sermone, & veritate similitudinis: quæ quæ veritates tanguntur Prouerb. 1. Animaduertit parabola & interpretationem. Ecce veritas similitudinis. Verba sapientum & ænigmata coram: Ecce veritas sermonis [dico vobis] qui ad ostium sermonis sicut cæci Sodomitæ venire non vultis.

Qui non intrat per ostium] Quia sicut per ostium intratur in domum: ita per principia cuiuslibet veritatis, intratur in scientiam veritatis illius: & per principia fidei, intratur in scientiam fidei, quæ est de credibilibus: sicut sunt articuli fidei. Cantuar. capitulo octauo. Si ostium est, com pingamus illud tabulis cedrinis, hoc est principis impunitabilis veritatis, quæ nunquam excidunt: quia cedrus est impunitabilis: ideo præcepit Dominus Exod. capitulo 12. Sumetis de sanguine & ponetis super yrumque postem; & in superliminibus domorum. Quia principia fidei sunt de Passione & superliminaria sunt de deitate: quia fere omnia principia fidei sunt (per quæ vere intratur in Christianam religionem) vel de passione, vel de deitate Christi. Deut. 6. Scribes mandata in limine, & ostis domus tue. Quia ob-

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan. Q. 3. Math.

seruatio mandatorum nulla est quæ non principis fidei confirmatur [in ouile ouium] Ouile est septa religionis Christianæ. Iste sunt enim caule in quibus parum greges confortabantur. Genes. capitulo 29. Adhuc multum diei superest: neque est tempus ut ad caulas reducantur greges. Iste etiam ouilia dicuntur sedes in quibus accubare habent greges. Exech. 34. Pascam oues in cunctis sedibus terræ. Hoc est ouile commune, & quolibet Ecclesia est ouile particularis ouium. Exech. 34. Greges mei oues pascuæ meæ, vos estis domus Israel. Psalm. 94. Nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. Hoc ergo est veritatis ostium, hoc ouile: & iste sunt oues, sicut diximus.

Qui ergo non intrat: ille est qui per principia religionis Christianæ non venit. Per principia veritatis non venit hereticus. Per principia autem gratiæ non venit simoniacus. Per principia autem libertatis non venit, potenter aut armatis precibus intratus. Per principia simplicitatis non venit dolosus. De primo dicitur Tit. capitulo tertio. Hereticum hominem post primam & secundam correctionem deuota: sciens quod subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. De secundo dicitur. 2. Machab. cap. 4. Amibebat Iafon frater Oniz summum sacerdotium, adito rege, promittens ei, &c. De tertio dicitur 1. Machab. 9. de Alchimo, qui potestate regali se voluit intrudere, & condemnatus est à Deo & sanctis. De dolosis autem qui dolis volunt se ingerere dicitur Num. 16. de Dathan & Abiron, quos propter peccatum ambitionis, viuis terra absorbit. Mat. 7. Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. De simoniaco autem dicitur Act. 8. de Simone & 4. Reg. 5. de Giezi. 1. Machab. 4. de Iafone. Hi ergo sunt qui non intrant per ostia veritatis, gratiæ, libertatis, & simplicis bonitatis Ecclesiasticæ. Hoc est ergo quod dicit [Qui non intrat per ostium in ouile ouium] Sed quia sepe tales intra ouile inueniuntur: ideo determinat vnde se imponunt, dicens.

Sed ascendit aliunde] Ouile autem ouium ut diximus commune quidem, est (ut diximus) Ecclesiæ Catholica sub vno pastore Christo. Ecclesiæ autem, congregationes particulares continentes, sunt etiam ouilia & caule ouium: sicut conuentus religiosorum, Ecclesiæ conuenticales, & cathedrales, & parochiæ: in quibus fecit Deus accubare oues suas, hoc est, fideles simplices, & mansuetos, subiectos & humiles.

Hoc autem ouile conficitur ex septem si vtile debeat esse ouibus, scilicet, quod sit molle stramento ad accubandum, mundum ad quiescendum, callidum ad fouendum, firmum ad defendendum, pabulosum ad nutriendum, & largum ad recipiendum, & adunatum ad congregandum. Molle autem est per Prælatorum mansuetudinem, mundum per castitatem, callidum per charitatem, firmum per fortitudinem, pabulosum per Verbi Dei eruditionem, largum per temporalium liberam distributionem, adunatum autem per vnitatem.

De manufactura dicit summus opilio: Q. 3. Math.

Matth. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, &c. *Gal. 6.* Instruite illum in spiritu lenitatis. Non talem causam habuerunt illi de quibus dicitur *Ezech. 34.* Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia: & disperfiti sunt greges mei. *Matth. 15.* Ut quid tentatis Deum, imponere iugum, quod neque vos neque patres vestri portare poterunt: Talis fuit Roboam *1. Reg. 12.* qui dixit: Pater meus imposuit vobis iugum graue: ego autem addam ad iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem cædam vos scorpionibus. Tales sunt procliu ad pœnas insigendas, prouisi ad sententias promulgandas.

De munditia castitatis dicitur *Leuit. 19.* Sancti estote quoniam ego sanctus sum. *Exod. capitulo 31.* Quia sanctifico vos. *Ambrosius* dicit, quod Prælati castitatis polleat vigore. *Hebr. 7.* Talis decet ut esset nobis Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Tales non fuerunt de quibus dicitur *1. Machab. 6.* Nam templum luxuria & comestationibus Gentium erat plenum, & scortantibus cum meretricibus, sacrarumque adibus mulieres se vitio ingerebant, introferentes ea quæ non licebat, hoc est, carnales immunditias.

De calore charitatis dicitur *1. Cor. 13.* Cum Dominus committeret oues Petro, ante quærebat: Simon Ioannis diligis me? Et ter quærit: ut cognoscat dilectionem pastoris ouium, & dilectionem ouium, & dilectionem decoris ouium. *Psal. 25.* Domine dilexi decorem domus tuæ. Vnde summus pastor omnibus quibus oues committit sue greges, dicit *1. Cor. 12.* In hoc cognoscent omnes quia mei estis Discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Tales non sunt *Egyptij* pastores, hoc est, seculares. De quibus dicitur *Gen. 46.* quod oderant *Egyptij* omnes pastores ouium.

De firmitate per fortitudinem quod non rumpatur à lupis, hoc est, tyrannis *1. Cor. 10.* Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. *Isa. 26.* Urbs fortitudinis nostræ Sion Saluator: ponetur in ea murus, & antemurale, hoc est, sollicita custodia mandatorum pro muro, & obseruatio consiliorum pro antemurali. *Mat. 6.* Similis est viro sapienti qui ædificauit domum supra petram. *Pf. 90.* In protectione Dei celi commorabitur. Tales non sunt caule eorum quas quilibet ventus exufflat, & in tentatione quælibet inundatio subuertit in tribulatione. *Mat. 7.* Venerunt flumina, flauerunt vèti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & facta est ruina eius magna.

De pabulositate eruditionis dicitur *Gen. 24.* Palarum plurimum & fœni est apud nos & locus spatiosus ad manendum. Palea de qua granum excutitur est scientia literarum Scripturæ. Fœnum autem viride est doctrina moralis, virens in virtutum doctrina: & illa est bona caula. *Ezech. 34.* In pascuis vberimis pascam eos. Est autem pabulum ouium si proficere debeat sale condendum, quod sapientiam gratiæ significat. *Col. 4.* Sermo vester in gratia sale sit conditus. Talis non fuit qui *Isa. 3.* dixit: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum. Hic enim nec industriam habet curandi oues nec pabulum habet, nec habet vestimentum siue indumentum

vnde calefaciat oues.

Largum autem est per temporalium distributionem. Largitas autem hæc est per amplam animi quandam largitatem ad dandum. *2. Cor. 9.* Hilarem enim datorem diligit Deus. *Hebræor. 13.* Sint mores sine auaritia contenti presentibus. Ipse enim dicit: Non te deseram neque derelinquam. *Tob. 4.* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, hoc ipsum libenter impertiri stude. Et hæc largitas signatur *Isa. 54.* Ad hæc dicent in auribus filij captiuitatis tuæ. Dilata locum tentorij tui, fac spatium ut habitem. Sic enim largum ouile multas recipit oues, & non est aliqua quæ ad caulas Ecclesiæ non reducat.

De adunatione autem & compaginatione vnanimitatis, in qua oues congregentur dicit *Psal. 132.* Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Item *Psal. 54.* In domo Dei ambulauimus cum consensu. Item vnanimes habitare in domo Domini. Et ideo vnum ouile est, & vnus pastor. Schismatici autem & hi qui procurant dissensiones, istam compaginationem scindunt ouilis. *1. Cor. 12.* Obsecro vos fratres ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sic ergo construitur ouile.

Sic ergo qui non intrat per ostium in ouile [ouium] non equorum, non hædorum, non vacarum. Equus enim non habet intellectum: quia superbum est animal, & ambitio excæcat ut dicit *Greg. Psal. 31.* Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Mulus autem & equus signant duo genera hominum in caulis Ecclesiæ non collocandorum. Equus superbum animal est ex genere. Mulus autem superbum animal est ex altero parente. Et ideo equus significat eum qui se effert ex dignitate propria. Mulus autem eum qui se effert ex dignitate aliena sibi coniuncta. Asini etiam sunt sine sensu nullum spiritualem sensum habentes: & isti sunt animales. *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, &c. Capes etiam sunt detractores & latratores in quemlibet: quos etiam Deus in caulas suas non congregat. *Apoca. 22.* Fortis autem canes & venefici & impudici. Sic etiam porci immundi per luxuriam à caulis Dei excluduntur, & demonibus traduntur.

Sed oues intra caulas Dei recipiuntur. Ouis enim simplex est animal, mansuetum, subiectum, non reclamans ad omne quod fit ei, vtile lana, carne, & lacte, intestinis, & fimo. De simplicitate quidem dicitur *Psal. 94.* Nos populus pascuæ eius, & oues manus illius, hoc est, simplices ad obediendum. De mansuetudine, & patientia *Ieremia capitulo undecimo.* Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Subiectum est: quia non contendit de prælatione, sed obedit in omnibus. *Hebræor. 13.* Obedite præpositis vestris, & subiaccete illis: ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Non reclamans, & hoc fit per patientiam. *Isaie capitulo 53.* Sicut ovis ad occisionem ducitur, & sicut agnus coram tondente se obmutescit. De vtilitate. *Ezech. capitulo 34.* Carnes eorum comedebatis, & lac, & lanis operiebamini: gregem autem meum non pascebatis. De vtilitate intestino

intestinarum & fimi. Intestina quidem sunt opera misericordiarum quæ profunt pauperibus. *Iob 33.* Compatiebatur anima mea pauperi. Sunt etiam vtilia ad deuotionem in oratione. *Psal. 102.* Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Firmus etiam prodest, quando peccatorum consideratio, & incendit deuotionem ad remittendum, & humiliat peccitentem. Vnde *Iob 2.* Sedens in sterquilino testa saniem radebat. Quia ad deuotionem saniei consideratio peccatorum, valèr ad humiliatorem & ad virtutis confirmationem, quæ per testam signatur. Sic ergo fideles, sunt oues. Alibi autem super *Luc. & Matth.* de hac materia plura sunt notata. Hoc est, quod dicit: in ouile ouium.

Sed ascendit aliunde] Quidam enim sunt qui desuper descendunt: Quidam autem qui parietem irumpunt. Quidam autem qui fundamenta suffodiunt ad intrandum. Desuper ascendunt ambiciosi cum lucifero. Parietem irumpunt avari cum Simone mago. Fundamenta suffodiunt hæretici cum Arrio. Ascendit autem aliunde, qui timet ostium veritatis: & ideo scalas parat ambitionis. *1. Mach. 4.* Ambiebat Iason frater Oniz summum sacerdotium. *Isa. 14.* In cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum. Putabar enim iste de summo tecto quod cælum est in caulas ouium cadere. *1. Mach. 7.* Venerunt ad regem Demetrium viri iniqui & impij ex Israël, & Alchimus dux eorum. Isti sunt ambiciosi, qui per secularem ambitionem, Ecclesiasticam se putant habere dignitatem. Parietem autem irumpunt, qui ad se partes Capitulum per pecuniam conuertunt. *2. Timo. 3.* Ex his sunt qui penetrant domos. Non enim domos penetrarent nisi parietes effoderent. *4. Reg. 5.* Vinit Dominus, quia curram post eum & accipiam ab eo aliquid. Semper enim aliquid accipere querit, qui per auaritiam introducere querit aliquem. Suffodit autem fundamentum, qui peruersum ius introducit, & allegat præuam consuetudinem: & maxime qui secundum fidem Catholicam & statuta patrum non intrat. *Osee 7.* For ingressus est latrunculus spolians foris. Fur enim parietem subuertit.

Horum ergo omnium alius dignitatem Ecclesiasticam emit, sicut Simon magus & Iason. De Simone *Act. 8.* De Iasone *1. Mach. 4.* Alius vendit *4. Reg. 5.* sicut Giezi. Alius rapit, sicut Alchimus *1. Mach. 7.* Alius præsumit, sicut Dathan & Abiron. *Num. 16.* Alius usurpat sicut Ozias *2. Paralip. 26.* Vbi legitur quod Ozias usurpauit sibi officium Sacerdotum & lepra percussus est. Hoc est ergo, quod dicit: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde.

Ille fur est & latro] Fur & latro in hoc differunt, quod fur est sicut dicit *Labo*, qui in furno, hoc est, in nigro, hoc est, in tenebris, ignotantibus hominibus alienam rem contrectat inuito Domino. Latro autem est qui violentiam inferit & manifestè contrectat inuito Domino. Et ideo fur est qui ouile suffodit, & oues, & vtilitatem ouium, clam inuito Domino contrectat. Et iste est occultus & subdolanus vel hypocrita, vel hæreticus: quia uterque clam oues & vtilitatem ouium furatur. *Isa. 1.* Principes tui infideles, socij

farum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Latro autem est qui violentiam facit ut rapiat. Et tales sunt qui poterit voluit se intrudere. Vnde conqueritur Christus *Iob 19.* Obfederunt in giro tabernaculum meum. Et præmissit. Venerunt sicut latrones, & fecerunt sibi viam per me: quia semper in electionibus tales cum complicitibus congregantur, & vias sibi ad obtinendum patrimonium Christi faciunt: & in giro obsident, quod non est qui audeat loqui, vel velit pro Ecclesiastica libertate. *Prov. 23.* Insidiatur in via quasi latro: & quos incautos inuenit, interficit. Qui ergo per ostium non intrant, vel dolo suffodiunt, vel violentia irumpunt, vel ab ambitione ascendunt aliunde. Et hoc est quod dicit: Ille fur est & latro. Sic ergo descriptus est fur & latro. Quia per ostium non intrat, quia aliunde ascendit, quia vel occultè vel manifestè ipse se intrat.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.

Tangit hic proprietatem pastoris per ostium intrantis, & dicit duo, scilicet, introitum, & pastorem vetum. De primo dicit [Qui intrat per ostium] Ostium (sicut diximus) est introitus in Catholicam vitam, & regimen, & dignitatem. Introitus autem iste est veritatis, libertatis, gratiæ bonitatis, & simplicitatis sicut diximus. Et qui omnibus his modis intrat, est verus pastor. Intrat autem ostium veritatis per Catholicam fidem, intrat ostium libertatis per supernam vocationem, intrat ostium gratiæ bonitatis quando nulli propter hoc facit aliquam promissionem, & intrat ostium simplicitatis per hoc quod non obtinet per aliquam dolostram. De primo dicitur *Matth. 25.* Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. *Ecclesi. 45.* In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit ipsum ex omni carne. De libertate quod scilicet solo vocante Deo eligatur. *Heb. 5.* Nec quisquam assumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. De hoc quod nulli aliquam promissionem facit. *Matth. duodecimo.* Gratis accepistis, gratis date. *Act. octauo.* Pecunia tua tecum sit in perditionem: eo quod putasti donum Dei pecunia possidere. De simplicitate *1. Pet. 5.* ut non dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo. *2. Cor. 4.* Abdicamus occultam dedecoris, non ambulantes in astutia, neque aduleterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum. Hec signata sunt *Num. 17.* vbi electus est Aaron ad signum virgæ florentis & fructificantis. Dicit enim sic: Turgentibus geminis flores exuperant, qui folijs dilatat, in amygdalas deformati sunt. Virga enim, virtutem signat rectitudinem: viror virgæ, virtutem: frondes, eloquentiam: flores, opinionem: fructus, bonorum operum fertilitatem. Quod autem in tabernaculo virgæ fronduit, signat horum omnium haustum per contemplationem. Et talis intrat per ostium Christum, quod ostium est veritatis, & libertatis, & gratiæ bonitatis, & simplicitatis. Si autem aliter quis intrauerit, dicitur ei illud *Matth. 22.* Amicè quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? & eijcietur extra

oues in tenebras exteriores. Hic ergo qui sic intrat.

Pastor est ouium] Pastor est autem ab industria pascendi, ab audacia lupum excludendi, ab instrumentis officij pastoralis, à sollicitudine custodiendi, à virtute oues congregandi, & à debito Domino ouium oues reddendi. Industria autè est in hoc, quod oues sanas conferuet, infirmas curet, steriles fecundet, fœtas foueat, agnos leuet, debiles portet, & omnibus competentia pascua procurat. De omnibus his simul dicitur *Gen. 47.* Si quos nosti in eis viros industrios: hos constitute magistros pecorum meorum. Industria enim in omnibus his deprehenditur.

De conseruatione quidem dicitur *Act. 20.* Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. De curatione infirmorum *Ezech. 34.* Quod si infirmum est, curabo. *Osæ 14.* Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè: quoniam auersus est furor meus ab eis. De fecundatione steriliam traditur ars *Genes trigesimo.* vbi Iacob virgas populeas posuit in riuos & in canales: vt in aspectu earum conciperent: quas in aliquibus partibus aliquando decorticauit, quando voluit vt varios conciperent: aliquando non decorticauit, quando voluit quod conciperent vnicolores fœtus. Quæ virgæ ex natura amygdali, dulcedinem significant pastoris; ex rectitudine autem figuræ, significant iustitiam regiminis: quæ aliquando decorticandæ sunt vt interiora appareant. Quia aliquando propter ædificationem fidei & confirmationem & consolationem, secretata conscientia Prælati sancti aperienda est, vt referat consolationes quas habet à Deo: sicut fecit *Paul. 2. Cor. 11.* & *12.* Aliquando autem propter humilitatem abscondenda. In conspectu autem talium exemplorum, oues bonæ concipiunt, etiam si ante steriles fuerunt. Vnde pastor Iacob dicit *Gen. 31.* Per viginti annos fuit tecum: oues tuæ & capræ steriles non fuerunt. Adhuc autem merito istius industria; Dauid se esse electam in pastorem gloriatur. *Psal. 77.* Sustulit eum de gregibus ouium, & de post fœtantes accepit eum pascere Iacob seruum. Fœtas etiam debet scire fouere & supportare: ne pondere concepti lassentur. *Gen. 31.* Habeo oues fœtas, quas si plus itinerando fecero laborare: morientur vno die cuncti greges. *Isa. 40.* Ecce ipse portabit. Agnos autem nouellos quos oues pariunt, leuet. *Isa. 40.* In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit. Quia incipientibus, & in conuersione recumbentibus, sinum misericordiæ & consolationis debet aperire. *1. Cor. 3.* Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. *Gal. 4.* Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Debiles autem debet portare ne deficiant: vnde Dominus *Ezech. 34.* malis Prælati & pastoribus improperat, dicens quod contractum & debilem non alligastis. Econtra de se pastore dicit *Psal. 146.* Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. De industria etiam est, quod omnibus competentia pascua procurat. In competentibus enim pascuis non moriuntur. Hæc autem pascua sunt sana doctrina & exempla. Vnde *Paulus ad Tim. 1.* describens pastorem animarum Episcopum, dicit: Opo-

ret etiam esse continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. *Ezech. 34.* In pascuis vberibus pascam eos in montibus Israel, hoc est, in doctrina vberissima, crescite in montibus, hoc est, in Prælati domus Dei. Tali ergo industria pastor debet pascere. *Psal. 77.* Pavi eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum adduxit eos.

Audaciam etiam & virtutem arcendi lupum, pastor debet habere, hoc est, tyrannos destruentes fideles de Ecclesia. *1. Reg. 17.* Pascebat seruus tuus patris sui gregem: & veniebat leo & vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar, & percutiebam eos, ernebamque de ore leonum: & consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam interficiebamque eos. Leo enim est tyrannus opprimens. Vrsus tyrannus est dulcedinem consolationis pauperum ex ipsis fugens. Lupus autem est prædo diripiens. *Iob 29.* Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auerebam prædam. Hæc enim facit bonus pastor. Malus autem permittit diripere: & timens tacet, neque procedit contra tyrannum. Et de hac proprietate pastoris laudatur Elias *Ecl. 48.* In tempore suo non pertimuit principem, & in diebus suis potentia nemo superauit illum.

Cognoscitur etiam pastor ab instrumentis officij pastoralis, scilicet, a pera pastoris, à fundâ, à baculo, à cane. His enim minat gregem. Pera est receptaculum lapidum limpidorum: & hæc pera est cor per soliditatem limpida veritatis auctoritatum Scripturæ. Vnde *1. Reg. 17.* Elegit Dauid quinque limpidissimos lapides de torrente, & posuit in peram pastorem. Qui lapides sunt quinque quæ Scriptura docet, scilicet, veritatem in credendis, virtutem in faciendis, desiderium in appetendis, timorem in peccatis & iudicij diuinis, & confirmationem in patrum exemplis. Funda autem est ratio circumducens & dirigens lapidem in caput hostis. *Judi. 20.* Ita ad certum fundis lapides iacentes vt capillum quoque possent percutere: & nequaquam in alterâ partem ictus lapidis deferretur. Baculus autem pastoralis est supra ad modum vinci curuus, vt attrahat omne quod capit: in medio autem rectus, vt regat: & in imo acutus, vt scilicet subiactentia pungat. Vnde versus.

Attrahet per primum, medio regit, punge per vnum.

Exo. 20. Tenentes baculos in manibus, hoc est, vitæ rectitudinem in virtute. Vnum, attrahentem in affatus dulcedine: vt omnes trahat dulcedine consolationis suæ. *Cant. 1.* Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum. Iacentibus autem in imo peccatorum sit timor: quasi ab ipso confodiendi. *2. Reg. 23.* Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere eas voluerit armabitur ferro & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. Quia tales debet pastor punire, & igne zeli & charitatis comburere. *1. Reg. 26.* Conclauit Dominus inimicum tuum in manu tua: confodiam ergo eum lancea in terra, semel, & secundo opus non erit. Tantum enim timorem debet incurrere quod secundo ad pec-

peccatum non audeat redire. Canis autem quem habet pastor, minister est & adiutor: in quo fit latratu prædicationis, morsus lupi, & medicina penitentis. De primo *Isa. 56.* Canes muti non valentes latrare. De secundo in *Psal. 67.* Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Latrant enim isti contra inimicos. *Luc. 16.* Sed & canes veniebant lingers vlcera eius. His ergo instrumentis cognoscitur. Sunt autem econtra vasa pastoris stulti. *Zach. 11.* Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Hic enim lupum pro cane habet adiutorem; securum maculam pro baculo, saccum pro pera ad reponendum pecuniam qua vendit oues, mendacij promissiones pro lapidibus, irrationabilem vitam & doctrinam pro funda: & ideo sub isto grex perit.

Sollicitudo autem custodiendi attenditur in hoc quod nulla difficultate vel tempestate repellitur ab ouibus. *Gen. 31.* Noctè ac die astu yrebar & gelu, fugiebarque somnus ab oculis meis. *2. Tim. 2.* Sollicite cura te ipsum exhibere Deo operarium inconsumibilem, recte tractantem verbum veritatis. Talis pastor fuit *Paulus 2. Cor. 11.* Quotidiana mea sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor: quis scandalizatur, & ego non vror?

Virtus autem congregandi oues attenditur in hoc quod continuo oues à dissensione & à schismatibus reuocet ad vnitatem, modo *Pauli*, qui dicit *1. Cor. 1.* Obsecro vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. *Act. 4.* Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Sic enim non scissa, sed integra fuit tunica Christi *Ioan. 19.* Pastor autem qui sic oues non congregat, est debilis & claudus, & discurrunt oues ab ipso. Vnde *Prologus Philosophus in proverbijs* dicit. Qui extendit scientiam suam vltra industriam, quæ in ipso est, est sicut pastor debilis cum multis ouibus.

Attenditur etiam pastor à debito, quo se scit obligatum ad oues, ad numerum reddendum Domino ouium. *Iere. 33.* Attahat transibunt greges ad manum numerantis. *Ezech. 34.* Ecce ego super pastores requiram gregem meum de manu eorum. *Gen. 31.* Quicquid furto peribat, à me exagebas. Ista enim cogitatio diligenter facit omni tempore greges custodiri. Quia cura Domini de manu eorum singulas oues requirit. Qui ergo sic intrat per ostium, pastor est ouium. Oues enim inter omnia animalia, pastore plus indigent: quia nec virtus est in eis qua se defendant, nec arma vnde repugnent, nec velocitas vnde fugiant, nec industria vnde se abscondant: sicut in multis animalibus. Et ita est in plebe Domini supplici. Nullius enim virtutis sunt simplices in vigore, nullius armaturæ in studijs, nullius velocitatis in ingenio naturali, nec industria in abscondendo se à diripientibus. Et ideo negligentia pastoris nimis damnabilis est ouibus. *Ezech. 34.* Dispersæ sunt oues mea, eo quod non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem, ideo, supple, quia non erat defensor: errauerunt greges mei in cunctis montibus, eo quod non esset ductor, id est, Doctor.

Huic ostiarius aperit.

Tangit hic proprietatem ostiarij aperiens, vt

dicit *Glo. Ostiarius est triplex: exemplo, doctrina, & inspiratione.* Christus quidem exemplo, Scriptura doctrina, & inspiratione Spiritus sanctus, qui per inspirationem docet omnem veritatem. Isti enim sunt ostiarij Ecclesiæ. Christus enim dat claus, hoc est, ligandi & solvendi potestatem ad aperiendum. *Matth. 16.* Tibi dabo claus regni caelorum. *Isa. 22.* Dabo claus domus David super humerum eius: claudet, & non erit quid aperiat: aperiet, & non erit qui claudat. Scriptura autem docet claus voluere & seras referare. Vnde etiam vna clausum est auctoritas discernendi, quæ est scientia. *Luc. 11.* Tulistis clausum scientiæ: & ipsi non intratis, nec intrantes intrare permititis. Vnde literatis præcepit Dominus *Isa. 26.* Aperite portas, ingredietur gens iusta custodiens veritatem. Alij enim per clausum scientiæ sunt excludendi. Spiritus autem sanctus dignitatem & idoneitatem confert ad intrandum: sicut ianitor fidelis cui custodia rerum committitur. *Luc. 12.* Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam? *Num. 12.* Seruus meus Moyses qui in domo mea est fidelissimus. Iste perfectus Spiritu sancto clauiger est Domini.

Talis ergo [ostiarus] exemplo Christi, doctrina Scripturæ, & dignitate Spiritus sancti [aperit] tali pastori. Aperit autem ostium humile, ad quod impetui impingunt. *1. Reg. 21.* Impetit ad ostia. Aperit ostium paruum, per quod avari, diuites, gibbosi, non possunt intrare. *Mat. 19.* Facilis est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum caelorum introire. Est ostium arctum ac paruum: & ideo lati, in huius mundano, ipsum non inueniunt. *Matth. 7.* Angusta est porta, & arcta est via quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Sic ergo [ostiarus aperit] vero pastori humili: vt non impingat. *1. Ier. 4.* Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Pauperi paupertate spiritus: vt non constringantur. *Mat. 19.* Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Arctum & angustum in via constituta: vt constitutum in vita suscipiat, & alios repellat. *Mat. 11.* Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: in quibus magnæ & amplæ sunt valvæ.

Et oues vocem eius audiunt.

Hæc enim vox ex consuetudine est eis cognita, dulcedine amica, discretionem intellectu, & utilitate grata. Quartum est in quo describit bonum pastorem à propteratibus ouium in penetrabilibus ouibus existentium. Et hoc est quod dicit [Et oues vocem eius audiunt] Hæc enim vox, &c. vt supra. Pastoris enim vox consuetæ est ouibus: quia semper est inter eas. De primo *Ecl. 45.* Cinxit eum tintinnabulis aureis plurimis in giro, dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo. Tintinnabulum enim est vox prædicationis ad oues, & laudis ad Deum. In giro autem sunt tintinnabula: quia frequenter circuit insonans ouibus vocem suam. *Psal. 26.* Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis. Hæc ideo dicuntur plurima, & frequentem sonum facientia in templo Domini. Hæc vox est amica ouibus dulcedine

dine: quia singulorum corda alloquitur ad ædificationem & consolationem. *Isa. 40.* Loquimini ad cor Ierusalem, & advocate eam. *Can. 2.* Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Item 4. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. *Psal. 118.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Hæc vox est intellecta per discretionem. 2. *Esdr. 8.* Loquebatur distincte & aperte: ita ut omnes possent intelligere. *Dan. 10.* Intellexi sermonem. Hæc vox est utilitate grata. *Psal. 44.* Diffusa est gratia in labijs tuis. 1. *Cor. 14.* Qui amulatores estis spirituum ad Ecclesie ædificationem: querite ut abundetis. Ad ædificationem Ecclesie abundat qui utiliter omnes ædificat ex gratia quam recepit à Spiritu sancto. Sic ergo vocem eius audiunt oves cum auiditate. Propter quod etiam fistula & tibia canentes describuntur pastores: quia in talibus musicis oves & libentius pascuntur, & melius convenit eis pascus. *Psal. 150.* Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis. Iste autem est verus pastor ab introitu sic descriptus.

Et proprias oves vocat nominatim, & educit eas.

Hic describit eum ab officio quadrupliciter: à possessionis proprietate, à discreta ovium nominatione, à vocatione, & ab educatione. A possessionis proprietate, cum dicit [Proprias oves] Sux enim sunt & creatione, & emptione, & laboris in pastu impensione. De creatione *Iob 1.* Fuit possessio eius septem millia ovium. Septem enim millia, sunt septem genera perfectorum simplicium. Hos enim perficit substantia naturalis creatione, substantia naturalis dispositione in ordine partium corporis sub anima, & animalitatis sub ratione, & rationis sub intellectu, & intellectus sub Deo: in ordinatione per dispositionem in ornatum per dona naturalium virtutum, per ornatorum perfectionem, per acquisita & acquisitionum consummationem, per gratiam infusam. Et sic millenarius est numerus perfectus in omnibus istis: quia surgit ex denario præceptorum, redactus in quadratum virtutum cardinalium, & in cubum bonorum operum: ut dicit *Hiero.* Et sic creationis perficiendo opus, suas facit oves. Emptione autem suæ sunt. 1. *Pet. 1.* Non corruptilibus auro vel argento redempti estis à vana vestra conversatione patrum traditionis sed pretioso sanguine agni tanquam immaculati Christi. Sic enim agnus redemit, id est, remittit oves: quia Christus innocens Patri reconciliavit peccatores. Laboris etiam impensione suæ sunt: sicut dicitur in *Pf. 94.* Nos populus pascuæ eius, & oves manus eius, hoc est, laborum eius. *Gen. 31.* Per viginti annos sequi tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis. Sex enim dies ad laborem pertinentes, signant laborem curæ pastoralis presentem: septima autem, quies est & receptio laborum. Sic ergo dicit. Et proprias oves.

Vocat] Vocat enim semper bonus pastor, & clamat omnibus. *Prov. 1.* Sapientia foris clamat, & in plateis dat vocem suam. Et ideo etiam pastores cum cornibus sonant, connotantes oves. *Osee 8.* In gutture tuo sit tuba. Hæc enim tuba sonus est exhortationis. *Psal. 97.* Voce tubæ

cornetæ. Ideo præceptum est *Levit. 25.* quod cornibus arietinis clangant. Quia aries est dux gregis, & pastori competit. Et cornu quidem durum est, sed tamen flexibile, & auctoritatem signat pastoris: rigidam quidem per iustitiam, sed tamen flexibilem per misericordiam. Vocat autem [nominatim] quod signat gratiam familiaritatis ad quamlibet ovem: ut ex familiaritate unicuique det ausum ad se veniendi. *Exo. 33.* Teipsum novi ex nomine: invenisti enim gratiam coram me. *Psal. 146.* Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

Et educit eas] Educit autem eas ut dicit *Glo. de Agypto*, quæ est mæror & tenebræ, in regnum & doctrinæ suæ lumen. Ex mæror ergo servitutis in regnum libertatis, & de tenebris erroris ad lumen veritatis. *Michæ 6.* Eduxi te de terra Agypti, & de domo servientium liberaui te, & misi ante te Moysen & Aarone & Mariam. Moyses in signum operum, & operibus magnarum virtutum pastor oves educit. Aaron, montanus: quia altissimis prædicationibus educit. Maria, illuminatrix: quia clarissimas illuminationes ostendit. *Deut. 32.* Dominus solus ductor eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus. *Iere. 32.* Sic eduxisti populum tuum ut faceres tibi nomen gloriæ. Sic *Exo. 3.* educit gregem minabat Moyses ad interiora deserti: ubi mundus non habitat cum spectaculis & pompis suis. *Iere. 23.* Eduxit & adduxit semen Israel de terra Aquilonis, quæ est terra frigida & tenebrosa per algorem charitatis, & privationem divini luminis. *Psal. 77.* Eduxit eos in spe & non timuerunt: spem in tanto pastore ponentes. *Ezech. 34.* Vos autem greges mei, oves pascuæ meæ homines estis: & ego Dominus Deus vester. Ecce pastoris officium.

Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.

Hic tangit boni pastoris exemplum dupliciter: in se, & in opposito. In se in quatuor: in emissione, in præcessionem, in ovium infectionem, in vocis eius ab ovibus cognitionem. De emissionem dicit [Cum proprias oves emiserit] de carcere peccati ad libertatem gratiæ; de tenebris ignorantie ad lumen vitæ, de stabulo contemplationis ad exercitium virtutis. De prima & secunda emissionem *Isa. 49.* Ut diceret his qui vinciti sunt, Exite: & his qui in tenebris sunt, Revelamini. Super vias pascuntur, & in omnibus planis erunt pascua eorum. Viæ sunt mandata, plana vero sunt simplicia Scripturarum. De tertio egressu *Can. 7.* Egrediamur in agrum, componebamur in villis. Ager enim ab agendo dicitur, actionis signat exercitium: quando hoc quod habitum est in contemplatione veritatis, per exercitium ponitur in fructu virtutis. Sic ergo emittit oves proprias.

Ante eas vadit] per exemplum. *Glo. Exemplum eis faciens quod docuit.* Vel quando ad regnum iter faciens præcedit. De primo *Iov. 13.* Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis: ita & vos faciatis. *Act. 1.* Coepit [et] facere docere. *Ro. 15.* Non audeo aliquid loqui eorum

eorum que per me non efficit Christus. Sicut enim dicit *Anstimus*. Hieronimus plus aspiciunt ad opera exemplorum, quam ad doctrinam verborum. Plus enim creditur quod herba salutaris sunt quas comedit medicus, & venenosas esse dicit: quam quas dicit esse salubres, & virar tanquam venenosas. De precessione autem ad regnam precedit: quando per martyrium vel desiderium dissolutionis, continuo parat iter gregi. *Michæx 2*. Ascendit pandens iter ante eos. *1. Ion.* 14. Vado parare vobis locum. *1. Cor.* 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christi.

Et omnes illum sequuntur] precedentem exemplo & verbo. *Dani.* 7. Sequimur te in toto corde nostro, & timemus te, & querimus faciem tuam. *Eccli.* 2. Quid est homo ut sequi possit regem factorem suum? *1. Ion.* 23. Vestigia eius secutus est passus: viam eius custodit; & non declinauit ex ea: & à mandatis laborum eius non recessit.

Quia sciunt vocem eius] Hoc est quartum, quod agnitionem vocis habent sui pastoris: propter quod etiam agnus, ut supra diximus, ab agnoscendo dicitur est: ut supra patuit. Agnoscunt autem vocem: quia verba eius rationabilia de virtute, naturaliter sunt insita: de fide autem, super rationem sunt, sed non longe à ratione existentia. De primo *Jacob.* 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras. De secundo *Rom.* 10. Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod predicamus. De utroque istorum *1. Th.* 17. Non longe est ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, mouemur, & sumus. Sciunt etiam vocem eius quam continuo incorporando quasi repetendo: per hoc quod in voce eius perseverant usque in finem. *1. Th.* 2. In disciplina perseverate: & vobis tanquam filius offert Deus. *Matth.* 10. & 24. Qui perseveraverit usque in finem hic saluus erit.

Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.

Hic describit per oppositum. Dicit autem quatuor, scilicet, quod contrarius bono pastori est alienus, quod non sequendus, quod fugiendus, quod in voce non noscendus. Dicit ergo [Alienum] *1. Gl.* Alienus est in quo non est vox Christi, etiam si bonus videatur: & iste est hereticus habens typum pastoris, & non veritatem: & iste est alienus voce. Alienus autem vita est, qui non habet consocietatem in virtute cum Christo. De primis dicitur *1. Tim.* 4. Non sint alieni participes tui. *Psal.* 17. Filij alieni mendaci sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. De alienis vita dicitur *1. Ion.* 23. Vt pastoribus qui dispergant & dilacerant gregem pascue mee, dicit Dominus. Illi enim querunt utilitatem propriam: & non ouium. *1. Ion.* 24. Lac comedebatis: & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pasciebatis. Hic ergo est alienus de quo dicit. Alienum autem [non sequuntur] quia verba eorum inducunt ad errorem, exemplum ad malum, via ad interitum, presentio eorum ad mortem eternam. De verbis dicitur 1.

1. Cor. 15. Euigilate iusti. Corrumunt enim bonos mores collegia peccata. *1. Tim.* 22. Dominus solus ductor eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus. De malitia autem exempli *Matth.* 23. Nolite ire post eos. *1. Tim.* 1. Filij mi non ambuletis cum eis: quia pedes eorum ad malum currunt. De vijs eorum *Psal.* 34. Fiat via eorum tenebre & lubricum: & Angelus Domini persequens eos. De perditione finali dicitur *1. Tim.* 14. Est via que videtur hominibus iusta: nouissima autem eius ducunt ad interitum. Propter hoc & pastores isti sunt subdoli, aut in voce, aut in vita, aut in via, aut in fine ad quem ducunt suas conuenticulas & congregationes. *1. Cor.* 11. Huiusmodi Pseudoapostoli operarij sunt subdoli: transfigurantes se in Apostolos Christi, hoc est, in officium apostolicum. *1. Th.* 5. Talis fuit Iudas Galileus. Talis fuit & Theodas: qui ambo perierunt: & omnes qui secuti fuerant eos perierunt cum ipsis.

Sed fugiunt ab eo] Ad litteram enim hoc industria cuius est, quod fugit naturaliter inimicum, & ideo fugit lupus quem nunquam ante vidit & sequitur canem, quamuis sit eiusdem coloris, & eiusdem quantitate cum lupo. *Eccli.* 21. Quasi à facie colubæ fuge peccatum: dentes leonis interficiunt animas hominum. Quasi rhinoceros bis acuta hominis iniquitas: plaga eius non est sanitas [Quia non nouerunt vocem alienorum] quia alienus aliena loquitur: & ideo non cognoscuntur, sed sicut irrationalia & irrationabilia ab eis qui sensum habent intellectum reprobantur. *Psal.* 113. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vi les tui. *Psal.* 17. Sicut aspidis iude & obturatis aures suas: que non exaudit vocem incantationum. Hæc enim est in proverbio descriptio pastoris.

Hoc proverbium dixit eis IESVS: Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

Offendit non esse intellectum pastoris sermonem, & dicit *1. Ion.* scilicet, sermonem esse proverbiale, & quod à Iudæis est absconditum & non intellectum. Dicit ergo [Hoc proverbium dixit eis] Iudæis [Iisrl] *Chrysol.* Proverbium est sermo vtilis, aliquid utilitatis habens in aperto, plurimum vero retinens in occulto. *1. Th.* 1. Proverbum est moralis eruditio, emendatio vitiorum, vita probabilis regula, humanos actus lineas dirigens actor. *1. Ion.* de *1. Th.* 1. Proverbum est locutio generalis & breuis, aliud in sententia, aliud in verborum serie continens. His ergo loquebatur in proverbis: quia lucem veritatis clare capere non poterant: vel quia indigni erant. *Matth.* 13. Sine parabola non loquebatur ad eos. Et *1. Ion.* dicit Discipulis. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: ceteris autem in parabolis ut videntes non videant, & audientes non intelligant [Illi autem Iudæi] non cognouerunt] per intellectum] quid loqueretur eis] hoc est, quid intendeter per locutionem significare ipsis. *1. Ion.* 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clauda: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanentur eos.

Dicit

Dixit ergo eis iterum I E S V S : Amen amen dico vobis quia ego sum ostium ouium

Hic incipit pars illa in qua Dominus propositum proverbium sibi adaptando explanat. Dicitur autem hæc pars in duas partes, in quarum prima totam sibi adaptat parabolam: in secunda inducit Evangelista ex hoc disensionem inter Iudæos exortam *Ibi* [Dissensio itaque facta est] Adhuc autem prima subdividitur in duas, quarum prima sibi adaptando explanat parabolam: in secunda dicit ad hos pastoris actus se habere patris dilectionem & obedientiam *Ibi* [propterea me pater diligit] Parabolæ autem adaptatio est in tribus. Primo enim eam sibi adaptat per introitus rectitudinem, secundo per pastoris sollicitudinem *Ibi* [Ego sum pastor bonus] Tertio per specialem pascendi cognitionem *Ibi* [Ego sum pastor bonus & cognosco oves meas] In prima harum, tria dicuntur, scilicet, quod non intratur nisi per ipsum, & quod non recte intrans non intrat per ipsum, & quod vtiliter intratur per ipsum. Dicit ergo [Dixit ergo eis iterum Iesvs] quia sermonem parabolicum non intellexerunt. *Matth. 15.* Adhuc & vos sine intellectu estis. 2. *Timo. 2.* Intellige quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum [Amen amen dico vobis] duplex confirmatio, dicit confirmationem parabolæ & interpretationis. *Prov. 1.* Animadvertet parabolam & interpretationem eius, verba sapientum & ænigmata eorum [quia ego sum ostium] Et ideo nemo nisi per me ingreditur in Ecclesiam, & in ecclesiasticam dignitatem. Siue autem ostium veritatis, & ostium ecclesiasticæ potestatis, siue ostium hospitalitatis, & ostium beatitudinis. De ostio veritatis quoad fidei ingressum dicitur *Apocal. 3.* Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere: quia modicum habes virtutem, & servasti verbum meum, & non negasti nomen meum. Ostium hoc est veritatis apertio per fidem, quod aperit spiritualis intellectus. Nec claudi potest per errorem: quia modicum habes virtutem, hoc est, humilitatem: quia *Iaco. 4.* Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Et servasti in veritate intellecta verbum meum. Non negasti nomen meum, hoc est, notam notitiæ meæ quam tibi impressi. Per hoc ergo intratur per fidem.

Ostium autem potestatis siue dignitatis, est iterum Christus per vocationem Patris. *Hebr. 5.* Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et qui non intrat in prælationem ecclesiasticam per Christum, foris manet. Hoc est ostium de quo dicitur *Gen. 6.* Ostium arcæ ponet ex latere deorsum. Arca enim est Ecclesia. Ostium autem introitus in Ecclesiæ gubernationem, hoc est ex latere: quia de Ecclesia debet esse assumptus qui intrat, ut melius secundum consuetudines Ecclesiæ sciat gubernare. *Hebræorum capitulo quinto.* Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum. Deorsum autem debet esse in humilitate ut facilis sit ad ipsum accessus: quia quamvis auctoritate præminet, timore tamen debet humiliari coram Deo. *August.* Honore coram vobis

Prælati sit: vobis timore coram Deo sit substratus pedibus vestris. Tale ostium fuit Christus, dicens. Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. *Ioan. 13.* Ecce ostium, præminens altitudo. Si ego laui pedes vestros Dominus & Magister: quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes? Exemplam enim dedit vobis ut quemadmodum ego feci, & vos faciatis. Ecce humilitas: quam infime scilicet, est positum hoc ostium in latere deorsum! In latere enim esse, est in congregatione continente Ecclesiam esse.

Ostium autem hospitalitatis est Christus, qui omnes gratis ad sua recepit & recipit, nulli impropertat, omnes inquit. De primis duobus dicit *Iaco. 1.* Dat omnibus affluenter, & non improperat. De tertio dicitur *Ecc. 24.* Transire ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Nulli græmij sui ostium suæ hospitalitatis claudit, omnibus exhibet sacramenta. Hoc ostium est de quo dicitur *Iob 31.* Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Et sic Prælati intrat per ostium, quando large & gratis, & invitando communicat sacramenta Ecclesiæ. *Psal. 35.* Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Quartum ostium est Christus per introitum beatitudinis, in quam intratur per ipsum. *Apoc. 4.* Ecce ostium apertum in celo. Et ecce sedes posita erat in eo. Et ideo dicitur *Ioan. 14.* Vado parare vobis locum. Et *ibidem.* In domo Patris mei mansiones multe sunt. Ad quas omnes intrant per Christum, sicut introductorem, & ostium per opus redemptionis & glorificationis.

Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oves.

Hic ostendit quod qui per ipsum non intrat, non recte intrat quia [Omnes quotquot venerunt] Venerunt autem, qui non vocati venerunt. Vel qui non electi venerunt. Vel de quibus non est prouisum & tamen venerunt. Vocatio est per superiorem, electio per congregationem, prouisio est eius qui de cura pastoralis singulis habet prouidere. De primo dicitur, hoc est de vocatione *Hebr. 5.* Nec quisquam sumat sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. De electione dicitur *Cant. 5.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus, ex millibus. Candore innocentia pollens, & rubore charitatis & patientiæ vernans & ex omnibus electus. Talis enim electus à congregatione, à Deo est electus. *Ioan. capitulo decimo quinto.* Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. De prouisione dicitur *Exod. 18.* Prouide ex omni plebe viros sapientes & timentes Deum in quibus sit veritas, qui oderunt auaritiam: & constitue ex eis tribunos & centuriones quinquagenarios & decanos. Hi omnes missi à Deo intrant per ostium. Alij autem per se venerunt, nec vocati, nec electi, nec ab aliquo sapientum prouisi ad Ecclesiarum vtilitatem. *Iere.* Non mittebam eos, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ecce ipsi prophetabant. Illi currentes venerunt non vocati per Spiritum Domini. Et hoc est quod dicit.

Omnes quotquot venerunt [se ingerentes, vel intrusi per Simonis pretium intrantes, vel impressum.

tionem violentam. Illi ergo quotquot venerunt [fures sunt & latrones] In præcedentibus habitum est de fure & latrone, & de differentia furis & latronis. Vnde *Glossa.* Fur est qui per simoniam vel aliquo modo contra Christum intrat. Latro autem qui postquam intravit, malo exemplo aperte corrumpit. Secundum veritatem autem fur est qui clam intrat sub dolo per simoniam, vel hypocrisiam. Latro autem qui aperte se intrudit. Sicut autem fur nunquam habet ius in re quam furatur, nec etiam latro: ita nec isti etiam inquam ius habebunt in grege Domini, sed contrahunt alienam rem inuito Domino. *Mat. 6.* Fures effodiunt & furantur. Isti enim sunt qui semper fodiant ad exhauriendam mariupiam, & non curant de animabus. Latro autem est qui apertam infert violentiam. *Ier. 48.* Veniet prædo ad omnem vibem, & vibs nulla saluabitur. *Proverb. cap. 29.* Qui cum fure participat, odit animam suam. *Isa. 1.* Principes tui infideles, &c. Quicunque ergo diligunt munera & sequuntur retributiones: illi iam sunt mente fures & latrones per intentionem: quia fur & latro non nisi questum intendunt temporalem. Secundum hoc illi qui modo præsumt in Ecclesiis, plurimumque sunt fures & latrones secundum intentionem principalem.

Sed non audierunt eos oves] Et ideo per Christum intrare non poterunt quæ semper oves audierunt. Oves enim sunt fideles in fide, simplices in confessione, subiecti ad omne mandatum, innocentes in omni delicto, patientes ad omne factum: & ideo istos non exaudiunt. *Iob 39.* Clamorem exactoris non audit. Isti potius sunt exactores quam pastores, plus spoliatores quam tutores, plus mactatores quam custodes, plus peruersiores quam doctores, plus seductores quam ductores. *Ezech. cap. 34.* Væ pastoribus qui pascunt semetipsos. *Michæ cap. 3.* Qui violententer tollit pelles ovium mearum desuper eis, & carnem earum desuper ossibus. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper exortauerunt: & ossa eorum confregerunt, & considerant quasi in lebetem. Isti ergo sunt fures & latrones [Sed non audierunt eos oves] Si autem aliquis audit eos: ille est hircus, vel capra, & non ovis pertinens ad canas Christi. Isti sunt nuntij Antichristi, subuersores ovium Christi. *Matth. 24.* Siquis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere. Omnes isti Christi usurpant potestatem: sed quia factis non probant quæ dicunt, sicut mali Prælati: aut incompetencia dicunt, sicut heretici: ideo oves non audiunt. *Mat. 23.* Quæ dicunt, facite secundum opera autem eorum nolite facere. Sic ergo oves eos non audiunt neque audierunt.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingreditur & egredietur, & pascua inueniet.

Hic ostendit quod vtiliter intrat qui intrat per Christum, & ostendit hoc dupliciter, scilicet, in convenientibus sibi, & in opposito. In convenientibus sibi, promittit duas vtilitates, scilicet, salutem & pascua. Dicit ergo [Ego sum ostium] hoc est, per doctrinam & exemplum introitus. *Apocalyp. 4.* Vidi ostium apertum in celo, hoc

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

est, in celestibus sacramentis, quod est Christus. *Ezech. 43.* Ingressa est gloria Domini domum Domini per portam orientalem, hoc est, Prælati, qui est gloria Domini, ingressus est per portam, per quam Christus oritur in Ecclesia. Vnde sequitur *ibidem.* Et terra respicietur à maiestate eius: quia per illius introitum tota terra illuminatur [Per me si quis introierit, saluabitur] Ex modo loquendi notat paucitatem infantium, quando dicit [si quis] *Mat. 7.* Angusta est porta, & arcta est via: & pauci sunt qui inveniunt eam. Salutem autem inuenit qui intraverit. *Proverb. 8.* Qui me inuenit, inuenit vitam & hauriet salutem à Domino. Iste enim in se, & in subditis, per introitum fructificabit salutem. Et hoc signatum est *Ioseph. 2.* Patrem & matrem & fratres & omnem cognationem tuam congrega in domum. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis eius super caput suum. Qui enim limites ingressus est Saluatoris eisdemque egredietur: absque dubio morietur. Intra domum autem est omnis gens iusta custodiens veritatem.

Et ingreditur & egredietur, & pascua inueniet] Ecce vtilitas secunda. Ingreditur quidem contemplando per cogitationem deitatis & diuinitatis, & egredietur operando per virtutem. Vel sicut dicit *Glossa.* ingreditur hic per fidem in Ecclesiæ gratiam. Egredietur autem in transitu ad gloriam & beatitudinem. Vel melius. Ingreditur interiora scrutando ovium subiectarum, & egredietur foras pascendo per verbum & exemplum. *Psal. 99.* Introite portas eius in confessione. *Cant. 7.* Egrediamur in agrum, commoremur in villis. *Genes.* Ingredere benedictæ Domini, cur foris stas: Et iste est ingressus considerationis subditorum. *Isa. 27.* Qui egredientur imperi à Iacob, florebit & geminabit Israel, & implebunt faciem orbis terrarum. Et iste est egressus pascendum verbo & exemplo. Vel adhuc melius. Ingreditur in ovile: ut disponat de quolibet secundum suum gradum. Egredietur autem cum ovibus per exemplum, ut virtutis formam ostendat. De primo *Prov. 24.* Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosi non comedit. De secundo *Cant. 3.* Egredimini filie Ierusalem & videte regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. De tali pastore dicitur *Nume. 27.* Prouideat Dominus Deus spirituum vniuersæ carni hominum qui sit super multitudinem hæc: & qui possit intrare, & exire ante eos. *Primi Regum cap. 22.* Et gloriosus in domo tua. Ibi habent *Septuaginta.* Ingrediens & egrediens ad imperium regis.

Et pascua administranda ovibus inueniet quadruplicia: pascua verbi ad pastum intellectus, pastum temporalis subsidij ad sustentationem huius incolæ, pastum consolationis interne ad consolationem, & pastum exempli ad virtutis edificationem. De primo dicitur *Matth. 11.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. De secundo *Genes.* Nolite timere, ego pascam vos & paruos vestros. De tertio *Genes. capitulo 45.* Habitate iuxta me, & dabo vobis omnia bona Egypti ut comedatis medullam terræ, hoc est, internam dulcedinem reficiamini etiam in hoc exilio mortoris & tenebrarum. De quarto *Ezech. 34.* In pascuis vberissimis

pascam

pascam eas in herbis virentibus, hoc est, in vberitate virtutis & virentibus exemplis. Sic ergo pascua inueniet, & intus & extra.

Fur non venit nisi ut furetur & mactet & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.

Adaptat hic sibi boni pastoris parabolam per proprietatem contrarij: quia contraria iuxta se posita (vt dicit *Boetius*) magis elucescunt. Et ideo duo dicuntur, scilicet, proprietates furis, & a contrario adaptatio boni pastoris. Dicit ergo quatuor de malo pastore, scilicet, quod in furno, hoc est, in nigro venit, quod subtrahendo venit, quod ad occidendum, & ad perdendum venit. Dicit ergo [Fur] a furno ductus, & ille est qui occulte, ignotus, intrat per dolium vel astutiam, parietem suffodiens: quando astutia sua procurat quod vel de ipso prouideatur, vel quod eligatur. *Math. 24.* & *Luc. 12.* Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique: & non sineret perfodi domum suam. Sic 2. *Reg. cap. quarto.* Dormiente ostiaria, hoc est, prouidentia superioris: ingressi Rechab & Baana fures, & occiderunt Isbofetih, iacentem in lecto, & in inguine percutientes eum. Baana interpretatur, venit donatus, vel venit gratificatus: quia illi qui prelationes furantur, donis & gratiis se acceptos faciunt prouidentibus vel eligentibus. Rechab autem, mollis parer interpretatur: quia tales se molles futuros fore promittunt. Isbofetih autem, assumpta confusio: quia tales sibi assumptam confusioem in gregem introducunt, & in inguine percutientes gregem per carnalia peccata, mortem ingerunt & occidunt. Fur ergo talis persona est, quæ vel dolis circumueniendo, pastoris curam furatur: vel mendacio hypocritis obtinet. *Math. 7.* Attendite a falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Hi enim furantur, in nigro tenebrarum venientes. Dicit autem describendo furem per negationem, quæ nihil relinquit: vt sciatur quod nihil boni habet in intentione.

Nisi ut furetur] Tria dicit. Furatur enim per peccati consensum, mactat per boni naturalis vulnerationem, & perdit in poena æterna. Hic enim venit, vt dictum est, seducendo vt intret. *Ieremia cap. quinquagesimo.* Vbi est grex qui datus est tibi? Factus est quasi grex perditus populus meus: pastores eorum seduxerunt eos. Et statim furatur oues ad peccati consensum. Et hoc est quod dicit [nisi ut furetur] *Ieremie capitulo 13.* Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quasi diceret. Inclytum pecus est tibi commissum, quod per te Deo est subtrahendum. *Genes. cap. 31.* Quicquid furtim peribat, a me exigebas [& mactet] interficiendo per boni naturalis vulnerationem. *Mich. 3.* Comederunt carnes populi mei, & pelles eorum desuper excorauerunt, & ossa eorum confregerunt, & coxerunt quasi in lebere, & sicut carnem in medio olla. Quia mollia per concupiscentiam deuorant prouocando ad libidinem. Temporalia quæ per pellem signantur, abstrahunt. Ossa quæ sunt robur virtutis, securi mali exempli confringunt. Et in igne & in olla

suz avaritiæ decoquant. Olla enim marsupium, & ignis est avaritia. *Iob 31.* Ignis vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans gemina, & perdit in interitum pœnæ æternæ. *Ierem. 23.* Vos disperdistis gregem meum, & cieistis eos. *Ezech. 24.* Vt pastoribus qui dispergunt gregem meum. Dispersus enim grex perditur per malum exemplum in damnationem æternam. Vel dicamus quod iste furatur subtrahendo, mactat corporaliter & temporaliter affligendo, perdit per sententias iniquas præcipitatio. *Ierem. 12.* Pastores multi demoliti sunt vineam meam.

Ego veni] per oppositum in luce plena veritatis intrando. *Iuan. 3.* Qui bene agit venit ad lucem vt manifestentur opera eius, quoniam in Deo sunt facta [vt vitam habeant] gratiæ nunc in fide & veritate & virtute. *Io. 1.* In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. *Amb.* In ipso sicut in causa vita erat, effecta in subditis. Et hæc vita, lux est claritatis verbi & exempli, quæ sic luget in tenebris quod ab ipsa luce tenebræ dissipantur. Et hoc est boni pastoris proprium [& abundantius habeat] in gloria. Et sic bonus pastor veniens contra tenebras furis venit in lumine veritatis, vitam dat contra mactationem mortis, abundantius dat contra perditionem mortis & damnationis. *Iacob. 1.* Dat omnibus abundanter, & non improperat. *Jo. 10.* Ego vitam æternam do eis. *Deut. 4.* Vos qui adhaeritis Domino, viuistis vniuersi. *Eze. 33.* Vita viuet & non morietur. Et hoc est.

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis:

Tangit pastorem curam & sollicitudinem. Describit autem eam more solito in duobus: in proposito scilicet, & in opposito. In proposito duo dicit: enuntiat primo se esse pastorem bonum, & secundo probat hoc a proprio signo. Dicit ergo [Ego] anonomastice [sum pastor bonus] bonus in natura, bonus in gratia, bonus in pastoralis cura. De prima bonitate in natura dicitur *Mat. 10.* Nemo bonus nisi solus Deus. *Psal. 118.* Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. De bonitate gratiæ in *Ps. 142.* Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. De bonitate pastoralis curæ quæ singulis prouidet 1. *Pet. 2.* Eratis, quasi oues errantes sed nunc conuersi estis ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum. Bonus enim pastor est superintendens. Et hoc sonat nomen Episcopi, maxime quando est pastor non tam corporis quam animæ. *Ierem. cap. 13.* Suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt ultra, & non pauebunt, & nullus queretur ex numero, quia nullum perdent. *Ezech. capitulo decimoquarto.* Suscitabo super eos pastorem vnum, qui pascat eos: seruum meum Dauid: ipse pascat eos, & ipse erit eis in pastorem: ego autem Dominus ero eis in Deum. Dauid enim manu fortis potest defendere: aspectu vero desiderabilis, verbo & exemplo potest pascere.

Bonus pastor] Ecce notificatio boni pastoris per signum, qui [animam] hoc est, vitam [ponit pro ouibus] & hoc est quod dicit [Animam suam dat pro ouibus suis] Ponere

Ponere autem animam suam, est subire periculum mortis in omni quaestione gregis vt grex liberetur. *Iuan. 15.* Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. *Romanor. 5.* Commendat Deus suam charitatem in nobis: quoniam cum adhuc inimici essemus, Deus pro nobis mortuus est. 2. *Corinth. 12.* Ego autem libentissime impendam & superimpendam pro animabus vestris. *Ambrosius.* Nullus tantum impendit quantum qui seipsum impendit. Ille enim pastor dat corpus in pastum, sanguinem in potum. *Iuan. 5.* Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Animam autem dat in pretium. 1. *Corinth. 7.* Empti estis pretio: nolite fieri serui hominum. Et deitatem dat in præmium. *Genes. cap. 15.* Ego merces tua magna nimis. Spiritum autem dat in æternæ vitæ principium. *Iuan. 6.* Spiritus est qui viuificat. Ille enim optumus est pastor. Hoc significatum est 2. *Regum 12.* Pauper nihil habebat nisi vnam ouem paruulam quam exerat, & nutrierat, & crenerat apud eum: cum filiis suis simul de pane eius comedens, & de calice bibens, & in sinu eius dormiens: eratque illi sicut filia. Pauper hic est Christus, qui se nihil habere reputat nisi ouem paruulam, hoc est, humilem animam, quam animæ suæ pretio emit, quam gratia deitatis suæ pabulo veritatis & virtutis nutrit, quam profectu virtutis crescere & incrementum dedit, cum filiis suis, hoc est, cum Angelis de pane corporis eius comedit, & de calice sanguinis eius bibit, & in sinu charitatis & castitatis eius dormiens, in contemplatione quieuit: & erat ei sicut filia adoptiua, quam Spiritu Patri, eius in filiam adoptauit, & coheredem regni sui fecit. Qui ergo tot & tanta exhibuit, pro certo bonus pastor fuit.

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus.

Hic per oppositum bonum describit pastorem. Dicit autem hic quatuor: duas enim personas describit, quæ non sunt pastores, nisi ipso nomine, scilicet, mercenarium, & eum qui non est pastor, & furem, & latronem, & lupum. Mercenarius describit a sibi propria passione. Describit lupum a sibi conueniente actione. Et dicit causam quare mercenarius describitur a timoris passione. Dicit autem [Mercenarius autem] Ecce vna persona quæ per occasionem gregi deseruit, hoc est, spe mercedis sibi constitutæ [& qui non est pastor] vt ille qui pastorem emit, nihil dignum habens sacerdotio: de quo dicitur *Mat. 8.* Non erit tibi fors, neque pars in sermone isto: quia iste pro certo non est pastor, nec aliquem habet pastoris actum. Et de illo dicitur *Zach. 11.* O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladium super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate succabitur, & oculus dexter eius tenebrescet. Iste enim non est pastor, sed pastoris idolum vel

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

similitudo: cuius brachium, hoc est, virtus congregandi oues in vnum nimis aridum est, quia gramen non confert: & oculus eius dexter, qui æterna deberet inspicere, obtenebratus est, quia ad æterna non videt, quia pretium dedit: & ideo temporalia, non æterna requirit ab ouibus. Ille ergo est mercenarius, & ille qui non est pastor.

Vterque istorum [cuius non sunt oues propriæ] quia non habet curam de ouibus vt de suis propriis: & ideo grassatur in eas vt ab eis lucrum recipiat quandiu est eum ouibus: & lucrum etiam querit cum magno ouium periculo. *Zach. 11.* Ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non custodiet, & dispersum non queret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet: sed carnes pinguium comedet, & ungulas eorum dissoluet: quando ea quibus in terra figunt pedem, hoc est, etiam necessitatis sustentationem aufert ab ouibus. Et nulla cura, derelicta a Deo propter peccatum, requirit & custodit: & dispersum variis vitis non reducit. Et quod iam mundi laboribus contritum est, non sanat penitentia medicamento: & quod stat per gratiam verbi Dei non nutrit. Huius ergo oues non sunt propriæ: quia non curat de ipsis sicut de ouibus. Hoc est ergo quod dicit.

Iam ergo quatuor habemus descriptas personas, quarum nulla est pastor: furem scilicet, qui dolo se imponit: latronem, qui violenter se imprimit: mercenarium, qui quidem aperte ingreditur, sed spe lucri temporalis custodit: & eum qui non est pastor, sed idolum pastoris in Ecclesia pretendit, eo quod nullam suscipit curam pastorem, sed proprius passionis actus mercenarij. Et eius qui non est pastor, est, quia.

Videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit] quia enim mercenarius spe mercedis sequitur, damnatum propter oues non subit, sed tempore periculi fugit. Similiter autem ille qui non est pastor, mercedem dedit vt pastoris videretur habere utilitatem: & ideo ille etiam damnatum sibi imminere videns, fugiens oues dimittit. *Greg.* Mercenarius est qui locum quidem pastoris tenet: sed lucra animarum non querit, terrenis commodis inhiat, honore prelationis gaudet, impensa sibi ab omnibus reuerentia letatur. Contra quod dicit quidam bonus pastor 2. *Corinth. 12.* Non quero quæ vestra sunt, sed vos. 1. *Corinth. 10.* Non quero quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. *Phil. 3.* Quæ mihi fuerunt lucra: hæc arbitratus sum vt fieretora vt Christum lucrifacerem. Econtra autem isti querunt lucrum & non animarum fructum. *Ier. 6.* A maiore vsque ad minorem omnes avaritiæ student.

Et attende quod est bonus mercenarius, & malus mercenarius. Bonus dicitur qui spe æternorum & intuitu mercedis æternæ predicat, vel præest. *Luc. 15.* Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Alius est mercenarius qui spe lucri temporalis curam gregi impendit, & exhibet veram curam gregi, sed propter temporalium mercedem, & hic est tolerandus in Ecclesia. Primus autem est sonendus, *Phil. 1.* Quoniam multi sunt qui per occasionem Christum annuntiant & non vere. Quid enim dum omni modo sine per occasionem, sine per veritatem annuntietur Christus in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Tertius est mercenarius qui mercedem recipit, & de grege nihil

nihil curat, nec curam impedit. Iste ab Ecclesia est expellendus. 1. *Thef.* 3. Qui non laborat non manducet. Fures autem, & latrones, & illi qui non sunt pastores, vniuersaliter sunt mali & expellendi: de quibus dicitur 2. *Machab.* cap. 4. sub typo Menelai, qui acceptis mandatis à rege, venit ierusalem: nihil quidem dignum habens sacerdotio, animos vero crudelis tyranni, & iras fera beluæ gerens. Per mandatum enim regis voluit imprimi violenter. Et ideo erat latro, nihil dignum habens sacerdotio, & ideo erat fur: animos autem tyranni habuit, & ideo erat lupus: & iras fera beluæ habuit, & ideo erat leo.

Hic ergo [videt lupum] diabolum vel tyrannum [venientem] ad ouium deceptionem, & Ecclesiarum destructionem. *Ezech.* 22. Principes eius in medio eius quasi lupi. *Soph.* 3. Iudices eius lupi vespere non relinquebant vsque mane. Et ideo damnorum rerum vel corporis incurrite [& dimittit oues] parere direptioni, & saluat se & sua. *Ezech.* 13. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israel. *Isa.* 64. Non est qui confurgat & teneat te. *Sapientia capitulo* 18. Restitit iræ, & finem imposuit necessitati [& fugit] saluans se & sua. Fugit enim quando periculo se subducit. Quod non est faciendum quando grex quaeritur: quia pastoris inter oues vilis est præsentia: quia pro eis responderet, oues defendit, & saltem inter eas moritur: & tunc exemplo mortis eius, totus grex in fide confortatur. Vnde *Matt.* 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non habent quid faciant. Iste autem fugit turpiter, & gregem exponit periculis. *Prover.* 18. Pugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.

Et lupus [hoc est, ipse tyrannus vel diabolus humilium & mansuetorum lacerator. *Gregorius.* Lupus super oues venit, cum quilibet iniustus fideles & humiles opprimit. *Mat.* 20. Sio quod post discessum vestrum ingredientur lupi rapaces in vos, non parentes gregi [rapit] ad deuorandum aliquem [& dispergit] aliquos: quia non sunt congregati ad ouilis Ecclesie communionem. *Ecclesiastici* 13. Si communicabit aliquando lupus agno, sic peccator viro iusto. *Ierem.* 5. Percussit eos leo de Iylua: lupus ad vesperum vastauit eos. *Ezech.* 19. Incedebat inter leones, leo factus est, prædam didicit rapere, & homines deuorare.

Mercenarius autem fugit [Tangit hic causam fugæ, scilicet [quia mercenarius est] quia per intentionem, per quam nihil nisi temporale lucrum intendit [& ab altera parte: quia [non pertinet ad eum] hoc est, ad curam eius [de ouibus] & in perditione illarum se nihil perdere existimat. *Phil.* 2. Omnes quæ sua sunt quaerunt, & non quæ IESU CHRISTI. *1. Tim.* 6. Existimantes questum esse pietatem. *Sap.* cap. 15. Existimantes lusum esse vitam nostram, & conuersationem hominis compositam esse ad lucrum, & oportere vndequaue etiam ex malo acquirere. Sic ergo mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus: de quarum perditione non curat. *Zacharia.* 11. Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod fuerit, succidatur, & reliqui comedant vnusquisque carnem brachij sui. *Amos* 6. Optimo vaguente delibati, nihil compatie-

bantur super contritione Ioseph. Et ille non est vere pastor, sed pastoris idolum, vt diximus, sicut idolum incolæ fit in hortis & in ianuis domorum. *Isa.* 22. Quid tu hic, aut quasi quis hic: quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti tibi memoriale diligenter. Non est quis, sed quasi quis.

Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnus ouile & vnus pastor.

Describit hic bonum pastorem à pascendi cognitione. Dicit autem hic duo: cognitionem ouium, & cognitionem congregationis ouium. In cognitione ouium dicit quinque, scilicet, quod cognitio ouium est pastoris boni, quod apud pastorem est cognitio ouium beneplaciti singularis, quod mutua est cognitio ouis & pastoris, quod hæc cognitio est ad modum cognitionis filij & patris, & quod ipsa est maxima quantitas quæ maior esse non potest. Dicit ergo [Ego sum pastor bonus] cuius bonitati non deest cognitio perfecta gregis. Bonum enim dicitur à bono boas, quod est voco cas: quia ipse ad suam bonitatem accipiendam oues sua bonitate vocauit. *Psal.* 50. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion. *Tyren.* 3. Bonus est Dominus sperantibus in se: anima præstolanti illum. In quantum enim vocat, bonus dicitur. *Sa.* 12. O quam bonus & suauis est Dominus spiritus tuus in nobis. Sic ergo pastor est bonus cui dictum est à patre *Zacharia.* 11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant, & non dolebant, & venundabant ea, dicentes: Benedixit Dominus: diuites enim facti sumus. Et hoc est. Quia.

Agnosco oues meas [notitia beneplaciti, hoc est, boni pastoris quod suum noscat & ab alio discernat. *Pro.* 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. *Prover.* 12. Nouit iustus animas iumentorum suorum. Viscera autem impiorum crudelia. *2. Tim.* 2. Nouit Dominus qui sunt eius. *Exo.* 33. Te ipsum noui ex nomine. Inuenisti enim gratiam coram me. Hoc ergo est secundum. Tertium autem est, quod hæc notitia est mutua. Et hoc est.

Et cognoscunt me meæ [Per beneficia enim mea cognoscunt manum meam fide & deuotione & gratiarum actione. *Ier.* 31. Omnes scient me à minimo vsque ad maximum: quia propitius ero iniquitatibus eorum. *Osee* 6. Viuamus in conspectu eius, sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum. Et quia inueta est hæc cognitio: ideo dicitur *Cantic.* cap. sexto. Dilectus meus, supple, mihi intendit: & ego illi intendo. Semper enim ante oculos bonæ ouis est pastor, vt illum sequatur: & semper in oculis boni pastoris est ouis, vt ab ipso illuminetur. Vnde in omnibus, vt dicit *Chrysostomus*, inter pastorem corporalem & spirituales simile est, præterquam in hoc solo quod pastor corporalis sequitur oues, pastor autem spiritualis oues præcedit vt ipsum semper habeat in oculis.

oculis. *Ioan.* 10. Ante eas vadit, & oues illum sequuntur.

Sicut nouit me Pater, &c.] Ecce modus cognitionis istius. Ad modum enim quo ipse cognoscit Patrem, ad modum illum sui [quibus ipse Patrem reuelauit] agnoscunt eum. Et sicut nouit eum Pater ita ipse Christus cognoscit suos, quos sibi dedit Pater. Et cauendum est in hoc sermone, vt cum dicitur, sicut, intelligatur esse nota similitudinis, & non æqualitatis. *Matt.* 11. Nemo nouit Filium nisi Pater, & nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Et ideo cum alium modum non reuelat nisi quo nouit: ideo ad imitationem illius noscitur & noscitur suus. *Io.* 17. Tu in me, & ego in eis: vt sint in vnum consummati. Hic ergo notitia modus spiritualis est, & non carnalis: diuinus, & non humanus. *2. Corinth.* 5. Itaque ex hoc neminem nouimus secundum carnem: & si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. *Matt.* 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. *1. Cor.* 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

Et animam meam pono pro ouibus meis] Ecce quanta est huius beneplaciti notitia, quod etiam animam ponit pro sic sibi notis & eum noscentibus: quia posuit animam pro fratribus suis redimendis. *Hebr.* 2. Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituri. *1. Io.* 3. Sicut Christus animam suam pro nobis posuit: & nos debemus animas pro fratribus ponere. Hoc enim quamuis non requiratur à pastore: semper tamen exigitur quando grex quaeritur ad fidei subuersionem. Aliter autem sine scandalo potest saluare seipsum. Est tamen differentia quia Christus animam suam posuit in pretium redemptionis, prelatum autem homo pastor non ponit in pretium, sed in moriendi exemplum, & fidei argumentum. Et ita pro nomine Christi anima ponitur. *Ioan.* 13. Animam meam pro te ponam.

Et alias oues] Tangit hic cognitionem oues congregandi. Quia enim vnus est ouium pastor, & Iudeorum & Gentium, omnes oues in vnum congregat. Et hoc est quod dicit [& alias oues] humiles, simplices, subiectas animas [habeo] iam in collatione Patris & predestinatione, mihi credituras Gentium animas. *Psal.* 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam. *Mal.* 1. Ab ortu solis vsque ad occasum magnam est nomen meum in Gentibus [quæ non sunt ex hoc ouili] hoc est, ex ouili Synagoge secundum carnem: quia non sunt ex circumcisione. *Isa.* 49. Parum est mihi vt suscites mihi tribus Iacob, & facies Israel conuertendas, dedi te in lucem Gentium vt sis salus mea vsque ad vltimum terræ [& illas] de Gentibus [oportet] hoc est, opportunum est [me adducere] in fidem & promissiones patrum: vt in illa fide & promissionibus veniant cum filiis Israel in Ecclesiam vniam. *Psal.* 105. Saluos fac nos Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus. Hoc autem non per se fecit, sed per vicarios Apostolos, quos post se pastores dedit: sicut per Paulum & Barnabam. *Actum* cap. 13. Et illæ in Apostolis prædicatam [vocem meam audient] hoc est, exaudient & ad fidem venient.

Roman. cap. 10. Fides ex auditu & auditus autem

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

per verbum Christi. *Mat.* 13. Audientes autem Gentes, gauisæ sunt, & glorificauerunt verbum Dei, & crediderunt quoniam erant præordinati ad vitam æternam.

Et fiet vnus ouile] quod est est Ecclesia fidelium receptaculum [& vnus pastor] qui est Christus in cælo. Papa autem in terra est Christi vicarius. *Osee* 1. Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter: & facient sibi caput vnum; & ascendent de terra. *Ezech.* 37. Adiunge lignum vnum ad alterum, & erunt in vnionem in manu tua. *Genes.* cap. 49. Ligabit ad vineam pullum suum, & ad vineam asinam suam. Pullus autem cui nemo insederat, significat Gentilem: & asina freno legis domita, signat Iudæum. *Matt.* 21. Adduxerunt ei asinam & pullum, & imposuerunt sibi vestimenta sua, & cum desuper federe fecerunt. *Ephe.* 2. Christus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.

Hic determinat, quod & ad quos pastoris actus mandatum habet Pater, cuius sunt oues, & qui præordinauit oues redimi & in vnum ouile congregari. Dicit autem quatuor, scilicet, quod ad redemptionem ouium non compellit aliud nisi dilectio Patris, cui per omnia consentit, & in nullo contrariatur: sicut Iudæi ei imponebant. Secundo ostendit, quod hoc libera voluntate sponte fecit, nec eum aliquis ad hoc compulsi vel coegit. Tertio dicit, quod in sua hoc est positum potestate, & non in persequentium mala voluntate. Quarto dicit hoc esse in obedientia Patris à cuius mandato nunquam recessit. Dicit ergo [Propterea me] secundum humanam naturam [Pater diligit] à quo sum. Et non est verum quod vos dicitis. *Ioan.* 9. Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit. *Ioan.* 13. Pater diligit Filium, & omnia dedit ei in manus [quia ego] voluntarius & non coactus [pono animam meam] per mortem. Et ideo etiam se tradidisse dicitur Christus. *Io.* 33. Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit. *Ierem.* 23. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius, & ita pono eam ad tempus [& iterum] resurgens sumam eam [ad opus glorificationis meorum: sicut prius per animam operatus sum opus redemptionis. Vnde *Io.* 17. dicit: Pro eis sanctifico meipsum. Sanctificatio autem illa fuit in sancti sacrificij oblatione pro ouibus. Sic ergo libere me offero pro eis. *Greg.* Seruitia tanto magis sunt gratæ, quanto magis libera & minus debita. Et ideo hæc oblatio gratissima fuit. *Isa.* 57. Oblatus est quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portauit.

Nemo tollit] contra meam voluntatem [eam] animam meam [à me] quia vos non potestis eam tollere nisi quando ego volo, cum impleta fuerit tempus præfinitum à Patre. *Io.* 7. Nemo tollit in eum manum, quia nondum uenerat hora eius. Non enim hoc subiacer infirmitati necessitati, sed

R. 3. hoc

hoc est in ordinata per æternam sapientiã voluntate. Pſal. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, hoc eſt, ad hoc voluntarius veni, & non coactus per malitiam Iudzorum. Gen. 49. Requiſcens accubuiſti vt leo & quaſi leona quam ſuſcitare nemo audebit. Requiſcit enim vt leo vincens non victus, & quaſi leona diſcens inuatores ſuos requieſcit: quia Iudæos ſe occidentes diſcerpit, & in omnem ventum diſperſit.

Sed ego] libera voluntate [pono eam] per mortem [à meipſo] quia & horam mortis & modum mortis ipſemet eligo. Ioan. 3. Sicut exaltari oportet Filium hominis. Et ideo quia omnia hæc eligendo ex ſapientia & libera voluntate, vincendo mortem, & mortis authorẽ, paſſus eſt & mortuus inuita redemptionis omnium: dicitur Iſa. 11. Erit radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum. Ipſum Gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. Si enim coactus eſſet mori, non eſſem de radice Ieſſe nobilis & inuincibilis David manu fortis. Si victus eſſet malitia Iudzorum, non ſtaret in ſignum triumphale fidelium populorum. Si abiectus & punitus eſſet vt blaſphemus, non adoraretur & deprecaretur à Gentibus. Et ſi eſſet imundus & inſepultus, abiectus ſicut latro: non eſſet ſepulchrum eius venerabile & glorioſum. Nunc autem quia vicit vt leo, ideo conſeruauit generis ſui radicem. Quia ſtat in ſignum, omnes vicit hoſtes. Quia Deus verus eſt, adoratur vt immortalis: & quia perfecto opere redemptionis requieſcit, gloriam æternæ quietis præterdit ſepulchrum.

Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatũ accepi à Patre.

Tertium eſt in quo tangit, quam ad ea quæ dicta ſunt habet poteſtatem, dicens [Poteſtatem habeo] virtute latentis in carne diuinitatis [ponendi] in pretium redemptionis [animam meam] Mat. 26. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra. Act. 2. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. Dolores inferni ſunt vulnera & mors & ictus perſequentium quæ ab inferos mittunt. Hæc autem omnia ſoluta ſunt virtute diuinitatis: & ideo detineri in morte non poterat Filius Dei. [& poteſtatem habeo] virtute ciuilem diuinitatis [iterum ſumendi eam] ſicut diximus ad opus glorificationis. Pſal. 15. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: notas mihi feciſti vias vitæ. Et ideo tantum elegi de morte quantum mors fuit via vitæ. Et hoc fuit per triduum, in quo ſimpla morte noſtram duplicem curauit mortem, ſcilicet, culpæ & poenæ. Si enim per neceſſitatem mortis corruptus fuiſſet, & non à corruptione reſurrexiſſet: inutilis nobis mors eius fuiſſet, & non nos liberaſſet. Pſal. 29. Quæ vilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem. Reſumat ergo citius animam, & nos à corruptione ſecum abſtrahat: vt cantemus ſibi dicentes id Pſal. 56. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara, exurgam diluculo.

Hoc mandatũ accepi] Quartum in quo ad omnia hæc oſtendit eſſe mandatũ Patris. Et ideo mendaces ſunt qui dicunt eam mandata Dei non cuſtodire. Hoc eſt ergo quod dicit [Hoc mandatũ accepi] in mundum veniens [à Patre meo] qui paterna cura & dilectione ordinauit omnes redimere. Phil. 2. Factus eſt obediens Patri, vſque ad mortem, mortem autem crucis. Ioan. 18. Calicem quem dedit mihi Pater non viſ vt bibam illum?

Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex iſtis: Dæmonium habet & inſanit, quid eum auditis? Alij dicebant. Hæc verba non ſunt dæmonium habentis, nunquid dæmonium poteſt excorare oculos aperire?

Tangitur pars illa de diſſenſione exorta ex dictis Domini, non quod dicta ſua diſſenſionẽ facerent, ſed potius malitia Iudzorum obſtinate latrans contra dictorum ſuorum veritatem. Dicuntur autem hic duo, ſcilicet occaſio diſſenſionis, & modus. Occaſio diſſenſionis tangitur cum dicitur [Diſſenſio] hoc eſt, in contraria ſenſio [facta eſt] à malitia eorum [inter Iudæos] cecos & in malitia obſtinatos, Iſa. 57. Non eſt pax impijs, dicit Dominus. 1. Cor. 14. Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis [propter ſermones] quibus obſtinata contradixit malitia. 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui pereunt, & in his qui ſalui ſunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, & alijs odor vitæ in vitam. Sicut enim bonus odor occidit ſcarabæum qui ſtercorẽ delectatur, & fouet apem quæ odore floris paſcitur: ita odore vitæ æternæ qui ex verbis Chriſti ſpargitur, mali moriuntur, & boni viuificantur. Luc. 2. Ecce poſtus eſt hic in raiſam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur.

Dicebant autem multi ex iſtis] hoc eſt, de numero Iudzorum. Eccl. 1. Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus [dæmonium habet] Signa enim attribuebant dæmoni, & verba dixerunt eſſe inſaniæ [& inſanit] ſicut dictum eſt de Dauid, qui ſe & ſuos per inſaniæ formam liberauit. 1. Reg. 21. Vidisti hominem inſanum, quare adduxiſti hominem vt fureret me præſente? Sic dictum eſt de Propheta qui venit yngere Iehu, vltorem iniquitatis domus Achab 4. Reg. 9. Quid venit ad te inſanus iſte? Sic dictum eſt de Paulo qui ſummæ ſapientiæ verba prædicauit Act. 26. Inſanis Paule: multæ literæ ad inſaniam te conuertunt [quid eum auditis] Hoc dictum fuit Phariſæorum qui illis conſenſerunt. Iſa. 30. Dicunt videntibus, Nolite videre: & Prophetis, Nolite nobis loqui quæ recta ſunt, ſed loquimini nobis placentia. Eccl.

Eccl. 3. Danus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me.

Alij dicebant] deuoti, verbis eius illuminati, & operibus confirmari [Hæc verba non ſunt dæmonium habentis] quin potius ſunt dæmonis impetum & poteſtatem euacuantes. Dæmon enim non eſt contrarius dæmoni. Mat. 12. Si ſarapas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnum eius? Ioan. 7. Nunquam ſic locutus eſt homo vt iſte homo loquitur [Nunquid dæmonium] quod homini nocet, & cæcitati ſudet, & homini eſt inimicum [poteſt excorare] à natiuitate [oculos aperire]? Impotentiam enim habet. Et ſi poſſet, mala voluntate non faceret, ſed potius excacaret. 1. Reg. 11. In hoc ſeruiſti vobis ſacros vt omnium veſtrum erum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerſo Iſrael. Eccl. 23. Naſum tuum & aures præcitant, & qui remanſerunt cadent gladio. Beneficium ergo tale dæmones nec poſſunt, nec volunt præſtare.

Facta ſunt autem Encenia in Ieroſolyms: & hyems erat. Er ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.

Hic aperto ſermone ponit perabolæ inducæ explanationem. Habet autem duas partes, in quarum prima dat apertam explanationem: in ſecunda dicit contra hoc Iudzorum excitationem perſequentem. [Sufferunt lapides] Adhuc prima pars tres habet paragraphos, in quorum primo quæſo & vbi facta eſt explanatio deſcribitur: in ſecundo quæſio Iudzorum ad explanationem provocans oſtenditur. [Circumdedertur ergo eum Iudæi] In tertio plena uſtificatio veritatis oſtenditur. [Reſpondit Ieſus: Loquor vobis, &c.] In primo horum duo dicitur, ſcilicet, feſtum propter quod venit in templum conueniebatur, & locus vbi explanatio facta erat. Dicit ergo [Facta ſunt Encenia] hoc eſt feſtum Enceniorũ Encenia autẽ dicitur in nouationes coſtruentes. Et hoc feſtum inſtitutum fuit quando Iudas Machabeus templũ à Gentibus recuperatum, Deo & ſacerdotibus innoſcavit per dedicationem: ſicut legitur 2. Mach. 10. Attendendum autem eſt, quod ſicut legitur 3. Reg. 8. & 2. Paral. 7. Decimo die Septembris Salomon templum adificatum dedicauit, & erant illo die duo feſta: vnum ſcilicet Dedicationis, & alterum Expiationis. Poſtea illo templo per regẽ Babylonis ſubuerſo, & altero per Eſdras & Nehemias adificato, dedicatum fuit in vere 12. die Martij, ſicut legitur 1. Eſdr. 6. quod enim Antiochus Epiphaneſis polluiſſet templum ſordibus idolorum, Iudas Machabeus purgauit, & reſtituit vtiſilia eius 25. die menſis Decembris, quem Iudæi vocant Caſter 1. Mach. 4. De hac ergo dedicatione dicit: Facta ſunt Encenia. Durauit autem per octo dies, ſicut legitur 1. Mach. 4. Pſal. 92. Domum tuam decet latitudo Domine in longitudinem dictum Gen. 28. quam terribilis eſt locus iſte: non eſt hic alius niſi domus Dei, & porta caeli. Et hoc ſignatum eſt 3. Reg. 8. vbi dicitur, quod impleuit gloria Domini domum Domini. Decernant autem tempus, quando dicitur [Et hyems erat] quis in decembris fuit, quando medium eſt hyemis. Et ideo tunc frigidis peccatoribus magis erat neceſſarium vt exhiberetur

eis calor charitatis in igneo eloquio Saluatoris: Eccl. 43. Frigidus ventus Aquilo flauit & gelauit cryſtallus ab aqua. Mat. 24. Refrigeret charitas multorum.

Er ambulabat Ieſus in templo] Determinat hic locum, dicens [ambulauit Ieſus] vt omnibus offerret monita ſalutis. Pſal. 26. Circubo & immolabo in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis [in porticu Salomonis] hoc eſt, in porticu quam iuxta templum adificauerat Salomon ad orationem: non quod modo ibi eſſet, niſi in quibusdam veſtigijs & reliquijs: ſicut legitur 2. Paral. 6. Si quidem fecerat Salomon baſem æneam & poſuerat eam in medio baſilicæ, habentẽ quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis, & ſuper eam. Infra portum. Et contra vniuerſam multitudinem Iſrael, palmas leuatis in celum dicitur Dominus Deus Iſrael, oſ eſt ſimilis tui, &c. Ibi ergo orauit & ibi etiam Ieſus ambulauit, & ibi etiam Diſcipuli poſtea manerunt. Act. 5. Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis, ibi ergo vbi Salomon rex orauerat, ambulabat vt monita ſalutis daret & pacis. Ab illa etiam porticu in templo videntes & emenſes eiecit, ibi etiam hoſpitale pauperum adificatum fuit, quibus ſemper Chriſtus, ſicut ſupra dictum eſt, familiaris fuit.

Circumdedertur ergo eum Iudæi & dicebant ei: Quoniſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam.

Secundum eſt in quo notatur quæſio exigens reſponſionem interpretationis. Duo autem dicit malicioſam circumdationem, & aſtutiam quæſionem. Dicit ergo [Circumdedertur ergo eum Iudæi] vt multitudine ſe amarent: quia veritate ſe nudoſ eſſe profeſſi ſunt. Eccl. 51. Circumdedertur me vniuerſe, & non erat qui adiuuaret [Circumdedertur] vt tumultu opprimerent. Pſal. 127. Circumdedertur me ſicut apes pungentes, & exaſerunt ſicut ignis: & in nomine Domini quia vitus ſum in eos. [Circumdedertur] me: me captus in ſermone poſſem effugere. Pſal. 21. Circumdedertur me vituli multi: tauri pingues obſederunt me. Oſea 11. Circumdedertur me Ephraim in negotiatione ſua & in dolo domus Iſrael: & dicebat ei dolofert vt negaret veritatem quam ſepe poſſeſſus fuerat, vel eam aperte diceret, & ſic de blaſphemia accuſaretur. Pſal. 21. Circumdedertur me canes multi: conſilium malignantium obſedit me [quæſioque animas noſtras tollis] Ecce quæſio, duas habens partes, in quarum prima prouocant ad reſponſionem. Eſt enim ſenſus. Quando tenebis in ſuſpenſo dubitationis ad reſponſionem enim ſumus de te. Ioan. 1. Quid dicit de teipſo? Item 7. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quærit ipſe in palam eſſe. Prov. 13. Spei quæ diſſertur, affligit animam: lignum vite deſiderium veniens. Non autem amplius ſuſpendendo nos affliget. Ioan. 1. Quis eſt vt reſponſum denus his qui miſerunt nos? [Si tu es Chriſtus] ſicut dicit de te [dic nobis palam] vt ſciamus quæſi ſequamur. Gen. 2. Indica mihi quem diligis animam tuam: vbi paſcas, vbi cubes in meridie: ne vagari in eſtiam poſt gregem ſodalium tuorum. 1. Cor. 9. Tu quis eſ? Palam enim annuntiatum eſt de veritate.

Respondit eis I E S V S : Loquor vobis
& non creditis.

Hic ponitur responsio veritatis de intentione parabola inducitur. Et in responsione ista duo dicuntur. Vnum est redargutio non credentium: alterum autem est proprietas audientium veram pastorem Christum. In primo horum tria dicit, scilicet, apertam veri pastoris denuntiationem, per opera veritatis probationem, non ex omnibus causam esse quam retinebant incredulitatis obdurationem. Dicit igitur [Loquor vobis] quod ego sum Christus verus pastor & bonus [& non creditis] mihi. *Ioan. 8.* Ego si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? *Numer. 14.* Quousque non credet mihi multitudo hæc pessima in omnibus signis quæ feci coram eis?

Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.

Hic ponit per opera veritatis testificationem. Et hoc est quod dicit [Opera quæ ego facio in nomine Patris mei] ne videat esse contrarius Patris, & inuoco Patrem, & omnia refero ad Patrem [hæc testimonium perhibent de me] quod sum Christus & verus pastor & bonus. *Ioan. 5.* Opera quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. *Ioan. 3.* Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, &c. [Sed vos non creditis] hoc est, infidelitatis vestre obdurationem retinetis [quia non estis] nec esse vultis [de ouibus meis] Agnus enim ab agnoscendo dicitur talia agnoscat. Et quia agni non estis: ideo signa certificantia diuinitatem meam non agnoscitis. *Ierem. 8.* Miluus in celo cognouit tempus aduentus sui, turtur & hirundo, &c. populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Et ideo agni agnoscentes dici non possunt. *Ecl. 11.* Audiet luxuriosus & displicebit ei, & proijcet illud post dorsum suum. *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi: quia spiritualiter examinatur.

Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum.

Hic tangitur proprietas audientium verum pastorem. Dicit autem hic sex, quorum primum est, quod ovis (qui est agnus) vocem pastoris audit & agnoscit. Secundum est, quod ovis illa speciali gratia cognoscitur a pastore. Tertium est, quod ovis per obedientiam pastorem sequitur. Quartum est, quod ex hoc a pastore premium recipit vite æternæ. Quintum, quod recipiunt euersionem mortis æternæ. Sextum autem, quod non patiuntur dispersionem lupi. Dicit ergo [Oues meæ] simplices & subiecte mihi, agnitivam in agnoscendo naturam habentes [vocem meam audiunt] id est, exaudiunt. *Supra eodem:* Proprias oues vocat nominatim. Et ideo ornamentum habent aurium. *Can. 1.* Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Aurium enim habent murenulas,

qui illapsam sibi recipiunt pastoris verbum: quæ etiam murenula labitur de manu quando tenetur. Vermiculi autem subtilem morum occulti eloquij signant, quod tinnit in auribus sicut in argento. *Iob 4.* Quasi furtivè suscepit auris mea venas furtivi eius. *Gen. 24.* Suspendi inaures ad ornandum faciem eius, & armillas posui in dextra eius. *Exod. 24.* Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus & obedientes erimus. *2. Reg. 3.* Loquere Domine, quia audit servus tuus.

Et ego cognosco eas] familiaritatis & specialis gratiæ agnitione: quod speciale signum est boni pastoris. Vnde miratur Paulus quod post talem gratiam pastoris, aliquis auertitur ab ipso *Gal. 4.* Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cum cogniti sitis ab ipso: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus deo seruire vultis? *Apoc. 2.* Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam. Intantum enim novit oues, & opera, & passiones ipsarum ouium, quod signat eas ad specialem defensionem ipsarum. *Apoc. 7.* Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoad usque signemus servos Dei in frontibus eorum. *Ezech. 9.* Signa thau super frontes virorum gementium & dolentium super cum suis abominationibus, quæ fiunt in medio civitatis. Oves enim propriæ signari consueverunt.

Et sequuntur me] per imitationem: quia ego ante eas vado per exemplum. *Luc. 9.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sic enim faciunt & oues. Abneget se ut sint cum pastore: tollunt formam pastoris, ut sint configurati pastori: sequuntur eum, ut sint sui participes. Vnde *Pf. 15.* secundum translationem *Hieron.* Serva me Domine quoniam speravi in te. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egess. Bene mihi non est sine te. *Lxx.* habent conferuam. Et ideo sequuntur semper. *Phil. 3.* Sequor autem sicut modo comprehendam in quo & contempnentis sum.

Et ego] optimus pastorem, qui non de ouibus quero pastum ut me pascant, sed ut de me oues pascant [vitam æternam do eis] per carnis meæ pastum, & sanguinis potum, & Spiritus mei vivificationem, & deitatis meæ gratificationem. *Ioan. 10.* Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Item 17. Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam: hanc enim in pastu sui corporis & sanguinis administrat: quasi lignum vite dat eis in pastum. *Ioan. 6.* Qui manducat me vivet propter me.

Et] ideo [non peribunt in æternum] quia a dextris statuuntur cum his qui non pertinent ad interitum. *Matth. 25.* Statuer oues quidem a dextris. Et post pauca. Tunc dicit rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. *Ioan. 3.* Omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Si ergo forte temporaliter aliquando tribulantur, & ad tempus videntur perire: non tamen peribunt in æternum. *Sap. 3.* Vili sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in extremum: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.

Et

Et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnum sumus.

Hoc autem quod dixit probat: & ideo tria hæc dicuntur. Præmittit enim conclusionem quam inducit. Dicit ergo [Et non rapiet eas quisquam de manu mea] Quasi diceret. Ideo non peribunt: quia [quisquam de manu mea] continent [eas] & conferuam [non rapiet] per aliquem violentum impullum tentationis: quia non permitram quod ultra vires a maligno aliquid patiantur. *1. Cor. 10.* Fidelis Deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis: sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Et ideo si de manu propria infirmitate excidunt: hoc non erit imbecillitas manus, nec etiam violentia hostis qui nulli ultra vires potest ingerere tentationem. *Sap. 3.* Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanger illos tormentum mortis. *Deut. 32.* Omnes Sancti in manu illius sunt. Hoc autem probat cum dicit.

Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est] Quicquid enim habet gignendo dedit, & quod esset æqualis ei mihi dedit: & ideo idem posse cum eo habere. Similiter secundum humanam naturam plenitudinem gratiæ per unionem ad deitatem dedit, & nulli Sanctorum hoc dedit. *Ioan. 3.* Non enim dat Deus ad mensuram Spiritum. *Gen. 14.* Dedit Filio suo omnia quæ habuit. *Ioan. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis. *Pf. 140.* Absorpti sunt iuncti petre indices eorum. Omnes Sancti qui sunt indices Ecclesiæ, iuncti petre, hoc est, comparati Christo, qui est petra solida, a bono immobilis: sunt absorpti, hoc est, nullius comparationis. Ideo ergo [nemo potest rapere de manu Patris mei] hoc est, de fidelitate & potestate continente eas. Et dedit mihi æqualem esse sibi: ergo etiam nemo potest rapere de manu mea, sicut nec de manu sua. *1. Jo. 2.* Quasi in forti manu erudit me ne irem in viam populi huius. Item 49. In manibus meis descripsi temerari tui inconspicuum meo sunt semper. *Iob 18.* Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.

Ego & Pater vnum sumus] Secunda confirmatio hinc probatio est eius quod prædixit, quod oues de manu sua nemo rapit. Quia cum vnum sit cum Patre sicut de manu Patris nemo rapit, ita nec de manu Filij. Vna est enim manus, hoc est, potestas vniusque. Dicit enim *Cicero.* Cum audis manum Dei nihil carnale cogita: sed crede vnam esse Patris & Filij potestatem. *Ioan. 14.* Ego in Patre & Pater in me est. Item, 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Sic etiam in hac vita tria sunt omnia ad pastorem conferuam. Audiunt enim, cognoscunt, & sequuntur. Tria etiam quantum ad futuram vitam pastor facit ouibus, & vnum ad vitam istam. Agnoscat enim signando eas hic dum vivunt, vitam dat in sui fructione, saluat ab interitu in confirmatione, continet in manu in protectione: quod est summa salus ouium.

Obijciunt autem quidam de hoc quod dicit,

quod non rapit eas, quisquam de manu sua. Aut enim sic continet Sanctos in manu sua, secundum præsentem iustitiam: aut secundum prædestinationem; Si secundum præsentem iustitiam: non videtur esse verum, quia multi ceciderunt ab illa, sicut Iudas, & Nicolaus Antiochenus, & multi alij. Si autem secundum prædestinationem: Tunc videtur quod prædestinatio imponat necessitatem salutis. Et hoc videtur *Aug.* dicere, qui super hunc locum dicit sic: Nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit, securus est de numero earum qui eas numeravit. Ad hoc dicendum, quod sine præiudicio videtur mihi dicendum, quod de vniuersis iustitia intelligatur: præsentem scilicet, & prædestinationem. Et sicut dictum est quod aliquis excidit, non est de imbecillitate manus, sed de mobilitate & casu liberi arbitrij. Ad hoc autem quod concludit, quod prædestinatio secundum hoc necessitatem inducit. Dicendum, quod hoc non sequitur. Nihil enim prohibet quod immobili prædestinatione existente, liberum arbitrium ad idem mobiliter se habet. Hoc autem alibi habet ostendi quod hic prolixum esset probare.

Sustulerunt ergo lapides Iudæi ut lapidarent eum. Respondit eis I E S V S : Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.

Hic tangitur persecutio contra Christum excitata propter beneficia quæ proposuit. Dicuntur autem hic tria: ferocitas persecutorum, questio benignissima de causa persecutionis, & ipsius causæ crudelis expositio, & tertio sapientissima exclusio furoris per ostensionem veritatis. Dicit ergo [Sustulerunt ergo lapides Iudæi] & durissima intentione [ut lapidarent eum] sicut *Leuit. 24.* Dominus præcepit blasphemum lapidari. Hoc enim fecerunt, quia corda eorum duriora lapidibus erant, & emollii verbis sapientiæ non poterant. *1. Jo. 18.* Scivi quod dums es tu, & neque ferreas carceres tua, & frons tua ænea. *Matth. 7.* Data oeruite, & in circuitibus cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis.

Respondit eis I E S V S] Secundum est in quoin questione benigna factum ostendit inconueniens. Et queritur causa lapidationis, ut ad cor reuertentes desistant ab incepto [Multa bona opera] ad vestram utilitatem [ostendi vobis] miraculosa [ex Patre meo] hoc est, ex virtute Patris facta. *Ioan. 3.* Maiora monstrabit ei opera ut vos miremini. *Matth. 10.* Pertransiit beneficiendo, & sanando omnes opprellos a diabolo. *Matth. 23.* Nazarethum, approbatam a Deo in vobis virtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit per illud Deus in medio vestri sicut vos scitis [propter quod eorum] operum [opus me lapidatis] *Matth. 23.* Lapidat vos qui ad remissi sunt, quoties voluit congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? Sic factum est innocenti *Naboth 2. Reg. 21.* vbi dixit Iezabel. Educite eum & lapidate: sic

que

que moriatur. Sic factum est innocenti Susannæ Dan. 14. Ioan. 8. Tulcrunt lapides Iudæi ut iacerent in eam. Matt. 23. Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, filium Barachiz, quem occidistis inter templum & altare.

Responderunt ergo Iudæi de lapidatione causam assignantes, quæ non est causam veritatem, sed ad turbam simplicis deceptionem ut factum eorum iustum esse videatur [De bono opere non lapidamus te] Hoc falsum est: quia nihil nisi bonum opus apparuit in eo. 1. Pe. 2. Qui non fecit peccatum, nec inuentus est dolus in ore eius [sed de blasphemia] Hoc dicunt, cum ipsi potius blphemii sint, attribuentes diabolo quod fieri non potuit nisi in Dei digito. Math. 12. & Luc. 12. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, remittetur ei. Spiritus autem blasphemiz non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. Tangunt tamen hoc quare eum blasphemum reputabant [quia tu homo cum sis] sicut vere fuit [facis templum Deum] quod non est verum: quia Pater generans fecit eum Deum, & non ipse seipsum fecit Deum. Ioan. 5. Ideo magis perquebantur eum Iudæi: quia Patrem suum dicebant esse Deum, æqualem se faciens Deo. Sap. 2. Præfert nouissima iustorum, & gloriatur Patrem se habere Deum.

Respondit eis I E S V S: Nonne scriptum est in lege vestra, quia Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi: filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.

Ecce sapientia responsum omnem prætendens patientiam. Et habet duas partes, scilicet, responsum sapientia: & patientia, malitiam obnuercere faciens: & obstinantiam malitiam, quæ quando respondere non potest operibus, malum pro bono reddit. In responso autem duo sunt, scilicet, responsum per rationem Scripturæ, & responsio per opera demonstrata in diuina virtute. Primo ergo inducit Scripturam, & ex illa arguit propositum. Dicit ergo [Nonne scriptum est] à Spiritu sancto in lege vestra [Lex communiter hic dicitur pro his quæ in veteri testamento continentur: quia Prophetia, & Psalmi, & totum aliud implicite continentur. Eorum autem dicitur lex, quia ab eis fuit recepta. In Psalmo autem 8. continentur [Ego dixi] hoc est statui [quia dii estis] per participationem deitatis & per adoptionem. Exo. 8. Constitui te Deum Pharaonis. Psal. 49. Deus deorum Dominus locutus est. 1. Cor. 8. Siquidem sunt multi dii & Domini multi sine in celo sine in terra. Et illa auctoritate arguit aminoris sic.

Si illos dixit deos] participatiue & per adop-

tionem [ad quos sermo Dei factus est] hoc est, in opere completus in ipsis, hoc est, qui sermonem Dei perceptum opere compleuerunt, & sermonem Dei cum affectu audire meruerant. Ioan. 3. Charissimi nunc filij Dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus, scilicet, ex naturitate diuina. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Et sic erimus dii participatione ipsius. Iacob. 1. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: ut simus initium aliquid creaturæ eius. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, & sic deos esse. Minus autem videtur quod illos dicat deos qui non nisi participatiue & per adoptionem participant Spiritum diuinum [& non potest solui Scriptura] hoc est, non esse vera. Mat. 5. Iota vnum aut vnius apex non præteribit à lege. Tob. 12. Non excidit sermo Domini. Ergo multo magis [quem Pater sanctificauit] hoc est, ab æterno sanctum genuit. Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te in splendoribus Sanctorum. Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei [& misit in mundum] ad mundi sanctificationem [Iere. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre sanctificauit te. Et sic misit plenum Deum in mundum. Isa. 71. Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me Dominus] Multo magis inquam dicens & credendus est Deus verus. Mirum ergo est & inconueniens quod [vos dicitis] qui Scripturas nosse debetis [Quia blasphemas] Cum vos potius hoc negando blasphemetis [quia dixi] quod Pater dixit [Filius Dei sum] Hoc negando efficeret vobis similis mendax. Non ergo est blasphemia, sed veritas: quia si nomen & res per aliquem modum conuenit his qui per participationem dii sunt, multo magis conueni ei qui per naturam est filius Dei.

Si non facio opera Patris mei] quæ nemo nisi Pater potest operari. Ioan. 15. Si non fecissem opera apud eos quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo [Nolite credere mihi] quia opera ostendunt virtutem Dei in me esse: sicut digitus ostendit rem demonstratam. Exo. 8. Digitus Dei est hic. Mat. 12. Si in digito Dei eijsio demonia, &c. Opera enim indicant deitatem, & deitati est credendum [Si autem facio] opera Dei Patris naturam in me ostendentia. Dan. 3. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius & mirabilia, quia fortia: & regnū eius regnū seipsum, & potestas eius à generatione & generationem. Et ideo isti peiores fuerunt quā Nabuchodonosor gentilis [& si mihi non vultis credere] Dicit autem, Non vultis, Quia dicit Aug. quod cetera potest homo nolens, credere non nisi volens. Si ergo mihi non vultis ex tot & tantis operibus credere, saltem [operibus credite] quæ & modo quo ego ea facio, & facti ipso, in me naturam & virtutem Patris ostendunt & demonstrant. Vnde Isa. 53. de duritia istius infidelitatis exclamat ad Patrem dicens: Domine quis credit auditui nostro, & brachiū Domini cui reuelatum est Brachium autem est virtus Patris, quod est Christus. Quasi diceret. Pausis est reuelatum. Exo. 10. Induravi cor eius & cor seruorum eius: ut faciam signa mea hæc in eo. Et narres in aure filiorum & nepotum tuorum. Has autem duas con-

consequenter induxit Christus: quod sicut causa est, quæ destructa, destruitur: & quæ posita, ponitur effectus: ita sciatur esse vice causa ad inducendum fidem, quod non existentibus operibus, essent excusari: & positis operibus, condemnandi pro infidelitate.

Ut cognoscatis & credatis] Hoc est intantum per modum conclusionis, scilicet, ut sicut causa cognoscitur per effectum, sic ex modo quo facio magna, cognoscatis [quia Pater in me est] per naturam inseparabilitatem, & sui consensus voluntatem in omnia facta mea [& ego in Patre] sicut in eo à quod habeo naturam, & virtutem, & opus: & in nullo sum sibi contrarius. Et sic credatis quia ego sum Deus: quia sicut dicitur Isa. 7. Nisi crederitis, non permanebitis. Sed ad hoc responderet Iere. 5. Andrauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Isa. 21. Qui incredulus est, infideliter ager: & qui depopulator est, vastat. Et hoc est quod sequitur.

Quærebant ergo eum apprehendere.

Ostenditur enim hic qualiter pro tam salubri doctrina & beneficio, malum captiuitatis & mortis Christo intentabant. Et habet tres particulas, scilicet, de intentione fidelium, de subductione Christi à manibus Iudæorum, & de deuotione bonorum ad Christum venientium. Dicit ergo [Quærebant ergo] studiose & malitiose [eum] sine turbis [apprehendere] per captiuitatem. Mar. 12. Quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quia sicut Prophetam eum habebant. Ioan. 7. Miserunt ministros ut apprehenderent eum.

Et exiit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum ubi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic.

Liberatio est Christi, potestatem eius demonstrans. Et dicit duo, scilicet, à quibus recessit, & quo peruenit. Dicit ergo [Et exiit de manibus eorum] Luc. 4. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Ioan. 7. Nemo misit in eum manum, quia nondum venit hora eius [& abiit ab eis iterum trans Iordanem] quia ibi testimonium Ioannis multos ad ipsum conuertit, & ibi testimonium Patris & columba: apparuerat. Et hoc est quod dicit [ad locum ubi erat Ioannes baptizans primum] Sup. 3. Erat Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ plurimæ erant illic. Luc. 3. Venit in omnem regionem Iordanis, baptizans & prædicans baptismum penitentia: Hoc est ergo quod dicit.

Et multi venerunt ad eum & dicebant: quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crederunt in eum.

Tertium est in quo notatur deuotio fidelium simplicium: in aduentu ad Christum: in colloquio Christi ad Ioannem & in gratia testimonij Ioannis de Christo: In fide aduenientium. Dicit ergo [Multi venerunt ad eum] Non tam corpore quam mentis deuotione. Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini, &c. Isa. 2. Fluent ad eum om-

nes gentes & ibunt populi multi dicentes, Venite ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob. Docebit nos de vijs suis: & ambulabimus in semitis suis [Et dicebant] Comparationem inter Christum & Ioannem facientes, & Christum Ioanni præferentes [quia Ioannes quidem] baptista [signum fecit nullum] quia sicut dicitur Ioan. 1. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Item 3. Me oportet minui, ipsum autem crescere: ut ab ipso populus ad Christum dirigeretur. Attende quod licet de officio Ioannis fuerit quod nullum signum fecit: Non tamen sine signo in mundum venit annuntians per Angelum. De senibus ac diu infecundis natus parentibus. In matris vtero Spiritu sancto repletus. Gestiens in Saluatoris occursum in Spiritu & virtute Eliæ: sibi iniunctum exequens officium. Sed hoc Deus fecit ut magnitudinem eius ostenderet: ut idoneus testis Christo fieret [Omnia autem quæcumque] testificando [dixit Ioannes de hoc] scilicet Christo [vera erant] Dixit autem quod erat filius Dei. Et hoc verum fuit & causa veritatis omnibus alijs. Vnde Ioannes lucerna erat per quam ad Christum isti deuenerunt. Ioan. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Mat. 5. Luc. 11. Nemo accendit lucernam & ponit eam in abscondito, neque sub modio: sed supra candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic enim Deus extraxit Ioannem in his quæ dicta sunt quasi supra candelabrum auro splendidius: ut lumen testimonij clarius diffunderetur. Et ideo vera sunt quæ testificatus est. Ioan. 3. Qui de celo venit super omnes est. Et quod vidit & audiuit hoc testatur. Et testimonium eius nemo accepit. Qui autem accepit eius testimonium signauit quia Deus verax est [& multi] propter Ioannem & opera [crediderunt in eum] Math. 8. Multi uenient ab Oriente & Occidente & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum. Ibi enim patres fidei fuerunt in quorum promissionibus per fidem Christi multi benedictionem salutis consequentur. Gen. 16. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Isa. 45. Leui in gurgitibus occlusis tuo & vide, omnes isti congregati sunt uenerunt tibi.

CAPIT. XI.

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius.

Hic agitur qualiter Verbum incarnatum per virtutem (quæ probata est) & illuminationem (quæ in antebatis ostensa est) est potenter uinificatum. Diuiditur autem capitulum hoc in duas partes, in quarum prima ostenditur uinificationem illi uerbum cum omnibus ad hoc pertinentibus. In secunda autem ostenditur qualiter ex hoc edificata est fides deuotorum. Et incipit in peius malitia excusatorum. Ibi Multi ergo ex Iudæis qui uenerunt ad Mariam, Prima autem istarum partium diuiditur in quatuor, in quarum prima ponitur infirmi suscitandi descriptio, & infirmitatis eius facta ad Christum euentatio: in secunda ex infirmitate sumpta, Apосто-

lorum & Discipulorum instructio *ibi* [Deinde post hoc dixit Discipulis suis: Eamus in Iudæam] in tertia ponitur ea quæ faciunt ad istius miraculi impetrationem *ibi* [Erat autem in Bethania iuxta Ierusalem] In quarta autem tanguntur ea quæ faciunt ad miraculi perfectionem *ibi* [Et ait Iesus: Tollite lapidem] Prima harum partium dividitur in duas, scilicet, in infirmitatis descriptionem, & infirmitatis denunciationem *ibi* [Miserunt ergo] Describitur infirmitas à nomine, ab infirmitatis qualitate, à patria, à parentela, à cognatorum deuotione. Dicit ergo.

Erat autem] dum Dominus iuxta Iordanem maneret, absens à Lazaro: cuius absentia multis est causa infirmitatis: sicut absentia medici multis in corpore est causa periculi. *Psal.* 15. secundum translationem *Hieronymi*. Serua me Domine quoniam speravi in te: quoniam bene mihi non est sine te. *Deut.* 4. Vos qui adheretis Domino viuistis vniuersi [quidam] specialis familiaritatis cum Domino. *Ioan.* 12. Lazarus erat vnus discumbentium cum Domino.

Languens] qualitas notatur infirmitatis. Langor enim longus angor est: quia & angustia angor, & diurnitate corpus ardet, & vires consumit: & hoc dicitur ad magnitudinem miraculi notandam: quia non attritum & consumptum facilius esset fuscicare. *Ecli.* 10. Langor prolixus grauat medicum. *3. Reg.* 17. Erat langor fortissimus ita vt in eo non remaneret halitus [Lazarus] Descriptio est à nomine, cuius significatio ab effectu non est vacua: quia Lazarus adiutor à Deo interpretatur. *Psal.* 9. Adiuutor in opportunitatibus in tribulatione: sperent in te qui noverunt nomen tuum. Item *Psal.* 93. Nisi quia Dominus adiunxit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.

A Bethania] Describitur à patria, in qua dignitas sua cognoscitur. Legitur enim castellum hoc & vicum quendam in Ierusalem, ad eum & forores pertinuisse iure hereditario, & ideo de castello illo fuisse dicitur: sicut nobiles more vulgari de castris suis nati esse dicuntur. Aliter autem de castello, & non de villa vel rure dicitur esse: vt ciuili ad virtutem & non rusticis esse credatur. Vnde & nomen castelli Bethania vocabatur, hoc est, domus obedientie: quia legibus *ibi* & urbanitatibus respublica fuit obedienter ordinata. Et ideo dicitur à Bethania.

De castello] Mariæ. *Prov.* 21. Vir obediens loquetur victorias. *1. Reg.* 15. Melior est obedientia quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum. Ex loco enim honorem habuit propter obedientiam præceptorum legis, & virtutis ciuilitatem. *Psal.* 96. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei [Mariæ & Marthæ] quia in veritate in diuisione paternæ hereditatis, Martha castellum hoc in sortem hereditatis accepit. Lazarus autem hereditatem paternam in Ierusalem accepit. Maria autem Magdala tenebat castellum. Sed tamen propter dilectionem sororis & hospitalitatis gratiam, tres simul cum Martha manebant: quia ipsa prudentior fuit ad dispensandum. Et ideo etiam in receptione Domini, sola aliquando Martha nominatur. *Luc.* 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum: & mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria. *Ioan.* 13.

Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam: *ibi* fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit Iesus: feceruntque illi cenam: & Martha ministrabat. Lazarus vero erat vnus de discumbentibus. Maria vero accepit libram vnguenti, &c. Quod autem dicitur, quod Martha ministrabat, non tam intelligitur de diligentia obsequij quam de sumptuum administratione [sororum eius] quæ speciali gratia coniunctæ erant Domino. Maria enim sequens in via, ministrabat ei de facultatibus suis cum Ioanna & Susanna: sicut legitur *Luc.* 8. & 23. Martha autem ministrabat ei de via venientii in domo. Lazarus autem erat de amicis cum eo discumbentibus. Adhuc autem, vt dicit Ambrosius, Dominus Lazarum à mortuis suscitauit. In Martha sanguinis fluxum restrinxit *Mat.* 19. De Maria autem septem demonia expulit. *Luc.* 7. & 8. & *Marc.* 16. Et sic specialis amicitia erat inter illos & ad Dominum.

Ad hæc autem spiritualiter Lazarus à Deo adiuuus, penitentia signat vitam. *Isa.* 49. In die salutis auxiliatus sum tui. *2. Cor.* 6. In die salutis adiuui te, hoc est, in die penitentia quando tibi sol verus illuxit. Martha autem prouocans interpretatur, quæ signat vitam adiuuam: in qua tam virtutis delectatione in spe mercedis quam exempli boni ostensione, semper homo ad meliorem prouocatur. *2. Cor.* 19. Vestra emulatio prouocauit plurimos. *Hebr.* 19. Non deserentes collectionem vestram sed adhortantes, & tanto magis quanto magis videritis appropinquantem diem. Maria autem interpretatur illuminatrix, & signat vitam contemplatiuam qua homo illuminatur. *Apoc.* 12. Mulier amicta sole: & luna sub pedibus eius. Quia luminare noctis huius vitæ (quod splendorem huius mundi significat) projicit sub pedibus fororis eius. Hæc enim tria sunt quæ Dominus libenter visitat: penitentes, actiuos, & contemplatiuos: penitentes in gratia compunctionis, actiuos in profectu virtutis, & contemplatiuos in puritate veritatis. *Ecli.* 4. Funiculus triplex difficile rumpitur.

Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.

Describitur hic à deuotione cognatorum: & inducitur illud memorabile factum quod fecit Maria. Exponitur istud autem dupliciter, scilicet, primo quod Euangelista dicit his quibus scribit Euangelium per anticipationem: quasi ne ignorent quæ sit ista Maria, quod ipsa erat, quæ in cena vnxit Dominum vnguento, ante sex dies Paschæ: quod tam pretiosum erat quod multo aestimabatur pretium eius. *Ioan.* 12. Et domus impleta est ex odore vnguenti. Et hæc videtur esse intentio *Chrysostomi*, qui dicit, quod non fuit illa peccatrix quæ in ciuitate famosa in peccatis, quæ vnxit Iesum *Luc.* 7. Sed alia & honesta de qua videtur dicere *Origenes* & *Chrysostomus* & *Ambrosius*, quod honesta fuerit semper & virgo, & merito castitatis Domino familiaris. Alij autem sicut *Augustinus*, *Gregorius* & *Beda* dicunt, quod non est exponendum per anticipationem: sed quod Euangelista describat eam per hoc quod fuit penitens *Luc.* 7. Maxime pro

pter hoc quod dicitur *Luc.* 8. quod de Maria Magdala septem demonia exierant. Super quod dicit *Grego.* Septem demonia Maria habuit quæ vniuersis vitis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis suæ maculas asperxit, laudata ad fontem misericordiae cucurrit. Quod autem isti peccatrici Dominus familiaris fuit, dicunt quod vt spem penitentibus ingereret, hoc fecit quod merito penitentia ad gratiam familiaritatis diuina peccator redire possit. Et hanc sententiam tota tenet occidentalis Ecclesia. Nec est magnum si de nominibus & qualitibus personarum diuersa sentiant Doctores. Hoc est ergo quod dicit secundum vtrumque sensum [quæ vnxit vnguento] penitentia Dominum. *Luc.* 7. Vel vnguento deuotionis *Ioan.* 12. De quibus vnguentis *Luc.* 7. Notata sunt [& extersit pedes eius] lacrymis cingatos [capillis suis] Hoc maxime concordat cum eis qui dicunt eam peccatricem fuisse: quia hoc non legitur nisi *Luc.* 7. Et hæc ibidem exposita sunt.

Cuius frater Lazarus infirmabatur] Hæc omnia propter sequentia dicuntur, vt sciatur quod rationem habuit Dominus faciendi pro illis. Vnde etiam in fratre forores infirmari insinuantur. *2. Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? De Domino autem fideliter sentitur quod secundum portaret infirmitates earum: sicut dicitur *Isa.* 53. Vere langores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit.

Miserunt ergo forores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.

Hic tangitur infirmitatis denuntiatio. Et dicuntur duo, scilicet, fororum ad Dominum consolatorum de fratre infirmante facta denuntiatio, & responsionis Domini ad forores consolatio *ibi* [Audiens autem Iesus] In prima harum sex notantur, scilicet, quod non per se venientes, per nuntium Domino de fratre nuntiauerunt, quod ex sororio affectu ad infirmum hoc fecerunt, quod ad eum à quo consolationem sperabat miserant, quod mittentes potentiam sanandi in eo professe fuerunt, quod amorem quem ad infirmum habuit allegauerunt, quod infirmantem denuntiauerunt. Dicit ergo.

Miserunt ergo non per seipias venientes: vt & sexum recognosceret, quem per terras discurrete non decebat: quia vagari putatur qui disciprit. *Prov.* 7. Mulier vaga & garrula, quietis impatiens, quæ non valet in domo consistere pedibus suis. Vnde *Genes.* 34. Dina quæ egressa est de domo Patriarchæ, vt consideraret mulieres regionis illius, oppressa est ab Ixor filio Sichem. Et ideo etiam miserant vt Dominum reuerentiam facerent, & inquituribus & grauiamen non procurarent per seipias: quia Dominus de hospitibus recipit. *Mat.* 23. Miserunt ad fratrem suum Iesum: quia pigritatis venire vsque ad nos.

Sed obicitur contra hoc, quod *Genes.* 34. Regulus inoperatur: quia non creditur absens curare posse, sed oportet eum in situam descendere. Ad hoc dicendum, quod illi non rogauerunt, vt veniret, sed tantum vt infirmitas sibi innotesceret humano modo, vt sanaret, si vellet. Sed adhuc obicitur: Quia si Deum credebat,

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

scierunt quod absens hoc sciret sine nuntio. Ad hoc dicit *Chrysostomus*, quod non adhuc plenam fidem habebant de deitate ipsius, sicut nec Apostoli. Vel dicendum, quod humano modo extrinsecus hoc agebant: vt citius ad misericordiam accederetur. Sic ergo miserunt.

Sorores eius] quibus hoc ex sororio affectu competebar (*Isa.* 58. Carnem tuam ne despexeris) ad eum quem consolatorem & saluatorem elegerant. *Elia.* 3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo [Domine] Professio est potestatis sanandi si vult. *Sap.* 12. Subest tibi cum volueris posse. Vnde *Augustinus*. Posses habes arbitrij tui sic vtrum sanare velis. Et ideo etiam non rogant, sed innotescant tantum, sibi quoddam vtilius videtur relinquentes. *Ro.* 8. Quid oramus secundum quod oportet nescimus: ipse autem Spiritus postulat pro nobis. Hoc est, docet nos postulare. Et hoc est [Ecce] Quasi dicerent. In euidenti est, non fingit infirmitatem [quem amas] nec amares nisi dignus esset amore. *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad me, inueniet me. Alia etiam ratio: quia non tantum te amari quia hoc non satis dignum est vt ex hoc tuam dilectionem mereatur, sed quia opus tuum & creatura tua est, cuius tu es factor, dilector, & reparator. *Sapientia capitulo undecimo*. Diligis vniuersa quæ sunt, & nihil eorum odisti quæ fecisti. Non es enim odians aliquid quod constitisti aut fecisti. Hic ergo talis [infirmatur] *Psal.* 6. Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me, &c. Infirmitas enim amici ad misericordiam flecit. *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione.

Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eum.

Audiens autem Iesus] quia humano modo audivit quod semper per deitatem sciuit [dixit eis] ad consolationem eorum per nuntium mandando [Infirmitas hæc] Quam dicit ad consolationem fororum, & infirmi, scilicet, quod liberandus sit ab infirmitate, & quod gloria Filij Dei reueletur ex liberatione, & quod huius meritum constitutur in dilectione, & quod tardat venire pro miraculi glorificatione. Dicit ergo [Infirmitas hæc] Ac si dicat. Multis de causis, & multis generibus differunt infirmitates. Est enim infirmitas quæ est in genere honestatis, & hæc est appetenda: & est quadruplex, scilicet, humilitatis, de qua *Proverbi.* 29. Formice populus infirmus, qui preparat vitare sibi sibi. Hoc est, hoc tempore quamdiu licet mereri. *1. Cor.* 1. Infirma mundi elegit Deus: & contemptibilia vt confundat fortia. Est infirmitas penitentia. *Ecli.* 31. Infirmitas gratis sobriam facit animam. *Psal.* 146. Secundum litteram Aquilæ. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Est infirmitas patientia. *2. Cor.* 12. Virtus in infirmitate perficitur. Quia dicitur *1. Cor.* 1. Patientia opus perfectum habet. *2. Cor.* 12. Libenter glorior in infirmitatibus meis vt inhabiter in me virtus Christi. Est etiam infirmitas compassionis. *2. Cor.* 12. Quis infirmatur, & ego non infirmor? ad *2. Cor.* 9. Factus sum infirmus vt infirmos lucrarem.

Adhuc autem est infirmitas peractitatis, & culpa.

culpa detestanda: & hæc iterum est quadruplex, scilicet, cupiditatis. *Ecl. 5.* Alia infirmitas pessima quam vidi sub sole: diuitiarum congregatio in malum Domini sui. Pereunt enim in afflictione maxima. Est iterum carnalis voluptatis. *Isa. 24.* Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Tertia est elationis. *Isa. 24.* Infirmata est altitudo populi terræ, terra infecta est ab habitatoribus suis. Est quarto infirmitas obstinationis. *Deut. 7.* Auferet Dominus omnes langores, & infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti non inferet tibi. Pessima autem infirmitas seculi est obstinatio in malis.

Adhuc autem est infirmitas sequelæ peccati, quæ infirmat hominem ad vitanda mala: & hæc iterum est quadruplex, scilicet, ad resistendum malo culpæ. *Thren. 1.* Infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manum de qua non poterō surgere. *Isa. 40.* Iuuenes in infirmitate sua cadent. Secundo ad sustinendum malum poenæ. *1. Thes. 5.* Consolamini pusillanimes: suscipite infirmos. *Ezech. 37.* Quod infirmum erat non consolidastis. Quia tales consolandi & iuuandi sunt. Tertio est infirmitas ad bene agendum. Vnde *Ecl. 31.* In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. *Rom. 14.* Infirmum autem in fide suscipite. Est quarto ad perseverandum in bono. *1. Reg. 2.* Quæ multos habebat filios infirmata est. Omnes autem hæc infirmitates sunt per Deum releuanda. *Rom. 8.* Ipse spiritus adiuar infirmitatem nostram.

Est autem infirmitas alia, scilicet, passibilitatis poenæ, & est supportanda: & est quadruplex. Est enim poenæ contractæ propter primam peccationem. *Psal. 10.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. *Ro. 14.* Qui infirmus est, olus manducet, hoc est, quem infirmitas fomitis deprimit, non incentiuā libidinis procuret, sed ad modum oleris refrigeratiua. Est iterum infirmitas assumpta ad nostram reparationem. *Isa. 53.* Vidimus eum nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem. Tertio est infirmitas inflicta ad purgationem. *Psal. 15.* Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Et quarto infirmitas immixta ad gloriæ Dei manifestationem: sicut hic, & *Ioan. 9.* Neque hic peccauit neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Propter hæc ergo dicit.

Infirmitas hæc] Alia enim multis sunt & multis de causis [non est ad mortem] secundum quod mors est omnimoda priuatio vitæ: quia ad gloriā Dei viuet. *Gal. 2.* Viuo ego iam non ego: viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo, in fide Filij Dei viuo: qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Isa. cap. 40.* Dar lassio virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

Sed qualiter hæc dixit Dominus cum infirmitatem mors sit secuta? Adhuc autem, Qualiter non scandalizatae fuerunt contra Christum sorores, videntes quod contra verbum Christi mortuus fuit infirmus? Ad hæc & similia dicit *Cryssostom.* quod cum dicit: Non est ad mortem intelligitur de verā morte quæ est priuatio vitæ cum impotentia redeundi. Ab ista autem morte præordinatus fuit reditus ad vitam, ad gloriā Dei manifestandam. Ad aliud dicendum, quod femina non

scandalizabantur, quia scierunt quod posset suscitare eum. *Heb. 11.* Arbitraris quoniam & ad mortem suscitare potens est Deus. Vnde etiam infra dicit Martha: Scio quoniam quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Sic ergo dicit quod infirmitas hæc non est ad mortem.

Sed pro gloria Dei] Non quidem in seipso secundum deitatem, sed [ut glorificetur Filius Dei per eam] qui infirmus ex carne assumpta videtur. *Tob. 12.* Benedico te Deus Israel quia tu castigasti me & tu sanasti me. Vifa enim resuscitatione, erit apud homines Filius Dei gloriosus, qui tam magnifica facit opera. *1. Reg. 2.* Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit.

Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

Tangitur hic dilectio, quæ maximè hoc miraculum promeruit. Vnde dicit [Diligebat autem Iesus] propter specialem profectum fidei in eis & deuotionem [Martham] actiuam [& sororem eius Mariam] contemplatiuam [& Lazarum] in figura poenitentium. *Sap. 7.* Neminem diligit Deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Et *ibidem.* Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Et hæc dilectio ad compassionem secundum humanam naturam eum prouocabat. *2. Reg. 1.* Doleo super te frater mi Ionatha amabilis valde super amorem mulierum: & sicut mater vnicū filium amat, ita te diligebam [ut ergo audiuit quia infirmabatur] hoc est quartū quod dispensatiue factum est, ut mors eius certificaretur: ne si breui tempore fuisset mortuus, stupidus & non mortuus esse putaretur: sicut in syncope aliquando accidit, & syncozantes post spatium quadraginta duarum horarum reuertuntur. Et ideo [tunc quidem mansit in eodem loco] in quo comprehendit eum nuntius [duobus diebus] postquam nuntius recessit ab eo, & in die tertia à recessu nuntij cepit iter ad ipsum. *Exo. 19.* Sanctifica illos hodie & cras, lauenteque vestimenta sua & sint parati in diem tertium. Ista ergo fuit mansionis ratio, scilicet, quia hoc ad sanctificationem fidei ordinabatur. Et sic terminata est prima pars de infirmi descriptione & infirmitatis denuntiatione.

Deinde post hæc dicit Discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei Discipuli. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Siquis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hæc ait.

Hæc est secunda pars, in qua instruuntur Discipuli de istius infirmitatis dispensatiua immixtione: & habet duas partes, in quarum prima Discipulos instruit de itinere ad infirmum: in secunda autem instruuntur de infirmitate *ibi* [Post hæc dicit eis] Lazarus amicus noster dormit. Prior autem harum diuiditur in tres partes, in quarum prima Discipu

Discipulis eundem esse in Iudæam proponitur: in secunda de hoc illuminatio à Discipulis experitur: in tertia autem de hoc plena ratio aperitur. Dicit

Deinde post hæc] ergo [deinde] postquam duos dies post recessum nuntij ibidem manserat [dixit Discipulis] quia de omnibus actibus Christi erant instruendi. Dicit enim *Greg.* quod omnis Christi actio nostra est instructio [Eamus iterum in Iudæam] Sic enim prius inimus in Iudæam ad erudiendum per verbum: ita iterato eamus vel ad sanctificandum & signum vitæ ostendendum, *Psal. 113.* Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius. *2. Paral. 20.* O Iuda & Ierusalem nolite timere, neque paucaris: eras egrediemini, & Dominus erit vobiscum. Tunc enim in processione cum palmis, cum turbis quæ egressæ fuerant in occursum sibi, intravit de Bethania, ad quam nunc ire disposuit [Dicunt ei Discipuli] illuminationem expectantes [Rabbi] qui es magister docens nos de omnibus [Nunc] hoc est, iam pridem. Et significat nunc propinquum in præterito [quærebant] secundum suæ malitiæ intentionem [te Iudæi] *Apo. 2.* Qui dicunt te Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanæ [lapidare] hoc est, ad lapidandum. *Ioan. 10.* Sustulerunt lapides ut iacerent in eum [& iterum vadis illuc] non contradicunt, sed inquirunt ut illuminationem accipiant. *Psal. 104.* Querite Dominum & confirmamini: querite faciem eius semper. Queritur enim facies Domini, quando queritur veritas in dijs & factis [Respondit Iesus] desiderantibus Discipulis lumen doctrinæ impendens [Nonne duodecim sunt horæ diei?] Quasi diceret. Sic sunt, quia sicut diximus in ante habitis, sex signa emergunt in die inter Occasum & Ortum, & quodlibet habet gradus xxx. qui sunt sexies duodecim. Quindecim autem gradus ascendendo, horam faciunt. Et sic duodecim horæ diei artificialis sunt.

Hæc autem horæ etiam in die spirituali quo sol iustitiæ diem perficit, erunt inter Ortum suum & Occasum suum: de quo dicitur in *Psal. 112.* A solis Ortus vsque ad Occasum laudabile nomen Domini. Prima hora, naturæ sanctificatio in assumpta natura. Secunda hora, mundi illustratio in natiuitate ex vtero Virginis: de quibus duabus dicitur in *Psal. 18.* In sole posuit tabernaculum suum, in assumendo plenam lumine naturam: & ipse tamquam sponus procedens de thalamo suo, in natiuitate de Virginis vtero. Tertia fuit, concupiscentiæ repressio in circumcissione: & ideo tunc vocatus est Iesus, quia saluum fecit iam in signo populum suum à peccatis eorum, quæ ex fomitis concupiscentiæ contracta sunt. Quarta fuit, sui pro nobis oblatio: per quam in sancta sumus introducti in Ipananti Domini. *Mat. 3.* Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis. *Psal. 47.* Suscepimus Deum misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum. Quinta fuit, celestis illuminatio fidei, in nos transfusa, & nos duens ad ipsum in stella quæ duxit Magos in eius radiosa illuminatione. *Mat. 2.* Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum. Sexta fuit in ab lutione peccatorum per baptismum, quando aquas sanctificauit nobis.

Io. 1. Super quem vidaris Spiritum descendentem

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

& manentem super eum, hic est qui baptizat. Septima est victoria super tentatorem in ieiunio & tentatione. *Heb. 4.* Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: scaturam autem per omnia pro similitudine absque peccato. Octaua hora est verbum erudiens & illuminans, *Psal. 118.* Declaratio sermonum tuorum illuminat. Notia est factum exempli & miraculi fidei confirmans. *Mat. 5.* Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, &c. *Pro. 7.* Semita iusti quasi lux splendens & crescens vsque in perfectum diem. Decima est hora Passionis ad vespertim declinans. *Psal. 29.* Ad vespertim demorabitur fletus. Undecima est hora mortis, quando obrebrari mundus incepit nisi quod tunc diuinitas fortissime coruscavit. *Mat. 24.* Sicut fulgur venit ab Oriente & illuminat vsque ad Occidentem: sic erit aduentus Filij hominis. Duodecima est sepultura. *Ecl. 24.* Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Huius diei aurora ante diem fuit annuntiatio facta ad Beatissimam Virginem. *Can. 6.* Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora confurgens: ista ergo sunt duodecim horæ diei, in quibus illuminamur, in quibus homo ad opera illuminatur. *Pf. 103.* Ortus est sol, & congregatae sunt bestiæ, & in cubilibus suis clauduntur. Quia lucem mundi non sustinent bestiales. Exibit homo ad opus suum, qui rationalis est: & ad operationem suam vsque ad vespertim.

Siquis ambulat in die] hoc est, proficit in luce harum horarum, intelligens quid, quando operandum est vel agendum [non offendit] pedes ad offendiculum impingendo: quia videt quo pedem ponat. *Sap. 17.* Totus orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus tenebatur. *Exod. 10.* Vbi cumque habitabant filij Israel, erat lux. Et hoc est quod sequitur [quia lucem huius mundi videt] quæ eum dirigit. Corporalis quidem corporaliter, & spiritualis spiritualiter. *Primer. 4.* Adducant se per semitas aquitatis, quæ eum ingressus fueris non ardebantur gressus tui: & currens non habebis offendiculum.

Si autem ambulauerit] proficendo in peius. *2. Tim. 3.* Mali homines & seductores proficiunt in peius, errantes & in errorem mittentes [in nocte] quæ à notendo dicitur, *Ierem. 13.* Date Domino Deo vestro gloriā antequam obtenebrescat, & offendant pedes vestri ad montes caliginosos: qui sunt offendicula pecorum ex timore procedentes. *Sap. 17.* Solis impijs superposita erat grauis nox, imago mortis quæ eos comprehensura erat. *Psal. 34.* Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. *Prover. 4.* Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. *1. Ioan. 2.* Qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo vadat. Quia ille lumen spirituale non videt. Et [offendit] *Sap. 15.* Vinculis longæ noctis omnes erant compediti [quia lux in eo non est] quæ illuminet gressus suos. *Ioan. capitulo tertio.* Dilixerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim ipsorum mala opera. Et sensus est. Quia ego sum lux, & ideo videtis gressus meos: nec

vos offenditis, mecum euntes & me sequentes
[Hæc ait] ad instructionem suscipiendo.

Et post hæc dixit eis. Lazarus amicus
noster dormit: sed vado ut à somno exci-
tem eum. Dixerunt ergo Discipuli eius:
Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat
autem IESVS de morte eius: illi au-
temptauerunt quia de dormitione som-
ni diceret.

Hic instruit Discipulos de infirmitate & morte
Lazari: & habet duas partes. Primo enim instruit
eos de morte sub somni similitudine. Secundo
accipit causam instructionis aperte *Ibi* [Tunc er-
go dixit eis IESVS manifeste] In prima ha-
rum tria continentur, scilicet, dictum Domini,
expetitio illuminationis de dicto, & interpreta-
tio Evangelistæ. Dictum Domini est [Lazarus
amicus noster dormit] Et quod dicit [Lazarus]
signat ipso nomine à Deo esse adiuuandum. *Psal.*
85. Fac mecum Domine signum in bono, ut vi-
deant qui me oderunt, quoniam tu Domine adiu-
uisti me & consolatus es me. Ex hoc autem quod
dicit [amicus] dicit adiuuandi voluntatem. Quo-
niam quia amicus, voluntas est ad hoc quod adiu-
uetur amicus: quia amicorum est idem velle &
nolle. *Eclli.* 6. Amico fideli nulla est compara-
tio: & non est digna ponderatio auri & argen-
ti contra bonitatem fidei illius [dormit] quia
quod naturæ est mors, hoc est Christo somnus:
quia ita de facili sicut à somno suscitantur homi-
nes, ita de facili de morte per Christum homines
suscitantur. Vnde *Marthæ nono.* quando de
morte suscitare velle puellam, dixit: Non
est mortua puella, sed dormit. Est enim dor-
mitio sine somno, ligamentum sensuum in
primo sensitivo, à quo sensus & motus in
omnia organa sensus & motus diffunditur. Et
ideo dormitio licet vitam ponat in interiori-
bus: hæc non est vita nisi vegetabilis in quibus-
dam partibus suis, sicut in nutrire & augere. Sed
tamen immobilitas est vitæ sensibilis & moti-
tæ loco ad locum: qui motus vocatur processus.
Et ideo similitudo est mortis, per hoc quod est
stupor quidam: sicut mors & sicut epilepsia. Sicut
autem ratio obedientialis remanet in organo ex-
terioribus ad vitam, quæ fuit à primo sensitivo,
recipiendam in vigilia: ita in corpore toto
remanet ratio obedientialis in mortuo ad vitam,
quæ à primo fonte viuit, recipiendam quando
Deus imperauerit. Et ideo mors ipsa, dormitio
est quantum ad auctorem primum vitæ. *1. Reg.*
2. Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad
inferos, & reducit. *Sap.* 16. Tu es Domine qui
vitæ & mortis habes potestatem. *1. Sa.* 26. Experi-
giscimini & laudate qui habitatis in pulvere: quia
ros lucis ros tuus, & terram gigantium detrahes in
ruinam. Et hoc est quod sequitur [vado ut à somno
excitem eum] Ac si dicat. Hæc est mihi causa
reditus: non ut vadam ad lapidantes sicut vos
putatis. Et ideo confidite quia nec modo ad ma-
lignantes vado, quos vos timeatis: & tale facio
signum ex quo confunduntur & malignari non
audebunt. *Psal.* 85. Fac mecum signum in bono
ut videant qui me oderunt & confundantur.

Dixerunt ergo Discipuli eius] Hæc est ergo

expetitio illuminationis [Domine] proficitur
Dominum qui curandi habet potestatem. Et alle-
gant signum curationis naturale: ut non sit opus
ire propterea, ut Christus curet ipsum: quia ve-
hementer timuerunt illuc ire & venire. Et hoc
est [Si dormit, &c.] non multam angustiam pa-
tur intus: quia materialis magna febris resolu-
ret somnum & induceret infirmitatem. Nunc
autem somnus ligauit humidum nutrimentale,
& nutrit membra: & sic confortata digestionem
humoris, & confortato corpore, sanatur infirmus.
Et hoc modo istud Discipuli inducunt. Ac si di-
cant. Non est periculosa infirmitas, & signa iam
apparent conalescentiæ: nec oportet quod eamus
iterum istius infirmitatis occasione. Vnde Domi-
nus cum velle à labore recreari corpora Discipu-
lorum, dicit *Mat.* 26. Dormite iam & requie-
scite. *Psal.* 4. In pace in idipsum dormiam & re-
quiescam [Dixerat autem IESVS] intendendo [de
morte eius] quem dormire dixerat. *Mat.* 7. Hæc
cum dixisset obdormiuit in Domino. *Psal.* 126.
Cum dederit dilectis suis somnum [illi vero]
scilicet, Discipuli [putauerunt] adhuc carnales
existentes, intentionem Christi in verbis suis non
considerantes [quia de dormitione somni] natu-
ralis [diceret] *Mat.* 15. Adhuc & vos sine intel-
lectu estis. *1. Cor.* 13. Cum essem paruulus, loque-
bar ut paruulus, meditabar ut paruulus, sapiebam
ut paruulus.

Tunc ergo IESVS dixit eis manifeste.
Lazarus mortuus est: & gaudeo propter
vos: ut credatis: quoniam non eram ibi.
Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas
qui dicitur Didymus ad condiscipulos:
Eamus & nos, & moriamur cum eo. Ven-
it itaque IESVS & inuenit eum quatuor
dies iam in monumento habentem.

Tunc ergo IESVS dixit eis manifeste] hoc est,
sine metaphora. Et incipit hic instructionis de
morte pars secunda, & diuiditur in tria. Quia pri-
mo declarat mortuum, & quod ex hoc instruendi
sunt Discipuli ad veritatis intellectum. Secundo
dicit, quod nec adhuc inuenit promptos ad ean-
dum. Tertio tangit qualem veniens inuenit de-
functum. Dicit autem in primo duo, scilicet,
quod declarat Lazarum mortuum, & ex hoc
instruendos Discipulos ad intelligendum. Dicit
ergo.

Lazarus mortuus est] morte corporis, defun-
ctus vita naturæ. *Psal.* 81. Vos autem sicut homi-
nes moriemini. *2. Reg.* 14. Omnes morimur &
quasi aquæ dilabimur in terram [Et gaudeo
propter vos] hoc est, quamuis mortuo per com-
passionem condoleam: tamen propter vestram
gaudeo adificationem. *Phil.* 2. Et si fidem super
sacrificium & obsequium fidei vestra, gaudeo
& congratulor omnibus vobis. *Exa.* 18. Lætatus
est in omnibus bonis quæ fecit Deus Israeli. Gau-
deo autem [ut credatis] hoc est, ad fidem instru-
tionem habeatis & accipiatis [quoniam non
eram ibi] Et cum reuelo vobis absentia, à nul-
lo mihi reuelata, incipiatis credere quod nihil me
later: & sic edificamini ad fidem meæ diuinitatis.
Et sic exponit *Glo.* *Iob.* 22. Quia scio quod
omnia potes & quia nulla te later cogitatio.

Vel

Vel [gaudeo quia non eram ibi propter vos] ut
videatis quid facit spiritualis hominis à me elon-
gatio. *Psal.* 18. Longè à peccatoribus salus. Illi
enim qui à vita se elongant, moriuntur. *Dem.* 4.
Vos qui adheretis Domino viuitis vniuersi. Vel
[propter vos gaudeo quia non eram ibi] ut vobis affe-
ctum meo ad resuscitationem, edificemini ad cha-
ritatem: & vobis potestate in miraculo, edificemini
ad fidem maiestatis. De primo *Præd.* 8. Ego
diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad me,
inueniet me. De secundo *Esther.* 13. In ditione
tua cuncta sunt posita: si decreueris saluate nos,
continuo liberabimur.

Sed eamus ad eum] ut loci approximatō in
corpore meo ostendat habitare deitatem. Aliter
enim ita absens ut presens miraculum perficerem.
Ioa. 14. Ad eum veniemus & mansionem apud
eum faciemus. *Dem.* 4. Non est alia ratio tam
grandis quæ habeat deos approximantes sibi
sicut Dominus Deus noster adest omnibus obse-
rationibus nostris [Dixit ergo Thomas qui dicitur
Didymus] hoc est, geminus siue dubius: quia
qui in fide non est solidatus, semper corde in
duo contradictoria geminat, & trepidat inter duo:
neutri adherens plene, sed semper timens con-
trarium euentum. Ite enim plus alijs erat
timere, & plus in fide dubitabat. Et ideo hunc
describit ab eo quod in corde patiebatur: tamen
pro se & alijs loquebatur. Dixit autem [ad con-
discipulos] quia propter reuerentiam, ad Chri-
stum non dixit, timens reprehendi [Eamus & nos
& moriamur cum eo] Ac si diceret. Satis non
est quod ille mortuus est, nisi & cum illo per ma-
num persequentium moriamur. Et sic dixit ex ti-
more. Et hæc est expositio *Chryso.* & vera se-
cundum litteram: quia & *Ioa.* 20. dixit. Nisi videro
in manibus eius locum clauorum, & mittam
manum meam in latus eius non credam. *Glo.* ta-
men dicit quod hoc dixit ex affectu. Vnde dicit.
Ecce verus amantium affectus: vel cum ami-
co viuere, vel cum amico mori. *2. Reg.* 18.
Quis mihi det vt ego moriar pro te? Et hæc est
lectura Augustini.

Venit itaque IESVS] Hic tangit, qualem de-
functum inuenit [venit itaque IESVS] appropin-
quans per misericordiam. *Matth.* 8. Ego veniam
& curabo eum [inuenit] non tam exterius
quam interius in compassione [eum] miserum
defunctum & factentem. *Dem.* 32. Inuenit eum
in loco deserto, ab omni bono derelictum: in
loco horrois, in morte: & vastæ solitudinis, à
Sanctorum societate [quatuor dies iam in
monumento habentem] quia primo die venit
nuntius & duobus sequentibus mansit ibidem, & die
quarto venit. Et isti sunt quatuor dies ut dicit
Chryso. Significant autem hi quatuor dies, qua-
tuor peccati aggrauationes, scilicet, consensus,
operis, consuetudinis, & blandimenti quo pec-
cator fouetur in peccatis: quæ sunt mors anima.
Iob. 3. Quare non in vulua mortuus sum, egres-
sus ex vtero non statim perij? Quare exceptus
genibus, cur lactatus vberibus? In vulua enim
mori, est mori per peccatum in consensu & de-
lectatione antequam procedat in publicum. Mori
egressum ex vtero, est deleri peccatum in opere, ante
quam procedat ad consuetudinem. Exceptum au-
tè genibus mori peccatum est peccatum deleri, quan-
do iam per consuetudinem & scandalum excipi-

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

tur genibus. Lactari autè vberibus præsup-
tionis & desperationis, est blandiri sibi in peccatis.
Vel ideo: quia magna Dei misericordia hoc indul-
geat & hoc est verbum præsupitionis. Vel ideo: quia
magna iustitia hoc non indulgeat, & ideo in dul-
cedine peccati sit remanendum: quia alia spes bo-
ni post hanc vitam non habeatur. Et tunc quatti-
duanus est, & fetet mortuus. Hoc ergo est quod
dicit.

Erat autem Bethania iuxta Ierosoly-
mam quasi stadijs quindecim. Multi au-
tem ex Iudæis venerant ad Martham &
Mariam ut consolarentur eas de fratre
suo.

Hic incipit pars, quæ est de huius miraculi
impetratione. Diuiditur autem in tres partes, in
quarum prima describitur impetrantium multi-
tudo: in secunda autem describitur impetrantium
denotio fidei *Ibi* [Martha ergo ut audiuit] Tertio
autem ponit impetrandi modum *Ibi* [IESVS
autem ut vidit eam plorantem] In prima duo
dicuntur, scilicet, locus vnde multæ solennes per-
sonæ conuenire poterant ad impetrandum mira-
culum, & multitudo eorum qui conueniant. Di-
cit ergo [Erat autem Bethania] locus in quo
defunctus fuit [iuxta Ierusalem] quæ erat in
tropolis, in qua multæ erant personæ solennes,
coram quibus facere miraculum multum fuit tri-
le ad fidem [quasi stadijs quindecim] Stadium
autem est octaua pars miliarij. Et ideo non dis-
tabat ad duo miliaria passuum, & erat valde propin-
quum: & ita de facili etiam delicatæ personæ
poterant conuenire ad spectaculum. *Ioa.* 12. Co-
gnouit turba multa ex Iudæis quia IESVS illic esset
& venerunt non propter IESVM tantum, sed ut
Lazarum viderent quem suscitauit IESVS à mor-
tuis. Et hoc est quod sequitur [Multi autem ex
Iudæis venerant] ab Ierusalem & ab alijs vicinis
locis [ad Martham & Mariam] sorores defuncti
[ut consolarentur eas de fratre suo] *Eclli.* 7. Ne des-
is plorantibus in consolationem. Nobiles enim
erant personæ: & ideo plures conuenierunt. *Rs.* 12.
Flete cum flentibus idipsum inuicem sentientes.
Ier. 31. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui
à lacrymis: quia est merces operi tuo. Sic amici
Iob condixerant sibi ut patirent venirent & con-
solarentur eum *Iob.* 2.

Martha ergo ut audiuit quia IESVS ve-
nit, occurrit illi. Maria autem domi se-
debat.

Describit hic deuotionem fidei impetrantium:
primo Marthæ, deinde Mariæ *Ibi* [Illa autem ut
audiuit] Denotio Marthæ describitur in tribus,
scilicet, in occurru, in fidei profectu, in sororis
in adiutorium vocatione. Dicit ergo [Martha au-
tem] quæ semper sedula in obsequio Domini fuit
[ut audiuit] Facile enim auditur quod desideratur
audiri. *Iob.* 4. Vocem eius quasi autæ lenis audi-
ui. *3. Reg.* 19. Sibilus autæ tenuis, ibi Dominus.
[quia IESVS venit] *Aggæ.* 2. Veniet desideratus
cunctis [genibus] occurrit ei] quia nihil est satis
festinatum desideranti. Et ideo occurrit & introi-
tum in domum non expectant. *Amos.* 5. Præpa-
rate in occursum Domini Dei tui Israël.

Martha autem domi sedebat] nesciens quia

S IESVS

Issys in veniendo erat, quia foror fuit ita festina ad occurrendum quod hoc non indicabat forori, nisi prius occurreret. Sedebat autem domine discursus esset sibi causa lascivæ sicut fuerat: & vt sequestrata à tumultu, melius verborum Domini memoriam habere posset. Vt aliam consolationem præter quam in verbis Domini non haberet. De primo dicitur *Thren. 3.* Sedebit solitarius & tacens, quia leuabit se super se. De secundo *Gen. 25.* Iacob vir simplex habitans in tabernaculo. De tertio dicitur *Osee 2.* Adducam eam in solitudinem & ibi loquar ad cor eius. *Iere. 31.* Vtque quo delictis dissolueris filia vaga? Quieuit enim in contemplatione. *Sap. 8.* Intrans in domum meam conuiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuictus eius, nec tedium conuersatio illius.

Dixit ergo Martha ad IESVM: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

Hic ostenditur deuotio impetrantium. Habet autem tres paragraphos, in quorum primo ostenditur fides imperfecta quæ est incipientium siue incipiens: in secundo ostenditur fides proficiens: in tertio fides perfecta ad impetrandum. In primo horum duo sunt, in quorum primo proponitur fides præsentis Christi mortem fratris excludentis: in secundo fides, etiam post mortem quod voluerit, impetrantis. Dicit ergo [Domine si fuisses hic] localiter præfens [frater meus non fuisset mortuus] Patet sicut dicit *Chrysost.* quod non sensit de eo nisi sicut de viro sancto cuius præsentia nocuumentum non appropinquat. Hoc signatum est *Exo. 12.* Vbi præfens fuit sanguis agni, dixit. Non sinam percussorem ingredi domos vestras. *Exech. 9.* Super quem videritis tau ne interficiatis. Et si ita defendit signum Christi, credebatur quod multo magis defenderet præsentia IESV CHRISTI [sed & nunc scio] fidei certitudine, & experimenti probatione per alia signa quæ fecisti [quia quæcunque poposceris à Deo Patre, dabit tibi Deus] Attende autem quod modica adhuc in fide, putabat Filium Dei postulatione indigere: vt Patris virtute perficeret quod à seipso non posset. *Heb. 5.* In omnibus exauditus est pro sua reuerentia. *3. Reg. 3.* Postula à me quod vis vt dem tibi.

Dicit illi IESVS. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

Ecce de fidei profectu. Et duo dicuntur: excitatio scilicet ad fidei profectum, & fidei profectio. De primo dicit [Resurget frater tuus] *1. Cor. 15.* Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. *Iob 14.* Lignum habet spem: si præcisum fuerit rursus vitescit, & rami eius pullulant: & si emarcuerit in terra truncus eius, ad odorem aquæ germinabit. Lignum autem homo præcisus per mortem, quod germinat

ad vitam ad odorem gratiæ diuinæ, quæ per aquam signatur [Dicit ei Martha] per fidem resurrectionis excitata & proficiens [scio] fidei certitudine [quia] cum alijs [resurget in resurrectione] omnium communis [in nouissimo die] huius mundi. *Iob 14.* Donec atteratur cælum non resurget neque euigilabit de fomno suo. *Iob 19.* In nouissimo die de terra surrecturus sum, &c. Et est ac si dicat, vt dicit *Glossa.* Communem resurrectionem scio. De hac autem incerta.

Dicit ei IESVS. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Air illi: Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui qui in hunc mundum venisti.

Hic tangit de fide perfecta ad impetrandum. Et excitatio ad talem fidem primo ponitur, & postea fides perfecta describitur. Dicit ergo in primo quatuor, in quorum primo causa perfecta resurrectionis & vitæ in Christo esse dicitur: in secundo credenti hoc, possibilitas impetrandi resurrectionem mortuorum ostenditur: in tertio præmium talis fidei signatur: in quarto Martha consensus ad talem fidem requiritur. Dicit ergo [Ego sum] per causam [resurrectio & vita] hoc est, Sum causa resurrectionis & vitæ. *1. Thess. 4.* Si enim credimus quod IESVS mortuus est & resurrexit: ita & eos qui dormierunt per IESVM adducet cum eo. Ideo enim dicitur primogenitus mortuorum: quia sua resurrectio in fide credita, causa est resurrectionis mortuorum, vt dicit *Augustinus. Apoc. 1.* Primogenitus mortuorum princeps regum terræ. Sic etiam est causa vitæ. *Ioan. 10.* Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant [Et omnis qui viuit] Tangit hic fidei illius præmium: quia enim iam perfecta, viuit. *Habac. 2.* Iustus autem meus ex fide sua viuet [et credit in me] hoc est, credendo tendit in me [non morietur in æternum] quia et si corporaliter moritur ad tempus: non tamen moritur sic vt in æternum moriatur. Sic enim moriuntur damnati in æternum vt nunquam permorianantur. *Ioan. 8.* Siquis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. *Ioan. 3.* Vt qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. *Osee 13.* De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos [Credis hoc?] Elicit ad hanc perfectam fidem consensum, cui fidei nihil est impossibile impetrare. *Mar. 9.* Si potes credere, omnia possibilia sunt tibi. *Matth. 17.* Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeris monti huic: tol. & mit. in mare: & nihil impossibile erit vobis.

Air illi] Hic in fidem perfectam præbat consensum iam sufficienter per eruditionem eleuata [vtique Domine] *Matth. 15.* O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Et explicat hanc fidem, dicens [Ego credidi] firmiter credens & simpliciter confitens [quia tu es] qui in natura humana lates [Christus] in fide deitatis vnctus [Filius Dei] à patre natus ante omnia secula [qui] natus ex muliere Virgine, factus sub lege [in hunc mundum

mundum] visibilem [venisti] per carnis assumptionem. Et hæc est fides perfecta quantum ad hunc articulum: & ideo ipsa vltimus ad fidem non instruitur. *Matth. 16.* Tu es Christus Filius Dei viui. Et ideo sicut Petro istius confessionis dantur clauis, contra quas non prævalent portæ inferi: ita claustra mortis quæ defunctum detinebant, aduersus istam fidem nihil poterunt, sed defunctum quem absorbuerant reddiderunt. *Psal. 106.* Contriuit portas æreas & vinctes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis suæ.

Et cum hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam fororem suam silentio, dicens. Magister adest, & vocat te.

Tertium est in quo ostenditur deuotio Marthæ: quia non sola voluit esse in consolatione Dei, sed & fororem vocat vt secum consoletur. Et hoc est [Et cum hæc dixisset] apud Dominum fideliter deponens suæ fidei confessionem [abiit] à Domino vt etiam foror consolaretur [et vocauit Mariam] quæ domi sedebat [fororem suam] *1. Sa. 40.* Loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eam. *Apoc. 17.* Qui audit, dicat, veni [silentio dicens] quia non decet mulieres clamorosas esse. Adhuc autem, quia Iudæi præfentes erant & noluit vt audirent: ne per eos præsentia IESV denuntiaretur. *1. Sa. 30.* In silentio & spe erit fortitudo vestra. *Thren. 3.* Bonum est præstolari cum silentio salutem Dei [Magister adest] *Matth. 3.* Ecce venit, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? [et vocat te] Quamuis enim non sit scriptum: tamen ex imperio Domini intelligitur Marthæ esse iniunctum: quia noluit quod Iudæi infideles gaudio illius visitationis interessent vocati: quia uocatione Domini non erant digni. *Matth. 23.* Statim veniet dominator quem vos queritis. Quia ille vere est Dominus, qui vitæ & mortis habet potestatem.

Illa vt audiuit surrexit cito, & venit ad eum: nondum enim venerat IESVS in castellum, sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam: cum vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat IESVS, videns eum, cecidit ad pedes eius & dixit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

Tangit hic deuotionem Marthæ. Dicuntur autem hic tria, scilicet, deuotio in occurrendo, compassio Iudæorum in comitando, & fides perfecta in adorando. In primo duo sunt, scilicet, quod velociter occurrit, & locum in quo occurrit describit. Dicit ergo [Illa] Maria scilicet [vt audiuit] hoc est, postquam à Martha nuntium de uocatione accepit [surrexit] à quiete contemplationis [cito] per desiderij velocitatem. *Psal. 118.* Viam mandatorum tuorum cucurri eum dilatasti cor meum *1. Sa. 40.* Current, & non laborabunt: volabunt, & non deficient: & venit ad eum]

1. Sa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in precordijs meis de mane vigilabo ad te. *Psal. 42.* Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei [Nondum enim venerat Iesus in castellum] vt ex distantia loci vbi occurrerunt probarentur deuotio foraminum sanctarum [Sed erat adhuc in illo loco] stans & expectans [vbi ei occurrerat Martha] *Psal. 131.* Inuenimus eam in campis syluz. *Can. 2.* Ego flos campi. In latitudine enim campi, extra Iudæos, paganorum incolas se præsignauit vocaturum. A pagis enim pagani vocantur. Ideo etiam extra portam passus est. *Heb. 14.* Iesus vt sanctificaret per suam sanguinem populum, extra portam passus est. Excemus ergo ad eum improprium eius portantes.

Iudæi ergo qui erant cum ea in domo] Describitur hic comitantia compatientium: & illi erant Iudæi vicini & amici & cognati [quia nobiles erant] qui venerant ad domum eius [et consolabantur eam] *Iob 2.* condixerant enim sibi vt pariter venientes visitarent eum & consolarentur. Item *29.* Erant miferentium consolator: cum vidissent Mariam] tristem [quia cito surrexit] desiderio occurrendi *Psal. 54.* Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam *1. Sa. 60.* Qui sunt hi qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Quia feruenti desiderio omnis velocitas tarda videtur [secuti sunt eam] Mariam [dicentes] compatiendo ei. *Iob 30.* Flebam quondam super eo qui afflicus fuerat [quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi] *Gen. 50.* Sentiens Ioseph patrem suum esse mortuum, ruit super faciem eius fletus & osculans eum. Talem enim affectum voluit Deus impendi sanctis patribus: vt sciretur quam utilis fuit vita eorum, cuius privatio tanto lactu plorabatur.

Maria ergo] Magdalena [cum venisset] extra castellum [vbi erat Iesus] expectans ad se venientes forores, ostendens fidei suæ deuotionem [videns eum cecidit ad pedes eius] prona adorans eum, in recognitionem suæ diuinitatis. *1. Cor. 14.* Cadens in faciem præiurauit quod vere Deus in vobis sit. *Psal. 131.* Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius [Et dixit ei: Domine, si fuisses hic] Idem quod dixit Martha, eadem fide & simili deuotione [frater meus non fuisset mortuus] quia in præsentia vitæ, locum mors habere non potest. *1. Cor. 15.* Absorpta est mors in victoria. Et est sensus ac si dicat. Aliqua indignitas nostra, tuam demeruit præsentiam: & ideo mors ingressum ad nos habere potuit: quia propter nostrum aliquod malum meritum tu elongatus à nobis fuisti. *Thren. primo.* Idcirco ego plorans & oculus meus deducens lacrymas. Quia longefactus es, me consolator conuertens animam meam.

IESVS ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide. Et lacrymans est Iesus.

Tangitur hic modus quo impetratum est miraculum. Tanguntur autem hic tria: compassio plorantium, & plangentium defuncti amicorum, quibus

bus compassus est Dominus: ædificatio astantium, & dispositio loci sepulchri visi à Domino. In primo horum dicit tria: lacrymationem ex compassione, quæstionem de loco sepulchri ex suscitandi voluntate, & fremitum & turbationem sui ipsius ex mortis horrore. Dicit ergo [IESVS ergo ut vidit] affectu humano, quod ante nouerat ex deitatis virtute [eam plorantem] Mariam quæ cum diligebat, & ideo diligebatur ab eo. *Luc.* 7. Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum [& Iudeos] amicos eius [qui erant cum ea] in dolore plorantes [*Gen.* 6. Tactus dolore cordis intrinsecus. *Osæ* 11. Pœnitudo mea conturbata est in me [infremuit spiritu] Infremere spiritu, est fremere dolendo iatus in spiritu & compatiendo. *Gen.* 45. Non se poterat ultra continere Ioseph multis coram astantibus. Sic enim iste versus Ioseph, humanum demonstrans affectum, & veram naturam passibilem in lætu amicorum. *Gen.* 45. Eleuauitque vocem cum fletu, quam audierunt Ægyptij omnisque domus Pharaonis [& turbauit semetipsum] quia contra rationem in ipso nullus motus fuit: & ideo molestia cum non vicit, sed ipse in se turbationem fieri voluit: vt humanum ostenderet affectum ad amicos. *Gen.* 43. Commota quippe sunt viscera eius super fratre suo [& dixit: Vbi posuistis eum] iam inclinatus ad voluntatem suscitandi: vt luminosos oculos dirigeret ad mortuum, & sic suscitaret eum. *Eccli.* 24. Inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. *Mich.* 7. Dum sedeo in tenebris, Dominus lux mea est: iram Domini portabo quoniam peccaui ei. Si clamaui ad primum in peccatis mortuum *Gen.* 3. dicens, Adam vbi es: Audiui Domine vocem tuam, & timui: eoquod nudus essem, & abscondi me quasi in spelunca sepulchrum [Dicunt ei] intercessores eius [Domine, veni & vide] Veni per compassionem accedens [& vide] tenebras miserie subleuans. *Exo.* 3. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto, & gemitum eius audiui. *Isa.* 64. Nunquid super his continebis te, & tacebis, & affliges nos vehementer [Et lacrymatu est IESVS] *Psal.* 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. *Thren.* 1. Plorans plorauit in nocte, &c. *Luc.* 19. Videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Magis enim vult dicit *Hiero.* fleuit miseriam conditionis humanæ quam mortem amici. *Iere.* 19. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filias populi mei?

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? IESVS ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

Tangit circumstantium ex pietate sua ædificationem. Primo autem tangit ædificationem bonorum dicentium [Ecce quomodo amabat eum] hoc est, quanta pietate. Hic est enim verus amicitia affectus, affligi in malis amici. *Osæ* 14.

Diligam eos spontaneæ: quoniam auersus est factor meus ab eis. *Ioa.* 15. Vos dixi amicos, quia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis [quidam autem dixerunt ex ipsis] minus bene affectis circa fidem maiestatis eius [Non poterat] *Glossa.* Potuit sed noluit: quia plus est mortuum suscitare, quam ne moreretur facere. Vnde etiam dubitando per modum quæstionis hoc proponunt, & allegant potentiam eius in miraculis [hic qui aperuit oculos cæci nati] *Ioa.* 19. Ego in iudicium veni in hunc mundum: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant [facere] præseruando à morte [vt & hic] scilicet hic Lazarus [non moreretur] Minus enim est præseruare eum à morte qui viuit, quam reddere & restituere membrum quod iam periit. Et hoc modo carnales argumentabantur qui virtutem eius limitatam esse putabant; & facilius facere quod minus est quam id quod maius est. Et hic est error. Vnde *Aug.* Qui voluit facere vt moreretur: plus factum est vt mortuus suscitaretur. Per hoc enim probatur quod eum quem amabat morti non permisit nisi dispensatiue, & mortuum suscitauit in declarationem suæ gloriæ. *Osæ* 13. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne.

IESVS autem rursus fremens in seipso fremebat, extra sonum lugentis emittens. Turbatur intus, miseriam conditionis humanæ considerans, in quâ incidit ex peccato: & rursus lacrymat, quæ lacrymæ de interioribus ad exteriora prorumpit. *Iob.* 3. Tanquam inundantes aquæ sic rugitus meus. *2. Reg.* 18. Rex fleuit, & sic loquebatur vadens: Absalom fili mi, Absalom: quis mihi der vt moriar pro te fili mi Absalom? [venit ad monumentum] hac motus misericordia, & impulsus compassione.

Querit *Chrys.* Quare non absens curauit sicut supra *Ioa.* 4. filium reguli? Respondet. Si absens curasset, non constaret per ipsum factum miraculum. Et ideo veniens & præsens curauit. Et quod dicitur de filio reguli, hoc factum fuit ad erudiendam & eleuandam ad fidem reguli incredulitatem.

Sed adhuc obiicitur. Quia *Isa.* 42. dicitur: Non erit tristis, neque turbulens. Sed ad hoc dicendum est sicut sæpe responsum est, quod est tristitia passio, & tristitia propassio sicut dicit *Hiero.* Propassio est quæ afficit naturam, sed non abiicit rationem: & hæc cecidit in Christum, qui verè & veram habuit naturam humanam. Ea autem quæ passio est, alterat naturam, & abducit & eijcit rationem: & hæc in Christum non cecidit: & de illa dictum *Isaie* intelligitur.

Sed contra hoc iterum obiicitur. Quia hic dicitur: Turbauit semetipsum ergo videtur quod turbatus fuit intus: & non est turbatio nisi quando ratio obnubilatur: ergo ratio à luce sua abducta fuit, quia omne quod turbatur quietem amittit & serenitatem. Ad hoc autem iterum secundum *Hiero.* est dicendum quod falsum supponitur in obiectione: quia turbatio propassio, rationis serenitatem non impedit nec abducit: sed afficit sensibilem animam, in sensum doloris vel compassionis.

Et si queritur, Quare tunc vocatur turbatio? Dicendum, quod serenum sensibilis est in continua incanditate dulcedinis, & affectio contrarij illam turbat serenitatem.

Si

Si autem queritur, Vtrum hæc turbatio ad rationem deuenit? Dicendum, quod ad rationis iudicium deuenit; & ad ordinem: quia nihil præter rationis ordinem potuit esse in Christo, sed affectus eius fuit in ratione: vt est in natura eius quod erat passibile. Et ex hoc nihil sequitur inconueniens. Et quia à ratione ordinata fuit ideo dicitur quod seipsum turbauit. Hæc autem alibi à nobis determinata sunt.

Attende autem, quod primo fremit & turbatur, secundo dicitur quod lacrymat, tertio, quod iterum fremit: sed non dicitur quod turbetur. Primo enim docet fremitum ad cordis compunctionem & turbationem. *1. Ier.* 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Ecce fremitus. Et scindite corda vestra. Ecce turbatio compunctionis. Secundo lacrymat, ad delicti expiationem & abluionem. *Psal.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Tertio fremit, ad indignationem reliquiarum peccati. *Habac.* 3. In fremitu conculcabis terram, hoc est, fumantem terrenitatem in vapore peccati, & in furore, hoc est, in indignatione contra peccatum: obstupescas montes, hoc est, superbia tumores, quibus contemnitur præceptor & præcepta. Et sic armatus contra peccatum venit ad monumentum eius qui est suscitandus. Vnde *Glossa.* Fremas & tu in te si vis reuiuiscere.

Attende etiam, quod ter Dominus fleuisse legitur. *Luc.* 19. Super ciuitatem vanitatis fleuit. Hic super Lazari suscitationem. Fleuit in compassione sui in sacrificij oblatione pro totius mundi redemptione: docens nos deslere peccati occasionem, quæ est mundi vana concupiscentia: docens nos deslere priuatiuam vite, quæ est vite æterna per separationem à Deo carentia: docens nos flere in deuotione orationis, cum offerimus Deo spiritum contribulatum. De primo *Luc.* 19. Videns Dominus ciuitatem Ierusalem fleuit super illam. *Psal.* 136. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordamur Sion. De secundo *Ioa.* 11. Lacrymatu est IESVS. *Iob.* 16. Facies mea innumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. De tertio *Hiero.* 5. In diebus carnis suæ preces, & supplicationesque ad Deum cum clamore valido & lacrymis offerens: in omnibus exauditus est pro sua reuerentia. *Isa.* 38. Audiui orationem tuam, vidi lacrymas tuas. *Osæ* 12. Fleuit & rogauit eum.

Adhuc attendendum, quod Dominus tres mortuos suscitauit: vnum in domo, puellam: vnum in porta ciuitatis coram turba, filium viduæ: tertium in sepulchro quatridentium. Quod signat tria genera peccatorum. Mortuus enim in domo, significat peccatum in cordis delectatione & consensu: mortuus autem in porta ciuitatis, significat peccatum in opere quod per organa sensus in scandalum procedit proximorum: tertius autem significat peccatum in consuetudine, quod iam fecerit & oppressum, mole ponderata malæ consuetudinis. De primo *Sap.* 18. & *Exo.* 12. Neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. De secundo *Isa.* 3. Corruet populus, vir ad virum, vnusquisque ad proximum suum. De tertio dicitur in *Psal.* 5. Sepulchrum patens est guttur eorum. *Matth.* 23. Similes sepulchris dealbatis quæ foris videtur hominibus speciosa: intus autem plena

sunt omni spurcitia: quia ab omni peccato potest suscitare Deus, & potens est gratia Dei. *Isa.* 26. Vident mortui tui: inuicti mei resurgent.

Erat autem spelunca [Tangit hic sepulchri dispositionem. Quod autem dicit [Erat autem spelunca] ideo dicit, ne suffosum sepulchrum putaretur in quo alius vixisset: vt sic sophisticum miraculum crederetur. Et quod dicit [& lapis] grandis [superpositus, &c.] ideo dicit, ne alius superius, lapide temore subintrasse credatur. Spelunca autem hæc, barathrum signat desperationis, in eo qui spiritualiter est mortuus. *Prov.* 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. *Isa.* 24. Formido & fovea & laqueus super te qui habitator es terre. Formido conscientie ad aperendum: fovea, barathrum desperationis ad abscondendum: Laqueus, virtutis sententia finalis ad in peccatis tenendum: & lapis superpositus vt expirare factor non posset, qui in morte spiritali obdurationem signat cordis ad non penitendum. *Thren.* 3. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. *2. Reg.* 18. Tumulum lapidum posuerunt super Absalom mortuum. *Hab.* 3. Vt non obdureret quis ex vobis fallacia peccati. *Psal.* 94. Nolite obdurare vobis vestra.

Ait IESVS: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam sceret. quatridentium est enim. Dixit ei IESVS: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei. Tulerunt ergo lapidem.

Hic tanguntur ea quæ ad huius miraculi faciunt perfectionem. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes, in quarum prima ostenditur quia is qui suscitandus est, verè est, defunctus & corruptus: in secunda proponitur suscitandi modus [IESVS autem eleuatis oculis] In tertia ponitur suscitationis effectus [Ibi] Et statim prodijt [In quarta autem & vltima ponitur huius miraculi fructus [Multi ergo ex Iudæis, &c.] In prima hanc tanguntur quatuor, scilicet: demonstratio defuncti facti per lapidis oblationem: vt prius videatur corruptus, & sic idem sciatur suscitatus & non alter in secundo per suggestionem Marthe ostenditur esse corruptus & ideo factus: in tertio ostenditur in his maior gloria in vltima suscitatione: in quarto ponitur sublatio lapidis: vt corruptus omnibus ostendatur ad miraculi commendationem. Dicit ergo.

Tollite lapidem [vt omnes videant factidum mortuum & corruptum. Ad hoc enim sceret secundum litteram: vt omnes corruptum oculata fide viderent. Secundum autem mysterium significat ablationem obdurationis cordis: qui à Domino est suscitandus. *Ezech.* 36. Auferam à vobis cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Hoc etiam signat vt dicit *Chrys.* onus veteris legis esse remouendum, & gratiam esse prædicandam. *2. Cor.* 3. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat [Hoc dicitur: vt ostendatur vt illa de defuncto talia nequaquam diceret, nisi vera essent] Domine, iam sceret [eo quod intus corruptus est]

[quadriduani enim est] Tantum enim tempus in terra calida, magnam interiorum adducit corruptionem. Interioribus autem corruptis non est possibilitas aliqua ad vitam. Quia Interiora sunt vasa vitæ & non exteriora in quibus forte adhuc figuræ mortuus tenuerat. *1. Jo. 14.* Sicut fanic pollutus & obuolutus. In mortuo autem spiritualiter signat fetor malum odorem opinionis. Quadriduani enim esse, est in delectatione & consensu & completa voluntate, quæ sunt vna dies mortis: secunda autem, mala operatio: tertia vero, in corruptione aliorum pro palatio: quarta autem, consuetudinis obduratio. *Joel. 2.* Ascendet fetor eius & ascendet putredo eius. *Amos 4.* Ascendere feci fetorem vestrum, & putredinem castrorum vestrorum ad naves vestras: & non estis reuerſi. Hoc autem dixit Martha, & non Maria: quia actiuus plus competit curam habere conuersionis animarum quam contemplatiua.

Dicit ei Iesus] Tertium est in quo ostenditur quod totum hoc ordinatur ad gloriam Dei manifestandam [Nonne dixi tibi] supra parum [quoniam si credideris] quia nihil est impossibile credenti. *Luc. 18.* & *Mar. 9.* [videbis gloriam Dei] quia hoc totum ordinatur ad gloriam miraculi. Et hoc ideo volui primum fieri *Joan. 9* vt manifestentur opera Dei in illo. *Eccli. 16.* Glorifica manum & brachium dextrum. *Joan. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre [Tulerunt ergo lapidem] vt omnibus dispositio defuncti reuelaretur. *Psal. 92.* Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam.

Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit. Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare Veni foras.

Hic secundo dicit suscitandi modum. Dicuntur autem duo, scilicet, concordia filij ad Patrem in operibus miraculorum, & vox habens virtutem suscitandi. Dicit ergo in primo horum quatuor: oculorum enim eleuatione ostendit quod omnia sua refert ad Patrem: in secundo de hoc quod secundum humanam naturam à Patre habet, gratias agit: in tertio certitudinem omnium quæ operari vult faciendâ ostendit: in quarto finem huius gratiarum actionis aperit. Dicit ergo Iesus autem] auctor salutis [eleuatis oculis] vt se & sua ad Patrem dirigere se ostenderet [sursum] in cælum: vt ostenderet se in nullo cælestibus obuiare. *2. Paral. 20.* Hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. *Job 16.* Ad Deum stillat oculus meus. *Dant. 13.* Quæ stans suspexit ad Dominum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.

Pater gratias ago tibi] *1. Theſ. 5.* In omnibus gratias agite [quoniam audisti me.] *Heb. 5.* In omnibus exauditus est pro sua reuerentia. *Joan. 3.* Pater amat Filium, & omnia dedit & in manus. Et ideo Filium semper audiuit: quia Filius non fecit in opere redemptionis nisi quod Pater præ-

ordinauit.

Ego autem sciebam] ab æterno [quia semper me audis] Et ostendit miraculi certitudinē. Ostendit enim in hoc quod non tantum habuit potestatem faciendi quod volebat: sed etiam scientiam quid facturus esset antequam faceret. *Joan. 5.* Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Sed propter populum qui circumstat dixi] Aperit quare sic gratias agit, quia ad nostræ fidei ædificationem. *1. Ioan. 2.* Apud Patrem aduocatum habemus IESVM CHRISTVM Iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. *Ro. 8.* Christus Iesus qui est ad dextrâ Patris, qui etiam interpellat pro nobis [vt] virtutem tuam in me, videntes [quia tu me misisti] ad voluntatem tuam in mundo peragendam. *Eccli. 36.* In conspectu nostro magnificaberis in illis: vt magnificent te sicut & nos cognouimus te. *1. Jo. 40.* Videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est. Et *Luc. 3.* Videbit omnis caro salutare Dei mei.

Hæc cum dixisset] Hic ostendit vocem quæ suscitandi habet virtutem. Dicit autem [voce magna] potius virtute, quam clamoris intensione [clamauit] *Psal. 68.* Laborauit clamans rauca factæ sunt fauces meæ. Hæc vox dicitur vox tubæ. *2. Theſ. 3.* In voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi [Lazare veni foras] Loquitur sicut ad viuum: quia ipse est cui omnia viuunt, & cui non peteunt moriendo corpora, sed mutantur in melius. *Ro. 4.* Vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Vocat autem nominatum, in signum gratiæ. *Exod. 33.* Te ipsum vocaui ex nomine, &c. Vocat ad se, in signum familiaritatis & clementiæ. *Matth. 11.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Vocat extra clausuram sepulchri: vt sciat se vocati ad libertatem. *Gal. 5.* Vos in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem vestram in occasionem detis carnis. Sic ergo iam incipit impleri quod dixit *Joan. 5.* Venit hora & nunc est, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, &c. *Luc. 7.* Adolescens tibi dico surge. *Matth. 19.* Tabitha cumi, hoc est, puella surge. Obiiciunt tamen hic, vt dicit *Chrys.* hæretici Arriani dicentes, quod non virtute propria, sed virtute orationis suscitauit Lazarum: & sic inferior est Patre, à quo hoc impetrauit per orationem. Sed ad hoc respondet *Chrys.* quod ex litera hoc ostenditur non esse verum. Sed in oratione ostendit quod ad Patrem (sicut dictum est) omnia dirigit. Et hoc patet: quia nemo gratias agit de hoc quod adhuc non recepit. Christus autem hic ante miraculum gratias agit. Adhuc autem, Nemo scit ante orationem se exaudiri esse. Christus autem ante orationem se exaudiri dicitur. Adhuc autem, Nemo scit se semper fore exaudiendum. Et hoc etiam Christus hic dicit. Pater ergo quod virtute propria suscitauit: & ideo dicit: Veni foras. Non dicit: Rogo Pater vt eum resuscites. Sed ista fecit vt diximus, vt se concordem Patri in omnibus demonstraret.

Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes instritis, & faciès illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire.

Tan

Tangitur hic miraculi quod fecit Dominus effectus. Dicuntur autem tria, scilicet, quod prodijt, qualis prodijt, & quibus soluendus exhibetur. De primo dicit [Et statim] quia sicut dicit *Ambr. supra Luc.* Nescit tarda terum molimina Spiritus sancti gratia. In hoc enim differt miraculum ab eo quod paulatim fit per naturam [prodijt qui mortuus fuerat] ad vocationem Domini. *Job 14.* Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manum tuarum porriges dextram.

Ligatus pedes & manus instritis] vt sciat idem esse in eisdem paramentis quibus erat sepultus. Et ideo addit [et faciès eius sudario erat ligata] quæ signa cognoscebant qui eum sepeliebant. Spiritualiter autem, quando Dominus per gratiam suam hominem à morte suscitauit, adhuc ligatus est ad penam expiationis. Pedes autem sunt affectus, & intellectus: & horum ligamen, difficultatem significat cognoscendi verum, & amandi suæ volendi bonum. Manus autem signant potestatem operandi opera virtutis: & harum ligatio signat difficultatem ad opera virtutum. Sudarium autem super caput signat velamen faciès animæ ad contemplationem cælestium. Iste enim sunt reliquæ peccatorum, in quibus homo est, etiam postquam resurgit à peccato per vitam gratiæ remissionis peccatorum. *Præ. 5.* Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. *1. Jo. 5.* Vt qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum peccatorum. His difficultatibus ligatus homo & permanens in peccato non dissoluitur: sed sententia fertur in eum, quæ dicitur *Matth. 22.* Ligatis manibus & pedibus projicite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Similiter sudarium non auferitur à cordibus eorum qui à peccato non resurgunt. *2. Cor. 3.* Velamen est positum super cordum. *Heb. 9.* Hoc signante Spiritu sancto nondum propalatum esse viam Sanctorum.

Dicit eis Iesus] Discipulis suis, quibus in Petro dixit. Quodcumque ligaueris super terram erit, &c. *Matth. 16.* Soluite eum] Hoc est ministerium sacerdotum. Christus enim à morte absoluit, ligando ad penam expiationis quam non determinauit. Sacerdotes autem ligant ad penam satisfactionis, absoluentes à parte poenæ quæ ligatus ad eos prodijt. *Matth. 22.* Soluite & adducite mihi. Quia tamen non soluitur alium, nisi prius eum ligent ad satisfactionem: quia per satisfactionem in vltis bonæ operationis, soluantur vincula difficultatum ad operandum, & intelligendum, & volendum, & contemplandum: ideo dicitur *1. Jo. 45.* Vincti manibus pergent & te adorabunt, teque deprecabuntur. *Psal. 149.* Ad alligandos reges eorum in compediibus, & nobiles eorum in manibus ferreis. Ferrum enim domat, & similiter poenæ satisfactionis iniuncta à Sacerdote: & quando Sacerdos ligat aliquem illa poenâ, statim absoluit eum à poenâ difficultatum prædictarum. Hinc est quod Dominus *Luc. 17.* dixit leprosis iam mundatis: Ite ostendite vos Sacerdotibus. Et *Matth. 23.* Vade, ostende te Sacerdoti & offer munus quod constituit Moyses in testimonium illis. *Beza* dicit. Potuit ligamenta soluere qui mortuum suscitauit: Sed propter vilitatem Ecclesiæ & indiuiduam charitatem, dixit ministris. Soluite eum; quia sine vilitate Catholice fidei, & charitatis Ecclesiasticæ, peccata

non soluantur [et sinite abire] liberum in vinculis: tamen obedientiæ Catholice Ecclesiæ (ne amplius peccet) custoditum. *Luc. 7.* Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Dixit autem hoc ne putetur phantastice sursum esse, sed vere, quando libertatem sui haberet ad opera vitæ. *Psal. 123.* Laqueus contritus est, & non liberati sumus.

Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus: crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

Tangitur hic factus miraculi: primo in deo, & secundo in iudeis. Dicit ergo [Multi ergo ex Iudæis] quia non omnes [qui venerant ad Mariam & Martham] forent causa consolationis [et viderant] mirabilia [quæ fecit Iesus] *1. Jo. 19.* Qui facit magna & mirabilia quorum non est numerus [crediderunt in eum] *Matth. 13.* Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam, & istis signum fuit causa salutis.

Quidam autem ex ipsis] Iudæis, inuidi, & exploratores existentes, qui falsa simulatione consolationis venerant vt explorarent Christum: quia sepe illuc venire consueuerat ipse & Discipuli. *Gal. 2.* Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt vt explorarent libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu [abierunt] in viam erroris [ad Pharisæos] malignos & inuidos [et dixerunt eis] tristi vultu ac lacerato corde [quæ fecit Iesus] quia in hoc tam magifico factum multum confusi fuerunt: & sic inuita magna Christi prædicauerunt. *1. Jo. 12.* Notus factus in populis adinuentio eius: mememore quoniam excelsum est nomen eius.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus: Quia hic homo multa signa facit. Si dimitimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

Hic tangitur persecutio facta in Christum propter miraculum. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes, in quarum prima de interfectione Domini queritur concilium, & concilium colligitur: in secunda autem datur à Caipha concilium, & proposito eorum satisfaciens, & saluti omnium expediens. [Vnus autem ex ipsis] In tertia autem omnium vnanimitis consensus fit ad concilium illud perficiendum. [Ab illo ergo die] In quarta & vltima parte ostenditur, quare student perficere in opere quod malo concilio diliberauerant. [Quererebant ergo Iesus] Prima harum partium subdividitur in quatuor, in quarum prima concilium colligitur: in secunda concilium in communi concilio queritur: & ratio: quod de hoc sit ipsis necessarium concilium allegatur: in tertia ratio amissionis obedientiæ populi ad Christum conuersi, proponitur: in quarta timor quem ad Romanos habebant describitur. Dicit ergo.

Collegerunt ergo Pontifices in quibus fuit

at

Cloritatē præminentia [& Pharisei] qui alios excellēbant signo religionis vt ex zelo boni face- re viderentur. Isti ergo collegerunt [concilium] concilium à conciliando dicitur, quia conciliati erant in vnum malum consensum. *Ista* 8. Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus. Hoc concilium fuit synagoga satanae. *Apoc.* 2. Dicunt se Indros esse & non Iudæi, sed sunt synagoga satanae. *Eccli.* 17. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus [aduersus Iesum] *Act.* 4. Conue- nerunt vere in ciuitate hac aduersus sanctum puerum tuum, quem vnixisti Iesum: & fecerunt in eum, quæcumque manus tua decreuit fieri. *Psal.* 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.

Et dicebant [querentes consilium. *Gen.* 49. In consilium eorum non veniat anima mea. *Ista* 1. Iniqui sunt cœtus vestri [Quid facimus?] Ecce inquisitio mali consilij in communi proposita. Est autem verbum angustjari dicere. Quid faciam? Vel quid fatiemus? Angustia autem hæc prouenit ex tribus, scilicet, auaritia: quia lucrum in populo amittere timuerunt. Vnde ille auarus dixit *Luc.* 12. Quid faciam? quia non habeo vbi reponam fructus meos. Secundò prouenit ex timore amittendi administrationem officij & dignita- tis. Vnde *Luc.* 16. Dixit villicus iniquitatis, vi- dens se esse destituendum à potestate administra- tio. is rerum Domini sui. Quid faciam, quia Do- minus meus aufert à me villicationem? Tertio prouenit ex angustia inuidiæ, qua Christo in gra- tia miraculorum florenti, Iudæi inuidebant. *Act.* 4. Quid faciemus viri fratres hominibus istis? quoniam quidem nomen signum factum est per eos, omnibus habitantibus in Ierusalem mani- festum est, & non possumus negare. Omnibus istis de causis isti contristati, & consticti & angustia- ti dicunt: Quid faciamus? Acti dicerent, in gloria istius nos & depauperari, & destituti proprijs officijs, & sine gloria apud homines effecti su- mus. *Ps.* 12. Hæc dixerunt & errauerunt: excu- rant enim illos malitia eorum. *Psal.* 63. Defecerunt scrutantes scrutatio.

Quia hic homo [Rariorem prouenit quare necessarium sit consilium [quia hic homo multa signa facit] Quem in tanto miraculo Deum esse cognoscere poterant, adhuc excæcati hominem vocant. *1. Timot.* 3. Homines corrupti mente, circa fidem naufragant in multa signa facit] Ecce Christum recte facere signa cognoscunt: & ideo per insidiam querunt occidere. *Iuan.* 3. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit Deus cum eo. Ex his enim signis credere debue- runt. Et ipsi e contra corde pessimo occisionem ipsius machinati sunt. *Eccli.* 2. Conestante Deo signis & portentis, & varijs miraculis, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam vo- luntatem.

Si dignitatem eum sic libere procedere mira- culando. Et alligatur huius peruersitatis ratio ex amissione iustitiae & dominationis eorum in po- pulo. Et hoc est [omnes credent in eum] & auer- tentur à nobis. *1. Cor.* 10. Rogamus vt occidatur homo iste: de iudicia enim dissoluit signa vi- rorum bellantium, qui remanent in ciuitate hac, & manus vniuersi populi loquens ad eos.

Hoc istos in corde angustauit: quia illi qui pu- gnauerant pro eis, loqui pro Christo incipie- bant, & ab eis recedebant. *1. Iuan.* 12. Videtis quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post eum abiit [& venient Romani] qui edictum posue- rant quod nulla gens sibi regem vel Deum consti- tuat sine auctoritate ipsorum [& tollent] in po- nam nostræ præsumptionis si in regnum per fa- uorem populi proficiat [nostrum locum] in quo nos dominamur [& gentem] quæ nobis modo obe- dit. *Prout.* 19. qui timer hominem, cito corruet. Et hoc factum est istis vt dicit *Aug.* Quia occiderunt Christum ne locum & gentem amitterent. Et ex ipso per Titum & Vespasianum Romanos prin- cipes, & locum & gentem amiserunt. *Num.* 24. Venient in tribus de Italia, superabunt Assy- rios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. *Matth.* 23. Ecce relinque- tur vobis domus vestra deserta. *Prout.* 10. Quæ timet impius venient super eum: desiderium suum iustus dabitur.

Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit nobis vt vnus moriatur ho- mo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, propheta- uit quod Iesus vnus moriturus erat pro gen- te: & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

Tangitur hic consilij datio in quo omnes con- cordauerunt. Dicitur autem hic tria: descriptio dantis, consilium datum, & diuina dispositio or- dinans vt talibus verbis formaretur. Dicit autem [Vnus autem ex ipsis] singularis dignitatis, & singularis astutiae, & singularis malitiae. *Eccli.* 21. Tu autem propheta & impie dux Israel, cuius ve- nit dies in tempore iniquitatis præfinita [Caiphas nomine] Qui investigator interpretatur: quia maioris fuit astutiae ad investigandum qualiter malum conceptum perficeretur. *Iob* 5. Ecce hoc vt investigauimus ita est, quod auditum mente petra. Ad hoc enim proposuit: vt omnes in communi hoc mente perficiendum pertractarent. [cum esse Pontifex anni illius] Attende quod pri- mo constituit Deus vt vnus esset summus Pontifex, cui mortuo alius succederet: sicut legitur *Num.* 20. de Eleazaro, qui ipsi Aaron primo & summo Sacerdoti est substitutus. Deinde crescen- te ambitione eorum, & non sufficiente principa- tum vnus: fecit Dauid vt essent viginti quatuor summi Sacerdotes, qui per vicem ministrarent, ne contentio & schisma fieret inter eos: sicut legitur *1. Reg.* 1. ubi sic legitur: Diuisit eoa Dauid hoc est de filijs Eleazari, & Abimelech de filijs Ithamar secundum rices suas in ministri- um. Postea vero quando reuertentes de captiui- tate Babylonica, empirium fecerunt sacerdo- tium: sicut legitur *1. Machab.* 7. quod Achi- mus ambiebat principatum sacerdotij summi. Tunc emerunt à potestate publica sacerdotium, sicut

sive à regibus Syriæ, sine à Romanis: & tunc eme- runt ad tempus annuum, vel plus secundum quod cum potestate pangere poterunt: tunc propter cognationem Annas & Caiphas sacerdotum imp- tum administrabant: quia vnus erat socer alterius, & vnus vno anno, & alter alio anno administra- bar lucrum habentes communi: & consilium fa- cientes in vnum. Anno ergo passionis Dominice principabatur Caiphas. Et hoc est quod dicit.

Cum esset pontifex anni illius [dicit autem hoc tribus rationibus, quarum vna & prima est: vt intelligatur quod ex hoc primam vocem habuit in consilio, & ideo primum proposuit. Secunda causa fuit, quod vox sua magis authentica fuit & faci- lius alios in consensum attraxit. *Osai* 13. Loquente Ephraim, hoc est, rege horror inuasit Israel, & deliquit in Baal. *Eccli.* 13. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Tertia causa est spiritualis: quia propter figuram quæ pontificatus eius pontificatui Ecclesie figurabat, reuerentiam habuit pontificatus Synago- gæ apud Deum, quamuis esset simoniacus: & ideo honore pontificij, dedit ei Deus profere talem ser- monem, qui significaret vtilitatem passionis Do- minice. Vnde etiam *Act.* 23. Cum Paulus summum Sacerdotem esse iubentem percutere maledixisset, excusabat maledictum tempore reuerentiam Sacerdo- tij, dicens: Nesciebam fratres quod summus Sacer- dos esset. Saul etiam *1. Reg.* 19. prophetauit non ex vitæ merito, sed per reuerentiam regalis dignitatis ad quam vnctus fuit. Et hoc est ergo quod dicit: Cum esset Pontifex anni illius [dixit eis] malo qui- dem animo & ignorans quod verba salutis om- nium proferret.

Vos nescitis quicquam, nec cogitatis [More superborum, aliorum impenta vituperando anni- hilat primo, & tunc suis influere conatur consilium. *Ista* 5. Vt qui sapientes estis in oculis vestris, & cor- ram vobismetipsis prudentes. Item 19. Vt qui pro- fundi estis corde: vt à Domino abscondatis consi- lium, quorum supra in tenebris opera, & dicunt: Quis nos videt? Penuria est hæc cogitatio vestra. *Psalm.* 81. Nescierant neque intellexerunt, in tene- bris ambulantes: quia expedit vobis [id est, in tene- bris] vt vnus moriatur homo [qui [vt dice- bant] omnes commouet, & à nobis auertit] pro populo [qui mortuus & dispersendus foret si iste proficeret] sic mortuo illo [non tota gens pe- reat] per Romanos. *Iers.* 11. Super me cogitauerunt dicentes. Venite mittamus lignum in panes eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. *Gen.* 37. Occidamus eum & videamus si prosit illi somnia sua. Que enim dixerunt Propheta: de ipso, somnia reuer- sant.

Hoc autem non dixit à semetipso [Verbum est Euangelistæ ostendentis, quod etiam mala inten- tionē hoc dixerit, Spiritus sanctus tamen in ver- bum prophetiæ consilium inflexit & formauit. Vnde dicitur hoc à semetipso] hoc est à spiritu proprio suæ malignitatis [non dixit] in ea verborum si- gnificatione qua proposuit [Sed cum esset Pon- tifex anni illius] ob reuerentiam pontificatus [pro- phetauit] hoc est, verba prophetiæ protulit, quamuis inspirationem prophetiæ non accepit [quia Iesus] auctor salutis [mortuus] erat pro gente [tota Iudæorum] ne originalis peccati reatu periret. *Gen.* 3. Pro omnibus mortuus est

Christus: vt qui sibi viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est. *1. Iuan.* 1. Dixit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo [Et non tantum à peccatis nostris in sanguine suo] Pa- rum est mihi vt resuscites mihi tribus Iacob & fa- ces Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gen- tium vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et hoc est quod sequitur [sed vt filios Dei] omnes in toto mundo ad gratiam prædestinationis, quos Deus in filios adoptionis formandos, præuidit co- formes futuros filio suo. *Rom.* 8. Quos prædesti- nauit, & præcœuit conformes fieri imagini filij sui, hos & vocauit [qui erant dispersi] in mul- tos cultus, & in multos deos: & diuersas volun- tates, & modos viuendi [congregaret in vnum] per fidem religionis Christianæ. *Psalm.* 105. Sal- uos fac nos Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus, vt constitemur nomini tuo, & gloriemur in laude tua. *Eccli.* 36. Tollam vos de Gentibus, & congregabo vos de terris in quibus dispersi estis: & adducam vos in terram vestram. *Ierem.* 23. Non dicent vltra: Virum Do- minus qui eduxit Israel de terra Egypti: sed, Vi- uit Dominus qui eduxit Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eis illuc: & habitabunt in terra sua. *Iuan.* 10. Alias quæ ha- beo, &c. *Ista* capitulo 11. Congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.

Hic oritur questio, Et videtur quod Caiphas hoc consilio meruit, ex quo non à seipso sed à Spiritu sancto hoc dixit. Adhuc autem quia consilium hoc vile fuit ad totius mundi salutem.

Queritur etiam vterius, in quo genere prophete iſte prophetauit. Iste enim non habuit visionē sensibilem: quia illa in litera fuisse expressa. Nec habuit visionem imaginariam propter eandem ra- tionem. Visionem autem intellectualem penitus nullam habuit: quia nesciebat quod verba eius ad mundi salutem vtilia fuerunt. Et sic videtur quod nullo modo prophetauit.

Ad hoc dicendum, quod iste peccauit tale dan- do consilium, quia verba quæ protulit ad duo referri poterant, & duas causas habebant veritatis. Vna erat, quod expediebat ad malitiam Iudæorum, & ad tollendam occasionem Iudæo- rum, propter quam Romani si vellent, possent tolle- re locum & gentem, sicut supra verba illa expo- sita sunt. Secunda erat, quod ad salutem mundi expediebat, sicut verba illa Euangelistæ exposuit. Caiphas autem in sensu & intentione prima ista verba protulit, & ideo peccauit. Ad aliud dicen- dum, quod vtilitatem redemptionis in verbis illis Caiphas non intellexit, nec intendit.

Ad id quod vterius queritur, dicitur quod Caiphas prophetauit & tamen Propheta non fuit in aliquo genere prophetiæ: sicut probat obiectio: sed habuit actum Prophetæ in annuntiendo gratia futuram. Et ideo sicut lingua alius Balaam motus fuit Spiritus sanctus, quando voluit vt annuntia- ret de futura gratia linguae istius motus ad verba quæ pronuntiaret de gratia redemptionis. Et talis Pro- pheta qui nihil inspirationis vel visionis habet, Propheta vocatur falsus & inanis. *Osai* 9. Scio te Israel Prophetam falsum, inanis, vilem, vitam spiritalem propter multitudinem iniquitatis & demeritis. Deus enim sepe vitur malis scri- bus hominum in bonum: & ita fecit hic, sicut Balaam

Balaam *Nam. 23.* libenter populo maledixisset verbis suis, quæ Deus semper præter suam intentionem ad bonum inflexit. *Nam. 24.* Non potero immutare verbum Domini Dei mei. Vsq̄ enim ad linguam in talibus operatur Spiritus sanctus: & non operatur ad sensum, vel imaginationem, vel intellectum: ideo non sunt Prophetæ quamvis prophetent. *Psal. 44.* Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

Ab illo ergo die [Ecce consensus in consilium] Ab illo ergo die [quo datum est consilium & consensus in ipsum [cogitauerunt] vias querentes [vt inuenerunt eum] Ante quidem etiam cogitauerant, sed non vnanimiter consenserant: sed modo omnes cogitauerunt, & vias ad hoc querunt. *Isa. 8.* Omnia quæ loquitur populus iste coniuratio est. Vnde & Dominus improperat principibus totum malum quod fecit populus. *Ier. 23.* Si steterint in consilio meo, & verba mea nota fecerint populo meo: auertissent utique populum à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis.

IESVS ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum Discipulis suis.

Hoc est secundum istius partis, in quo exemplo suo nos docet Christus quod in personali persecutione declinamus tabiem furanti contra nos, quando grex non queritur. Et dicit tria, scilicet, Christi occultationem, Christi declinationem, & Discipulorum consolationem. Dicit ergo [Iesus ergo iam] dato consilio [non palam apud Iudæos] illos qui consenserant illis [ambulabat] in figura huius *Iosue 2.* legitur quod Raab fecit ascendere viros nuntios Dei in solarium domus suæ, & abscondit eos. *Isa. 16.* Absconde fugientes, & vagos ne prodas [sed abiit in regionem] vbi amicos habuit [iuxta desertum] vbi non erat frequentia insidiantium. *1. Reg. 24.* Tu insidiaris animæ meæ vt auferas eam in ciuitatem quæ dicitur Ephrem] vel Ephrata secundum *Chry.* quia ab vbertate terræ locus nomen accepit: quia Ephrem vel Ephrata frugifera vocatur. Ibi enim Christus verbo pauit incolas, & facile cum tanta multitudine Discipulorum, corporalem pastum inuenit [& ibi morabatur] ad tempus, [cum Discipulis suis] quos desolatos in tribulatione dimittere noluit. *1. Reg. 22.* Conuenerunt ad Dauid omnes qui erant amaro animo & oppressi aere alieno, & factus est eis princeps. *Isa. 8.* Ecce ego & pueri mei, quos mihi dedit Dominus.

Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seiplos. Quærebant ergo IESVS & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diem festum istum? Dederant autem Pontifices & Pharisei mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet vt apprehenderent eum.

Incipit hic quarta pars, in qua ostenditur qualiter hoc quod diffinitum erat consilio, perficere conati

sunt. Dicit autem tria: temporis scilicet opportunitatem, Iudæorum machinationem, & malitiæ auctoritatem. Dicit ergo [Proximum erat autem Pascha Iudæorum] quod quartadecima Apostolis ad vesperum celebrabatur. Dicit autem [Iudæorum] ad differentiationem Paschæ Christianorum, quod non semper illo die celebratur. *Mat. 26.* Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. Hæc ergo solemnitas Paschæ fuit proxima, quando iam homines ascendere ad festum inceperunt. Et hoc est quod sequitur [& ascenderunt multi Ierosolymam] *Pf. 121.* Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, &c. [de regione] illa, vbi morabatur Dominus IESVS [ante Pascha] hoc est, ante festam solemnitatis forte per octo dies, vel plures [vt sanctificarent] hoc est, mundarent [seiplos] ante festum: vt purificati festum possent celebrare. Nullus enim immundus Pascha comedere audebat. *Nam. 9.* Homo qui fuerit immundus super anima, vel qui fuerit in via, faciat Phasce Domino mense secundo. Et ideo præueniebant festum vt mundari ante in festo appeterent. Et inter illos quærebatur IESVS & Discipuli eius: quia sciebatur quod ipse præcipue mundus inter alios apparere solebat. Et hoc est quod sequitur.

Quærebant ergo] inter illos ante festum ascendentes [IESVS] vt occiderent, festis sanguinem innocentem miscere cogitantes: vt impleretur quod dicitur *1. Cor. 2.* Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Vnde *Chr.* Hi venerant in exterioribus se mundare, & interioribus per homicidium & sanguinem se coquinare. Et hoc est, quod dicit [Quærebant ergo] vt inuentum tenerent, & vt occiderent: non vt inuenire crederent, & inuentum sequerentur. Et ideo de talibus dicit *Isa. 66.* Qui immolat bouem, quasi qui interficit viuum: qui maculat pecus, quasi qui excerebrat canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicit idolo. *Ier. 11.* Nunquid carnes sanctæ auferent malitias tuas à te, in quibus gloriata es? Sic ergo quærebant [IESVS] *1. Reg. 19.* Ego relicus sum solus, & querunt animam meam.

Et colloquebantur ad inuicem, in templo stantes] in quo debebant liberari etiam nocentes, tractabant ibi de occisione innocens. *Mat. 21.* Dominus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Isa. 1.* Manus vestre sanguine plene sunt: Et præcedit: Cum extenderitis manus vestras, non exaudiamus. Quid putatis quia non venit ad diem festum? Ita inter se tractabant. Erat enim consuetus quod ante alios horam præuenit, vt prodesset delonge venientibus, qui ante festum ad festum properabant. Et hoc est quod dicunt [quia non venit] hoc est, quia non præuenit sicut alia festa præuenire consueuerat. Volebant enim ante festum, antequam conuenerit populus Christum occidisse. Vnde *Mat. 26.* dixerunt: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. *Præd. 1.* Venite insidietur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra: deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum.

Dederant enim Pontifices & Pharisei mandatum] & in hoc habebant auctoritatem vt quilibet apprehenderet eum: sicut Saul de Dauid. *1. Regum cap. 22.* Et sicut Aman de Mardachæo *Ester 3.* [Vt quicumque cognouerit vbi sit] quia

quia timebant quod in aliam formam arte necromantica se transformaret, & sic euaderet. *Mat. 26.* Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum caute [indicet] potestati publicæ, vt apprehendant eum] ministri publicæ potestatis. *1. Reg. 23.* Considerate & videte omnia latibula in quibus absconditur: quod si in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. *3. Reg. 18.* Non est gens aut regnum quo non miserit Achab te requirens.

CAPVT XII.

IESVS ergo ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit IESVS.

Hic manifestatur Verbum vt sanctificationum. Hæc autem sanctificatio triplex est: est enim in preparatoris ad sanctificationem, & in verbo sanctificante, & in passione quæ per sanguinem sanctificat. Et ideo in tres partes diuiditur. Preparatoria enim in hoc capitulo & in sequenti determinatur. Verbum autem sanctificans à decimo quarto capitulo proponitur. Sanctificatio autem per passionem à decimo octavo vsque ad vigesimum scribitur. Preparatoria autem ad sanctificationem, sunt duorum modorum. Quædam enim præparant per modum instructionis, & quædam per modum significationis sacramentalis. De his ergo quæ præparant per modum instructionis, agitur in hoc cap. 12. De his autem quæ præparant per modum sanctificationis sacramentalis, agitur in 13. cap.

Ea autem quæ præparant per modum instructionis omnia instruunt de sanctificatione, præparant ad sanctificationem Passionis: & hæc habent tres differentias. Primo enim inducuntur spectantia ad familiares, hoc est, Iudæos. Secundo inducuntur spectantia ad sanctificationem Gentilium. *Ibi* Erant autem Gentiles quidam. Tertio autem inducuntur ea quæ faciunt ad hoc quod inexcusabiles sint, qui se ex ista doctrina ad sanctificationem non præparauerunt. *Ibi* Cum autem tanta signa fecisset] Prima harum partium diuiditur in duo, penes duo quibus præparantur ad fidem Patientis & Passionis scilicet. Præparantur enim ex cena Lazari cum eo, cuius comestione verum esse miraculum probatur, & ex solenni occursum turbæ introducentis eum in Ierosolymam: & hoc tangitur *Ibi* [Cognouit ergo turba multa] Adhuc autem prior pars diuiditur in tres partes, in quarum prima præparatio venientium ad fidem sanctificationis, describitur à convenientia temporis, & loci in secunda, à convenientia cœnæ, & eius quod factum est in cena ministerij: in tertia autem præparatur ab instructione murmurantis contra effusionem vnguenti. Secunda incipit *Ibi* [Fecerunt ergo ei cenam] Tertia *Ibi* [Dicit ergo vnus ex Discipulis suis, &c.] Primo dicitur tria tempora scilicet, & locum, & causam aduentus: ex quibus maxime aliquæ conueniebant præparari. Tempus quidem dicitur.

IESVS ergo ante sex dies Paschæ] hoc est, decima luna mensis Aprilis, hoc est, in sabbato ante ramos palmarum, quando (sicut legitur *Exo. 12.*) præceptum est vt agnus immolandum à grege separatus inferretur in domos eorum qui per sanguinem agni erant sanctificandi. *Exo. 12.* Decima die

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

mensis huius tollet vnusquisque agnum per familias & domos suas. Ex convenientia ergo huius temporis monebat ad preparationem sanctificationis: quando etiam in veteri testamento agnus sanctificans ad sanctificandos afferebatur. *Genes. 22.* Die autem septima compleuit Deus opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod pararat. Et ideo etiam sex dies in opere recreationis insumpsit Deus ad preparationem vt septimo sanctificaret, hoc est, die veneris sequenti post sabbatum palmarum, hoc est, ante palmas. Ideo etiam post iter suum perfectum, sexta hora sedit super fontem *Iosue 4.* Quia sex diebus præparauit nostram abluionem, & tunc fonte nos lauit sanguinis sui. Hoc est ergo quod dicit [Iesus ergo ante sex dies Paschæ] hoc est, solemnitatis Paschalis, quæ fuit luna decima quarta ad vesperam. Et hoc fuit in quinta feria ad noctem.

Venit in Bethaniam] in domum obedientie, tanquam in castra adductus, agnus: vt ex ipso loco sciretur illud *Phil. 2.* quod factus est obediens Patri vsque ad mortem, & in nullo contrarius. Nec mortem passus est quam non ex obedientia Patris elegit. Vnde etiam alij dicit *Mat. 19.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quia nemo sanguine Christi sanctificatur, nisi qui mandata obseruat. Sic ergo etiam ex loco præparat ad sanctificationem: sicut & Christus ad mortem deuenit per obedientiam.

Vbi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit IESVS] In quo signatur quod sanguis vniuersalius est, quem erat tuleris. Et hoc est tertium in quo ex facto illo, ad futuram præparatur sanctificationem. *Ezech. 37.* Ecce ego aperiam tumulos vestros, & ego adducam vos de tumulis vestris domus Iisrahel.

Fecerunt autem ei cenam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes IESVS, & extersit capillis suis pedes eius: & domus impleta est ex odore vnguenti.

Inducit hic preparationem à cena & factis in cena: & ideo in duo diuiditur. Facta autem in cena distribuuntur per tria, scilicet, factum Marthæ; factum Lazari, & factum Mariæ. Dicit ergo [Fecerunt autem ei cenam] amici deuotissimi. Cena autem vltima refectio est diei: & ideo hanc fecerunt in memoriam iam in proximo passuri Domini: quæ cena refectioem signat in deliciis sacramenti Domini, quod quinto die ab illo datus erat in cenam. *Apo. 3.* Ego sto ad ostium, & pulsosquis aperuerit mihi, intrabo & cenabo cum eo, & ipse mecum. Debet enim homo de suis virtutibus primo parare Domino refectioem in corde antequam gustet cenam Domini in Sacramento. *Ge. 43.* Introduc viros domum, & occide victimam, & instrue conuiuium: quia necum comesturi sunt in meridie, hoc est, in plena caritatis & veritatis seruire. *Leui.* quidam Domino parant conuiuium magnum *Mat. 23.* Simon etiam leprosus parauit prandium, sed nunc isti cenam præparauerunt. Primum est in conuersione peccatorum, 2. est in deuotione penitentium, 3. est in sanctitate obedientium. Et laudatur etiam hic istorum trium hospitalitas

T 2 secundum

secundum sensum morale, qui tam laute Domini cum sua familia exceperunt. Heb. 13. Hospitalem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Sicut Abraham Gen. 18. & Lot 19. Sic ergo patet quod ex ipsa cena præparat ad sue cœnæ sanctificationem.

Et Martha ministrabat. Per quam actiua vita designatur, quæ in cena fructificante ministrat: quia per ministerium virtutis in actiua vita homo ad cenam sanctam præparatur. Psal. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. Luc. 10. Martha saragebat circa frequens ministerium. Hebr. 6. Non est iniustus Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine eius: quia ministrastis Sanctis & ministrastis. Cupimus autem vnumquemque vestrum ostentare eandem solitudinem ad expletionem spei vsque in finem. Aduertendum est autem, quod mulier clari generis & diues, non ministrasset per seipsum nisi charo affectu hoc faceret, & magnam exinde expectaret sanctificationem.

Lazarus vero erat vnus ex discumbentibus cum eo. Vt ex hoc, quod post suscitationem suam publice cibum sumeret, non phantastica sua resuscitatio esse probaretur. Et ex hoc exemplo sciunt omnes Christum esse mortuorum visitatorem per corpus suum quod in cena erat exhibiturus: sicut dicitur Ioan. 6. Qui manducat me, & ipse viuat propter me. Hinc est quod Mar. 5. iussit puellæ dare manducare.

Martha ergo quæ itatum præterit contemplantur [accepit libram vnguenti] Libra autem pondus est duarum marcharum. Vnguentum autem erat odoriferum, & lenitiuum. Odoriferum autem propter species: lenitiuum autem propter pinguedinem, & penetratiuum propter calorem, & vaporatiuum in omnem domum propter spiritualitatem, & gratum siue placens propter odoris suauitatem. Primum autem refertur ad virtutum odorem. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo. Secundum refertur ad orationis deuotionem. Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repletur anima, & labiis exultationis laudabit os meum. Tertium autem refertur ad charitatem. Cant. 8. Lampades eius lampades ignis atque flammaram. Quartum vero ad intellectum spirituales comparatur, ex quo homo ad omnes bona fama diffunditur. Cant. 1. Fragrantia vnguenti optimi [nardi] Nardus, ut dicit Isidorus, frutex est humilis & calida, quæ folia habet acuta in spicas superius porrecta, & spicæ illæ magis sunt odoriferæ: & signat charitatis Christi humilitatem, qua pro nobis est passus. Cant. 1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Coram summo enim Rege nardus humilis charitatis odorem fudit: ut ille odor odore suauitatis, omnibus pro quibus passus est, benediceret. Gen. 8. Odoratus est Dominus odorem suauitatis, & benedixit eis. Item 27. Ecce odor filij mei quem benedixit Dominus [pistici] Græcum est, & latine sonat fidelis: quia nullo vitio fuit admixtum, sed omnia lenitiua erant, quæ ad confectioem eius sunt recepta. Eccl. 38. Vnguentarius vnguenta conficit suauitatis [pretiosi] quia toto quod habere potuit comparati. Mar. 13. Dedit omnia sua & comparauit eam.

Et vnxit pedes Iesv qui pedes eam ad diabolo exemerant. Luc. 7. Stans retro secus pedes Domini, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. Habac. 3. Egredietur diabolus ante pedes eius. Et de hoc Luc. 7. à nobis multa sunt notata. Pedes autem lassatos, & lassos in via, vnxit præ membris cæteris, & primò [& exterit capillis suis] quia illi erant molliores ad tergendum: & ideo vt ornatum naturæ conuerteret in deuotionem gratiæ. Adhuc autem, vt ea quæ fluunt à mente, tanquam capilli à capite, designaret esse retorquenda in obsequium Dei, & Redemptoris nostri, & redemptionis nostræ. Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui, hoc est, charitate affectisti me propter simplicitatem oculorum me contemplantium, & propter simplicitatem tuarum cogitationum quæ in me continuo diriguntur. Hoc enim modo deuotionis extergitur à pedibus Christi quicquid in eis lassitudinis & tarditatis est, quibus ad nos aliquando tardat venire.

Obiicitur autem hic de contrarietate aliorum Euangelistarum. Mar. 16. dicitur, quod post biduum Pascha fuit quando Maria Dominum vnxit, & non ante sex dies Paschæ. Similiter Mar. 14 qui præmittit huic factò, quod erat Pascha & azyma post biduum. Ad hoc autem dicendum, quod pro certo sic factum est vt hic dicitur: sed alij Euangelistæ narrant istud factum per recapitulationem, ponentes in secunda cena quod factum est in prima. Et hoc signant verba Mar. 14. qui dicit sic: Cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardispicati pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput eius recubentis. Constat autem quod vltima cena fuit in Ierusalem: & ideo per recapitulationem est dictum ab alijs.

Adhuc autem obiicitur, quod alij tres Euangelistæ concorditer dicunt, quod ipsa vnguentum effudit super caput eius recubentis. Hic autem dicitur quod effudit supra pedes. Ad hoc autem dicit Aug. quod vtrumque factum est: sed primo effudit supra pedes, sicut hic dicitur: effudit autem quandam partem, quia pedes magis indiguerunt, & postea residuam partem effudit super caput ipsius, vt per totum corpus distillaret: præsignans quod vnguentum gratiæ sanguinis eius in totum corpus mylticum esset descensurum. Psal. 132. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam barbam Aaron, hoc est, in Apostolos qui Christo capiti adherent, & descendit in oram vestimenti eius, hoc est, in quoslibet etiam inferiores de vestimento Christi quod est Ecclesia [Et domus impleta est ex odore vnguenti] Quod signat odorem sanctitatis Christi implese Ecclesiam: ad quem odorem omnes festinant. Cant. 1. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Hæc ergo sunt facta eorum quorum quodlibet instruit aliquid de cœnæ futura corporis Christi, quæ est cœnæ perfectæ sanctificationis.

Dixit ergo vnus ex Discipulis eius Iudas Iscariotes qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

Hic

Hic incipit instructio tertia quæ est ad sanctificationem præparatoria, ex his quæ responderet Dominus murmuranti de effusione vnguenti. Dicitur autem in tria. Primo enim tangit murmuratorem, secundo murmurantis secundum malitiam descriptionem, tertio huius mulieris factum commendatur [Dicit ergo vnus qui malitia erat vnus ab omnibus alijs exceptus [ex Discipulis eius] solo numero, non merito. 2. Gerimb. cap. 11. Periculum in falsis fratribus [Iudas] falso nomine: quia Iudas confitens interpretatur. Tit. 1. Confitentur se nosse Deum: factis autem negant. Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus est [Iscariotes] hoc est, talis villa cuius, quæ interpretatur memoria mortis: quia mortem Domini continuo meditabatur. Et hoc est quod sequitur [qui erat eum traditurus] Et ex hoc ipso tradendi firmavit propositum: vt pretio sanguinis recuperaret quod pretio vnguenti sibi perditum reputauit. Vnde odor vnguenti qui alijs erat in vitam, isti fuit in mortem. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui sunt, & in his qui pereant. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vite in vitam.

Est autem obiectio, quia Mar. 26. & Mar. 14. dicitur: Videntes autem Discipuli indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Ergo non solus iste murmurauit. Ad hoc dicendum, sicut dicit Beatus Augustinus. Quod in veritate solus Iudas ex intentione istam murmuratorem incepit. Alij autem ignorantes causam, ex simplicitate consenserunt. Et ideo nominat iste solum Iudam. Alij autem factum & non intentionem facti considerantes, dicunt quod omnes alij murmurauerunt. Et hoc est.

Quare hoc vnguentum non veniit? Ecce murmuratio. Et duo dicit. Conqueritur enim perditionem eius quod corpori Domini ex pietate est impensum. Et ne hoc notetur ab his qui circumstant, allegat misericordiam in pauperes. Simile aliquid faciunt qui omne quod per deuotionem impenditur Deo in oratione vel contemplatione, dicunt esse perditum, dicentes nos semper debere intendere utilitatibus proximorum. Et hoc est quare hoc vnguentum non venditur. Mar. 26. Ponit enim istud venditari multo, & dari pauperibus [trecentis denariis] Mar. 4. Plusquam trecentis denariis. Sed non determinatur quanti plus vendetur. Et Scriptura de minutis non curat. Decima autem trecentorum denariorum est trigesima denarij. Et quia vidit subtractum sibi esse pretium vnguenti, recuperauit in pretio Domini quod perditum reputauit in vnguento. Vnde Mar. 14. Vt quid perditio ista vnguenti facta est [& non datum est egenis] hoc dicit, vt se per hoc iustificaret coram hominibus: quia Dominus dixerat Lu. 11. Quod superest dare elemosynam, & omnia munda sunt vobis. Tob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, hoc ipsum libenter impertiri stude. Pro. 21. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. Ex his credebat quod subtrahendum erat corpori Christi, & dandum esset egenis: non attendens quod dicitur Ro. 13. Reddite ergo omnibus debita. Mar. 2. Reddite quæ sunt Cæsaribus, Cæsari, vnde & malitiam ipsius detegit Euangelista, dicens.

Dixit autem hoc [scilicet Iudas] non hac intentione [quia de egenis pertinebat ad eum] Sed obiicitur.

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

Imo pertinebat, quia bursarius Domini erat: & ideo ex officio pauperibus solitus erat dare. Ioannes capitulo decimo. Putabant Apostoli quod iniungeret ei Dominus quod aliquid daret egenis, cum diceret Dominus: quod facis, fac citius. Sed ad hoc dicitur, quod est pertinentia ex officio, & hoc modo bene pertinebat ad eum: & pertinentia ex cura affectuosa, & sic non pertinebat ad eum: quia non curabat de miseria egenorum. Thren. 4. Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto, quæ etiam de propriis ouis non curat. Sed sub pretio pauperum furabatur, & dixit se pauperibus erogasse. Et hoc est quod sequitur [Sed quia fur erat] quia semper voluit clam furari. Et sicetiam de pretio vnguenti voluit subtrahere. Vnde autem habuit subtrahendi facultatem, subdit [& habebat] ex officio sibi procuracionis iniuncto [loculos] hoc est, bursas [& ea quæ] ab amicis fidelibus [mittebantur] Domino in solaria sumptuum [portabat] cum Domino. Vel [portabat] vt dicit Glossa. Hoc est, asportabat & furabatur. Ioan. 10. Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Isa. cap. 3. Vos depasti estis vineam meam: & rapina pauperis in domo vestra. Osee 7. Fur ingressus est spoliis, latroculcus foris. Quanti putas sunt in Ecclesia, factum Iude detestantes, & tamen continuo Iude malitiam executores? Habentes enim facultates Ecclesie, ex iniuncto officio loculos Christi habent: & ea quæ vel diuino cultui, vel pauperibus erogare deberent proprio retinere questui non reuerentur. Lu. 19. & Mar. 25. Tollis vbi non possidisti, & metis vbi non seminasti. Gen. 31. Tullit Iacob omnem substantiam patris nostri: & de illius facultatibus ditatus, factus est indyltus. Hæc est vox querulantium pauperum de Prelatis Ecclesiarum. Ep. 4. Qui furabatur iam non furetur: magis autem laborer operando manibus suis quod bonum est, vt habeat unde tribuat patienti necessitatem.

Sed obiicitur hic, quod videtur hoc, quod cum Dominus sciret Iudam esse furem, non debuit ei loculos committere: quia ex hoc sibi dedit peccandi facultatem, & faciendi damnum sibi & pauperibus. Adhuc autem, Quare non corripuit eum, cum sciret talem? Adhuc autem, Quare non prodidit eum, cum latitatio in tantum vergeret damnum?

Ad hæc & similia dicendum, quod Dominus de temporalibus semper nos minorem curam habere docuit. Et ideo contemptibiles ad curam temporalem ponere docuit: sicut patet Act. 6. vbi Petrus posuit alios ad procurandum viduas, ministerio quotidiano temporalium. De se autem dixit: Nos autem ministerio verbi & orationi instantes erimus. Ad aliud dicendum, quod quando commissi sunt ei loculi, fur non erat, sed iustus secundum presentem iustitiam: & ideo postea facultatem habens, factus est fur. In quo nos docuit quod in electionibus iusticiis nobis presentem iustitiam attendere: quia de futura qualis quis erit non possumus scire. Ad aliud dicendum, quod ideo non corripuit, quia non sciebat vt homo, sed vt Deus docens nos nullum debere corripere de his quæ non nisi vt Deus scimus. Ad aliud dicitur, quod prodere non debuit ea quæ tantum vt Deus sciebat. Vnde Glo. Nouit furem, sed non prodidit, docens tolerare malitiam.

Adhuc autem vltimus queritur. Cum Dominus miserit Discipulos, dicens: Nihil tuleritis in via Lu. 9.

T 3

qualiter

Qualiter ipse habuit secum loculos: quia ipse videtur debuisset confirmasse exemplo, quod docuit verbo? Adhuc autem, quia dixit *Matth. 6.* Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? Adhuc autem, Nolite solliciti esse in crastinum.

Ad hæc omnia iam satis alibi est responsum. Sed hic dicendum, quod non prohibuit secum portare nisi in prima missione quando misit ad Iudæos, apud quos semper fuit reposta decima pauperum ad quam recipiebantur. Quando autem ad alios misit, & quando iam exosi fuerunt hominibus, dedit auctoritatem portandi loculos. *Luc. 22.* Ad aliud dicendum, quod loculos portare voluit ne Discipuli cogerebantur esse solliciti sollicitudine suffocante verbum Dei. Vnde *Glo. super illud Mat. 4.* Cui Angeli ministrabant, loculos habebat in sumptus pauperum condescendens infirmis.

Dixit ergo **IESVS**: Sinite illam ut in diem sepulture mee feruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis.

Hic ponitur facti huius commendatio, & per hoc proditoris subocculta admonitio. Et habet duo, scilicet, commendationem facti circa seipsum, & eruditionem eius quod in pauperes debet fieri. De primo dicit [Sinite illam] in officio pietatis quod fecit circa me. Et non dicit: Sinite, ut sit vnum de permittendis, sed potius de concedendis & commendandis. Sed hoc dicit propter frenitum Discipulorum, qui fremebant in eam *Mar. 14.* [ut in diem sepulture mee feruet illud] Sed quomodo est seruatum quod iam erat effusum? Ad hoc dicunt quidam, quod partem seruauit quam Iudas vendere voluit: & de illa parte in die sepulture vngere Dominicum corpus proposuit. Et hoc nihil est: quia tunc sicut legitur *Luc. 24.* & *Mat. 16.* Noua aromata cum sanctis aliis mulieribus emit: ut veniens vngeret **IESVM**. Ideo dicendum est, quod seruatum dicitur, quod non est perditum. Perditum autem Iudas putauit, quod est ex pietate in corpore Christi effusum. Contra quod dicit [ut feruet] non perdat, opus quod fecit [in diem sepulture mee] quia tunc vngendus esset si feritas Iudæorum permitteret. Et ideo sicut in sepultura morientium non est perditum vnguentum, sed seruatum, quia significat eos delibutos vnguento glorie resurrecturos: ideo seruatum est quod vngitur in me, quia gloriam in qua resurgam designat: & quod sic erudit ad fidem non est perditum, sed seruatum. Et sic est sensus [Sinite illam ut feruet] non perdat [in diem sepulture mee] in qua die suam habebit significationem. Vnde *Mar. cap. 14.* Præuenit enim vngere corpus meum in sepulturam. Hoc est ergo quod dicit. In huius figuram *Genes. cap. 50.* Ioseph præcepit seruis suis medicis, ut aromatis condirent patrem. Et de cura pauperum subiunxit *Matth. 23.* Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Pauperes enim semper habebitis vobiscum] *Dem. cap. 15.* Non deerunt pauperes in terra habitationis vestra. Et iniungit hic prouisionem pauperum. Vnde *Mar. capitulo 14.* Additur: Cum volueritis, potestis illis benefacere [me

autem non semper habebitis] secundum presentiam corporalem: licet sicut dicitur *Matth. ultimo.* Vobiscum sum usque ad consummationem seculi, secundum presentiam diuinitatis & gratiam gubernationis. Et ideo mihi impensum non reputetis perditum. *Joan. cap. 16.* Modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me: quia vado ad Patrem. Similiter respondit Herodi quærenti eum interficere *Luc. capitulo 13.* Dicite vulpi illi: Ecce demonia eiicio, & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consumor. Vult enim proditori innotescere, quod præciat mortem & horam mortis, & quod non sit in potestate proditoris eum tradere, nisi quando elegerit: & per hoc cognoscat eum esse Deum, & respiciat a malitia.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt ergo Principes Sacerdotum ut & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in **IESVM**

Hic ponit instructionem ad sanguinis sui sanctificationem, per factum processione qua in Ierusalem est honorifice deductus. Diuiditur autem hæc pars in duas partes, in quarum prima tangitur conuentus turbae propter miraculum factum: in secunda autem tangitur processio turbae cum laude deducens eum *ibi* [In crastinum autem turba multa] Prima subdividitur in duo, in quorum primo tangitur turbae cum admiratione congregatio: in secundo inde excitata Sacerdotum maligna machinatio. In primo horum tanguntur quatuor, scilicet, cogitatio trahens, & quod de Iudæis qui signa petunt fuit turba, quantitas turbae, & signum quod maxime mirabantur. Dicit ergo.

Cognouit ergo] per famam publicam] turba multa [quæ ex tota terra propter festum Pasche celebrandum conuenerat] [quia illic] hoc est, Bethaniam [esset] *Isa. 2.* Fluunt ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. *Isa. 40.* Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui [& veniebant non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent quem] Dominus [suscitauit à mortuis] & sic suscitantem, & suscitatum videre desiderabant. Hoc est enim maximum miraculorum, quod putrefactum & factum resuscitauit. Isti enim curiositate ducti fuerunt, sed non fuit mala illa curiositas, ex qua ad fidem induci poterunt. *Joan. 6.* Multi crediderunt in eum: quia videbant signa super his qui infirmabantur.

Cogitauerunt ergo Principes Sacerdotum] in quibus residebat auctoritas excitati ad persequendum ex concursu turbae confluentis [ut & Lazarum interficerent] Sed ut dicit *Augustinus*, Stulta fuit cogitatio: quia poterat resuscitare interfectum, quem prius resuscitauit factum & putrefactum. *Isa. capitulo 19.* Stulti principes

cipes Tanos, sapientes consilij Pharaonis derunt consilium insipientis. *1. Corinth. 1.* Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobo. *Isa. cap. 30.* Vae filij desultores ut faceretis consilium, & non ex me: & ordimini telam, & non per spiritum meum [quia multi propter ipsum abibant] ad illum [ex Iudæis] *1. Corinth. 1.* Iudæi signa petunt [& crediderunt in Iesum] conuicti signo maximo, & indecti ad ad fidem. *Luc. 6.* Omnis turba quætebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. *Iere. 31.* Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo vos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans & pariens, similiter cæcus magnus reuertentium. Hoc ergo modo multi veniebant. *Mat. 6.* Erant autem multi euntes & redeuntes: ita ut nec spatium manducandi haberent.

In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Ierusalem: acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel.

Hic tangit exauditionem ex processione. Et diuiditur hæc pars in quinque partes, in quarum prima dicit, qualiter turba obuiam Christo honorifice processit: in secunda ostenditur, qualiter Iesus cum eis Ierusalem sedijt: in tertia, qualiter Discipuli in hoc verificatam Scripturam post passionem & Resurrectionem cognouerunt: in quarta, qualiter deuoti de turba propter suscitationem Lazari, veritati testimonium perhibuerunt: in quinta, qualiter innotuit cum Pharisæis de hoc scandalizati fuerunt. In prima harum quatuor dicuntur, scilicet, quæ intentione turbae ad diem festum venerunt, quæ de Christo ostenditur, qualiter ei obuiam processerunt, & quid in laudem eius decantauerunt. Dicit ergo.

In crastinum autem] quod erat dies Dominica palmarum, ante quinque dies festi Pasche. *Gen. 30.* Respondet mihi cras iustitia. De talibus obuiantibus Christo dicitur *2. Paralip. 20.* Cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum [turba multa] de omnibus tribus Israel [quæ conuenerat ad diem festum] Pasche. *3. Reg. 3.* Conuenit ad regem Salomonem vniversus Israel in die solenni. *Exod. 23.* Tribus vicibus per annum apparebit in conspectu Domini omne masculinum [cum audissent quia Iesus venit Ierusalem] tanquam agnus immolandum pro salute mundi. *Luc. cap. duodecimo.* Non caput perire Prophetam extra Ierusalem, Ierusalem enim voluit pati. *Matth. 20.* Ecce ascendimus Ierusalem & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.

Acceperunt ramos palmarum] quæ sunt signa victorie. *Leuit. 23.* Sumetis fructus arboris pulcherrimæ, & ramos ligni densarum frondium, spatulasque palmarum, & lætabimini coram Domino Deo vestro. Fructus enim arboris pulcherrimæ, est fructus crucis. Rami autem ligni densarum frondium, sunt rami sanctorum Doctorum: quia folia emittant pulcherrima, hoc est,

fidei, & Scripturæ verba. Spatulae autem palmarum sunt extensiones crucis, victoriam significantis. *Can. 7.* Dixi, Conscendam in palmam, & apprehendam fructus eius. *Psal. 91.* Iustus ut palma florebit. *Matth. 21.* Alij ramos credebant, alij vestimenta sternebant in via [& processerunt ei obuiam] in signum quod tota terra & mundus reflorescere debebat sub ipso. *2. Reg. 23.* Cuncta salus mea, & omnis voluntas, & non est quicquam ex eo quod non geminet.

Et clamabant] intensa laude deuotionis laudantes [Osanna] *Hier. Osanna* tantum est ac si dicatur: Osanna. Osi autem interfectio optantis, magis affectum signans quam intellectum, & tantum valet. Vtinam saluemur: quia annus est gratia. Vel saluemur. Ac si dicat. Obsecramus ut in gratia tua saluemur [benedictus] hoc est, omni benedictione plenus [qui venit] in signorata magnalibus [in nomine Domini] hoc est, in nomine Domini: quia ex operibus nota potentie eius ostenditur. *Luc. 19.* Cœperunt omnes turbae descendunt laudare, gaudentes voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit Rex in nomine Domini. Pax in celo, gloria in excelsis [Rex Israel] Gloriam deiatis sunt professi, nunc autem consentunt iustitiam regnandi. *Iere. 23.* Regnabit Rex, & sapiens erit. *Psal. 2.* Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. *Luc. 1.* Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, &c. *Dom. 7.* Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius non corrumpetur.

Et inuenit Iesus asellum: & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinae. Hæc non cognouerunt Discipuli eius primum: sed quando glorificatus est **IESVS**, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.

Ecce 2. in quo ostenditur, qualiter Christus cum eis redijt in Ierusalem. Ostendit autem in hoc Scripturæ veritatem, allegorie significationem, & suam humilitatem. Dicit ergo [Et inuenit Iesus, &c.] Breuiter transit quod alij Evangelistæ plene scripserunt, qualiter de Bethphage misit duos Discipulos, & qualiter asina & pullus adducti sunt ad eum, & qualiter Apostoli vestimenta sua super asinam posuerunt, & eum desuper sedere fecerunt. Quod autem hic dicit quod inuenit asellum, intelligi dicitur quidam, quod primo insedit pullo: sed cum indomitus calcitraret, tunc super asinam sedit. Ego tamen non puto esse verum, quod aliquod animal quatuorcanque indomitum calcitraret cui insideret Dominus: sed scio & credo propter veritatem Scripturæ, & propter mysterium, totum esse factum: quia asina Iudæos, & pullus Gentes significat. Et ideo primo insedit asina, quam primo legis freno domperat, & postea pullo (cui nullus hominum insederat, hoc est, gentilitati) per Apostolorum prædicationem: sicut diximus super *Mat. 21. & 19.*

Sicut scriptum est] Hæc sunt verba Euangelistæ, dicentis qualiter ex hoc Scriptura sit verificata. *Zacharia 9.* Exulta satis filia Sion. [Noli timere filia Sion] hoc est, Ecclesia, quæ est filia speculationis æternæ veritatis. *Sophon. 3.* Lauda filia Sion, iubilato Israel, lætare & exulta in omni corde tuo Ierusalem. Abstulit Dominus iudicium tuum, non timebis malum ultra. *Isa. 33.* Dominus legifer noster, Dominus Rex noster: ipse venit & saluabit nos. Et hoc est quod dicit [Ecce Rex tuus venit] *Apoc. 19.* Rex regum, & Dominus dominantium. Vnde etiam coronam spineam pro diademate voluit portare, & arundinem pro sceptro, & crucem super humerum pro throno. *Cam. 3.* Egredimini filia Sion, videre Regem in diademate quo coronauit eum mater [sedens super pullum asinæ] quod nouum erat quia Gentilibus indomitis, & nullo freno legis domesticatis incepit insidere. *Zachar. 9.* Super asinam, & super pullum filium subingalis. Et hæc in antehabitis exposita sunt, & super *Mat. 21.* & super *Luc. 19.* & non oportet quod ibi dicta, hic repetantur.

Hæc non cognouerunt] propter carnalitem [Discipuli eius primum] quamdiu carnales erant [sed quando glorificatus est Iesus] per gloriam corporis in Resurrectione, per gloriam & locum in Ascensione, & per gloriam missionis Spiritus sancti in Pentecoste. *Supra 8.* Nondum erat enim Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus [Tunc recordati sunt] *Luc. 24.* Tunc aperuit eis sensum ut intelligerent Scripturas [quia hæc] in Propheta [scripta erant de eo] *Luc. 24.* Oportet impleri quæcunque scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me [Et hæc fecerunt ei] secundum Scripturæ prædictionem. *Mat. 5.* Iota vnum, aut apex vnus, &c. *Luc. 22.* Ea quæ sunt de me finem habent.

Testimonium ergo perhibebaturba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.

Istud dicitur per recapitulationem: quia hæc est causa omnium præcedentium [Turba] ergo intelligitur illa multitudo Iudeorum quæ fuit cum sororibus defuncti, ad consolandum eas: & illa testimonium perhibuit veritati de facto miraculo. Et hoc est quod dicit [quæ cum eo erat] Bethaniam [quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis] *Mat. 2.* Nos testes sumus omnium eorum quæ fecit in regione Iudeorum & Ierusalem. *Mat. 1.* Eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ [propterea & obuiam venit ei turba] procedens de Ierusalem quæ ad diem festum celebrandum contenerat. *Amos 4.* Preparare in occursum Dei tui Israel [quia audierunt eum fecisse hoc signum] quia maxime quod traxit eos, signa fuerunt. *Ioan. 4.* Nisi signa & prodigia videritis, non crederis. *Dan.* Signa & mirabilia fecit Deus excelsus apud me: placuit ergo mihi prædicare eius signa: quia magna sunt mirabilia & fortia.

Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit.

Vltimum est huius secundæ partis in quo ostenditur excitata esse invidia Pharisæorum ex beneficijs aliorum. Dicunt autem hic [apud semetipsos] quia ad alios aperte dicere non audebant. Vnde *Mat. 26.* Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. *Mat. 7.* Audientes dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus suis in eum. *Iob 5.* Paruum occidit inuidia: quia se aliorum bonis reputat minorari. *Prov. 14.* Putredo ossium inuidia [videtis quia nihil proficimus] Profectum enim aliorum, inuidi suum reputant defectum: & dum malam suam consequuntur voluntatem, tunc reputant se proficere. *1. Tim. 2.* Multum proficiunt ad impietatem & sermo eorum ut cancer serpit. Item *3.* Mali homines & seductores proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Quare ergo dicunt quod non proficiunt. *2. Tim. 3.* Sed ultra non proficient. Insuperbia enim illorum omnibus manifesta erit [Ecce mundus totus post eum abiit] Quod magis est verum de futuro quam de presenti: sicut & Caiphas ignorans prophetauit. *Dan. 7.* Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. *Psal. 28.* In omnem terram eixiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *Isa. 60.* Gens & regnum quod non seruerit tibi, peribit.

Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo: hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ, Andreas rursus & Philippus dixerunt Iesum.

Hic incipit pars illa in qua ostenditur sanctificatio sanguinis fore propaganda ad Gentiles. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima ostenditur sanctificatio ad Gentiles esse faciendâ: in secunda autem ostenditur hoc voce Patris testificatum *Ibi* [Venit ergo vox de celo] In primo quatuor continentur desiderium scilicet Gentilium ad sanctificationem, modus sanctificans *Ibi* [Iesus autem respondit eis dicens: Venit hora] Tertio per quid fiet sanctificatio *Ibi* [Nunc autem anima mea turbata est] Quarto ad hoc ponit rationem *Ibi* [Pater clarifica nomen tuum] In primo horum tria dicuntur, scilicet, Gentilium deuotio ad intercessores, Gentilium accessio, & intercessorum apud Dominum interpellatio. Dicit ergo.

Erant autem Gentiles quidam] hoc est, ex Gentibus profeliti, maxime de Galilæa Gentium: quia illi sæpe viderant signa Christi, & audierant docentem [ex his qui ascenderant] Hierosolimam in festo [ut adorarent] tam enim fidem & ritum vnus Dei assumpserant [in die festo] Totum reputabatur tempus quo ante festum ad sanctificationem præparauerant. Simile est *Zach. 7.* Miserunt ad domum Dei Sarafar & Rogomelech, & viri qui erant cum eis, ad deprecandam faciem

faciem Domini, & ut dicerent Sacerdotibus dominus Domini & Prophetis, loquentes: Nunquid stendum est in mensis quinto, & sanctificare me debeo: sicut feceram annis multis? Isti enim profeliti qui deprecabantur in templo, & sanctificabant se ieiunijs, & pro captiuitate Babylonica abbrevianda. *Mat. 8.* Erat vir Ethiops potens, Candaces eunuchus reginæ Athiophum, qui erat super omnes gazas eius, qui venerat adorare in Ierusalem, & reuertebatur, sedens supra currum suum, legensque Isaiam Prophetam. Item *Mat. 10.* Vir quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius, centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, timens Deum cum omni domo sua. Tales ergo multi erant inter Gentiles deuoti, qui idola non adorauerunt: sicut etiam multi Samaritanorum, qui Christum audierant. Quia etiam Salomon cum templum ædificauit, orabat, ut tales in templo orantes exaudirentur. *Reg. 8.* Alienigena qui non est de populo tuo, si venerit & adorauerit in loco hoc, tu exaudies in celo. Sic ergo in ascensu ad orationis locum, ostenditur deuotio Gentilium.

Hi ergo accesserunt ad Philippum] Secundum est de accessu ad intercessores: quia se non reputabant dignos ut per seipsum venirent. Gradatim enim proficiunt: quia Gentiles ad Philippum, Philippus ad Andreæ, hi simul ad Christum. Et hoc est [Hi ergo] Gentiles [accesserunt ad Philippum] sicut ad antecessorem & anadotum. Qui enim extra perceptionem sunt sacramentorum, indigent anadoto, ut dicit *Dionysius*, sicut *Mat. 21.* ad Iesum per Discipulos accessus est adductus. Ad Philippum autem accedunt tanquam ad notum & compatriotam, natum à Bethsaida Galilææ in qua Gentiles illi habitabant. Fuit autem Philippus benignus & feruens ut multos ad fidem Christi conuerteret: cuius signum est quod *Ioan. 1.* statim adduxit Nathanaelem. Et *Mat. 8.* Adduxit eunuchum Candaces reginæ. Et ideo ad eum accesserunt præ alijs. Vnde & os lampadis interpretatur, qui ab ore suo illuminabat eos qui in tenebris & in ymbra mortis sedent, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis [qui erat à Bethsaida Galilææ] Locum pro ratione allegat propter quem ad ipsum plusquam ad alium accesserunt.

Et rogabant eum dicentes] Ecce deuotio propter quam digni erant exauditione [Domine, volumus Iesum videre] Tria ponunt in verbis: ad intercessorem reuerentiam, dicendo: Domine. In corde profitentur deuotionem, cum dicunt: Volumus. In Christo dicunt se appetere visionem, dicendo: Iesum videre. Prælati enim honor reuerentia exhibendus est qui sunt nostri manductores *Augustinus.* Honore Prælati coram vobis sit. *Heb. 13.* Obedite præpositis vestris, & subiaccere illis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem reddentes pro animabus vestris.

Volumus] Deuotionem exponunt cordis. Voluntas enim affectus est cordis. *2. Cor. 5.* Audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & presentes esse ad Deum. *Dan. 3.* Quærimus faciem tuam ne confundas nos. *Isa. 26.* Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Ac si dicant. Tota voluntate, & tota anima, & toto spiritu ad hoc vigilamus: ut videa-

mus faciem Christi.

Iesum] Saluatorem salutis auctorem [videre] Hunc enim Angeli desiderant videre. Huiusmodi visus lætificat. Hunc videre beatitudinem confert, gaudium spirituale infundit, consummat iustitiam, facit in homine radicari immortalitatem, fugat ignorantie tenebras. De primo *1. Pet. 1.* In quem desiderant Angeli prospicere. De secundo *Luc. 10.* Beati qui vident quæ vos videtis. De tertio *Iob. 33.* Videbit faciem eius in nubilo. *Tob. 5.* Per contrarium quale mihi gaudium erit qui in tenebris sedeo? De proposito *Eccle. 11.* Dulce lumen, & delectabile est videre oculis Ierusalem. De quarto & quinto *Sap. 15.* Nolle te esse consummata iustitia, & scire iustitiam tuam & virtutem tuam radix est immortalitatis. De sexto *Mich. 7.* Dum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.

Iste est ad viuendam decorus, oculis gratus, aspectu gratiosissimus, & toti animæ desiderabilissimus. De primo *Psal. 44.* Speciosus forma præ filijs hominum. De secundo *Cam. 2.* Ostende mihi faciem tuam: facies enim tua decora. *Esther 15.* Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. De tertio *Can. 5.* Guttur eius suauissimum, & totus desiderabilis.

Hic visus saluat à perditione, illuminat in veritate, confirmat in virtute. De primo *Gen. 32.* Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. De secundo *Luc. 2.* Viderunt oculi mei salutare nuntium. Et sequitur: Lumen ad reuelationem Gentium, &c. De tertio *Psal. 31.* In via hac quæ gradieris, firmabo super te oculos meos. Hunc ergo volumus videre.

Venit Philippus & dicit Andreæ] Secundus gradus processionis ad Iesum. Andreas enim magis familiaris erat Domino quam Philippus: & ideo illius consilio & auxilio tentat adducere Gentiles ad Dominum. Causa autem huius hæsitacionis quod non statim adducit, erat: quia ex factis Domini ad utramque partem habuit rationem. Dixerat enim *Mat. 10.* In viam Gentium ne abieritis. Et ex hoc patere potuit quod eos nollet videre. Intrauerat autem ciuitatem Samaritanorum: & benigne curauit seruum Centurionis *Mat. 8.* & *Mat. 7.* Filium Chananæ Syrophœnicissæ curauit à demone. Et ex benignitate Domini æstimare potuit quod etiam nunc recipendi erant benigne: & sic hæsitando accessit ad Andreæ, consilium querens de faciendâ vel non faciendâ, & auxilium querens de proficiendâ si faciendum iudicaret. *Eccle. 4.* Melius est duos esse simul quam vnum: habent enim emolumentum suæ societatis. *Luc. 10.* Misit eos binos, in omnem locum quo ipse erat venturus. Significat autem Philippus veritatem: quia os lampadis dicitur. Andreas vero virilis, significat virtutem: quæ duo intellectum & affectum Christo adducunt in coniunctione animarum. *Prov. 18.* Frater qui adiungatur à fratre quasi cinis firma.

Andreas rursus & Philippus dixerunt Iesum] Vnde dicit *Petrus in Philippis in Promerbijs Almagesi.* Intercessor est petentis ala. *Mat. 18.* Si duo ex vobis consenserint, de omni re quam petierint: fiet eis à Patre meo qui est in celis. *Zach. 4.* Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Isti enim & misericordes & illuminantes fuerunt in conuersione Gentilium.

IESVS autem respondit eis dicens: Venit hora vt clarificetur Filius hominis.

Hic tangitur modus præparationis Gentilium ad sanctificationem. Tangit autem tria: modum per metaphoram, modum per metaphoram explanationem, & modum per exemplum. In metaphora tria dicit: genus rei in quo sumitur metaphora, factum, & fructum. Circa primum dicit [Nisi granum] In grano enim frumenti sumit metaphoram. Et quia grano frumenti se comparat: ideo sacramentum Eucharistiæ de alio confici non potest grano. Est autem attendendum primo, quod non comparat se paleæ Christus: quia illa est cibus iumentorum. Dicitur enim *Gen. 24.* Palearum plurimum est apud nos. Et igni apta ad comburendum: vacua etiam est & sonora. Quia multi sunt vacui sonantes in pompa mundi iumentis insipientibus in pabulo propositi. *Isa. 17.* Leo sicut bos paleas comedit, hoc est, superbus & insipiens qui in mundo laborat, vacuis pascitur ad peccati nutrimentum. Quod autem ignibus aptæ sunt dicitur *Luc. 3.* Paleas comburet igni inextinguibili. Sic ergo non comparat se paleæ sed grano frumenti. Sed tamen præmittit dicens.

Venit hora vt clarificetur Filius hominis] hoc est, vt claritas eius diffundatur amplius quam diffusa est. Et ideo tali metaphorâ claritatis vsus est in *Isa. 49.* Dedi te in lucem Gentium vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc est enim claritas eius de qua dicitur *Sap. 7.* Candor enim est lucis æternæ. Nubes enim infidelitatis Iudæorum obstabat, quod in claritate sua sol iste redire non poterat. Sed modo exhibentibus se Gentibus ad fidem, venit hora vt clarificetur. *Matth. 5.* Lucerna ponatur super candelabrum, non amplius abscondatur sub modio, hoc est, in terminis vsius gentis cohibeatur: vt luceat omnibus, non Iudæis tantum, sed omnibus qui in domo sunt, hoc est, in mundo. *2. Mach. 1.* Tempus affuit quo sol resulsit, qui prius erat in nubilo. Modo enim me occidendo repellunt verbum: & ideo tempus est & hora, quod Filius hominis in Gentium vocatione clarificetur. *Isa. 40.* Ambulabunt Genes in lumine tuo. Quomodo autem hoc fiat, dicit.

Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Duplicem adhibet confirmationem: quia & spiritualia vult astruere per temporalia, & vitam per mortem: quæ videntur opposita. Et hoc est quod dicit [Nisi granum frumenti] scilicet. Granum frumenti inter grana cibo naturali conuenientia, solum perfectum est, figura columnale, colore rubrum, quantitate magnum, in substantia purum, complexione conueniens ad nutrimentum, dulce ad gustum, præstans adhaerens membrum nutrimentum.

Solum enim perfectum est granum: quia siligo viam habet ad illud, & est infirmior ad istud: sicut

cætera metalla ad aurum. Et sic Christus, solus perfectus est cibus animatum. *Zach. 9.* Quid enim est bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines: hoc est, frumentum (quod perfectum est) perfectos facit: & vinum sanguinis quod facit virgines mentes. De figura columnali, quæ componitur ex proprietate caloris, & virtute cælesti: quia calor prolongat, & virtus cælestis inducit rotunditatem: & hæc duo significant charitatem cum conuersione cælesti: & ideo iste panis cælestis vocatur. *Sap. 16.* Paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum & omnem saporem suauitatis. Ex cælo enim habet quod habet in se omne delectamentum. Et in hoc habet figuram cæli in quo est omne delectamentum. De colore rubrum extra, & intra niueo candido propter patientiam sanguinis & innocentiam candorem. *Cam. 5.* Dilectus meus candidus & rubicundus ex millibus. De quantitate magnitudinis, vt dicit *Aug.* accipienda est quantitas virtutis: & ideo desideratur ad cibum: quia magnum existens magnum præstat virtutem, dicitur *Deum. 33.* Oculis Iacob in terra frumenti, vini, & olei. *Psal. 103.* Panis cor hominis confirmet. Quod non facit nisi ex magna virtute.

De puritate substantiæ ipsius dicitur *Gen. 45.* Ego dabo vobis omnia bona Egypti vt comedatis medullam terræ. Medulla enim terræ est frumentum depuratum, quod in isto mundo (vbi est mæror & tenebræ) non habetur nisi in corpore Christi. De complexione conuenienti ad nutrimentum: eo quod sicut dicunt medici, citius omnibus alijs cibus nutrit, *Exech. 27.* Iuda & terra Israel ipsi inuitores tui in frumento primo: balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in mundinis tuis. Iuda est terra consentium in laude: Israel autem terra rectorum in iustitia, in opere, quæ est in terra Ecclesiæ: quæ proponunt frumentum primum, conuenientissimum ad nutrimentum fidelium, quod est balsamum in odore famæ, mel in dulcedine gratiæ, oleum in deuotionis pinguedine, resina in adhaerentia perseverantia. Et hoc proponitur spiritualibus emporibus in mundinis Ecclesiæ, vt seipsos commutent pro ipso. De dulcedine ad gustum dicitur in *Psal. 147.* Adipe frumenti sariat te. Adeps autem dulcis est valde. *Isa. 55.* Delectabitur in crassitudine anima vestra. De hoc autem quod nutrimentum præstat quod membrum adhaeret, dicitur *1. Ioan. 6.* Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo. Et ideo comparat se grano frumenti.

Cadens in terram] Hic tangit fructum in quo fit metaphoræ similitudo. Est autem hic casus seminationis in terram: qui casus debet esse dispersus, & ordinatus, & tempore debito factus, & in terram non lapideam, non in viam, nec inter malas stirpes: sed in terram bonam, cultam, pinguem, calidam, humectam, æquatam. Et hoc quidem debet esse sparsum vt qualibet terra granum suum habeat: quia congesta semina putrescunt: sparsa autem in fructum multiplicantur. Vnde *Matth. 13.* Exijt qui seminaret, seminare semen suum, hoc est, spargere. Et ita hic vult dicere quod spargendum sit hoc granum in agrum cordium Gentilium. De ordine autem dicitur

Isa.

Isa. 28. Poner triticum per ordinem. Quia omnia secundum ordinem debent fieri, vt dicitur *1. Cor. 14.* Et sine ordine etiam id quod bonum esse videtur, non est acceptum. *1. Cor. 15.* Vnusquisque in ordine suo. Tempus autem debitum seminandi hoc granum Verbi incarnati, est quando aperta sunt corda audientium. *Eccle. 11.* Mane semina semen tuum, & vespere non cesser manus tua: quia nescis an hoc aut illud prius oriat: & si vtrunque, melius erit. *Eccle. 3.* Omnia tempus habent. Et ideo dicitur *Eccle. 20.* quod ab ore sarui reprobabitur parabola: quia non dicit eam in tempore suo. Sic ergo cadit semen in terram, quæ est cor bonum. Quod enim cecidit in petrosa, hoc est, in corda dura, nulla pietate infusa: nam aruit, & quia non habebat humorem pietatis, non conualuit. Quod autem secus viam strepitus mundani fastus, cecidit: volucres cæli demones, in vijs gloriæ comederant. Quod vero inter spinas solitudinis caræ diuitiarum, suffocatum est *Matth. 14.*

Terra autem bona, est disciplina corporali. *1. Thim. 12.* Omnis quidem disciplina in presenti non videtur esse gaudij, sed mæroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddit iusticia. Pinguis autem est terra, pinguedine deuotionis & misericordiae. *Isa. 5.* In cornu filio olei. Translatio Theodotionis habet. In loco pingui. Calida autem est calore dilectionis Austro afflata. *Cam. 4.* Surge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Humecta humore lacrymarum pro peccatis, & præsentis vite incolam & miseriam, & pro dilatione patriæ. *Iudic. 1.* Dedit ei irriguum inferius, & irriguum superius. Aequata est per æquanimitem patientiæ & concordia. *Isa. 28.* Cam adæquauerit terram, seret, hoc est frumentum: quo valles, id est, humiles, abundabunt frumento: sicut dicit *Psal. 64.* Er montes, hoc est, superbi destruantur.

Mortuum fuerit] Adhuc tangit fructum cui comparatur seminatio fidei. Ad literam enim granum seminum moritur in esse individuali, vt multiplicetur in multo fructu suæ speciei. Et sic Christus moritur in se, vt in multis resurgat. Moritur autem, vt dicit *Augustinus*, in cordibus Iudæorum, vt resurgat in fide Gentium. Moritur non sua querens, vt resurgat in fructum proximorum. Moritur nudum, resurgit multiplici decore vestitum. *1. Cor. 15.* Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quid seminas? non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum: vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult. Ita granum illud siue incarnatum Verbum resurgit vestitum omni virore virtutis. *1. Cor. 17.* Erit quasi lignum viride, quod ad humorem mittit radices suas. Hoc est quod dicit [ipsum solum manet] Et non diu manet quia putrescit. Et ideo expedit vt moriatur: & sic in gloriam venit fructus Resurrectionis. *1. Cor. 15.* Seminatur corpus animale, surget spirituale: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur in corruptione, surget in gloria. *2. Cor. 9.* Qui seminat de benedictionibus, de benedictione & metet vitam æternam.

Si autem mortuum fuerit] omnibus modis qui dicitur [multum fructum affert] *Isa. 4.* Erit

germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terre sublimis. Sic enim germinat in Gentibus quod orbem replet. *Isa. 27.* Florebit & germinabit Israel, & replebit faciem orbis semine. Sic multiplicatur in utilitate proximorum. *Ioan. 4.* Videte regiones, quia iam alba sunt ad messem. Multiplicatur in fructu beatitudinis. *Psal. 125.* Euntes ibant & stebant mittentes semina sua.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Hic incipit explanatio metaphoræ. Et tangit duo: vnum in perdendo animam, aliud in custodiendo. Dicit ergo quod granum seminum, in sui substantia perditur: quia terræ tempestatibus vel frigori & calori mortificantibus, ipsum exponitur propter fructus. Similiter ergo [Quicumque amat animam suam] tanquam granum quoddam verbo Dei ad germen habens potentiam: si amat eam ad fructum meritorum & proximorum [perdet eam] hoc est, his, quibus perditur exponat eam: hoc est, exilio, paupertati, tribulationi. His enim perditur anima, hoc est, animalis vite, quia illa viuere querit in delicijs carnis. *Eccle. 18.* Si animæ tuæ præstas concupiscentias eius, faciet te in gaudia inimicis tuis. Sic enim dicitur hic anima. Dicitur etiam anima ab animeitate, quæ est substantia spiritualis, quæ est interior homo in corde: de quo dicitur *Isa. 26.* Anima mea deligit iniquitatem, odit animam suam. Et est sensus. Sicut ego vt granum, morior propter fructum: ita quicumque imitator meus esse voluerit, mortificantibus se exhibeat: vt fructum afferat: ex quo corda Gentilium se præparant ad seminis susceptionem. Vnde dicit *Matth. 9.* Messis quidem multa, operarij vero pauci. Et *Ioannis quarto.* Videte regiones, quia iam alba sunt ad messem. Et per oppositum hoc iterum demonstrat.

Et qui odit animam suam in hoc mundo] abstrahens eam ab his in quibus mundus delectatur [in vitam æternam] hoc est, in fructu vite æternæ [custodit eam] vbi nunquam perditur de cætero. *Iudic. 5.* Cor meum diligit principes Israel: quia propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. Et *Ibidem* dicit. Qui sponte ad pericula obtulistis animas vestras, benedicite Domino. *Isa. 49.* Hæc dicit Dominus ad contemptibilem animam. Ibi habent Lxx. Sanctificate eum qui despicit animam suam. Non ita, vt dicit *Augustinus*, quod aliquis sibi mortem inferat: sed ita quod pro fructu meritorum & proximorum, ad utilitatem proximi se tribulationibus exponat. *Rom. 13.* Curam carnis ne feceritis in desiderijs. *Gal. 5.* Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inimicem aduersatur: vt non quæcumque vultis illa faciat. Sic dicitur *Col. 3.* Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et de fructu sic mortui per odium anime subdit: Cum autem Christus apparuerit vita vestra tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Siquis mihi ministrat me sequatur.

Dæ

Dat exemplum implendi hoc quod dixit in seipso. Dicit autem duo, scilicet, exemplum de perditione animæ in hoc mundo siue seminatio- nis grani, & exemplum de fructu. De primo di- cit [Siquis mihi ministrat] hoc est, nomine, offi- cio, & affectu quærit esse meus minister: ille [me sequatur] seminando se & perdendo animam: sicut ego me semino & perdo animam tribulatio- nibus pro salute mundi exponendo. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispen- satores ministeriorum Dei. 1. Sa. 61. Ministri Dei nostri, dicitur vobis. Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam regis inutilis minister sustinebit. Est autem inutilis qui propter amorem animalis vitæ & bona domini dis- sipat, & fructum quem facere posset, negligit. Luc. 16. Diffamatus est villicus apud Dominum suum quasi dissipasset bona sua. Mat. 16. Siquis post me vult venire, abneget semetipsum, &c. Hinc est quod in spe fructus de hoc ministerio mortis animæ Paulus gloriatur. Gal. 6. dicens: De cæ- tero mihi nemo molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Siquis mihi ministraverit, honori- ficabit eum Pater meus.

Hic tangit de fructu in præmio dupliciter, scilicet, in fructu dignitatis, & in fructu honoris. Dicit ergo [Et vbi sum ego] in dignitatis & exalta- tionis præmio [illic] in fructu beatitudinis & dignitatis [& minister meus erit] Mat. 24. Vbiunque fuerit corpus, illic & congregabun- tur aquilæ. Ioan. 14. Accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Ioan. 17. Pater quos dedisti mihi: volo vt vbi sum ego, & illi sint me- cum, & videant claritatem meam.

Siquis mihi ministraverit [vt prius dictum est, in animæ odio, & sui seminatione & mortifi- catione. 1. Reg. 2. & 3. Puer Samuel erat mini- ster in conspectu Domini ante faciem Heli Sa- cerdotis: quia prius erat à Deo postulatus. Num. 4. & 8. Ministrant in tabernaculo Domini pro fratribus suis, vt custodiant qua sibi fuerunt commendata [honorificabit eum Pater meus] Glo. vt ibidem sit adoptatus, vbi est vnicus, hoc est, in throno regni sedeat: sicut ego passione meui thronum regalem. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo illi sedere in throno meo: sicut ego vici, & sedi in throno cum Patre meo. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Luc. 12. Transiens ministrabit illis. Esther cap. sexto. Sic hono- rabitur homo quem rex honorare voluerit. In sedibus enim duodecim sedentes cum Domino iudicabunt. Sap. 10. Honefauit illum in labori- bus, & compleuit labores illius.

Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora: Sed propterea, veni in hanc horam: Pa- ter, clarifica nomen meum.

Tangit hic per quid fiet ista seminatio: quia per passionem turbationis quæ in proximo sibi immi- nebat. Continuat autem ad præcedens. Quia dixerat de perditione & odio sensualis animæ: & ideo huius turbationem ostendit in seipso omni-

bus ministris sequentibus. Dicit autem quatuor: animæ scilicet turbationem, rationis regimen in turbatione, orationem ad Patrem, & turbationis utilitatem. Dicit ergo [Nunc anima mea] sen- sualis [turbata est] & ideo ad modum odientis me habeo ad ipsam, & semino granum in lacry- mis. Mat. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Marc. 14. Cœpit pauere & tædere. Mat. 26. Cœpit contristari & mœstus esse. In hoc enim ostendit in se esse sensualem animam quæ refugie- bat mortis pericula. Psal. 6. Conturbata sunt om- nia ossa mea & anima mea turbata est valde. In hoc ergo similis est nobis effectus.

Et quid dicam? Non est verbum angustiati, sed verbum ex ratione eligentis. Et hoc est [quid dicam?] Glo. Scio quid agam. Job 23. Non perij propter imminentes tenebras: nec operui faciem meam caligo. Ac si dicat: Non recedam à cepto proposito propter timorem periculorum: sed ex ratione sensualitatem superans, voluntatem meam voluntati diuinæ conformabo. In hoc nobis dans exemplum vt similiter faciamus. 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui vt oculos nostros dirigamus ad te. Et hoc est quod dicit.

Pater saluifica me ex hac hora [hoc est, salua me, educens ex hac hora angustiæ. Quam oratio- nem vt dicunt antiqui Præpositus & Vilhelmus formabat ratio pro sensualitate: sicut aduocatus alicuius in causa proponeret pro aliquo, qui nesciret aduocare pro seipso. Mat. 26. Pater si fieri potest transeat à me calix iste. Job 5. Saluum facit egenum de gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Job 22. Saluabitur inno- cens, saluabitur autem munditia manuum su- arum.

Sed propterea [supplè, vt per passionem cla- rificer [veni in hanc horam] passionis Heb. 12. Aspicientes in authorem fidei & consummato- rem IESVM: qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextra sedis Dei sedet. Et in hoc pater quod voluntate passus est, licet sensualitas mortem abhorruerit. Isa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi [Pater clarifica no- men tuum] quod clarificatur, me à mortuis sus- citando: quia in hoc nomen tuum, id est nota potestatis tuæ quam prædicaui, apud omnes cla- rificabitur. Dan. 3. Benedictum nomen tuum quod est sanctum. Exech. 36. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis, sed propter nomen sanctum meum. Psal. 40. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

Venit ergo vox de celo dicens: Clari- ficauit, & iterum clarificabo.

Hic inducitur deriuandæ ad Gentiles sanctifica- tionis testimonium. Pars ista diuiditur in duas partes, in quarum prima ostenditur per Patris tes- timonium quod ad Gentes deriuanda est sangui- nis sanctificatio, per transitum à Iudæis ad Gen- tes: in secunda hoc figuratiue describitur in factu Ibi [Hæc locutus est eis Iesus] Prima harum habet tres partes, quarum prima dicit celestis vocis testificationem, secunda de voce ortam di- screpationem, tertia autem intentionis vocis ex- planationem.

plagationem. Dicit igitur [Venit ergo vox] Pa- tris [de celo] summo in aere sonans [dicens] Sicut enim sonuit in baptismo per sacramenti re- generationis sanctificationem Mat. 3. & Luc. 3. Mat. 1. Et sicut sonuit in monte transfiguratio- nis per gloriæ ostensionem Mat. 17. & Luc. 9. Hic autem testimonium perhibet ad sangui- nis sanctificationem. Et hoc est [Et clarifi- caui] in baptismo & transfiguratione [& iterum clarificabo] Psal. 17. Intonuit de celo Domi- nus, & Altissimus dedit vocem suam. Exod. 19. Cœperunt autem audiri tonitrua & micare fulgura. Clarificabit autem eos veritatis participatio. Iud. 5. Qui diligit testat sol in ortu suo splen- dit, ita titulat. Ioan. capitulo decimo tertio. Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clari- ficatus est in eo.

Turba autem quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij autem dicebant: Angelus ei locutus est.

Hic ponit de voce audita disceptationem. Ha- bet autem duas partes, quarum vna quæ intelligen- re non potuit, sed tantum sonum audiuit: dice- bat tonitruum factum esse. Et hoc est quod dicit [Turba autem quæ stabat] coram Domino [& audierat sonum sine syllabarum distinctione [di- cebat tonitruum factum esse] tamen hoc dicebant factum esse propter Dominum. 1. Reg. 2. Dominum formidabunt aduersarij eius: super ipsos in caelis tonabit. Item Ibid. 7. Intonuit Dominus fragore magno super eos. Apoc. 8. Facta sunt tonitrua & voces [Alij autem dicebant] Qui voces articula- tas intellexerunt: & illi pluraquam alij ad intello- sum celestium dispositi sunt [Angelus ei locutus est] Angeli enim semper ad ministerium se exhi- buerunt Christo: & loquebantur præcipue in ago- nia passionis pro eo. Luc. 22. Angelus apparuit confortans eum. Mat. 26. Non putas quia possum rogare Patrem meum: & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum.

Respondit Iesus & dixit: Non pro- pter me vox hæc venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicitur foras.

Hic tangitur explanatio intentionis vocis: & habet duas partes. Ponit autem explanationem, & de explanatione subortam soluit dubitationem. In prima dicit quatuor, in quorum primo dicit vocantis de celo intentionem: secundo ostendit intentionis illius per effectum significationem: in tertio innuit per quid ad effectum perducit inten- tionem: in quarto Evangelista, omnium il- lorum explanationem dicit. De primo dicit [Non propter me] qui testimonio non indigeo [venit hæc vox] de celo testificans [sed propter vos] qui indigent testimonio: vt sciatis quod non sint fabulæ quæ dico, sed veritas. 2. Per. 11. Non indocetis fabulas secuti annuntiamus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem: sed speculatores facti illius magnitudinis, voce ad eum lapsa de celo à magnifica gloria. Tu es Filius meus dilectus. Nunc iudicium est [Oportet in quo præcipit D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.]

eos facta est vox ista: quia pro vobis [Nunc] isto tempore passionis [iudicium est mundi] Non condemnationis, sed discretionis. Quia discerne- bat inter potestatem tenebrarum, & potestatem lucis: & promando, liberando a potestate tene- brarum, iudicabitur. Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Psal. 34. Indica Domine nocentes me, & impugna impugnantes me: apprehende anima & icurum, &c. [Nunc] hoc tempore passionis [princeps huius mundi] hoc est, diabolus, qui isti mundo [qui in mundanis hominibus consistit] principatur [eiicitur foras] Exech. 29. Extraham te de medio fluminum eorum. Hoc dicit de dia- bolo quem Christus extraxit virtute suæ passio- nis de cordibus fluidorum inconstantium & mortalium hominum. Job 40. Nunquid extra- here poteris leuiathan hamo, aut armilla perfo- rabis maxillam eius? Hamo enim deitatis [quem glauire voluit in passione diabolus, dum manum extendit in eum in quo nihil iuris habuit] extra- xit de possessione eorum quos ante habuit: & armilla ornamenti dextere Dei Patris [quæ ipsa & quoddam ornamentum est eius passionis] per- forauit maxillam diaboli potestatis, & inde traxit ex faucibus eius quos ante quæro iure pos- sedit. Job 26. Obstricente manu eius, educus est coluber rotuosus. Lu. 11. Dum fortis arma- tus custodit agrum suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superuenierit, alliga- bit fortem, & intrabit domum fortis, & omnia vasa eius diripiet in quibus confidebat.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset morturus.

Tangit modum per quem adimplabitur, di- cens [Et ego si exaltatus fuero à terra] in cruce: vt modus mortis significet exaltationem redemp- tionis. Ioan. capitulo tertio. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam. Iste capitulo 34. Sciens autem exaltabitur, & eleva- bitur, & sublimis erit valde. Nunquam enim adeo sublimis apparuit virtus eius, sicut quando in cruce exaltatus fuit: quando celum & terra & totus mundus clamauerunt virtutem eius exi- miam. Psal. 140. Exaltare in virtute tua: ran- tabimus & psallemus virtutes tuas. Cant. 7. Di- xi, concendam in palmam, & apprehendam fructus eius: [omnia traham ad meipsum] per fidei deuotionem quam excitabo in cordibus Gen- tilium per vestri predicationem, & per signo- rum virtutem. Dicit autem [omnia] quia etiam Gentiles qui ante non traherantur ad se traxit. Romanorum capitulo tertio. Vultus Deus est qui iustificat circumcissionem ex fide: & preputium per fidem. Capitulo quarto. Non traham me possit eg- curremus in odorem suauitatis: oportet. Ose. 11. In funibus Adami traham eos in vinculis cha- ritatis. Ioan. 12. Nemo potest venire ad me nisi Pa- ter meus traxerit illum. Hoc dicitur dicebat [interpretatur] Evangelista omnium quæ dicebat intentionem [significans qua morte esset morturus] quia morte exaltationis per crucem: & in morte significaret qualiter propter humi

humilitatem crucis, esset exaltatus ut exaltaret suos. *Phil. 2.* Propter quod & Deus exaltauit illum.

Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis: Oportet exaltari Filium hominis? Et quis est iste Filius hominis?

Hic ponitur suborta dubitatione, disceptatio cum sua explanatione. Habet autem duas partes, scilicet, de suborta dubitatione, & eiusdem solutione. In suborta dubitatione dicit duobus in contrarium allegationem, & de quo intelligatur quod dixit, inquisitionem. Dicit ergo

Nos audiuimus ex lege, &c. Lex enim hic non decalogus, nec quinque libri Moyfi vocantur sed totum vetus testamentum, in quo libri Prophetarum continentur. *Isa. 9.* Super solium David, & super regnum eius sedebit: ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, a modo & usque in sempiternum. *Dom. 7.* Potestas eius potestas æternæ quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Et hæc dicta sunt de diuinitate Christi quæ finem non habet. *Luc. 1.* Dabit illi Dominus sedem David Patris eius [Quomodo tu dicis] hoc est, dicendo intelligis oportet exaltari Filium hominis in quo nos non nisi unam intelligimus naturam: & ideo nescimus quomodo maneat in æternum, & quomodo sit in cruce exaltatus mortuus: Exaltatio in cruce facit victoriam super mundi principem: sicut dicitur *Exo. 17.* Cum leuaret Moyses manum suam, vincebat Israel: sin autem paululum reuolueret, superabat Amalech. *Isa. 65.* Expandi manus meas tota die ad populum incredulum [Quis est iste Filius hominis?] hoc est, cuius nature est, qui ex exaltari poterit mortuus, & manet in æternum: Non enim secundum unam naturam hæc competunt: etiam hoc signatum est *Hebr. 11.* ubi Iacob adorabat fugiunt virgo Ioseph, signans futurum. est aliquando pendere deus, ab omnibus adorandum in virge fastigio, hoc est, in cruce cacumine. *Habac. 3.* Cornua in manibus eius. Hypallage, hoc est, manus eius in cornibus crucis. Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors, fugata passione crucis.

Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum Lumen in vobis est. Ambulate dum Lucem habetis: ut tenebræ vos non comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum Lucem habetis, credite in Lucem, ut filij Lucis sitis.

Solutio est dubitationis. Dicit autem tria, scilicet, ad modicum Lucis comprehensionem, ad perfectum comprehensionis invitationem, & illuminationis rationem. Dicit ergo eis

Adhuc modicum [Chrysostr. dicit, hoc est, ad modicum tempus] Lumen hoc est, ego qui sum lumen [in vobis est] quia post quinque dies recedam a vobis. *August.* autem exponit sic [Adhuc] dum estis incipientes [modicum lumen] hoc est, imperfectum fidei lumen [in vobis est] quia me non putatis nisi in vna natura subsistere, cum ego

subsistam in duabus naturis. Et hæc est modica fides. *Apocalyp. 3.* Modicam habes virtutem. *Matthæi capitulo 14.* Modice fidei quare dubitasti?

Ambulate] hoc est, proficite in virtute, fide & sanctitatis illuminatione [dum lucem] me scilicet, presentem [habetis] Vel in presenti vita dum in fide proficere potestis. *Præd. cap. 4.* Semita iusti quasi lux splendens & crescens usque ad perfectum diem. Diuersimode enim in luce proficitur. *1. Cor. 15.* Alia claritas solis, alia claritas stellarum. Stella autem à stella differt in claritate. *Cant. 6.* Processit quasi aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata [ut vos tenebræ] infidelitatis, vel mortis per cor obstinatum [non comprehendant] *Iob 29.* Lucerna eius splendebat super caput meum: & ad lucernam eius ambulabam in tenebris. *1er. 13.* Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. *Psal. 54.* Timor & tremor venerunt super me, & contrexerunt me tenebræ, vel infidelitatis secundum *August.* Vel mortis secundum *Chrysostr.* *Thronum 3.* Minauit & adduxit in tenebras & non lucem [Et qui ambulat] Ecce damnus quod incurrit qui in luce non proficit: quia [qui ambulat] vite huius passibus [in tenebris] ignorantie & cæcitate [nescit quo vadit] quia nescit ubi cadit, faciendo & non cognoscendo. *Iob 3.* Viro cuius abscondita est via: & circumdedit eum Deus tenebris. *1. Cor. 11.* Qui ambulat in nocte, offendet: quia lux non est in eo. Et ideo.

Dum lucem habetis] presentem in concepta fide [credite] hoc est credendo proficite [in lucem] ut tendatis in fidei perfectam illuminationem. *Romanorum capitulo decimo tertio.* Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. *2. Pet. 1.* Cui beneficiis attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris [ut filij lucis sitis] à Patre luminum in formam lucis formati & generari. *Eph. cap. 5.* Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulate. *Isa. capitulo 60.* Surge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum. *Isa. 2.* Ambulemus in lumine Dei nostri.

Hæc locutus est eis Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.

Hic typo facti ostendit esse quod docuit. Dicit ergo [Hæc] ad illuminationem gentium [locutus est Iesus] qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum [et abiit] recedendo à Iudeis persecutoribus suis [et abscondit se ab eis] faciem cognitionis eius: eis subducendo. Quod excecationem eorum signabat, & transitum fidei à Iudeis ad gentes. *Matthæi capitulo vigesimo.* Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo non similia eorum. *Romanorum capitulo undecimo.* Cæcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo gentium intraret: & sic omnia Israel saluus fiet. *Isa. cap. 57.* Abscondi faciem meam ab eis, & indignatus sum. *1. Cor. 8.* Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.

Cum

Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: ut sermo Isaie impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

Hic tangit inexcusabilitatem non credentium, qui se sanctificationi sanguinis non preparauerunt. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima ostendit infidelitatis eorum excecationem: in secunda ostendit eorumdem in iudicio inexcusabilitatem *ibi* [Iesus] autem clamauit & dixit] Adhuc autem prima diuiditur in tres partes, in quarum prima dicit quod cæcitas infidelitatis eorum non curabatur per signorum quæ Christus fecit magnitudinem: in secunda ostendit ad hoc prophetie congruitatem *ibi* [ut sermo Isaie adimpleretur] in tertia per culpam ipsorum ostendit ad credendum eorum impossibilitatem *ibi* [Propterea non poterant credere] in prima parte dicit sic.

Cum] Christus [tanta signa] hoc est, tam magna signa: sicut fuit suscitatio Lazari, & alia quamplura [fecisset] propria virtute [coram eis] ita essent innegabilia & incontradictoria [non] tamen [credebant in eum] Et hoc præfiguratum fuit *Exod. capitulo quarto.* ubi dixit Moyses ad eos missus. Non credent mihi neque audient vocem meam: sed dicent, Non apparuit tibi Dominus. *Matth. 7.* Dura ceruice & indomabili corde, vos semper Spiritui sancto resistitis [ut sermo] Hoc est secundum, ubi ostenditur ad hoc prophetie congruitas. Deus enim qui simplici visione & non visionis causalitate videt, etiam mala quæ futura sunt isti Prophete futura reuelauit. Et sic ea sermo propheticus enuntiauit. Et hoc est quod dixit.

Ut sermo] Ut aliquando notat causam finalem: sicut cum dico: Oro ut vitam æternam promerear. Aliquando autem non notat causam finalem: sed tantum terminum, ad quem opus absque intentione operantis terminatur: sicut cum dicitur: iste vadit in aquam ut submergatur. Vel, iste dimittit stabulum apertum ut equus perdat: quia sepe perditio equi sequitur ad apertionem stabuli, & submersio ad introitum in aquam: cum tamen nec intratur in aquam ut submergatur, nec stabulum apertum dimittitur propter hoc ut equus perdat. Ita etiam hic, ut non notat causam, sed terminum: quia non propter hoc reuelationem accepit Isaie ut non crederent, nec isti propter hoc non crediderunt ut Isaie verum diceret. Sed quia isti hoc non crediderunt, Deus præiudicij simplici visione, & Isaie veritatem reuelauit: & isti non crediderunt. Et vnum sine omni causalitate secutum est ad aliud. Et hoc est quod dixit *Propositum* in talibus, quod ut est terminale, non causale, vel consecutiuum.

Sic ergo dicit [ut sermo] quia hoc secutum est sermonem Isaie, & sermonis veritas apparuit in isto: cum tamen sermo veritatem non trahat ab inspiratione diuina qua hoc præiudicij. Sed quia sermo dependebat ad futurum: ideo cum factum est in opere, veritas sermonis ostensa fuit. Et hoc est: Ut sermo [Isaie adimpleretur] secundum quod à futuro dependebat secundum enuntiationem factam [quem dixit] *Isa. 53.* [Domini]

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

ne quis credidit auditui nostro] hoc est, ei quod à te audiuimus, vel ex parte tua auditum populo nuntiamus. Hoc enim Filius tuus dixit sermonibus nostris probatum. *Abdie 1.* Auditum audiuimus à Domino: & legatus ad Gentes missus est. *Jerem. cap. 7.* Misi ad eos omnes seruos meos Prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens: & non audierunt me, neque inclinauerunt aurem suam [et brachium Domini] hoc est, Christus brachium fortitudinis Dei in prodigiis, & signis ostensum [cui] hoc est, quam paucis [reuelatum est] ex Iudeis. *Ezech. 3.* Domus Israel noluit audire te: quia noluit audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. De brachio dicit in *Psal. 97.* Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Et *Psal. 97.* Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaie: Excecavit oculos eorum, & indurauit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Isaie quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Verumtamen multi ex principibus crediderunt in eum: sed propter Phariseos non confitebantur, ut de synagoga non eicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

Hic incipit secundum. Et dicit tria, in quorum primo tangit impotentiam eorum ad credendum: in secundo auctoritatem laudat quam inducit ad hoc probandum: tertio à generalitate non credentium, quosdam excipit qui in occulto crediderunt in Christum. Dicit ergo [Propterea non poterant credere] in Christum.

Sed obicitur, quia si non poterant credere, non est eis imputandum. Et hoc non est verum. Ad hoc dicendum, quod est non posse ex naturali impotentia, vel excecationis violentia: & hoc non posse excusari à toto: & hanc impotentiam isti non habuerunt. Est alia impotentia, quæ est ex contrarij habitus dispositione: sicut ille qui contrariis principiis alicuius scientiæ imbutus est, non potest credere veritatem scientiæ illius: & hæc impotentia est magis quam simplex ignorantia vituperabilis, & imputatur dupliciter, scilicet, quia non potest, & quia non credit. Et hanc isti habuerunt: quia ita erant imbuti erroribus carnalis sensus in lege, & traditionum suarum, quod principia veritatis erant eis incredibilia: & ideo veritatem recipere non potuerunt.

Quia iterum Isaie dixerat] Nec impotentia credendi veritatem causabat dicit Isaie, nec est conuerso, sicut supra dictum est, vnum in opere secutum est ad aliud [Excecavit oculos] cordis [eorum] hoc est, excecari permisit. Deus enim non excecavit eum: sed quædam non est qui velit recipere, vel quædam est qui obicem ponit lumini. *Iob 24.*

V 2 Ipsi

Ipsi vero fuerunt rebelles lumini, & nescierunt femiras eius [& induravit cor eorum] eo quod ebicem poentibus auditum suum non immisit. *Sap. 2.* Excæcavit illos malitia eorum. *Ierem. 7.* Hæc est gens quæ non audit vocem Domini, nec recepit disciplinam [& induravit cor eorum] *Ecol. 5.* Cor durum male habebit in nouissimo. *Exo. 7.* Ego indurabo cor eius, & cor seruatorum eius: vt non dimittat populum. *Roma. 9.* Cui vult miseretur, & quem vult indurat. Nullum autem indurare vult nisi quia obicem ponit erroris, vel malæ voluntatis. Et hoc est [ne videant oculis] cordis veritatem, quos clausit error malæ dispositionis. *Proverb. 30.* Oculum qui sublamnat patrem, & qui despiciat partum matris suæ: effodiant illum corui de torrentibus, & comedant illum filij aquilæ. Sic Iudæi sublamnauerunt Patrem Deum, & despexerunt filios matris Ecclesiæ fideles. Et ideo nigri demones corui suffoderunt eis oculos cordis, & filij aquilæ, scilicet, Romani, quorum signum est aquila, comederunt eos [& intelligant corde] quia corde debuerunt videre principia, & ex illis intelligere digionem Christi veritatem. Omnis enim veritas enuntiata, suis cognoscitur principis sicut diximus. *Roma. 1.* Oblcuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. *Ecol. 27.* Obcauit vultum suum tanquam vitæ, & quasi læcū ostendit in medio proximorum. *Eph. 4.* Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati sunt a via Dei, per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis eorum [vt conuertatur] compuncti corde de errore suo. *Ier. 5.* Reuerant accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. *Ier. 8.* Nunquid qui cadit non resurget? Aut qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus meus auersione contentiosa comprehendunt mendacium & noluerunt reuerti [& sanem eos] in intellectu & affecta per veritatem & virtutem. *Ier. 10.* Væ mihi super contritione mea pessima plaga mea. Ego autem dixi: infirmitas mea hæc est: & portabo eam. *Ierem. 30.* Insanabilis est fractura mea pessima plaga mea.

Hæc dixit Isaias] Commendatio est inductæ de Isaiâ auctoritatis. Non enim quocumque tempore dixit verba istius auctoritatis, sed *Isa. 6.* Quando vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. In quo notatur excæcationis istius iudicium. Dicitur autem *ib.* in eadē visione, quod templum est impletum fumo, & commora sunt superliminaria templi à voce clamantis. In quo significatur templi & sacerdotij & sacrificiorum Iudæorum abiectio. Quarit autē hic propheta dicens. Visque quo Dominus, & respondet Dominus: Donec relinquatur terra absque habitatore, & domus sine homine. In quo pro peccato quod commiserant contra Dominum notatur Romanorum captiuitas. In eadem etiam visione clamabant Seraphin stantia super solium, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth: plena est omnis terra gloria tua. In quo notatur de vniuersa terra Gentium vocatio ad fidem Domini. Et hanc reuelationem recepit Isaias cū visione gloriæ Domini: & ideo magis est authentica quam alia. Et hoc est quod dixit: Hæc dixit Isaias [quando vidit gloriā eius] hoc est, apparentem Dominum in gloria iudicij, omnia ista decernentem [& quando locutus est de eo] Isaias vel

Dominus, hoc est, quando locutus est ad literam de hoc facto excæcationis, & oblationis Iudæorum.

Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum [sicut Nicodemus, Gamaliel, Ioseph ab Arimathia, & alij quamplures: sicut dicitur. *Io. 3.* & *Io. 7.* & *Mat. 27.* de Ioseph ab Arimathia [sed propter Phariseos non confitebantur] Hic exprimit Phariseos & non pontifices: quia Pharisei propter zelum suæ religionis Christo magis fuerunt infesti [Non confitebantur vt è synagoga] tanquam excommunicati [non eicerentur] *Io. 9.* Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Hoc tamen fuit timoris humani, qui abiiciendus fuerat. *Mat. 8.* Qui me confessus fuerit & verba mea, in generatione ista adultera & peccatrice: & Filius hominis confitebitur eum cū venerit in gloria Patris sui coram Angelis suis. *Luc. 12.* Omnis quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, &c. Qui autē me negauerit corā hominibus, &c. Huiusmodi autem imperfectionis subinfert causam dicens [Dilixerūt enim gloriam hominum in dignitatibus & honoribus & laudibus humanis. *Io. 5.* Quomodo potestis credere qui gloriam abinuitem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est non vultis? *Gal. 1.* Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Pf. 52.* Confusi sunt quoniam Deus spreuit illos [magis quam gloriam Dei] Soli enim Deo debetur gloria. *1. Tim. 1.* Soli enim Deo honor & gloria. *1. Cor. 12.* Gloriam meam alteri non dabo. Item dicit *Paulus Gal. 6.* Mihi ab sit gloriari nisi in cruce Domini nostri IESU CHRISTI.

IESVS autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me.

Hic ostendit non credentium Christo inexcusabilitatem. Et ista pars habet duas partes, in quarum prima auctoritatem sui confirmat & conformat sermonis: in secunda autem ostendit, quod ille sermo inuitabiliter conuincit non credentes de iudicio condemnationis *ibi* [Et si quis audierit verba mea, & non custodierit ea, &c.] Adhuc autem in prima harum dicit tria, in quorum primo fidei in ipsum confirmatur auctoritas: in secundo fidei certitudo: in tertio autem fidei veritas. Dicit ergo.

IESVS autem clamauit, & dixit [intentionem deuotionis notat vis clamoris. *Psal. 68.* Laboravi clamans, rauca sunt factæ fauces meæ] Qui credit in me] tendens per fidem in me [non credit in me priuatum, & à Patre separatum: quia Pater in me manens, facit opera, ex quibus credit [sed in eum qui me misit] scilicet Patrem: quia ab illo habeo virtutem & substantiam operum propter quæ credit. Et sic sua prima est auctoritas, propter quam credit. *Ioan. 14.* Creditis in Deum, & in me credite. Sic enim fidelis reducit fideles ad Patrem. Et quia vnus est in alio, Pater in Filio, sicut lux in splendore: ideo dicitur *Ioan. 3.* Qui incredulus est Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Et hoc ideo est, quia ille etiam incredulus est Patri, qui in virtute sapientiæ Filij demonstratur.

Et qui videt me, videt eum qui misit me] Visio autem hæc, rationis est reflexæ ad visum corporeum,

corporeum, quo miracula & opera eius videbantur: quia operibus visis, cognoscebatur virtus à qua opera processerunt. Virtute autem cognita, cognoscebatur deitas cuius erat virtus, sicut per digiti demonstrationem. Et hoc est quod dicitur *Ioan. 14.* Qui videt me, videt & Patrem meum. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Demonstratio enim Patris est Filius. Et ideo *Luc. 11.* dicitur digitus Dei. Si in digito Dei demonia eijcio, profecto peruenit in vos regnum Dei. Hoc est in demonstratione deitatis Patris. Sed forte Iudæi dicunt, quod demonstratam tantam deitatis lucem videre non poterant. Sed ad hoc responderet *Beatus Augustinus.* Siquis alij digito solem demonstrauerit, & ille solem non viderit, culper potius oculi sui lippiditatem quam digiti demonstrationem.

Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

Ostendit hic dictorum suorum & fidei veritatem: & quia luminosa sunt dicta, miraculis tanquam luce plenæ manifestationis demonstrata. Et ideo dicit [Ego] sum [lux] illuminans ad fidei veritatem omnem hominem venientem in hunc mundum [in mundum veni] Est autē lux manifestatiua veritatis, dissolutiua algoris, causatiua vitæ spiritualis, adductiua reformationis. De primo horū dicitur *Ioan. 1.* Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De secundo *Iob 38.* Indica mihi per quam viam spargitur lux, diuiditur ætus super terram. De tertio *Eph. 5.* Exurge à mortuis & illuminabit te Christus, hoc est, ad vitæ lumen præbe te quod viuificabit ad vitam æternam. Et hoc quod dicit *Gal. 1.* De alio non dicitur: Lux venit in mundum: nisi de eo qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [vt omnis qui credit in me] lucem, quæ venit in mundum [in tenebris] dubietatis, & ignorantie & infidelitatis [non maneat] *Ioan. 8.* Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris. Item *primo.* Lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt.

Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar: & scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Hic tangit qualiter offendens ipsum, qui tante est auctoritatis, & veritatis, in iudicio est inexcusabilis. Et habet duas partes. In prima ostendit quod ipse talem in iudicio non iudicabit. Sed ne putetur pertransire iudicium, ostendit quod iudicabit eum *ibi* [Qui spernit me] In primo duo dicit, scilicet, quod non iudicat, & propter *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

quod non iudicat eum. Dicit ergo [Et si quis audierit verba mea] probata per Scripturas, & miracula [& non custodierit ea] per fidei deuotionem, & testimonium operum. *Iaco. 1.* Estote factores verbi, & non auditores tantum, &c. *Psal. 110.* Intellectus bonus omnibus facientibus eum [ego non iudico eam] iudicio condemnationis nunc. *Ioan. 3.* Non misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. In futuro autem iudicabit eum: quia de illo iudicio dicitur *Ioan. 5.* Pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium, &c. Et hoc est quod sequitur.

Non enim veni] in hoc aduentu [vt iudicem mundum sed vt] in isto aduentu per gratiam redemptionis [saluificem mundum] ideo dicitur. *1. Cor. 4.* Nolite ante tempus iudicare quousque veniat Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. *1. Tim. 2.* Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis venire.

Qui spernit me] in me, vel in meis. *Heb. 10.* Irritam quis faciens legem Moyfi, absque vlla miseratione duobus aut tribus testibus moritur. Quanto magis parus eum deteriora supplicia demereri, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? *1. Reg. 2.* Qui contemnunt me, erunt ignobiles [& non accipit verba mea] Ostenditur in quo spernitur: quia verba sua non accipiunt. *Mat. 7.* Continuerunt aures suas. *Ier. 7.* Noluerunt audire. *Heb. 12.* Exclauerunt se ne eis fieret verbum. Quidam ergo continent aures per non audiendi voluntatem: sicut probant tres inductæ auctoritates. Quidam autem habent ad sermonem displicentiam, propterea quia vitio contrario habent infestam animalitatem. *Ecol. 12.* Audiuit luxuriosus & displicebit ei, & proijciat post tergum suum. Quidam autem non curant: quia reputant simplex. *3. Reg. 14.* Me proieci post tergum tuum. Quidam autem contemnunt propter superbiam & fastum seculi. *1. Reg. 15.* Proieci sermonem Domini: proijciat te Deus ne sis rex in Israhel. Hic ergo talis [habet qui iudicet eum] non quidem vt iudex sapientiam dicendo, sed sicut aduersarius accusationem contra eum proponendo & probando.

Sermo enim quem locutus sum] in quo omnibus doctrinam fidei & vitæ ostendi [ille iudicabit eum] non nunc in primo aduentu, sed [in nouissimo die] vel vitæ suæ, quando iudicium fiet de anima: vel [in nouissimo die] mundi quando iudicium fiet de mundo. *Dma. 7.* Libri aperti sunt. *Apoc. 20.* Iudicati sunt mortui, pusilli & magni, ex his quæ scripta erant in libro. *Zach. 5.* Ecce volumem volans, & omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Huius autem ostendit causam eum dicit.

Quia ego ex meipso] priuatus à Patre [non locutus sum] *Ioan. 7.* Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris. Ideo *Matth. 10.* & de alijs qui suam proponunt doctrinam dicit: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis [sed qui misit me Pater] *Ioan. 14.* Pater in me manens, ipse facit opera. *Luc. 12.* & *Mat. 13.* Spiritus sanctus est qui loquitur in vobis [Ipse mihi mandatum dedit quid

quid dicam] in meipso, in corde sermonem formando [& quid loquar] ad alios, sermonem proponendo. *Psal.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus [Et scio] per natam à Patre scientiam: quia ego ipse sum genitus à sapientia: ingenita unde per indiuisam ab eo scientiam scio [quia mandatum eius] quod mihi venienti in mundum iniunxit [est vita æterna] hoc est, causa vitæ æternæ in redemptis. *Ezec.* 20. Dedi eis mandata mea, quæ faciens homo uiuet in eis. Unde *Ezech.* 18. de seruante mandata dicitur. Vita uiuet & non morietur. *Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Psal.* 33. Quis est homo qui uult vitam? diligit dies videre honos [Quæ ergo ego loquor] Conclusio est ex omnibus prædictis [quæ ergo loquor] docens in mundo sicut dixit mihi Pater [qui sum uerbum eius] sic loquor] *Heb.* 1. Nouissime diebus his locutus est nobis in Filio.

CAPVT XIII.

ANte diem festum Paschæ, sciens IESVS quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Hic incipit pars de preparatione ad sanctificationem passionis & sanguinis Domini, ex instructione sacramentorum. Et quia sacramenta hæc committuntur Discipulis: ideo hic instruit Discipulos ad huiusmodi preparationem: cum in præcedenti capitulo instruxerit cõmuniter, & Discipulos & alios, tam Gentiles quam Iudeos. Diuiditur autem istud capitulum penes ea quæ facta sunt in cœna quando Christus dedit corpus suum. Et hæc sunt duo memoranda facta, scilicet, humilitatis in lotionem pedum, & charitatis in exhibitione corporis sui & sanguinis. Primo ergo agit de instructione humilitatis, secundo de instructione charitatis *Ibi* [Hæc cum dixisset, turbatus est spiritu] Prima harum diuiditur in tria, in quorum primo ponit conuenientiam temporis per quam uenit ad hanc doctrinam, in secundo ponit factum ex quo format doctrinam *Ibi* [Et cœna facta, &c.] In tertio autem format ex facto doctrinam ad humilitatem inclinantem *Ibi* [Postquam ergo lauit pedes eorum] In primo quatuor dicit, in quorum primo tangit tempus ex festo, huic doctrinæ congruum: in secundo ponit id quod est in ipso festo significatum: in tertio tangit quod est istius doctrinæ proprium motuum & causatum: in quarto ostendit quod in hac doctrina est omnis dilectionis suæ complementum. Dicit ergo.

Ante diem festum Paschæ] hoc est, ante diem azymorum, cuius uespera erat quattadecima Luna ad uesperum, hoc est, ante diem cœnæ, quando agnus immolabatur ad uesperum: sicut præcipitur *Exo.* 12. In hoc enim Pascha doctrinam perfectionis erat expediens exhibere Discipulis & Apostolis. Ante totum ergo diem festi, & ante omnia quæ fuerunt facta in festo [sciens IESVS] & præsciens sicut Deus. *Eccli.* 23. Domino Deo nostro antequam facta sint, nota sunt omnia: &

sic post perfectum cognoscit omnia. *Ioan.* 18. Sciens omnia quæ uentura erant super eum [quia uenit hora eius] non electionis stellarum uel facti, sed impletionis sacramentorum: quando omnia quæ dicta & præfinita sunt de eo, adimplera sunt. *Ioa.* 7. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem uestrum semper est paratum. 2. *Cor.* 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc enim fuit hora Christi quantum ad operationem salutis, & fuit hora aduersariorum quantum ad impletionem suæ malitiæ & malæ uoluntatis. *Luc.* 21. Hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum [ut transeat ex hoc mundo ad Patrem] Hoc est enim factum, in festo signatum. *Exo.* 12. Est enim Phasæ, id est, transitus Domini. Sic enim transiit antiquitus per Ægyptum, suos liberans & protegens, & introiit ad Patrem, offerens sanguinem suum sicut agni immolati pro nobis. *Heb.* 9. Non in manufacta sancta introiit exempla futurorum, sed in ipsum cælum ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Mors autem Domini dicitur transitus quasi propria potestate transiens; nusquam a mortis uinculis uel infæni claustris detentus fuit: sed omnia talia, per mortem & infernum transiens ad vitam, confregit. *Psal.* 106. Contriuuit portas æreas, uerbes ferreos confregit: suscepit eos de uia iniquitatis suæ.

Cum dilexisset suos] in omnibus, & in opere & in tempore. *Pror.* 17. Omni tempore diligit qui amicus est. *Osea.* 14. Diligam eos spontaneè: quoniam auersus est futor meus ab eis. Suos autem dicit qui nullam aliam dilexerunt præter eum, qui nullum alium dilectorem habuerunt nisi eum, & qui nihil quererunt præter dilectionem eius. Solum enim diligit Deum, qui nihil contra eum diligit. *Psal.* 17. Diligam te Domine fortitudo mea. Ipse etiam dilector eorum fuit. *Deut.* 33. Dilexit populos: omnes sancti in manu eius sunt. Hi nihil querunt nisi dilectionem. Unde *Aug.* Diligo te Domine: & te. a. tu. *Can.* 8. Si dederit homo omnem substantiã domus suæ ad mercandam dilectionem, quasi nihil despiciet eam. Sic ergo cum dilexisset suos [qui erant in mundo] quamuis non essent de mundo: & ideo dilectione Dei indigebant. *Ioa.* 17. De mundo nõ sunt, sicut ego nõ sum de mundo. In mundo est enim esse, concupiscentiis mundanorum inuolui. *Ioan.* 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod scum erat diligeret. Nunc autem quia de mundo non estis, propterea odit uos mundus. Et ideo Christi dilectione indigebant.

In finem dilexit eos] In finem perseverantiæ in dilectione, ut dicit *Chry.* In finem consummationis in dilectione, & in finem operis in dilectione, & in finem perfectionis in dilectione. & in finem doni dati ex dilectione. De fine perseverantiæ est, quod usque ad mortem non interrupit dilectionem: & mors dilectionem non terminauit, sed in æternum dilectionem continuauit. *Can.* 8. Fortis ut mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. Lampades eius lampades ignis atque flammularum. Aquæ multæ, hoc est, inundationes passionum non potuerunt extinguere charitatem Dei. In finem autem consummationis in dilectione dilexit: quia ad summum charitatis dilexit. *Psal.* 118. Omnis consummationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis. Omnis enim consummatio factorum finita est. Spiritus autem

autem charitatis Christi nimis est latus: quia finem non habet. *Ioan.* 3. Non enim dat Deus ad mensuram spiritum. In finem autem operis in dilectione facti dilexit: quia opus maius esse non couit. Et in finem perfectionis suæ, quod pro amicis ad salutis effectum, & pro amicitia ad salutis sufficientiam mortuus fuerit. De primo dicitur *Ioan.* 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. De secundo dicitur *Ro.* 5. Coramendat autem Deus suam charitatem in nobis: quoniam cum adhuc inimici Dei essemus, Deus pro nobis mortuus est. De fine autem doni dati ex dilectione est, quod dedit sui corporis & sanguinis Sacramentum. *Can.* 5. Concedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Sic ergo in finem dilexit suos. Unde *Gregorius.* O ineffabilis circa nos tuæ charitatis dilectio, ut seruum redimeres Filium tradidisti. *Rom.* 8. Etiam proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Et cœna facta (cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes:) sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.

Hic iam incipit pars secunda. Ponit autem hic factum ex quo format doctrinam. Habet autem duas partes, in quarum prima dicit ad factum humilitatis Christi preparationem: in secunda autem in facto Christi describit humilitatem *Ibi* [Surgit à cœna] Adhuc in preparatione sunt quatuor: cœnæ, scilicet typicæ perfectio, Iudæ ad tradendum Dominum à diabolo perfecta tentatio, omnium à Deo Patre Christo facta traditio, Filij ad Patrem per opus redemptionis traditio. Dicit ergo [Et cœna facta] non quidem corporis & sanguinis Domini, sed ueteris testamenti cœnæ, quæ fuit in oblatione & comestione agni typici. Causa autem fuit quod prius agnum cum Discipulis comedit antequam laueret eos: quia agnus ille cum non esset nisi figuralis, non exigebat lotionem. Corpus autem dominicum non datur, nisi prius lotis lotura expiationis. *Ista.* 52. Mundamini qui fertis uasa Domini: quoniam non in tumultu exhibitis, &c. *Ista.* 1. Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum uestrarum ab oculis uestris. Hæc ergo cœna agni typici peracta & facta: quia cœna est uirgine comestio post quam non est alia, statim inchoauit nouam legem. *Leuit.* 25. Usque ad noua comeditis uetera: nonis uero superuenientibus proiectis uetera.

Cum diabolus] Secundum est in quo notatur perfectio traditionis per completam malitiam esse apud proditorem. Et hoc est quod dicitur: Cum diabolus, author omnis peruersitatis [iam] in cœna: quia etiam beneficium exhibitionis cœnæ, & concensationis cum Christo, non reuocauit eum à malitia: sicut dicit *Christostomus.* *Psal.* 40. Homo pacis meæ qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Cum ergo diabolus sic sua tentatione [misisset in cor] non ita quod aliquid à se ipso creatum iniecerit: sed sic quia de suo per suggestionem immisit sic, ut in-

tenderet cogitationem quæ intus erat. Fecit quod dicitur in *Psal.* 77. Immissiones per Angelos malos. Et ideo dicit: In cor & non in corde: quia non in corde erat creans, sed citra cor, insidiando circumuolans, & suadendo blandiens: ut dicit *Gregorius*: ut suam perficeret uoluntatem. *Matth.* 13. Inimicus homo hoc fecit, scilicet, quod superfeminauit zizania bono semini, quod Christus sepe in corde Iudæ feminauit. Inimicus autem homo dicitur diabolus: quia sepe tentando ad humana se conformat ut decipiat. *Matth.* 5. Cur tentauit satanas cor tuum: hoc est, tentando decipit [ut traderet eum] Christum Iudæis. 2. *Martha.* 5. Qui legum & patris erat proditor [Iudas Simonis] filius, Pater enim eius Simon dicebatur [Iscariotes] hoc est, talis ciuitatis ciuis, quæ memoria mortis, ut in ante habitis diximus, interpretatur. *Luc.* 6. Elegit Iudam Iscariotem qui fuit proditor. Sic ergo perfecto animo prodendi in proditore.

Sciens] non Iudas, sed [Iesus quia omnia dedit ei Pater in manus] hoc est in potestatem. Potuit declinare proditorem si uoluisset, uel Apostolis manifestare corrigendum, uel etiam interficendum: sed noluit ut ostenderet propria uoluntate se pati, & non paratum esse ad uisionem uel sui defensionem, sed potius ad sui uoluntatem uel beneficij exhibitionem & obsequium: ut per humilitatem reuocaret obsequij, si uellet: si autem nollet, non cogereetur. *Rom.* 12. Non uos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi uindictam, & ego retribuam. Hæc ergo de causa dicit [sciens] ut Deus. *Iob.* 10. Hoc cælas in corde tuo: scio tamen quod uinctorum memineris [quia omnia dedit ei Pater in manus] hoc est, in potestatem. *Ioan.* 3. Pater diligit Filium, & dedit ei omnia in manus. *Matth.* uirgine. Dara est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Esai.* 13. In ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit resistere uoluntati tue.

Et quia] hoc est, sciens etiam Iesus [quia à Deo exiuit] ueniens in mundum, uel per æternam generationem. *Ioan.* 8. Ego ex Deo processi & ueni in mundum. Item 3. Scimus quia à Deo uenisti magister [& ad eum uadit] omnia quæ per opus redemptionis acquisiuit Patri. *reducens.* *Ioan.* 16. Vado ad eum qui misit me. Item *Ibidem.* Exiui à Patre & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Et est sensus. Cum omnium esset potens, & sciret quia in humilitate uenit, & in humilitate humana formam uiuendi dedit: uoluit etiam in finem non potenter malo proditoris resistere, nec horam in qua impleturus erat sacramentum passionis effugere, sed suis successibus patientiæ & humilitatis exemplum relinquere. Et ideo omnia præfatus & potens.

Surgit à cœna: & ponit uerimenta sua: & cum accepisset lintecum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim.

Et dicit quatuor, scilicet, surrectionem ad obsequij humilitatem, impediendum à se remotio-

inchoationem. De primo dicit [Surgit] vt seruire esset paratus. Ille enim qui formam serui acceperat, modo humilium actum serui exhibuit. *Phil.* 2. Humiliauit semetipsum formam serui accepit. *Mat.* 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde [Surgit] autem ad transeundum: quia agnus typicus a stantibus comedebatur. Et sic docuit suos paratos esse ad transeundum. *Psal.* 126. Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Panis enim doloris, est cæna passionis. *Isa.* 21. Comedentes & bibentes surgite principes. Sic ergo [surgit] a cæna] agni typici, sicut diximus, signans quod de hac cæna non est amplius gustandum. *Mat.* 26. Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque dum bibam illud in regno Patris mei, hoc est, in Sacramento Ecclesiæ. Hoc est ergo quod dicit.

Et ponit vestimenta sua] Ecce impedimento- rum ablatio, quæ impediebant obsequij diligentiam. Vnde ministrantes præcingi dicuntur. *Luc.* 12. Præcinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis. Hæc tamen positio vestimentorum signat Synagogæ qua aliquando vestitus fuit depositionem. Illa enim aliquando in patribus & Prophetis fuit decoris sui vestimentum: modo autem in pessimis successoribus fordidit, & ab operibus suis eum impediuit: & ideo hoc vestimentum deponit.

Dicit autem *Hiera.* quod Christus quater vestimentum deposuit: sed tribus vicibus resumpsit. In cæna enim deposuit & resumpsit: illatus a mulieribus deposuit, & resumpsit: flagellatus a præfide ad columnam deposuit, & resumpsit: nundatus in cruce deposuit, & non resumpsit. Prima depositio vestium quæ citò resumpta est, significat separationem eorum qui recedentes à Christo citò redierunt: sicut Petrus qui per negationem recessit, & ad primum Christi respectum rediit: & quidam alij ex Apostolis & Discipulis, sicut Thomas. Secunda depositio significat illos qui recedentes non redeunt nisi per specialem Spiritus sancti visitationem: sicut illi qui per fidem in Pentecoste ad Christum redierunt, quando visibiliter Spiritum sanctum receperunt & ideo diutius expectauerunt. Tertia depositio & resumptio significat eos qui non nisi in fine vite suæ vel in fine mundi reuertentur. Quarta depositio & non resumptio significat eos qui nunquam reuertentur, sed in peccatis morientur. In omni autem ista depositione spiritali deponitur vestis sordida, & resumitur candida & luminosa, quæ in obsequio Christi non impedit, sed primouet & proficit ad purificationem. *Psal.* 29. Concidisti sacrum meum: & circumdedisti me læticia. Significatur autem istud *Zachar.* 3. Auferte à Iesv sacerdote magno vestimenta sordida. *Gen.* 41. Eductum Ioseph de carcere tonderunt, ac mutata veste obtulerunt eum regi.

Et cum accepisset linteum] Tangit expedientium ad obsequij assumptionem: & hæc sunt linteum, peluis, & aqua. Linteum se præcinxit. Et hoc est quod dicit: Et cum accepisset linteum [præcinxit se] *Luc.* 12. Præcinget se, & faciet illos discumbere. Linteum autem istud significat byssum candoris innocentie & iustificationis Sanctorum: quia illo abstergantur sordes vitio-

rum. *1. Reg.* 2. Samuel ministrabat ante conspectum Domini puer accinctus Ephor. linteum. *Eccle.* 19. Omni tempore sint vestimenta tua candida. *Apo.* 3. Qui vicerit, vestietur vestibus albis. *Psal.* 103. Amictus lumine sicut vestimento. Inter colores enim plus luminis habet ille qui albus vocatur. In signum huius *Ezech.* 9. dicitur quod ille qui signum crucis & passionis liberandis impressit, erat vir indutus linteum, & atramentarium scriptorum erat super renes eius.

Deinde misit aquam in peluim] expiationis sordium, quæ significat gratiam sanguinis intus expiantem. *Zech.* 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris. Vnde *Glo.* [Aquam misit] quia sanguinem in terram effudit, vt vestigia credentium mundaret. Misit autem aquam [in peluim] Peluis autem istam continens expiationis aquam effunditur: vt vestigia fidelium lauentur. Hæc est peluis quæ facta est ad vsus ablutionis Sacerdotum: sicut legitur *1. Reg.* 52. Missa ergo aqua in peluim.

Et cepit lauare pedes Discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Hic incipit ministerium humilitatis: & hoc dupliciter describitur, scilicet simpliciter, & secundum reuerentiam quam Petrus exhibuit. Simpliciter autem cum dicit [Et cepit lauare] hoc est, lotionem Discipulorum inchoauit. Et sunt hic tres opiniones, quarum vna est *hystoriarum*, qui dicit, quod inchoauit à proditore: vt primam exhibens humilitatem, à prodicione reuocaret: sed non valuit, quia confirmata in malitia eius pertinacia fuit. *Eccle.* 7. Considera opera Dei, & videbis quod nemo possit corrigere quem ille despexit. Alij dicunt quod incipit à minoribus, & peruenit vsque ad primos. Et hoc dicitur propter verbum Domini *Matth.* 20. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. *Aug.* autem dicit, quod incipit à Petro: quia maior fuit & princeps Apostolorum. Vnde *Glo.* Quis nesciat primum Apostolorum esse Petrum? Et sic ordinatur littera cum dicit [cepit] hoc ministerium humilitatis inchoando [venit] cum linteo & pelui [ad Simonem Petrum] Dicit ergo [Cepit lauare pedes Discipulorum] *Matth.* 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Sic ergo formam serui accipiens, etiam actum serui præcendit. Vnde propter nimiam humilitatem dicit *Habac.* 3. Consideraui opera tua, & expani. Quis enim non expauesceret Dominum maiestatis ad pedes pauperum seruatorum procumbere, & pedes eorum lauare? *Psal.* 80. Manus eius in cophino seruierunt: & lingua eius inter principes loquebatur sapientiam.

Et extergere linteo quo] ipse [erat præcinctus] hoc est, mundo candore quo se præcinxit, quod nihil poterat vnquam immunditie aspergi in ipsum. *Sap. septimo.* Propter suam munditiam nihil vnquam inquinatum intrabit in illum. Bene enim illum præcingi candore competebar, quia sicut dicit *Sap.* 7. Candor est læcis æterna, & speculum sine macula, & emanatio quadam Dei sincera, & imago bonitatis diuina. Hoc ei-

go linteo munditie præcinctus fuit, quo omnium Discipulorum sordes abstergeret.

Venit ergo ad Simonem Petrum, Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes: Respondit Iesvs, & dixit: Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum.

Venit ergo] ministerium inchoando: vt dicit *Augustinus* [ad Simonem Petrum] qui summus inter alios fuerat: & ideo fuit ab eo inchoandum. *Rom.* 13. Cui honorati, honorem. Dicit ergo *Dionys.* quod lex diuinitatis est, per prima media, & per vltima media reducitur. Et sic fecit Christus, incipiens à principe Apostolorum sicut *Matth.* 10. Præcepit Danieli. Sta in gradu tuo. Et sic propheticè prædixit *Psal.* 47. Distribuit domos eius, &c. Sic fratres Ioseph sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenitum suum *Gen.* 43. Et sic hic tangitur specialiter reuerentia Petri ad Dominum, pedes lauantes. Et tanguntur in hoc duo, scilicet, reuerentia Petri, & obedientia. Reuerentia habet duos paragephos: vnum quidem de Petri reuerentia: secundum autem de dispensationis instructione. Dicit ergo.

Et dicit ei Petrus] ex reuerentia & pauescens deitatem & maiestatem [Domine tu mihi lauas pedes?] Ac si dicat. Tu maiestatis Dominus cæli & terre, Dominus in omnibus, qui leproso mundasti, cæcos illuminasti, & omnia genera morborum & mortis curasti. Tu, inquam, talis ac tantus mihi misero pauperulo humili piscatori lauas pedes: quod sordiditas & infirmitas in corpore meo est membrum: Ac si dicat. *Matth.* 12. Exterius sum & tremebundus. Sic *Moyse.* *Exod.* 3. prope timuit accedere vbi Dominus apparuit. Quomodo ego sustinebo vt mihi pedes lauet Dominus maiestatis? *Psal.* 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Non haecenus procubuit ante nos, vt pedes lauaret Dei Filius. Dicitur est *Moyse.* Ne appropies huic, sed solus calcamenta pecualis pedis: quia locus etiam propinquus Domino, terra sancta est. Et quomodo sustinebo quod procumbens appropinquat mihi Dominus in lotionem pedum, & infimum obsequij humani officij mihi exhibeat? Hoc est ergo quod interrogando dicit [Domine tu mihi lauas pedes?] Dixit patriarcha: Quam terribilis est locus iste, vbi Dominus apparuit! & non terrebatur pulvis, ante cuius pedes procumbit cæli & terre Dominus & Deus?

Respondit Iesvs, & dixit ei] sicut illuminator dispensationis, quam exhibens, formam humilitatis assumpsit & officium [Quod ego facio] in forma humilitatis quam exhibeo, & purificationem quam impendo [tu nescis modo] quam scilicet necessarium est vobis humilitatis exemplum: quia post totum illud, adhuc cum lucifero superbiunt, qui vicarii & successores Christi existunt. Aliter enim non potuit nostre superbie timor curari nisi per maximam humilitatem Redemptoris. *Matth.* 11. Discite à me: quia mitis sum & humilis corde. Hic est ludus quo David manu fortis, & aspectu considerabilis, deposito vestimento, in ephod linteo infra ante arcam 2.

Reg. 6. Ludam & vilior hanc plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis [Scies autem postea] quando spiritum acceperis illuminationis.

Sed obijciunt in contrarium quod dicitur *Matth.* 14. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis. Dicendum, quod hoc verum est tempore debito, quo per cæteris acceperunt spiritum illuminationis. Et hoc signatum est *Matth.* 12. Cum dixit Angelus Gabriel: Vade Daniel vsque ad præfinitum tempus: clausi enim signatiq; sunt sermones. Præfinito à Deo tempore omnia hæc Discipulis & non alijs sunt reuelata. Sicut enim primus homo per superbiam cecidit, & omnis posteritas in ipso. *Psal.* 35. Non veniat tibi pes superbia, & manus peccatoris non moueat te: tibi ceci derunt qui operantur iniquitatem: ita oportuit quod per humilitatem secundi parentis resurgeret genus humanum. *1. Cor.* 4. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Et hoc scitur postea Petrus, quando cognouit humilitatem Crucifixi.

Dicit ei Petrus] non ex obstinatione, sed ex humillima reuerentia quam habuit ad Christum, tamen aliquantulum indiscreta [Non lauabis mihi pedes in æternum] Hoc quidem dixit Petrus, sicut dicitur *Luc.* 9. nesciens quid diceret. Non enim adhuc scivit, quod qui non lauatur à Christo, illotus & immundus permanet: & solus ille mundatur, cuius pedes anime: hoc est, intellectus & affectus mundantur. *Psal.* 30. Lauabis me, & super cinerem dealabor. Oportet enim intellectum lauari ab errore, & affectum ab illicito amore & à peccato. Nullus enim lotor est hoc in pedum nisi Christus. Vnde *1. Cor.* 9. Si lotus fuerit sicut aqua cinis, & succinxerit quasi modicissimam manam: tamen sordibus attinget tris, & abominabuntur hoc vestimentum meum. Nulla enim purificatio est sacrificiorum vel factuum: nec veteris testamenti (quæ tamen de cælo descendunt) neque purificatio vitæ: quæ vestium, naturalium sive carnalium, quæ hominem expurgant: nisi expiatio fidei Christi sit adiuncta. Vnde & hoc Dominus sinit: sedens.

Respondit ei Iesvs: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes, sed & manus & caput. Dicit ei Iesvs: Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.

Respondit ei Iesvs] purificationem gratiæ quæ per Christum facta est præsignans. *1. Cor.* 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est [Si non lauero te] quod iam præsigno in pedum lotionem. Et dicuntur tris: dandum non lotum, Petri ad lotionem desiderium, & sufficientis lotionis esse ius. Dicit ergo [Si non lauero te] in pedibus affectum. *Zach.* 13. Exit fons patris domui Iacob in iherosolima: & abluentur in eo. *1. Cor.* 13. Non habebis partem mecum] hoc est, in sorte beatitudinis quam acquiris per opus redemptionis, quam sortem sine partem non nisi loti & mundi mecum poterunt obtinere. *1. Cor.* 13. Lauabis

bit aqua ea quæ pura sunt, & munda erunt. *N. m.* 19. Qui aqua expiationis non fuerit aspersus, immundus erit. Et manebit spurcitia eius super eum. Et ideo partem non habebit mecum. Hæc enim ablutio significat abluionem factam per aquam quæ exiit cum sanguine de latere Christi, quæ lauit omnes sufficienter à conscientia mala. *Heb.* 10. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, & teneamus fidei & spei nostræ confessionem indeclinabilem.

Dicit ei Simon Petrus] qui modo, sicut dicit *Glo.* territus de periculo salutis, didicit esse Simon, id est, obediens. Concussa enim petra solida de tanto periculo] Domine, Non tantum pedes meos] hoc est, affectus & extrema mea, quæ tactu terre sordibus inquinantur] sed & manus] hoc est, opera mea quæ iam in discussione tua sunt posita : & timeo quamuis me de his non redarguat conscientia] & caput] hoc est, mentis cogitationes quas etiam timeo incipio. *Iob.* 9. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. *Iob.* 4. Nunquid homo comparatus Deo iustificabitur ? Unde licet Petrus excederet obediendo plusquam argentum : tamen non peccavit in verbo, sciens quod omnis homo purificatione affectuum & operum & intentionum indigeret.

Dicit ei Iesus] etiam de hoc facto dans illuminationem] Qui lotus est] Hic *Chrys.* accipit argumentum, quod Discipuli ante hoc fuerunt baptizati, quamuis non legatur ubi baptizati fuerunt : aliter (ut dicit) loci non dicerentur. In hac autem lotionem baptismi conspiciuntur homo Christo ut expietur. *Rom.* 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Lotus ergo sic per baptismum] non indiget nisi ut pedes lauet] hoc est, extrema vite istius quibus terram attingit propter sordes quasdam venialium adherentes. *Thren.* 1. Sordes eius in pedibus eius, hoc est, in intellectu & affectu. Disponendo enim hæc terrena, intellectus sordidatur per cogitationem, & affectus per amorem temporalium. *1. Reg.* 21. Via hæc polluta est : sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis, hoc est, mundabitur post baptismum vestrum. Ergo non indiget aliquis nisi ut crebra ablutione confessionis & lacrymarum emundet pedes affectuum de terrena contagione terrenorum in cogitatu & amore] Sed est mundus totus] *2. Tim.* 1. Siquis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & utile Domino ad omne opus bonum paratum.

Et vos mundi estis, sed non omnes : sciebat enim quisnam esset qui traderet eum : propterea dixit : Non estis mundi omnes.

Post instructionem Petri conuertit sermonem ad omnium instructionem : quia omnes lauando pertransiit. Et ideo dixerunt quidam quod in lotionem pedum vitam fuit Petrus : quia statim post Petrum omnes alloqui incipit. Et dicunt hi quod proditor primus fuerit, qui ut superbus & temerarius prius se ad hoc opus exhibuit, & quia etiam do inferiori gradu fuit. Dicit ergo] Et vos mundi estis] quia à me mundati. *1. Cor.* 6. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine

Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri] sed non omnes] *Ioa.* 6. Nonne ego duodecim vos elegi : & vnus ex vobis diabolus est ? Et virtute quidem legationis monet profitemi qui conscius erat sibi : & tamen non expressit prodidit. Et tamen per hoc totum non reuocatur malitia. Et est quod subdit Evangelista] Sciebat enim] ut Deus] quisnam esset qui traderet eum] Omnia enim sciuit antequam fierent. *Ioa.* 8. Sciens Iesus v s omnia quæ ventura erant super eum] Propterea dixit : non estis mundi omnes]

Videtur autem contrarium huius quod dicitur *Ioa.* 6. Facti sumus ut immundus omnes nos, quasi pannus menstruatus vniuersæ iustitiæ nostræ. Et *ibidem.* Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. *1. Ioa.* 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c. *3. Reg.* 8. Non est homo qui peccet. Ad hoc dicendum, quod intelligitur de immunditia originali & mortali. Sed auctoritates inductæ de venialibus intelliguntur. Et illæ sunt sordes pedum, quas hic lauat Christus : quia nemo diu mundus manet ab illis, & oportet illa continuo mundare. *Mat.* 3. Sedebit constans & emundans argentum : & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Tamen Iudas inter istos fuit sicut malum corruptens : quod etiam erat exterminandum ab eis, sicut sordidus pedum, hoc est, pedibus concalcanda & eicienda. *1. Cor.* 5. Auferte malum ex vobismetipsis. Et *ibidem.* Expurgate veteris fermentum : ut sitis noua conspersio sicut estis azymi. *Iob.* 1. Cum veniret filii dei ut assisterent coram Domino] affuit inter eos etiam Satan. Sicut *Zach.* 3. Ad dextram Iesu magni sacerdotis stabat Satan ut aduersaretur ei. Et forte ista literalis est causa quare lauit pedes Discipulorum ut nihil illis adhereret de Iudæ prodicione & auaritia.

Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua : & cum recubisset, iterum dixit eis : Scitis quid fecerim vobis ? Vos vocatis me, Magister & Domine : & bene dicitis : sum etenim. Si ergo laui pedes vestros, Dominus & Magister : & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Hic post exemplum humilitatis ponit instructionem, ab exemplo acceptam. Et diuiditur hæc pars in duas partes. In prima prouocat ad imitandum, persuadens imitationem à minori. In secunda autem rationem confirmat per similia quedam inducta, & per considerationem premij, & per proditoris derelictionem. Dicit ergo] Postquam lauit pedes eorum] quod ad humilitatem pertinebat obsequij, & ad purificationem cænz corporis sui : de qua lotionem sponsa gloriatur *Can.* 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos ?] & accepit vestimenta sua] *Ioa.* 6. Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me. Quia lætitia est in resurrectione suorum, quos peccatis eorum exigentibus deposuerat.

Et

Et cum recubisset, iterum] ut à quieto doctrina imitationis procedere videretur. *Gen.* 1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum : hoc est, odorem amoris & humilitatis. Iterum autem dicitur discubuisse : quia tunc discubuit ad cænam corporis sui, ad quam Discipulos per lotionem expiationis preparauit] dixit eis] instruens ad imitationem humilitatis] Scitis quid fecerim vobis ?] hoc est, quantum humilitatem exhibuerim vobis : *Phil.* 2. Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu] scitis] ergo : quia scire & aduertere debetis. *1. Cor.* 2. Accepimus spiritum qui est ex Deo : ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis] Vos vocatis me] Tangit sui ad Discipulos magnitudinem tam in sapientia quam in potestate. De sapientia dicit sic] vos vocatis me Magister] propter sapientiam excellentiam. *Col.* 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientie & scientie Dei absconditi. *Ioa.* 3. Scimus quia à Deo venisti Magister. *Mat.* 22. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c. *Mat.* 17. Cæli & terre cum sit Dominus. *Esai.* 13. Dominus vniuersorum tu es. *Mat.* 23. Vnus est Magister vester qui in caelis est] & Domine] quantum ad potestatem. *Deu.* 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. *Apoc.* 19. Habet in vestimento & femore suo scriptum : Rex regum, & Dominus dominantium] & bene dicitis] hoc est, reuerenter & vere dicitis] Sum etenim] Magister & Dominus. Et de Magistro quidem dicitur *Ioa.* 50. Aperuit mihi aurem ut audiam eum tanquam Magistrum. De Domino autem dicit *Ioa.* 20. Dominus meus, & Deus meus.

Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & Magister] quod minus erat debitum. *Luc.* 22. Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat.] Et vos] Discipuli & serui qui vicem habetis Domini & Magistri, Prælati scilicet] debetis] huius exemplo prouocari] alter] conferuus] alterius] conferui] lauare pedes] & ad omne obsequium humilitatis. *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. *1. Pet.* 5. Deus superbis resistit : humilibus autem largitur gratiam. *Rom.* 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Exemplum enim dedi vobis] Prouocat per rationem exempli. Exemplum enim proponitur ad imitandum. *Ex.* 25. Omnis factio secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. *Gen.* 3. Pone me sicut signaculum super cor tuum, &c. hoc est, sicut signum exempli, ad quod diriget intentiones cordis, & viam brachij tui in opere tuo. *Heb.* 11. Aspicentes in auctoritate fidei & confirmatores] *Ier.* 17. Ad ipsum eam sicut ad exemplum semper est respiciendum. *Cor.* 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christus] ut quemadmodum ego feci vobis] humilitate me sub vobis] ita & vos] inferretis me exidentes] faciatis] vobis imitem. *Mat.* 1. Corpore Iesus facte & docete. *Ioa.* 21. Vbi ego sum illi sit & minister meus. *Heb.* 3. Fratres, facti vocacionis celestis participes] considerate : Apostolum & pontificem confessionis vestre] Iesus. Ille enim nobis proponitur in humilitatis exemplum.

Amen amen dico vobis, non est seruus

maior Domino suo, neque Apostolus maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

Hic inductam humilitatis rationem confirmat similitudinibus congruis, & ponit duas : à duabus comparationibus sumptas : Maioris scilicet ad minorem, & serui ad Dominum. De prima dicit] Amen amen dico vobis] Dupliciter confirmat : quia & diuina & humane rationis sermone] Non est seruus] creatus & empirus. *2. Pet.* 115. Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ] maior Domino suo] *Luc.* 22. Quis maior est] qui recumbit aut qui ministrat ? Nonne qui recumbit ? Hic est vnus per quod terra commouetur si aliquid contingat. *Prov.* 30. Per tria mouetur terra : per seruum cum regnauerit, per ancillam cum fuerit coheres domine, per iustum cum saturatus fuerit cibo] neque Apostolus] hoc est, nuntius] maior eo qui misit illum] cum ipse est nuntius. Et est secunda comparatio à qua trahit similitudinem. *Mat.* 10. Elegit duodecim, quos & Apostolos nominauit. *1. Cor.* 5. Pro Christo loquatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Et ideo sicut ego Dominus Magister & Minister, humiliati me : & vos humiliati debetis.

Si hæc scitis] quia hæc in me vidistis. Et] si scitis ea] in imitationis effectu] beati eritis si feceritis ea] Et imitat hic à consideratione premij. *Luc.* 1. Siquis persequerit in lege perfecta libertatis, & manserit in ea non auditor oblationis factus, sed factor operis : hic beatus in factu suo erit. *Mat.* 7. Omnis qui audit verba mea, & facit eas] similis viro sapienti qui ædificauit domum suam supra petram.

Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim.

Hic inducit proditoris derelictionem : ut ex consideratione periculi, moueat ad humilitatem contra presumptionem. Et hoc quidem necessarium erat : quia sicut dicitur *Luc.* 22. Inuenerat cogitatio in cordibus eorum esse maior. Et ideo etiam in *Luc.* 22. Similia his quæ hic dicitur, inducit ad humilitatem exhortans. Cetera hoc autem dicit tria, in quorum primo ostendit bonorum electionem : in secundo proditoris perditionem derelictionem : in tertio autem licet dicitur] quos ad humilitatem mouet] auctoritatem. Dicit ergo. Non de vobis omnibus dico] scilicet quod hæc factum sua ad mercedem etiam beatitudinis. *Mat.* 20. Multi sunt vocati pauci vero electi. *1. Cor.* 9. Non omnes qui ex Iesu sum, hi sunt Iesuiste : neque qui ex Abraham sunt Abraham, hi sunt Abraham filij] ego scio quos elegerim] Scio inquit prescientia eterna, quæ scitur malum peccatorum ante eterna, quod intentionem maliciorum sua culpa non consequatur : sicut Iudæus Iesus in rebus male esset, sciret de ea quæ deo radio constituta ad formatum luminis, & etiam ea quæ deum, ita quod formatum luminis non consequatur. Illud autem Iudæus deficientis, ab ipse quod iniquus vel cauter ipse. *Rom.* 8. Quos prescient & predestinatis conformes fieri imaginis filij sui, hos & vocauit.

Contra hoc obijciunt quod *Ioa.* 6. dicitur. Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est ? Ergo Iudas tuus alius est electus.

Ad

Ad hoc dicendum, quod est electio ad dignitatem, & hæc est humana: & est electio ad gratiam finalem, quæ, sicut dicit *Aug.* est separatio finalis à massa perditionis: & hæc est diuina: quia solus Deus scit quis finaliter à massa perditionis sit separandus. Prima ergo electione electus est Iudas secundum præsentem iustitiam: ut instruat quod homo in tali electione ad præsentem iustitiam debet respicere. Secunda autem electione est reprobatus: ut ostenderet quod homo de præsentis iustitia non debet presumere. *Rom. 11.* Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non peperit: ne forte nec tibi parcat.

Sed ut adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. A modo dico vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum.

Ostendit proditoris præsentem reprobationem ab æterno, & à Christo: ab æterno, quia per prophetiam, Propheta enim ante prædixit: à Christo autem, quia eam Christus antequam fieret clare prænuñtavit. De primo dicit [Sed ut impleatur Scriptura] Ut, consecutionem, & non causam notat quod dicit: sicut in ante habitis determinatum est [impleatur] per effectum. Signum enim vanum est, quando non respondet ei signatum. *Tob. vlti.* Non excidit verbum Domini. *Matth. 5.* Iota vnum aut vnum apex, &c. [qui manducat meum panem] Panis enim ille antonomastice suus est qui est corpus eius. Et illi sicut dicit *Aug.* Iudas cum alijs Discipulis vsque ad sumptionem Sacramenti manducauit. Et tanto beneficio charitatis ingratus [leuauit] machinando calcem ut fortiter conculcetur: & hoc est [calcaneum suum] quod priuata malitia suam fecit contra me] hoc est, in vitæ meæ detrimentum. Hanc enim literam *Psal. 40.* habet: vbi nos habemus. Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationes. Supplantare enim est conculcare. Quamuis enim Christus pateretur ut victima Dei, & oblatum pro nobis munus: tamen Iudas parauit totum Christi nomen in contemptum & obliuionem per suam ducere prodicionem. *1. Reg. 2.* Quare calcem abieciisti victimam meam, & munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo meo: *Dom. 7.* Bestia terribilis atque mirabilis, & fortis nimis: dentes habebat ferreos magnos, comedens atque committens, & reliqua pedibus suis conculcans. Hæc enim bestia Iudam significat, qui sacramentum sumendo comedit panem Domini qui furando comminuit facultates Domini, qui, peccato traditionis intendit conculcate vitam & nomen Domini.

A modo dico vobis priusquam fiat] hoc est, ex nunc prænuñtio vobis, antequam compleatur: quia ego ut Deus præscio istud. *Isa. 46.* Annuntians ab exordio nouissimum, ab initio quæ nondum sunt facta dicens *Ioan. 14.* Et nunc dixi vobis priusquam fiat [ut cum factum fuerit credatis] *Isa. 48.* Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea. Hoc est [quia ego sum] Qui vere sum, solus habens immortalitatem, & lucem inhabitans inaccessibilem. Quia licet iste me prodat ad mortem carnis: non

auferet permanentiam deitatis. Et licet in occulto molietur prodicionem: tamen latere non potest lucem inaccessibilem. Sicut dicitur *1. Tim. vlti. Isa. 45.* Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso.

Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui misit me.

Tangit auctoritatem electorum successorum suorum, & tangit præmium in eis qui suscipiunt. De primo dicit [Qui accipit si quem misero, me accipit] dicit beneficio hospitalitatis, & obedientie mandato, & reuerentiæ exhibitione. De primo dicit *Gal. vi.* Communicez is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. De secundo *Luc. 10.* Qui vos audit, me audit. De tertio *Heb. 13.* Obedite præpositis vestris. Et hoc est quod sequitur [me accipit] *Matth. 23.* Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit] qui Pater est in eo, substantia & virtute & opere. Et ipsa persona Parris (quia Pater est) cognoscitur in Filio: quia intellectus vnus relationum est in altero. *Matth. 10.* Qui vos recipit, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui misit me. *Luc. 10.* Qui vos spernit, me spernit. *Matth. 10.* Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Sic ergo ad humilitatem sollicitauit quos suæ potestatis successores reliquit.

Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem Discipuli, hæsitantes de quo diceret.

Hic instruit Discipulos ad charitatem. Et hoc totum factum est in secunda cæna corporis sui, quando corpus suum Discipulis tradidit, & celebrandum ab eis sacramentum præcepit, & instituit sicut patuit *Matth. 26.* & *Luc. 22.* Hoc autem semiplene hic dicitur: quia sciuit Euangelista, quod in alijs hoc perfecte describitur. Diuiditur autem hæc pars in tres partes, in quarum prima describitur scelus proditoris, contra charitatem agentis: in secunda describit claritatem corporis mystici ex dulcedine charitatis diligibilis *Ibi* [Cum ergo exisset dixit Iesus] In tertia ponit institutionem charitatis *Ibi* [Filii mei adhuc modicum vobiscum sum] In prima harum dicit tria, scilicet, turbationis quæ ex facto proditoris futura erat prodicionem, Discipulorum ex protestatione factam hæsitacionem, & proditoris quandam admonitoriam reuelacionem. In primo horum duo sunt: turbatio, & protestatio. Turbationem exprimit & in se, & in modo. In se exprimit eam, dicens.

Cum hæc dixisset] de institutione Discipulorum ad humilitatem [turbatus est] ut ostenderet se verum hominem, in quem caderet turbatio propassionis: ut in ante habito capitulo est notatum & determinatum. Maxime ex penitentia traditoris qui interim mortem eius machinabatur.

Psal. 6. Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde [spiritu] per hoc tangit modum: quia ipse spiritu suo in se fecit istam propassionis turbationem: quia nihil in eo fuit quod non esset electum & ordinatum rationabili voluntate. Et ideo *Gen. 7.* significatus est per arcam, in qua (ut dicit) omnia animalia, hoc est, animales motus pacati fuerunt. *Job 5.* Bestiæ terræ erunt tibi pacificæ, hoc est, bestiales motus, qui in alijs pugnant contra Christum. O Christe tibi in corpore tuo erant pacificæ, & omnino spiritui obedientes. Et *Ibidem.* Et scies quod pacatum est habitaculum suum. Sic ergo turbatus est spiritu ex Iudæ præsentia. Vnde *Gl.* Exemplum præbuit ut condolentes alijs turbemur: quia miseris Iudæ compatiens fuit.

Et protestatus est, & dixit [admonitorie, volens miserum à scelere reuocare] Amen amen dico vobis [Dupliciter confirmat: quia non tantum ex præsentia: sed ex signis traditionis iam traditor in malitia confortabatur, & crescebat in pertinacia peruersitatis [quia vnus] exceptæ ab alijs malitiæ [ex vobis] non merito sed numero. *Matth. 26.* Vnus ex vobis me traditurus est in ista nocte. *Matth. 14.* Amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecum. *Psal. 54.* Qui simul mecum dulces capiebas cibos, &c. Per hoc tamen non prodidit: quia omnes secum in eadem mensa comederunt: sed voluit ut Iudam sceleris sui conscientia induceret: quia latere nihil posset eum, qui occulta cordis sui protestari posset: & sic Deum tradere pertimeret. Consciens enim ipse sibi de se putare deberet omnia dici.

Aspiciebant ergo adinuicem Discipuli] Tangit de verbo Domini inter innocentes orram hæsitacionem. Et hoc est [Aspiciebant ergo] quasi nouo stupore percussi [adinuicem Discipuli] ut quisque disceret ab alio scelus, de quo sibi non erat conscius. Ac si diceret quilibet illud *1. Cor. 4.* Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Quia plus credo verbo filij Dei de me quam mihi ipsi. Et hoc est [hæsitantes] siue dubitantes [de quo diceret] Dubitatio enim timor cordis fuit: quia sermonem Christi verum esse non dubitabant: quem enim semper veritate firmatum inuenerant. Et ab alia parte innocentes conscientia de crimine non redarguebat. Vnde *Matth. 26.* Contristati valde ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine? Et hoc quidem primo dixerunt: ita & quod Iudas quærens dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Et respondit Dominus: Tu dixisti. Per quod etiam Dominus eum non prodidit: quamuis ille ut proteruus quæsierat. Dicendo enim. Tu dixisti: commune est. Nec per hoc tangitur nisi ille qui sibi conscius est de crimine. Post interrogaciones autem singulorum facta sunt quæ hic dicuntur.

Erat ergo recumbens vnus ex Discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est?

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Tangitur hic admonitio, & communis per quam non notabilis, nisi apud semetipsum efficeretur reuelatio proditoris. Et dicitur hic tria, scilicet, signum admonitiuæ reuelacionis, augmentum malitiæ proditoris *Ibi* [Et post buccellam] & tempus excacationi suæ congruum *Ibi* [Cum ergo accepisset ille buccellam. In prima harum partium dicuntur quatuor, scilicet, descriptio eius cui fit reuelatio, quæstio facta ad illum Simonis Petri, & signum reuelacionis huius secreti. Dicit ergo [Erat autem recumbens] hoc est, reclinarus [vnus] vnice inter alios sermonibus istis territus, & seipsum sustinere non valens, eo quod terrore erat resolutus [ex Discipulis eius] qui disciplinam charitatis, & mansuetudinis, & humilitatis Christi perfecte fuerat imitatus [in sinu Iesu] sicut innixus super eum quem dilexit. *Heb. 5.* Domine audini auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expaui. Et hæc est literalis expositio. Tamen moraliter notantur hic quatuor cause huius recubitus in sinu Domini ne temeritati Ioannis ascribatur: quatum vna est terror verbi dominici, secunda est delicatio cibi assumpti, & tertia affectus amoris præcipui, quarta excessus contemplationis verbi Domini. De prima causa iam ante dictam est. *Psal. 54.* Timor & tremor venerunt super me, & contremuerunt me tenebræ. De secunda causa est: quia cibus dulcis generat somnum suauem, & somnus reclinacionem siue recubium inducit: & sic infusus intus dulcedine sacramenti, recubuit in pectore Domini. *Psal. 4.* In pace in idipsum dormiam, &c. *Can. 5.* Ego dormio, & cor meum vigilat. De tertia causa dicitur *Can. 8.* Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? De quarta causa dicitur *Dom. 10.* Domine in visione tua solute sunt compages meæ: & nihil in me mansit vitium. Et terrori quidem ascribitur destitutio: cibo autem quies, amor recubitus, & contemplationi sinus. Vnde *Aug.* Ab ipso sacro dominici pectoris fonte potauit Euangelij fluentia. Et hoc quod dicit [quem diligebat Iesus] in principio huius libri quatuor sunt assignatæ cause quare hunc Discipulum diligebat Iesus. Et *Ibidem* determinatur qualiter Christus Iesus Dominus noster, vnus plus, & alterum minus diligit: nec oportet quod ista repetantur. *1. Reg. 1.* Frater mi Ionatha decor nimis, & amabilis valde. *Can. 8.* Fortis ut mors dilectio] Innuit ergo huic] hoc est, Ioanni [Simon Petrus] Probabile est hos duos inter alios fuisse plus familiares: & ideo innuisse sepe inuicem, & consilisse de secretis. *Ioan. 21.* Conuersus Petrus vidit Discipulum quem diligebat Iesus: qui & recubuit in cæna supra pectus eius: & dixit ei. Domine quis est qui tradet te? [Et dicit ei: Quis est de quo dicit?] Sed queritur, Quare Petrus per seipsum non quæsiuit? Ad quod dicendum secundum *Chrysostrum*, quod bene fuit apud Dominum tanta familiaritatis sicut Ioannes: sed tamen Christus hoc ab eo celauit: quia tanti zeli fuit Petrus pro Domino, quod si proditorem discrete cognouisset, pro eoque ante prodicionem interfecisset eum. Sed hoc noluit Dominus, ne dispensatio diuini consilij impeditur. *Ro. 12.* Date locum istæ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ergo retribuam] Itaque cum recubisset ille] *Ioan. supra pectus Domini]* *Job 13.*

Per somnum in visione nocturna quando irruit. sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures vitorum & erudiens eos instruit disciplina [Dicit ei] ausu familiari [Domine quis est?] *Psal.* 118. Domine reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Ita incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Respondit IESVS: Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis, Iscariotæ.

Hic tangitur reuelationis signum. In hoc autem signo duo dicuntur, scilicet, signum, & per opus eius quid signum designat designatio. Dicit ergo [Ille est cui intinctum panem porrexero] Sunt autem hic duæ opiniones. Vna dicit quod intinctus panis fuit corpus Christi intinctum in sanguine. Vnde *Augustinus*, in originali *super locum istum*. Quid miraris si Iudæ datus est panis Christi per quem mancipatur diabolo cum videas e contrario Paulum datum Angelo diaboli, per quem perficitur in Christo? Ita & bono malo profuit, & malo bonum offuit. Sed corripitur qui non diiudicat corpus Christi: quo modo damnatus est, qui ad eius mensam fingens se amicum, inimicum accedit. Si reprehensione tangitur negligentia conuiuianis, qua peena percussitur venditor veritatis? In *Glo.* tamen hic quæ *Aug.* imponitur, dicitur quod panis intinctus non fuit corpus Christi: sed ante tamen cum alijs sumptis corpus Christi, & post etiam sumpsit buccellam qua designatus est Iohanni. Et ideo non dicunt verum qui dicunt Iudam corpus Domini non sumpsisse: quia secundum ambas istas opiniones sumpsit corpus Domini. *Magister autem in lectulo* dicit, quod quia Iudæ in detrimentum suæ salutis panis intinctus porrigebatur: ideo hostia corporis Domini Christi sanguine intincta nulli exhibetur. *Glo.* Panis intinctus significat Iudæ fictionem: quia fictus amicus venit ad cenam. Quæ enim tinguntur non mundantur, sed inficiuntur. Si autem aliquod bonum significat fictio, eidem bono ingratum non immerito consecuta est damnatio. *Sap.* 1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & subtrahet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate [Et cum intinxisset panem] quem soli Iudæ porrigebat, sicut innuit *Glo.* [dedit Iudæ Simonis, Iscariotæ] Contrarium videtur *Matth.* 26. Qui intingit mecum in paropside hic me tradet. Sed ad hoc dicendum, quod vtrunque verum fuit: quia & Iudas intinxit, & eundem Dominus Iudæ intinctam porrexit, & illa vice nullus alius intinctum accepit.

Videtur autem quod Iudam Dominus per hoc prodidit: quia non interest verum aliquis prodatur occultis nomine, vel circumscriptione signi, quod nulli alij potest conuenire. Dicendum ad hoc, quod non prodidit: quia illud signum commune fuit. Omnes enim secum de catino intinxerunt. Vnde *Luc.* 22. Veruntamen manus tradentis me mecum est in mensa. Et similiter omnium Apostolorum manus secum in eadem mensa fuerunt. Dicunt tamen quidam satis bene, quod aliud est de crimine facti, & de crimine futuro aliud. Crimen enim factum non debet prodi,

sed corripit secundum modum qui describitur *Matth.* 18. Primo inter te & ipsum solum. Deinde adhibendo alios conficios criminis, per quos conuincendus est si negauerit, vt dicit *Aug.* & deinde corrigendus est ab Ecclesia. Crimen autem futurum quod non est nisi in voluntate, & propter quod non condemnatur homo in iudicio humano, potest ad cautelam caute reuelari, & vt caueatur, & vt ille à proposito reuocetur dummodo in iudicio contra talem non procedatur: quia de sola voluntate in iudicio humano non iudicatur. Et hanc opinionem ego probabiliter valde dico. Adhuc autem est alia opinio dicendo, quod aliud est de Deo, & aliud est de homine. Homo enim ex sui solius scientia, nullum penitus debet reuelare: quia cum in iudicio probare non possit, reuelatio sua ad nihilum penitus esset utilis. Sed Deus qui inspector est cordis, his legibus non subiacer. Et ideo cui vult reuelare poterit. Sicut peccatum Heli sacerdotis Samueli reuelauit *1. Reg.* 3. Et peccatum Dauid Nathan Propheta reuelauit *2. Reg.* 12. Et hæc solutio est pro certo vera. Vnde etiam Christus hoc reuelauit his quibus profuit ad fidem suæ Deitatis, & ad profectum cautionis.

Et post buccellam, introiuit in eum satanas. Et dicit ei IESVS: Quod facis, fac citius.

Hic post tot remedia tangitur augmentum malitie proditoris. Dicuntur autem hic tria, scilicet, malitie augmentum, proditoris opus acceleratum. Et hoc significat Euangelista à Discipulis non esse intellectum. Dicit ergo [Et post buccellam] hoc est, post panem intinctum quem intra cellam buccæ conlusu: [introiuit in eum satanas] Introiuit autem non illabendo: quia Deus solus, vt dicit *Bedæ*, illabi potest in animam. Sed per augmentum malitie, & persuasionis effectum *Psal.* 108. Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius. Diabolus enim antonomastice peccator dicitur: quia omne opus suum peccatum est. *Iohann.* 13. Cum diabolus misisset in eor, vt traderet eum Iudas Simonis, Iscariotes. Ante enim possederat diabolus eum quantum ad voluntatem: postea possedit eum quantum ad voluntatem confirmatam: ita quod traxit eum diabolus ad maleficiam sicut tuum mancipium. *Iohann.* 6. Vnus ex vobis diabolus est [Et dicit ei IESVS] Ecce traditionis acceleratio [Quod facis, fac citius] *Glo.* Non præcepit, sed prædicit Iudæ malum, nobis bonum: quia hoc vult cito fieri, non tam festinando in illius penam, quam in salutem fidelium. *Pron.* 1. Pedes eorum ad malum currunt & festinant vt effundant sanguinem innoxium. Christus enim festinauit ad salutem fidelium. Alia translatio *Psal.* 18. Festinauit vt gigas ad currendam viam suam. *Luc.* 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur.

Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei IESVS: Eme ea quæ sunt opus nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.

Hic

Hic ostendit qualiter hoc signum fuit ignotum & similiter verbum quod consecratum est signum: & ideo in communi quidem prius ostendit esse ignotum: secundum autem ostendit quod diuersimode est interpretatum. Dicit ergo [Hoc ergo] scilicet dictum [nemo sciuit] hoc est, intellexit [discumbentium] in cena [ad quid dixerit ei] quamuis omnes scirent quod non nisi aliquod bonum dixit. *Iob.* 13. Instruit disciplina vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum à superbia, eruens animam eius à corruptione. Vnde Dominus in hoc scelere quamuis caute monuerit Iudam: tamen patienter tacuit & non manifestauit. *Isa.* 57. Non cogitasti in corde tuo, quia ego tacens & quasi non videns. *Psal.* 137. Facies sim sicut homo non audiens, & non, &c. [Quidam enim purabant] Dicit quod in diuersos sensus accepit interpretationem dictum Domini quod non fuit intellectum [quia oculos habebat Iudas] *Glo.* Oculos habet in quibus oblata seruabatur, suorum necessitatibus, & aliorum indigentibus: in quo datur forma Ecclesie seruandi necessaria, quæ videretur non debere cogitare de crastino, ne pro terrenis seruiat, vel timore inopie iustitiam deserat. Et hæc omnia in ante habitis dicta sunt & determinata. *Pron.* 30. Mendicantem, & diuitias ne dederis mihi tribue tantum victui meo necessaria: ne forte fatiatus illiciter ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? & egestate compulsus fuerit, & perire nomen Dei mei. Et hoc est quod dicit. Et ea quæ mirabantur in solarium sumptuum à fidelibus amicis Christi, portabat vt prompta essent tempore necessitatis. Putabant ergo quidam quod Dominus sermone suo hæc intendisset, & [dixisset ei IESVS] illo sermone suo [Eme ea quæ nobis opus sunt] in cibis & sacrificijs [ad diem festum] Paschæ, qui in crastino instabat: quia simile factum est *Iohann.* 4. vbi dicitur: Discipuli eius abierunt in ciuitatem vt cibos emerent [aut vt egenis aliquid daret] Hoc alij interpretabantur: quia in istos solos duos vsus Christus pecuniam submissam consuevit erogare. *Tob.* 4. Ex tua substantia fac elemosynam, &c. *Pron.* 3. Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs omnium fructum tuorum da pauperibus. Innocentes enim semper pie interpretantur omne dictum, quod non est expresse malum.

Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox.

Tertium est vbi tempus congruum tantæ malitie designatur. Dicit autem tria: quod ex bono proficit in malum, quod exiuit exinde confortium bonorum, & tunc fuit tempus tenebrosum. Dicit ergo [Cum accepisset ergo] de manu Domini [ille] Iudas [buccellam] intinctam. *1. Cor.* 11. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus Domini [exiuit continuo] *Glo.* Aperit à Domino recedit. *Genes.* 4. Egressus Cain à facie Domini, habitauit in terra profugus. Cain interpretatur possessio. Et sic Iudas pro pretij possessione exiuit à Deo, & cõmuni bonorum cõgregatione. *4. Reg.* 5. Egressus est ab eo leprosus quasi nix. Quia totus lepra perditionis resperisus [Erat autem nox] tenebrosa: quia lux vera in corde *D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.*

suo occubuerat. *Glo.* Nox congruit sacramento. Erat enim cum exiuit filius tenebrarum, faciens opera tenebrarum. *Sap.* 17. Ignis quidem nulla vis potest: nec fiderum limpida flamma illuminare noctem illam horrendam. *Iob.* 3. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, & non illustretur lumine.

Cum ergo exisset, dixit IESVS: Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum.

Tangitur hic clarificatio corporis diligibilis, quod instituitur hic ad formam charitatis, à qua separatus est qui contra charitatem est operatus. Dicuntur autem hic quatuor, scilicet, quis clarificatur, & quid in ipso clarificatur, & quis est clarificans, & acceleratio clarificationis. Sicut autem supra c. 7. notauimus, dupliciter clarificatur Christus: in se, & in suis membris. Et de vtraque clarificatione hic loquitur. Dicit ergo [Cum exisset] sicut imputum separatum à puro [dixit IESVS] de suo & de mystico corpore [Nunc clarificatus est] in se in causa, non in effectu [Filius hominis] quia modo inchoata est traditio passionis, cuius merito ex congruo datur ei claritas Resurrectionis & Ascensionis. Similiter & in corpore mystico est clarificatus: quia inde exitus, malorum à bonis significat segregationem. De primo *Iohann.* 12. Venit hora: clarificatio Filium tuum. De secundo *Luc.* 3. Cuius ventrabilium in manu sua: & permundabit aream suam. *Matth.* 13. Colligit primum zizania in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregare in horreum meum [& Deus] Pater [clarificatus est in eo] cuius voluntatem semper perfecit in terra Filius hominis, ille modo beatificando eum in corpore, & suos purificando: plena se charitate in ipso demonstrabit. *Iohann.* 17. Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem [clarificatus est Deus in illo] quia per multam suæ virtutis operationem, se etiam in passione sua & morte demonstrabit.

Si Deus clarificatus est in illo [sicut iam dictum est claritate virtutis], in passione mortis in corpore proprio, & in separatione malorum à bonis in corpore mystico: tunc [&] hoc est [Deus Pater clarificabit illum] scilicet Filium [in stipite] *Glo.* vt humana natura verbo unita, etiam immortalitate donetur. *Iohann.* 17. Clarifica me Pater apud semetipsum [& continuo] sine temporis interpositione [clarificabit eum] Quia sua Resurrectio non differtur vsque ad communem omnium resurrectionem. *Psal.* 15. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem: horis mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me, &c. *Matth.* 3. Deus patrum nostrorum clarificauit Filium suum IESVM, quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati.

Filiioli: adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, Quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo.

Lumen hic tangit instructionem ad charitatem. In parte autem ista tria dicuntur, in quorundam primo

primo se ostendit charitatis mandatum vltimo dare, vt amodo cordibus Discipulorum infigatur: in secundo dat ipsum charitatis mandatum, vt dilectione cor informetur *Ibi* [Mandatum nouum] in tertio præsumptio Petri de Christi dilectione & signo dilectionis refrenatur *Ibi* [Dicit enim Simon Petrus] In primo horum dicuntur quatuor, quorum primum est tenetudo dilectionis ad filios ostensa: secundum, separatio sui ab ipsis: tertium, voluntas sequendi Christum in Discipulis infirma: quartum ex spe perficendi voluntatem perfectio charitatis promissa. Primum notatur in hoc quod dicit [Filioli] Priscianus enim dicit quod aliquando dicuntur diminutiva præ familiaritate & amore. Et ita loquitur hic Christus. *Sap. 16.* Substantiam tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebas. Dicit tamen quedam *Glo.* quod dictio diminutiva notat in eis adhuc virtutem diminutionis. Ac si dicat. Modo estis filiioli aliquando cum virtute crescetis, eritis filij. *1. Cor. 13.* Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuavi quæ erant paruuli. *Gal. 4.* Filioli mei quos iterum parturio donec, &c. *Isa. 46.* Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Vtique ad senectam ego ipse, & vique ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo.

Adhuc modicum tempus vobiscum sum] cum statim imminet mihi captiuitas & passio & mors *Ioan. 16.* Modicum & iam non videbitis me. Sed contra hoc est quod dicitur *Mat. 28.* Ecce ego vobiscum semper omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Sed hoc iam ante solum est: quia hic loquitur de presentia corporali: ibi autem de presentia diuinitatis in gubernatione gratia.

Quæretis me] desiderio sequendi. *Can. 3.* Quæram quem diligit anima mea. *Psal. 104.* Quærite Dominum & confirmamini, &c. [& sicut dixi Iudæis] quamuis aliter & alia de causa dixerim eis. Dixi enim Iudæis sine determinatione temporis: quia nec modo nequaquam poterant me sequi, nec consequi, propter animi sui obstinatam malitiam habitam. Vobis autem dico cum determinatione temporis. Sic ergo Iudæis dixi hæc verba [Quo ego vado, vos non potestis venire] *Ioan. 8.* Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriamini. Quo ego vado vos non potestis venire. *Mat. 7.* Multi dicent mihi, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus & demonia in nomine tuo eiecimus, &c. Et ego confitebor illis, quia ego nunquam noui eos. *Mat. 23.* Domine, Domine aperi nobis: & respondebit. Amen dico vobis: Nescio vos. Sic ergo vobis dixi & Iudæis.

Et vobis dico modo] hoc est dico vobis quod non potestis ad me venire modo, sed postea venietis ad me. Causa autem quare modo non potestis est impotentia vestra: quia non estis adhuc Spiritus sancti receptibiles ad robur sicut notauimus supra 7. cap. *Heb. 2.* Timore mortis per rotam vitam obnoxij erant seruituti. Et oportet vos per charitatem ab illo timore liberari. *1. Ioan. 4.* Timor pœnam habet, timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et ideo *Luc. 11.* dicit. Sedes in ciuitate & orate

quoadusque induamini virtute ex alto. Quia modo estis infirmi: postea autem percepto Spiritu sancto, ad robur perficiemini. Et tunc dicitur illud *Rom. 8.* Certus sum enim, quod neque mors, neque vita, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate quæ est in Christo *Iesv* Domino nostro.

Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

Nouum dicitur propter sex causas, quarum vna est in *Glo.* Quia licet etiam vetus sit *Leuit. 19.* Diliges amicum tuum sicut teipsum. Tamen hic nouus additur modus vt diligatur etiam inimicus in hoc quod est proximus: quia per naturam est in eodem parente: qui autem sunt de eodem parente proximi sunt, quia sunt in vno & primo gradu coniuncti: & hoc non intellexerunt carnales veteris legis. Et ideo *Lex* dicit: Diliges amicum tuum, &c. Alia causa est: quia nouis exemplis dictum est confirmatum. *Rom. 5.* Commendat autem Deus charitatem suam in nobis: quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Tertia causa est: quia nouo spiritu obseruatur. Prius enim seruabatur spiritu seruitutis: modo autem spiritu libertatis: ita quod etiam gaudenter diligatur inimicus, nec etiam vindicta petatur ab ipso: & benefacit ei si indiget. *Mat. 5.* Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecuentibus & calumniantibus vos. Quarta causa est: quia Spiritu omnia inuouante, est hoc mandatum nouum. Hoc est dicere: quia inuouat per effectum vt possit impleri. *Apoc. 21.* Dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Dicit *Glo.* quod sedens in throno est Spiritus sanctus. *Psal. 50.* Spiritum rectum inuoua in visceribus meis. Quinta causa est: quia in nouitate formæ facit impleri omnia præcepta. Hoc enim quod prius erat in factis tantum in lege factorum (quæ respiciebat ad manum, & non ad animum) nunc autem *Lex* charitatis impletur ex animo, & nullum ponit finem. Plus enim vult ex affectu facere, quam *Lex* præcipere posset in opere. Et in hac intentione dicitur: Latum mandatum tuum nimis. *Can. 1.* Adolescentule dilexerunt te nimis. *Genes. 29.* Videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. *Psal. 76.* Dixi: Nunc cepti, &c. Sexta & vltima causa est: quia cum nouum sit quod suo principio à quo trahit esse, est propinquius: nihil est quod ita nos nostro principio propinquos facit sicut dilectio, quæ nos præ omnibus Deo coniungit. Vnde *Isa. 6.* Seraphin super thronum Dei stabant, immediate apud Deum consistentes. Seraphin autem intendentes vel ardentes signant vel sonant. *Can. vi.* Lampades eius, lampades ignis atque flammarum: aquæ multe non poterunt extinguere charitatem Dei. Dicit ergo.

Mandatum nouum do vobis] Dicuntur autem hic tria, scilicet, mandatum dilectionis, forma, & signum. De mandato dicit tria, scilicet, mandatum ipsum, & inuouit esse nouum, & de quo sit mandatum. De primo dicit [Mandatum] Man

Mandatum autem dicitur quasi manu datum quia opere quod per manum signatur, debet esse probatum. Vnde *Gregorius.* Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Amicorum enim idem est velle & nolle, vt dicit *Tullius.* Nec me diligit, qui contraria voluntati meæ operatur. *Ioan. 4.* Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Sic enim *Rom. 13.* Plenitudo legis dicitur dilectio. Quia secundum quod *Ibid.* dicitur: Qui proximum diligit, legem impleuit. Quia quicquid *Lex* charitatis præcipit, totum in opere proximo impendit. Hinc est quod *Deut. 33.* dicitur: In dextera, eius ignea *Lex.* Ignæ enim *Lex* in dextera, est *Lex* charitatis in virtute operis. Hinc est quod *Can. 8.* Dilectus meus clamatur ad me: Pone me sicut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio. Clamor enim dilecti est intensio deuotionis, & feruor implendi de dilectione mandati: quod sicut signaculum, hoc est, sigillum profundatum ponitur in corde, quando mandatum ad intimum penetrat affectum. Ponitur autem super brachium quando totis viribus in opere ostenditur mandatum de dilectione. Hinc est, quod *2. Cor. 9.* Paulus dicit Achaicis: Achaia parata est ab anno priore. Nunc vero & facta ostendite: quia parum est dicere se diligere proximum in corde, nisi ostendat mandatum in opere. *1. Ioan. 3.* Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Hoc ergo mandatum est nouum: quia sicut diximus, est suo principio propinquum. Est & ideo forte ad saluandum, in omnibus perfectum. Hæc enim omnia habet id quod suo principio est propinquum, hoc est, senio vel antiquitate: viribus non est destitutum, hoc est, perfectum & integrum, in nullo per vetustatem corruptum. *Heb. 8.* Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. De fortitudine quidem charitatis dicitur *Can. 8.* Fortis est vt mors dilectio tua. Non quim fortior sit charitas quam mors: sed quia nulli fortiori poterit comparari. De integritate autem dicitur *1. Iob. 1.* Sicut perfecti & in nullo deficientes. Sic ergo est nouum.

Obijciuntur autem de hoc quod dicitur *1. Ioan. 2.* Non mandatum nouum do vobis, sed vetus mandatum, quod habuistis ab initio. Sed hoc iam solutum est: quia quamuis vetus sit ab antiquo, auctoritate Dei mandatum: tamen non inueterauit sicut alia. Sed omnia alia moralia inuouauit, sicut diximus: quia carumæntialia consumpta sunt vetustate, sed moralia seruabantur in vetustate timoris, & vetustate literæ. Sed mandatum dilectionis omnia inuouat: vt seruatur in spiritu nouitate, vt diximus. Et ideo dicitur charitas, legis plenitudo. *Rom. 7.* Plenitudo legis est dilectio. Hoc ergo modo est nouum.

Do vobis] Ecce Mandatum huius auctoritas: quia ipse summus promulgat Imperator: nec præcipit, sed dat: quia nisi ipse der, impleri non potest. Vnde *Aug.* Da quod iubes, & iube quod vis. Dat enim Spiritum dilectionis in quo mandatum impletur. *Eph. 4.* Dedit dona hominibus. *Esai. 2.* Largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. *Luc. 11.* Pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se. Dat ergo liberaliter sine gratis, dat affluentem, dat dulciter, dat vtiliter. De primo dicit *Mat. 10.* Gratis accepistis. De secundo *Ier. 1.* Dat omnibus affluentem.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

& nulli impropere. De tertio *Psal. 67.* Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Quia non nisi in dulcedine dat. Quod omnia dulcia facit, etiam quæ amara sunt in seipsis. *Ecclesi. 24.* Spiritus meus super mel dulcis. Spiritus autem suus constat, quod est Spiritus dilectionis. De vtilitate autem istius domi est quod dicitur *Heb. 12.* hoc est Pater celestis, erudit ad ipsum quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Sic ergo do vobis.

Vt diligatis inuicem] Ecce de quo est istud mandatum. Dicit autem duo: transitionem dilectionis, & retransitionem. Qui enim amat, reamari petit. Vnde *Hermetus magister* dicere dicitur. Monas monadem genuit & in se reflectit ardorem. *Præter. 8.* Ego diligentes me diligo. Sicut enim dicit *Diogenes.* Quod extasim faciens est diuinus amor, hoc est, extrapositionem: quia cor amantis ponit extra amantem in amatum, & cor amati per reamariationem in amantem primum. Et hoc notat per duo quæ dicit: Vt diligatis inuicem. *Rom. 13.* Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Hoc enim debitum soluendo magis obligat. Et ideo diligens, ab obligatione dilectionis nunquam deobligatur. Et ideo omni soluto debito, manet adhuc debitum dilectionis. Vnde *Paulus Philemoni* scribit. Et te ipsum mihi debes. *Rom. 1.* Sapientibus & insipientibus debitor sum: ita quod in me promptum est, supple, debitum illud semper soluendum.

Sicut dilexi vos vt & vos diligatis inuicem] Hæc est forma mandati, quod exemplum in amore dilectionis accipimus. Ipse autem dilexit nos, nostram preueniens dilectionem, nostram vincens dilectionem ex sua dilectione. De primo dicitur *1. Ioan. 4.* In hoc apparuit charitas Dei non quasi nos dilexerimus eum, sed ipse prius dilexit nos. De secundo dicitur *1. Ioan. 7.* Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et subdit Euangelista. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Sic ergo ipse erat Spiritum dilectionis in nobis. Nullus enim Spiritus fuit & reamari nisi Spiritus dilectionis. Vnde *Chrys.* Cum Spiritus sanctus cor intraverit, omni fonte magis manat & proficit, non deficit. Et fuit, cum sit Spiritus dilectionis, & reamari, quia amor transit & reamari vt diximus. De tertio dicitur in *Psal. 115.* Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Pro tanta enim dilectione nihil possumus reperire: quia nostram excedit in infinitum: & ideo debitor nos sibi, & ipse non vobis debitor constituitur. *Deut. 33.* Dilexit populos: omnes sancti in manu eius sunt. Quia debitores sibi constituit. Sic dicit de forma dilectionis.

In hoc cognoscet omnes qui Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Ecce istius dilectionis dat signum: quia in ipsa cognoscitur disciplina Christi. Dicit autem duo: signatum, & signum. Dicit autem hoc signum esse generale cuius dicit [In hoc cognoscet omnes] Et hoc est signum generale, certum, & conueniens. Generale autem, quia omnibus conuenit discipulis & non alijs. De primo dicitur

tur : Omnes Christi discipuli hoc signaculo cognoscuntur Et hoc signatum est *Iosue* 2. vbi dicitur, quod signavit Raab domum & familiam suam omnibus Dei amicis : vt cognosceretur per vittam coccineam, per fenestram domus suæ pendentem. Vittam enim est charitas quæ ligat. Coccinea autem est per ruborem charitatis. De certitudine autem est : quia sola charitas est signum certum salutis. *Eph. 4.* Nolite contristare Spiritum sanctum in quo signati estis, in signum autem redemptionis, signaculum istud redemptio est : quia sicut dicit *Augustinus*, Charitas sola distinguit inter filios regni, & filios perditionis, hoc est, inter discipulos Christi, & eos qui sunt de schola diaboli. De conuertibilitate autem signi intelligitur hoc quod dicit *Apostolus* 1. *Cor.* 13. Charitatem si non habuero, nihil sum. Super quem locum dicit *Bern.* Si habuero magnam charitatem magnus sum : si parvam, parvus sum : si nullam, nullus sum. Tantus enim quilibet in disciplinatu Christi est, quanta est charitas sua. Et ideo charitatis via dicitur inter discipulos Christi : quia excellenter indicat disciplinam Christi. *Eph. 3.* Scire etiam supereminenter scientiæ charitatem Christi. Charitas enim Christi eminet super omnem scientiam quæ habetur de Christo. Et conuertibiliter est signum disciplinæ Christi. In hoc ergo signo cognoscunt omnes [quia mei discipuli estis] disciplinis meis imbuti, & de schola mea instructi. *Deut.* 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Appropinquatur autem pedibus per humilem charitatem : quia charitas semper appropinquat. Unde peccatrici quæ appropinquavit pedibus *Iesv* *Luc.* 7. dictum est. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum [si dilectionem habueritis adiucium] Hoc enim est quod maxime desiderat Dominus vt habeamus. *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram : & quid volo nisi vt accendantur. In hac schola dixit se eruditum *Ieremias* *Troianorum* 1. vbi dixit : De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudit me. *Exech.* 10. Effundite ignem super ciuitatem, hoc est, super omnium fidelium & discipulorum meorum vniuersitatem.

Dicit ei Simon Petrus : Domine, quo vadis ? Respondit Iesus : Quod ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus : Quare non possum sequi te modo ? animam meam pro te ponam. Respondit Iesus : Animam tuam pro me ponas ? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

Hic incipit de refrænatione præsumptionis Petri. Dicuntur autem quatuor, in quorum primo ponitur quæstio admirabilis Petri : in secundo ostenditur responsio, præsumptionem Petri refræmans : tertio ponitur Petri de se præsumptio : in quarto ponitur ostensio imbecillitatis Petri. Dicit ergo [Dicit ei Simon Petrus] Audierant enim Christum dicentem : Quod ego vado, vos non potestis venire modo. Et mirabatur : quia tunc in seruire dilectionis erat totus Simon, hoc est, obediens : sed in fortitudine charitatis totus non erat Petrus, hoc est, immobilis & firmus.

Dicit ergo Simon [Domine quod vadis ?] quod te sequi non possum per imitationem. *Mat.* 8. Sequar te quocumque ieris. Et hoc dixit ille qui vires suas nondum fuerat expertus.

Respondit Iesus [temeritatem Petri refræmans] Quod ego vado non potes me sequi modo [hoc est, hoc tempore propter Passionis difficultatem, & tuæ charitatis imperfectionem. *Psal.* 77. In mari via tuæ, & semite tuæ in aquis multis : & vestigia tua non cognoscuntur. *Mat.* 16. Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Via ergo difficilis est ad sequendum. *Heb.* 5. Grandis nobis sermo & ininterpretabilis ad dicendum : quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Ne autem faciat ex difficultate sequendi desperantem subdit [sequeris autem postea] cum Spiritum ad robur fortitudinis acceperis. Tunc enim fiet quod dicitur *Ab.* 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Iesv **C H R I S T I** : & gratia magna erat in omnibus illis. Tunc sequeris ; spiritu contra persecutiones & timorem mortis confortato. *Ioan.* 21. Dixit Dominus Petro : Cum esses iunior, ambulabas vbi volebas : cum autem senueris, extendes manus tuas : & alius cinget te, & ducet te quod non vis. Et subdit Euangelista. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Spiritus enim alligat hominem virtute sua : vt à Christo propter timorem passionum ; & spem temporalium recedere non possit. Et ideo robur Spiritus Deum sequi facit. *Ab.* 20. Ego autem alligatus Spiritu, vado in Ierusalem, ignorans quid mihi futurum sit in ea. *Ier.* 45. Vincti manibus pergent, teque adorabunt, teque deprecabuntur.

Dicit ei Petrus [Adhuc de seruire obedientiæ Simonis præsumens ; & petre firmitatem nondum expertus] Quare non possum te sequi modo ? Nesciuit quod dictum est *Sap.* 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et ideo dicitur 1. *Cor.* 1. Ego non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus, &c. Et sequitur. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis [Animam meam pro te ponam] hoc est, vitam dabo pro te defendendo. Verbum est seruire Simonis. *Mat.* 14. Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. 4. *Reg.* 2. Viuit Dominus, & viuit anima tua : quia non derelinquam te. Petrus autem adhuc inexpertus vires suas, dixit tamen id ad quod ex officio pastorum postea tenebatur prædicare. 1. *Ioan.* 3. Sicut animam suam pro nobis posuit : ita & nos debemus animam pro fratribus ponere.

Respondit ei Iesus [Hanc inexperientiam potius quam temeritatem Simonis refræmans, & sibi suam debilitatem ostendens] Animam tuam hoc est, vitam [pro me ponas] Ac si dicat : Considera te ipsum, quia præsumis vitæ vires tuas [Amen amen dico tibi] Duplicem adhibet confirmationem : vt fortius animo suo imprimatur [Non cantabit gallus] hoc est, gallicantium vnum non perficiet gallus [donec me ter neges] *Mat.* 14. Antequam gallus bis vocem dederit, ter me negabis. *Luc.* 22. Simon, ecce satanas expertiuit vos vt cribraret sicut triticum : ego autem rogavi pro te vt non deficiat fides tua : sed tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Christi enim oratio

oratio impetrauit quod negando non totus abscederet, sed rediens robur Spiritus acciperet, & sic alios confirmaret. Hoc est ergo quod dicit de charitatis institutione. Et hæc de capitulo decemtertio.

CAPVT XIV.

ET ait Discipulis suis : Non turbetur cor vestrum, Creditis in Deum, & in me credite.

Hic incipit informatio Discipulorum ad sanctitatem per sermone. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima sermo proponitur exhortationis ad fidem & sanctitatem : in secunda autem suffragium orationis ponitur ad sanctitatis confirmationem *Ibi* [Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis, &c.] Diuiditur autem prima pars in tres partes, in quarum prima instruit ad perfectam fidem : in secunda ad charitatis perfectionem *Ibi* [Ego sum vitis vera] vbi incipit cap. 15. In tertia autem, quia desolati erant per tristitiam Passionis, instruit eos de spe futuræ consolationis, tum per Paracletum mittendum, tum per seipsum in proximo resurrectionem. Et hoc incipit *Ibi* [Hæc ab initio non dixi] aliquantulum post 16. cap. principium. Prima harum partium diuiditur in duas, in quarum prima confortat ad fidem quod de recessu suo turbati, non vacillent in fide : in secunda autem vt magis confortentur, ostendit qualiter per fidem operantem per dilectionem præcedentem, possent sequi ipsum *Ibi* [Si diligitis me, mandata mea seruate, &c.] Adhuc autem prior pars diuiditur in tria, in quorum primo exhortatur ne fides vacillet ex recessu Christi per mortem : quia in recessu est utilitas præparationis ad beatitudinem. Secundo ostendit, quod ipse est ad locum paratum via per mortem. Tertio ostendit perfectæ fidei potestatem. Secunda incipit *Ibi* [Et quod ego vado, vos scitis] Tertia vero *Ibi* [Amen amen dico vobis : Qui credit in me] Adhuc autem prior harum inter has habet quatuor paragraphos, in quorum primo confortationem ponit de fide vacillet : in secundo dicitur ex utilitate vite præcessionis in manifestationem beatitudinis : in tertio infallibilitatem ostendit sui sermonis : in quarto autem utilitatem allegat consolatorie suæ reuersionis. Secundum est *Ibi* [In domo patris mei] Tertium *Ibi* [Si quid minus] Quartum *Ibi* [Et si abiero, &c.] In primo horum dicitur duo confortationes, & id quod accipitur in confortatione. Dicit ergo.

Et ait Discipulis suis [quod vt semen futuræ Ecclesiæ præcipue confortat] *Ibi* [quia aliter tota Ecclesia fuisset desolata] Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuisset, & quasi Gomorrahe faciles essemus [Non turbetur cor vestrum neque formidet] Duo sunt in corde, scilicet, intellectus, & affectus. Propter intellectum dicit, non turbetur. Propter affectum dicit, Neque formidet. Turbatur enim id quod obestur, vt non possit videre quid agat. Et hoc est quando dubitans inuenit intellectus agentis obnubilat, vt non possit in eo lumen clarum veritatis videre. *Luc.* 24. Quid

turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra. Hæc autem turbatio serenitatis cordis eorum, causabatur ex recordatione subtraCTIONIS dulcissimæ præsentis Christi corporalis. *Iob* 23. A facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor. Magna enim fuit causa turbationis quando videbant quod à tam impio, tam pius & iustus Dominus occumbere debuit. *Prov.* 25. Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio [Neque formidet] Formido est affectus trepidatio, quæ inducit virtutum trepidationem & tremorem. *Isa.* 21. Corruam cum audierem, turbatus sum cum viderem, amaruit cor meum, tenebre obstupescerunt me. Hæc enim omnia facit in homine formido. *Psal.* 34. Timor & tremor venerunt super me, & conuertent me tenebre. Sic ergo turbati & formidantes à terrore recessus Domini ab eis. Contra dicit Dominus [Non turbetur cor vestrum] quantum ad intellegendum, ne tenebre ad videndam fidei veritatem [Neque formidet] quantum ad dimittendum fidei constantiam. *Prov.* 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. *Prov.* 28. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Dicit autem : Non turbetur cor : quia corde constante, totum corpus constans erit. Hoc est enim principium vite, & motus, sensus, & omnium aliorum. Et ideo in illo est totum. *Prov.* 4. Omni custodia serua cor tuum : quia ab ipso vita procedit. Contra duplicem autem morbum cordis, vnam proponit medicinam dicens.

Creditis in Deum, &c.] Duo enim dicit, quoniam vnum consequens est ex alio. Primum est, quod dicit [Creditis in Deum] per assensum fidei, quem in Deum vos confortantem habetis : consequens est, vt in me credatis, quia ego sum Deus. Et hoc est [& in me credite] Et ideo est sicut dico vobis : quia utilitas magna vobis & omnibus fidelibus ex transitu meo prouenit. Fides enim in Patrem omnipotentem, confortat. Fides in me omnem veritatem, omnia promissa verificat. Et ideo turbationem pellit. Et ad veritatem meam cor serenare. Credentes autem in Deum Patrem omnipotentem, formidinem proijcite : & in potentia virtutis eius, corde forti. *Eph.* 6. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis.

In domo Patris mei mansiones multe sunt.

Tangit hic rationem confortationis ex utilitate sui transitus. Quia quamuis ab æterno in domo Patris receptacula beatorum sint distincta & per prædeterminationem : tamen vt beati intrent in ea sine impedimento, remoueri oportet impedimenta & offendicula per Christi sanguinem. Cherubin enim & flammeum gladium æque velsicili collocavit Dominus ad custodiendam vitam ligni vite : quæ per sanguinem oportet remoueri. Et hoc est quod dicit. Bene dico, quod cor non formidet : quia [In domo Patris mei] quæ receptaculum est commune omnium beatorum. *Psal.* 23. Domine dilexi decorem domus tuæ, &c. *Mat.* 23. O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus habitationis eius [*Psal.* 83. Beati qui habitant in domo tua Domine : in secula seculorum laudabunt te] mansiones multe sunt. Quia

secundum differentias meritorum sunt etiam distinctiones præmiorum. Et illæ sunt mansiones in quibus requiescunt beati fideles: ita quod non cadit in eis turbatio mundi. *Psal. 30.* Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.

Illæ mansiones sunt excubiæ fidelium, sunt absconditiones diuinorum secretorum, sunt pulchritudines diuinorum luminum, sunt ordines Angelorum Deo assistentiam, sunt protectiones victorum, sunt promptuaria omnium voluptatum. De excubijs dicitur in *Psal. 117.* Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. De absconditionibus similiter in *Psal. 30.* Abscondes eos in abscondito faciei tue à contradictione linguarum. De pulchritudinibus dicitur *Nume. 24.* Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israël. De ordinibus Angelorum dicitur *Deut. 32.* secundum aliam translationem. Statuit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei. De protectionibus securissimis victorum de mundo triumphantium in *Psal. 83.* Quam dilecta tabernacula tua Domine gloriarum corporalem percipit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt, &c. De promptuarijs iterum in *Psal. 143.* Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Item. Inebriabuntur ab ubertate domus tue, &c. Ibi est sinus Abrahæ in requie beatorum pauperum, vt paupertatis obliuiscantur. *Luc. capitulo 16.* Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Ibi exultant sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Ibi enim constituit Deus lucidissimas mansiones in quibus requiescunt Sanctorum animæ: sicut dicitur in visionibus *Esdra.* Tanus ergo decor mansionum vos confortet, quia viam ad illum sanguine meo præparabo.

Siquo minus: dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum.

Altera ratio est, sumpta à sermone sui veritate in quem credunt: quia in Deum credunt. Vnde dicit [Siquo minus] hoc est, si aliquo minus esset quam dixit. Vnde litera quam legit *Chry.* habet [Si autem non] hoc est, si non esset sicut dixi vobis: tunc pro certo [dixissem vobis] sicut amicis. Nollem enim quod vitam illam perderetis: nisi perdendo istam, meliorem inueniretis. *1. Cor. 15.* Si tantum in hac vita sperantes sinus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem multo plus in re, quam ego dixerim vobis. *3. Reg. 30.* Probauit quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est sapientia & opera tua, quam rumor quem audiui in terra mea. Dico ergo [Siquo minus esset, dixissem vobis] fidelibus fideliter annuntiassem [quia vado] per mortem [parare vobis locum] tam pulchrum & delectabilem. Quamuis enim mansiones iam sint in domo, quantum ad prædestinationem æternam: tamen & à me, & à vobis oportet eas parari. A me quidem per opus redemptionis, quo remouentur obstacula: & à vobis per merita, quibus mereamini beatitudinis præmia. Sic ergo [vado] vtiliter [vobis parare locum] *1. Isa. 49.* Angustus est mihi locus: fac spatium vt habitem. Quia peccatorum locum facit angustum ad intran-

dum & hoc non potuit fieri nisi per Christum. *4. Reg. 6.* Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. Eamus vique ad Iordanem: & tollat singuli de sylua materias singulas vt edificemus nobis locum ad habitandum. Et in hoc signatur præparatio qua singuli sibi præparant mansiones per bonorum meritorum operationem. Sic ergo non turbemini, neque formidetis in dictis meis: quia vera sunt si minus esset quam quod per mortem vobis æternas præparatio mansiones, ego fideliter dixissem vobis.

Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

Ecce quarto inducit sermonem consolatorium ex sui ad mansionem comitatu, & in mansionem beatitudinis societate: & ideo dicit tria: præcessionem sui ad loci præparationem, aduentum siue reditum ad nostri assumptionem, & sui nobiscum in beatitudine perpetuam societatem. Dicit ergo [Et si abiero] à vobis per præsentiam corporalem per mortem. *Heb. 9.* Non in manufacta sancta introiit Iesus, sed in ipsum caelum: vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. *Heb. 6.* Ad interiora velaminis præcursor introiit. *1. 1. s. v. s.* pontifex factus in æternum. Si ergo sic abiero [& præparauero vobis locum] per impedimentorum & obstaculorum remotionem & pretij solutionem: sicut diximus. Sic enim superna Ierusalem edificatur vt ciuitas per mansiones beatorum. *Ps. 121.* Ierusalem que edificatur vt ciuitas, &c. Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini. Quia tribus Dei habitant in mansionibus Dei. Propter hoc Petrus videns in lumine transfigurationis istas beatorum mansiones, & omnibus delectamentis mundi exurus: in ipsis permanere desiderabat *Mat. 17.* dicens: Bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyse vnum, & Elize vnum. Si ergo talem locum vobis præparauero per mortis pretium.

Iterum veniam] tempore Resurrectionis, & tempore mortis singulorum vestrum, & tempore extremæ discussionis. *Habuc. 2.* Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit [& accipiam vos ad meipsum] ita quod ego ipse educam vos de mundo. Et hoc signatum est *Gen. 24.* vbi dicitur, quod Isaac introduxit Rebeccam in tabernaculum Saræ, & accepit eam uxorem, & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris acciderat, temperaret. Hæc enim Christus, Rebecca Ecclesia primitiua, tabernaculum domus æternæ, Sara quoque Synagoga: primo erat ad habitandum exhibitæ: & postea Ecclesia, que per vos, in vno spiritu coniuncta, à Dei Filio accipitur, & pro Synagoga diligitur. Etiam istud signatum est *Gen. 43.* vbi dixit Ioseph de fratribus suis: Introducete viros domum, & occide victimas, & intrate conuiuium: iam mecum comesturi sunt meridie. Et *Exo. 15.* Introduces eos & plantabis in monte hereditatis tue firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine. Sic ergo accipiam vos ad meipsum [vt vbi ego sum] in lumine beatitudinis [& vos sitis] Ecce perpetua Christi societas. *Apoec. 31.* Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabo

bitabo cum eis & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. *Execl. 31.* Nomen ciuitatis ex die illa & deinceps, Dominus ibidem. Tunc fiet id quod dicitur *Act. 17.* In ipso viuimus, mouemur, & sumus. *Ioan. 12.* Vbi ego sum, illic & minister meus erit.

Et quo ego vado scitis, & viam scitis.

Hic ostendit confortationem & consolationem Discipulorum per viam ad beatitudinem certitudinem: quia ipse est via eorum ad beatitudinis mansiones. Diuiditur autem hæc pars in duas, quarum prima certam proponit esse viam: in secunda de via obiectam sibi remouet dubitationem. Dicit ergo [Quo ego vado vos scitis] quia quædam via certitudo est per certum terminum, ideo illam præmittit dicens [quo ego vado vos scitis] per virtutes omnium operum & passiones & intentionum ad Patrem, vt obiectum & causam beatitudinis in mansionibus singulorum. *Ioan. 16.* Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me quo vadis: Ita enim est clarus recessus meus, quod nemo interrogans dubitabit, scientibus cunctis absque dubitatione, quia ad Patrem & ad locum beatitudinis vado. *Ioan. 3.* Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo Filius hominis qui est in caelo. Et hoc signatur *Act. 1.* vbi dicitur: Videntibus illis eleuatus est. Quod enim omnibus paruit, cunctis videntibus est impletum [& viam scitis] quia ego sum ostium & via, sicut *Ioan. 10.* dicitur. Non est alia via ad beatitudinem nisi ego in sacramentis que perfecti, & verbis que docui, & exemplis que præbui, & miraculis quibus omnia confirmavi. *Ioan. 10.* Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. *Prou. 3.* Semita iusti quasi lux splendens & crescens vique in perfectum diem. Semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulandum. Et *ibidem.* In semita iudiciorum tuorum sustinimus te. Sic ergo viam scitis.

Dicit ei Thomas: Domine nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire?

Hic incipit secundum in quo remouet dubitationes, sibi de certitudine via obiectas. Sunt autem duæ, quarum vna oritur ex alia. Vna quidem Thomæ, & alia Philippi. Illa que est Thomæ est duplex secundum duplicem viam certitudinem à Christo descriptam. Describit enim viam per certitudinem termini, quando dixit: Quo vado vos scitis. Descripsit terminum via per transitum quando dixit: Viam scitis. Et his duobus Thomas duplicem opponit dubitationem. Et habet duas partes. Primo proponitur dubitatio, & secundo ad dubitationis proposita remotionem Christi illuminatio. Dicit ergo.

Dicit ei Thomas, cui competit, hoc est, quia didymus siue dubius dicebatur. Quia etiam postquam Christus se viam per passionis sacramentum parauerat, & beatitudinem Resurrectionis attigerat: adhuc dubitabat. *Ioan. 20.* Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Hæc tamen dubitatio dispensatoria fuit: quia nobis profuit ad maiorem viam distinctionem [Domine]

Quem Dominum profiteretur, eidem se debere obedire credit. *Ps. 8.* Domine Dominus noster, quæ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra [nescimus quo vadis] Directe negat quod Christus verum esse dixerat. Sed dicendum quod vterque verum dixerat. Christus enim dixerat quod se (qui via est) nouerant. Thomas autem negat: quia licet Christum nouerit, tamen de Christo sub mentione via dubitabat: & querit. Sicut qui nescit Choruscum non oportet quod noscat eum sub forma venientis. Sic ergo dicit [nescimus quo vadis] quia licet sciamus quod ad Patris beatitudinem vadis: non tamen scimus Patrem sub ratione termini siue finis viae tue: & ideo nescimus quo vadis. *Prou. 30.* Tria sunt difficulta mihi, & quarum penitus ignoro: viam aquilæ in caelo, viam colubri supra petram, viam nauis in medio maris, viam viri in adolescentia. Via enim aquilæ in caelo, est via Filij Dei secundum deitatem, in caelestibus nobis præparandis. Via colubri supra petram, est via Christi secundum quod est Dei sapientia, supra solidum veritatis doctrinæ diuinorum secretorum. Via nauis in medio maris, est via humanitatis Christi in amaritudine mundi, nos ad siccam & solidam æternitatis portans. Via viri perfecti in gratia & sapientia in adolescentia, est via Christi carnem assumptis ex adolescentia Virgine. Et de his vijs queritur à Sanctis. *Psalm. 76.* Vestigia tua non cognoscuntur.

Et quomodo possumus viam scire? quia via scitur, & queritur, per terminum & finem ad quem ducit. *Ioan. 3.* Nescitis vnde veniat, aut quo vadat. *Iob. 28.* Semitam ignorauit avis, nec intuitus est oculus vulturis. Avis enim Christus est, cuius semita carnalibus ignorata est. Vultur etiam Christus est: quia vultur à volendo dicitur, eo quod escam concupiscit, & longe percipit: & huius oculos quibus vias suas dirigit, carnales non intuentur. *Beruch. 3.* Viam discipline ignorauerunt, neque intellexerunt semitas eius. Et *ibidem.* Viam sapientie nescierunt, nec commemorati sunt semitas eius.

Dicit ei Iesus: Ego sum Via, & Veritas, & Vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognoueritis me, & Patrem meum vique cognoueritis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

Ecce illuminatio dubitationis. Dicit autem tria: viam certificationem, certificationis probationem, & certam terminum via demonstrationem. Dicit ergo [ego sum Via, Veritas, & Vita] in via tria sunt per que cognoscitur & determinatur, scilicet transitus qui debet esse trinus, & reditudo qua sine errore denigandi, itinerantes deducit: & terminus quem attingit. Et illa est bona via. Et quoad ista tria dicit Christus tria de se [Ego sum Via] quæ per me vt tritum exemplum virtutum transitur. Ego sum [Veritas] in doctrina in qua nunquam deciat. Ego sum [Vita] quoad deitatem in qua quicumque per me venit, in sempiternum viuet. Et hoc intendit secundum literam. De primo dicitur *Rom. 5.* Per ipsum accessum

accessum habemus ad Patrem. *Matth. 7.* Acta est via quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inveniunt eam. *Baruch 3.* Si in via Dei ambulafes, habitabiles utique in pace super terram. *1. rou. 10.* Via vitæ custodiendi disciplinam. De veritate autem dicitur in *Psal. 88.* Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. *2. Cor. 1.* Non est in illo, est, & non. Sed est in illo, est. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est: ideo & per ipsum amen, Deo ad gloriam vestram. Amen autem idem est quod veritas. *1. po. a. 3.* Hæc dicit Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. De vita autem dicitur *Deutero. 30.* Ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum. *1. Ioan. 10.* Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. *1. Ioan. 1.* In ipso erat vita, & vita erat lux hominum. Hæc ergo est expositio literalis.

Inveniuntur autem & aliæ sanctorum Doctorum expositiones accommodatæ & bonæ. *August. [Ego sum Via] quærentibus [Veritas] inveniuntibus [& Vita] sine morte peruenientibus. Adhuc autem, Augustinus [Ego sum Via] non errans quærentibus. *Psal. 106.* Erraverunt in inuio & non in via [Veritas] non fallens inveniuntibus. *Psal. 144.* Fidelis Dominus in omnibus verbis suis [Vita] indeficiens peruenientibus. *Luc. 10.* Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Adhuc autem [Ego sum Via] ducens. *Proverb. 4.* Adducam te per semitas æquitatis; quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui: & currens non habebis offendiculum [Veritas] lucens ad ingrediendum. *Mal. 4. ult.* Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ: & sanitas in pennis eius [Vita] pascens. *1. Ioan. 10.* Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet [Ego sum via] in exemplo. *1. Ioan. 11.* Exemplum dedi vobis, &c. [Veritas] in promisso. *Psal. 88.* Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita [Vita] in præmio. *Rom. 6.* Stipendia peccati mors: gratia autem Dei vita æterna. Huius viæ determinationem ponit, cum subiungit.*

Nemo venit ad Patrem [ad quem omnes per aliquam viam venire intendunt [nisi per me] ducentem, sicut via ducit. Quia nec ad cognitionem Patris venit nisi per me. *1. Ioan. 1.* Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. *Mat. 11.* Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Similiter ad Patrem remanentem in vita, nemo venit nisi per me. Et sicut dicitur *1. Ioan. 10.* Ego & Pater vnus sumus. Et per id, quod est in me, via & visibile: venit ad vitam diuinam, quæ est in deitate Patris & mea. *Hebræ. 10.* Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi: quam initiasti nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam: & sacerdotem magnum super domum Dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.

Si cognouissetis me [Hic dat certam termini viæ demonstrationem, dicens [Si cognouissetis me] secundum deitatem in operibus, & modo operum meorum: facile cognoscere possitis [& Patrem meum] qui vnus in deitate mecum est [cognouissetis utique] quia opera nostra indiuisa sunt, sicut indiuisa est virtus & substantia qua operamur. *1. Ioan. 5.* Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Item *14.* Pater in me

manens, & ipse facit opera. Ideo quia Filius manifestat Patrem, dicitur *Hebræ. 1.* Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. *Sap. 7.* Candor lucis æternæ. & speculum sine macula Dei: maiestatis, & emanatio quædam omnipotentis Dei syncera. Et ideo nihil inquinatum incurrit in illam. Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et ideo per ipsum Patrem cognoscitur: quia per identitatem essentiæ vnus est secum.

Et amodo cognoscetis eum [accepto Spiritu sancto, qui reuelabit vobis omnia quæ dixi vobis. *1. Ioan. 14.* Cum venerit Paracletus quem ego mittam vobis à Patre: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixero vobis. Statim enim quia carnali affectu deposito accipietis Spiritum sanctum. In Spiritu autem sancto omnia ista quæ modo non intelligitis, cognoscetis. *1. Corin. 13.* Cum venerit quod perfectum, euacuabitur quod ex parte est. *2. Corin. 3.* Nos vero omnes reuelata facie, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu [& vidistis eum] quia me viso secundum cognitionem deitatis, vidistis in eadem visione Patrem. Sicut de duobus omnino similibus dicitur: si vnus istorum duorum vidisti, vidisti & alterum. Et vnus videtur in altero: quia vtriusque est vna substantia, & vna virtus, & vna operatio quæ videtur esse in opere. Et secundum relationem vnus est in intellectu alterius. *Gen. 31.* Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

Hic incipit Philippi dubitatio quæ oritur ex præcedenti. Dixit enim Christus in solutione præcedentis quæstionis, vbi Christus terminum viæ se demonstraui, quod si cognoscerent Christum, cognoscerent & Patrem. Ideo Philippus quæsiuit de Patre sub ratione Patris, quod Pater sibi ostenderetur. Hæc autem dubitatio duas habet partes, scilicet, petitionem Philippi, illuminationem Domini. Petitio autem Philippi duo continet: vnus quidem quod desiderabat, alterum autem est confessio, quæ hic sufficiebat. Dicit ergo [Domine ostende nobis Patrem] Ac si dicat. Ex quo dicis Patrem esse eum ad quem vadis, & in quo est terminus nostræ beatitudinis [& sufficit nobis] Ac si dicat: Nihil ultra quærimus. *2. Corin. 3.* Sufficiens nostra ex Deo est. *1. Cor. 15.* Erit Deus omnia in omnibus. Et hoc dixit Philippus: quia Patrem in ratione Patris, non cognouit: quamuis cognouit Deum in ratione Dei, & per opera Christum Deum esse cognouit. Philippus enim, sicut in præcedentibus diximus, rudis fuit. Et licet cognouit Deum in ratione Dei: tamen non cognouit sub distinctione personarum: & ideo indigebat illuminatione ampliori: & illam sicut pius doctor exhibet sibi Christus. Vnde subditur.

Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, vider & Patrem:

Et quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor: Pater autem in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite.

Dicit ei Iesus [ad illuminationem suæ dubitationis] Tanto tempore, &c. [Dicit autem hic quatuor: Philippi redargutionem, Philippi illuminationem, & ex illuminatione iteratam non intelligentis redargutionem, & illuminationis rationem. Dicit ergo arguendo Philippum] Tanto tempore vobiscum sum [ostendens vobis meam & Patris operationem, & virtutem, & substantiam] & per illa [non cognouistis me] Ac si dicat: Hoc mirum est valde: quia [qui videt me, videt & Patrem meum] sicut iam antedictum est. Et ideo mirum est, quod hoc toties à me auditum non cognouistis. Causa autem huius, quod tanto tempore perfecte non cognouit eum, tangitur *Luc. 24.* Oculi eorum tenebantur ne eum cognoscerent. Id autem quo tenebantur, fuit velamen carnis & infirmitatis, quo semper cogitare & dubitare cogebantur. Quia & si Petrus aliquando etiam pro se constebatur & pro aliis, dicens: Tu es Christus Filius Dei viui. *Mat. 16.* Tamen iterum propter infirmitatem carnis reformebatur ad fidei modicitatem. Et propter illam carnis assumptam infirmitatem, semper Patrem meliorem Filio credebant: & ideo, vt dicit *Glo.* Nec Filium perfecte cognouerunt: quia in Dei natura Filius est æqualis Patri. Et ideo qui Patrem filio meliorem credit, nec Filium cognouit esse Filium per naturam. Sed Abraham perfecte cognouit, de quo dicitur *Gen. 18.* Tres vidit, & vnus adorauit. Sed quia hoc expressius ostensum est Philippo quam Abraham: ideo est reprehensione dignus, quia non cognouit.

Philippe qui videt me [per opera esse Deum] videt & Patrem [quia Deus incommunicabile est nomen, & deitatis natura nulli nisi vni secundum substantiam conueniens. Et ideo qui cognouit deitatem in Filio, cognouit eam in Patre: quia Pater & Filius vnus sunt in natura, sicut dictum est & notatum superius supra 10. ca. Hæc autem visio est ex reflexione intellectus super sensum: quia sensui patebant opera, intellectus ex æqualitatibus & quantitatibus & modis operum, distribuabat in ipso virtutem diuinam. Et cum virtus infinita non possit alicui communicari creaturæ, per hoc ostenditur quod in ipso erat potentia diuina & substantia diuina. In hoc autem quod missus erat, & omnis missus, ab aliquo mittitur: & sic mittentis intelligitur persona. Et cum natura mittentis non potest esse in missio nisi per generationem, intelligitur quod mittens est Pater. Et ista est consequentia ex contextione sermonis [Qui videt Filium] discreta cognitione [videt & Patrem] *1. Ioan. 8.* Si me sciretis, & Patrem meum forsitan sciretis. Aliter autem visione corporali Pater videri non potest. Vnde *1. Timo. ultimo.* Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. *Exod. 33.* Non videbit me homo & viuet [Quomodo tu dicis] Tu inquam, stultus Aposto-

lus, tot doctrinis imbutus, tot miraculis confirmatus, tot reuelationibus illuminatus: cum sis vnus de illis, de quibus dicit *Matth. 13.* Vobis datum est nosse mysterium regni Dei [Tu] Iergo talis [quomodo dicis] hoc est, dicere poteris [Ostende nobis patrem] cum toties tibi Pater in demonstrationibus operum ostensus sit. *1. Ioan. 17.* Pater manifestauit nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Si autem putas quod ad sensum Pater demonstrabilis sit, erras: quia supra quarto dictum. Spiritus est Deus: & qui adorant eum & cognoscunt, in spiritu & veritate oportet adorare & cognoscere. *1. Ioan. cap. 5.* Neque speciem eius vnquam vidistis, neque sermonem eius vnquam audistis. *1. Io. 40.* Quam imaginem poneris mihi?

Non credis] Ac si dicat: Si non credis, hoc mirum est [quia ego in Patre] sicut vnus naturæ acceptæ à Patre, sum in Patre [& Pater in me est] sicut auctor diuinae generationis, mihi suam naturam communicans. Et sic solatur obiectio quam quidam obiciunt. Quia dicunt: Si Filius est in patre, & Pater est in Filio: ergo Filius est in seipso. Et hoc non est intelligibile, quod aliquid sit in seipso: sicut dicit *Philosophus.* Pater enim quod hoc non sequitur. Quia licet vna & indiuisa natura sit, per quam Filius est in Patre, & Pater in Filio: tamen modus habendi naturam illam, secundum rationem intelligendi non est idem. Filius enim in Patre est, per modum naturam illam à Patre recipientis. Et Pater est in Filio, per modum naturam illam per fluxum communicantis. Et ideo non sequitur quod Filius sit in seipso, propter hoc quod est in Patre qui est in Filio. Quia tunc sequeretur quod Filius naturam illam acciperet à seipso: quod est hæresis illorum, qui dicebant quod idem generat seipsum: quod dicere videbatur. *Abbas Iacobus in Libello qui in concilio fuit condemnatus. 1. Ioan. 10.* Vt cognoscatis & credatis quia ego in Patre, & Pater in me est. *1. Ioan. capitulo primo.* In principio erat Verbum. Hoc enim sic supra expositum est, quod Filius est in Patre per indifferentiā substantiæ.

Verba quæ loquor [illuminationis præhabite] ponit hic perfectam rationem, dicens [Verba quæ loquor] quæ tantum habent effectum, quod quicquid dico, statim fit: quod non conuenit nisi verbis Dei [vobis] ad vestram utilitatem expressa & à vobis audita. *Psal. 140.* Audient verba mea &c. [A meipso non loquor] præterea: quia sic effectum non haberent [Pater autem in me manens] per substantiam [ipse] vt auctor [facit opera] in me. Sicut enim est indiuisa natura: ita indiuisa operatio. *1. Io. 5.* Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. Et per opera probatur virtus & essentia: & sic potestis in operibus videre Patrem [Non creditis] Quasi dicat: Tu non loqueris tantum pro te, sed pro omnibus aliis [quia ego in Patre & Pater in me est?] Quasi diceret. Mirum est, si hoc post tot & tanta opera visa non creditis. *1. Ioan. 5.* Tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hæ tres vnus sunt. *1. Ioan. 17.* Sicut tu Pater in me, & ego in te: vt ipsi in nobis vnus sint.

Alioquin] supple. si non simpliciter creditis, sine alio vos inducente ad fidem [propter opera ipsa credite] quia illa vos sufficienter ad fidem inducunt

inducunt. Ad intellectum istorum & omnium eorum quæ supra 1. & 8. & 10. & de ista doctrina dicta sunt, oportet intelligere, quod nulla sapientia & nulla scientia est causa entis, nisi sola sapientia & scientia divina: ita scilicet quod sit causa entis vniuersaliter. Et quicumque ostendit quod sua scientia est causa entis vniuersaliter, vbiunque vult, quodcumque vult: ille sufficientissime ostendit se esse Deum. Omnis enim humana scientia causatur ab ente, & ideo non potest esse causa entis. Constat autem quod sapientia, & scientia manifestantur in verbis: quia sicut dicit *Damascenus*, verbum est angelus intelligentiæ. Et ideo quod verbum est causa entis, habet à sapientia & scientia à qua procedit. Verbum autem Christi vbiunque voluit, fuit causa entis in omnibus creaturis: ergo processit à sapientia & scientia, quæ prima semper causa entis est, fuit, & erit: ergo ipse Deus fuit. Et ideo dixit *Ioan. 7.* Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Et hic dicit, quod verba efficiunt opera, quæ entia creata mutant & constituunt: & ideo verbum esse in potestate. *Math. 7.* Loquebatur sicut potestatem habens. Et sic intellectus sermo lectionis istius, de necessitate concludit id quod Dominus ostendit. Et confutatur perfecte hæresis Ariana, quæ identitatem substantiæ in Patre, & Filio esse denegauit. Attendendum etiam est, quod Philippus (sicut dicit *Glo.*) non adhuc perfectus in fide, non intellexit Filium omnino similem Patri. Et quia hoc quamuis non esset mirum, quia adhuc plene non fuit illuminatus: tamen quia vergebat aliquantulum ad arianam hæresim, ideo Christus vt detestans hæresim suam, contra Philippum fortiter & dure fuit inuectus.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.

Hic tertio perfecte ostendit fidei potestatem, & potestatis causam illius *ibi* [Quia ego ad Patrem vado] in primo horum tria dicit, scilicet, sermonis dicendi confirmationem, fidei in potestate demonstrationem, & demonstrationis quantitatem. De primo dicit [Amen amen dico vobis] duplici vrens confirmatione: quia fides est supra rationem hominis in via, sicut dicit *Richardus*, & infra intelligentiam veritatis in patria. Et sic ex parte etiam indiget confirmatione. *Iob. 4.* Vacillantes confirmauerunt sermones tui: & genua debilia robotasti. *Rom. 4.* Confirmatus est fide, plenissime sciens quia quæcumque promisit ei Deus, potens est & facere [Qui credit in me] hoc est, fidei deuotione assentiens mez veritati, tendit in me. *Ioan. 7.* Qui credit in me sicut dicit Scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Spiritus autem Deus, acceptus, mirabilem operator est. Et hoc est.

Opera quæ ego facio & ipse faciet] hoc est, eundem Spiritum habebit ad operandum quæ ego facio, & ipse faciet ea quoties vtile indicabitur. *Mat. 23.* Signa eos qui in me credunt, hæc sequentur. In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. *Ioel. 2.* & *Mat. 2.* Dabo prodigia in caelo sursum, & signa in ter-

ra deorsum. *Hebr. 2.* Ab his qui audierunt in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Sed hic quaeritur, Vtrum hoc intelligitur de Dei demonstratione fidei formata vel informis. Videtur quod non primo modo: quia multi fecerunt signa qui non habuerunt nisi fidem informem: sicut habetur *Math. 7.* Nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo demonia eiecimus? Et ego confitebor illis, quia nunquam noui eos. Si autem de fide informi intelligitur, hoc videtur inconueniens: quia per illam non inhabitat Spiritus sanctus in nobis: cum tamen ipse sit mirabilem operator, sicut supra diximus.

Ad hoc dicendum, quod in veritate intelligitur de fide formata non mortua: per quam mirabilem operator inhabitat. Ad hoc autem quod obicitur de malis fidem informem habentibus, & miracula facientibus. Dicendum, quod isti non in Spiritu eos inhabitante signa faciunt, sed in Spiritu inhabitante Ecclesiam, cuius sanctitatem miracula illa ostendunt: sicut dicit *Greg.* Et in Ecclesia fidem ædificant. Sed extra fidem Deum nunquam fecit miraculum, vt dicit *August.* Et ideo pontifices hæreticorum nunquam aliquod miraculum fecerunt.

Et si obicitur quod Antichristus qui extra fidem erit, miracula faciet. Dicendum, sicut dicitur *2. Thess. 2.* quod veniet in signis mendacibus. Signa autem mendacia non sunt simpliciter signa: sicut nec operationes maleficorum vera signa sunt, vt dicit *August.*

Si autem quaeritur, Quare modo credentes in Christum signa non faciunt? Dicendum, quod nec Christus omni tempore fecit, sicut ipse dicit *Lu. 4.* Multi leprosi fuerunt in diebus Elisei Propheta: & nemo ex illis curatus est nisi Naaman Syrus. Signa enim non sunt, nisi ordinantè sapientia diuina ad ædificationem fidei: & vt vel personæ sanctitas, vel Ecclesiæ demonstraretur. Et quando hoc tempus Deus prouiderit, tunc signa sunt. Et ideo signa dicuntur, quia non sunt sanctitatis causa, sed indicia. Et ideo quando Deus vult indicare sanctitatem, tunc sunt, & non in alio tempore. Et ideo fiebant tunc, & modo sunt, & semper fient. Crebrius tamen fiebant in primitiua Ecclesia quam modo: quia tunc magis fuerunt necessaria, vt sanctitas Christi demonstraretur quam modo. Et hoc est quod dicitur.

Et maiora horum faciet] Videtur autem hoc ipsum falsum: quia non legitur aliquis sanctus maius vel æque magnum fecisse, sicut fuit suscitatio Lazari mortui fetidi & putrefacti. Sed ad hoc dicendum, quod Apostoli non maiora fecerunt in quantitate operis, sed in quodam modo faciendi. Quia Christus vel tactu, vel verbo, vel voluntate, vel quia ipse, vel aliquid eius, tangebatur. Et sic miracula fecit. Petrus autem qui vicarius eius fuit, ad vmbra suam miracula perfecit. *Mat. 9.* Vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Et hoc est quod dicit [et maiora horum faciet] quoad modum operandi propria potestate, sine clauæ, & quoad virtutem sanandi à peccato nullus vnquam Christum sequi potuit in miraculando: sicut in ante habitis est ostensum. Quo ergo ad modum, qui predictus

dictus est, dicit: Et maiora horum faciet. *Ioan. 5.* Et maiora his demonstrabit ei opera vt vos miremini.

Quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: vt clarificetur Pater in Filio. Siquid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

Ecce causa maiora faciendi. Et dicit etiam, scilicet, Christi in fide exaltationem, & Christi suffragium per orationem, & Patris in Filio gloriosam declarationem & glorificationem. Et his tribus concludit in fine, nominis sui glorificationem. Hoc tamen quartum sequitur ex tribus premissis. Dicit ergo [Quia ego] non solum in me, sed etiam in cordibus vestris [ad Patrem vado] hoc est, in æqualitate Patris credor esse in vobis. Et hæc est fides perfecta, quæ conferretur vobis in collatione Spiritus sancti. Et ideo dicit *Ioan. 7.* Nondum erat glorificatus, Tunc enim fides facta est sicut granum sinapis *Matth. 17.* & ideo tunc omnia potuit. Vnde dicit. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic; Tollere & mittere in mare: & omnia possibilia erunt vobis. *Mat. 9.* Nihil impossibile credenti. Et hinc est quod redarguit Magdalenam *Ioan. 20.* Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Exaltatio enim fidei, mirabilem impetrat operationem. *Psal. 64.* Accedat homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. Vado ad Patrem.

Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam] Petitur enim Pater: & Christus faciet. Dicit enim [Quodcumque] Non enim est de petibilibus, etiam si bonum est quod petitur: nisi sit de pertinentibus ad salutem. Non enim in nomine Christi, hoc est, in notamine petitur: nisi nota Christi in petito exprimat. Hoc autem & in fide & ad salutem petitur: quia Christus salutem operatur, sicut & Iesus Saluator interpretatur. *Mat. 7.* Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. *Psal. 62.* Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. In nomine enim Christi omnia impetrantur: adum nota nominis Christi, & in petente, & in petito, demonstratur. Et huius causa dicitur *Ioan. 13.* Pater amat Filium, & omnia dedit ei in manus. Et ideo vbiunque est nota filij in petente, & in petito: illud statim facit Filius, accepta à Patre potestate. *Ioan. 11.* Ego sciebam quia semper me audis. *Hebr. 5.* In omnibus exauditus est pro sua reuerentia [vt glorificetur Pater in Filio] hoc est, vt gloriosus appareat in Filio Pater: quia in ipso, omnium bonorum dandorum nobis est auctoritas. *1. Cor. 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre lumine, &c. Vnde dicitur *Mat. 3.* Deus gloriæ glorificauit Filium suum Iesum. Gloriosus enim appareat Pater in Filio: quoniam ad invocationem nominis eius, omnia concedit. Quia tunc apparet quod omnia quæ fecit Filius, ad gloriam Patris perfectæ, & in nullo contrarius sunt eidem. *1. Jo. 11.* Omnem gloriam domus patris eius suspendam super eum. *Mat. 5.* Glorificent Patrem vestrum qui in celis est. Et omnibus ergo his quasi concludendo dicit.

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

Siquid petieritis Patrem meum in nomine meo, hoc faciam] *1. Jo. 58.* Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, scilicet, quando nota nominis in te reueret, & in petito. *Luc. 29.* Inuocabitis me, & ueritatis: & orabitur me; & ego exaudiam vos. *1. Jo. 2.* Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sic ergo ostenditur potentia fidei perfectæ & viuæ.

Si diligitis me, mandata mea seruate.

In capitulo isto toto intendit consolari Discipulos, ne in fide propter transitum suum ab eis vacillent. Et hoc quidem fecit in principio capitulo: sed interpositis paucis de illuminatione discipulorum, fecerat quandam digressionem: & illa digressionem iam exposita, reuertitur ad propositum, & ostendit iterum consolationem: quia per fidem operantem per dilectionem, perfectum robur accipiunt sequendo Christum. Diuiditur autem hæc pars in duas partes, in quarum prima ostendit robur & consolationem quam accipiunt per fidem operantem per dilectionem: in secunda autem redit ad principium quod intravit, & ostendit, quod ex hoc debent magnam contra vacationem suam accipere confortationem *ibi* Non turbetur cor vestrum, neque formidet] Adhuc prior harum in duas diuiditur partes, in quarum prima ostendit, quid ex fide operante per dilectionem ad sequendum Christum confortationis accipiant, sed quia vna confortationum est, quod taliter credentibus manifestat seipsum, & de hoc Iudas dubitauit: ideo in secunda parte de hoc Iudas illuminat dubitationem *ibi* [Dicit ei Iudas] non ille scitiores. Adhuc prior harum in duas subdividitur, in quarum prima dicit confortantia eum qui habet fidem per dilectionem: in secunda autem ponitur signum ei qui talem fidem habet in ipsum *ibi* [Qui habet mandata mea] Adhuc prior harum habet quatuor paragraphos: Primo enim ponit præceptum credenti in eum fide illa, quæ per dilectionem operatur: secundo Paracleti promittit consolationem *ibi* [Et ego rogabo] tertio per suam reditum iterum promittit consolationem *ibi* [non relinquam] quarto secretorum propter hoc præmittit reuelationem *ibi* [In illo ergo die] Dicit ergo.

Si diligitis me] Ac si dicat: Dixi vobis quod si creditis in Deum, & in me credite. Hoc autem fieri non potest nisi per fidem quæ per dilectionem operatur [Si] autem sic per dilectionem veritatis diligitis me] Diligenti enim nihil est difficile. *Gen. 29.* Videbantur enim ei dies pauci propter magnitudinem. Quantumcumque enim laboriosus fuerit dies, amor non sentit. Ergo cum probatio dilectionis, sit exhibitio operis: charitas enim, vt dicit *Greg.* magna operatur si est: si autem tenuit operari, charitas non est. Ergo si diligitis me] mandata mea seruate] Mandatum eius seruatur quando opere impletur. *2. Ioan. 1.* Hæc est charitas vt ambulemus secundum eius mandata. *Dem. in Ama Deum tuum, & observa mandata eius* vtque indicia. *1. Ioan. 5.* Hæc est charitas Dei in vobis vt mandata eius custodiatis: & mandata eius graua non sunt. Prima enim maxima mandata, vt dicitur *Mat. 22.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Hæc enim si seruauerit, impletur. *Ro. 13.* Plenitudo legis est dilectio.

Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit.

Ecce hic sic diligenti promittitur consolatio ex dono Spiritus sancti. Et dicuntur hic duo, scilicet, descriptio Spiritus consolantis, & manifestatio sui ipsius, non mundo, sed eis qui accipiunt. Describitur autem per quinque, scilicet, per dantem, per operationem, per mansionem, per naturam, & per illuminationem. De dante autem duo innuit, scilicet, impetrantem, hic enim quodammodo dat: & dantem per autoritatem. Dicit ergo [Ego rogabo] Ego quidem secundum quod homo: quia secundum quod Deus, ego do & rogor cum Patre. *Ioan. 17.* Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo rogo.

Sed contra hoc esse videtur quod dicitur *Ioan. 16.* Non dico quia ego rogabo Patrem pro vobis. Ipse enim Pater amat vos. Ad hoc autem dicendum, quod licet roget pro nobis secundum quod homo: non tamen dicitur rogare ita quod precibus flectat Patrem ad hoc, quod faciat id quod ex affectu proprio facere non cogitavit: quia Pater ex affectu proprio sic in Filium credentes diligit. Et hoc est quod dicit: Non dico, quod ego rogabo Patrem de vobis: quia non est opus: quia per se paratus est facere: & ideo non est contrarium. Sic ergo rogar eum qui ex affectu proprio paratus est facere dilectoribus Filij quicquid petunt. Sic ergo quando oratio Filij concordat affectui Patris, certa est exauditio.

Patrem ego rogo, qui paterno affectu vos diligit, & libenter pro omnibus illis qui ad formam filiorum in spiritu adoptionis formati sunt, exaudit. *Sap. 16.* Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebas.

Et alium Paracletum dabit vobis] In hoc notatur quod primo dedit Filium in paracleti, hoc est, advocatum & consolatorem. Advocatum ut patrocinetur in causa nostra apud iudicem Deum. Consolatorem, ut consolaretur in pressura mundi & tormentorum. De primo horum dicitur *1. Ioan. 2.* Advocatum habemus apud Deum Patrem IESVM CHRISTVM IUSTVM: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. *1. Ioan. 4.* & *Hebr. 9.* Qui ingressus est in ipsam caelum ad interpellandum pro nobis. *Rom. 8.* Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. De consolatione vero dicitur *1. Sa. 61.* Ut consolaret omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Sic ergo Christus fuit noster paracletus. Alius autem paracletus est Spiritus sanctus, qui etiam advocat & consolatur. Advocati enim officium est triplex, scilicet, postulare iudicem, loqui pro reo accusato, & arguere de delictis. De primo dicitur *Rom. 8.* Spiritus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus, hoc est, docet nos postulare. De secundo dicitur *Matth. 10.* Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. De

tertio *Ioan. capitulo 16.* Cum venerit Paracletus quem ego mittam vobis a Patre, ille arguet mundum de peccato, & de iudicio, & de iustitia.

Est autem hic obiectio. Quia paracletus siue advocatus mediator est inter iudicem & iudicandum. Spiritus autem sanctus non est mediator, sed Filius. Ad hoc autem dicendum, quod aliud est mediare, & aliud est esse mediatorem. Mediare enim est subvenire & intercedere, & generaliter mediationis actum exercere: & hoc modo bene mediat Spiritus sanctus, sicut paruit in auctoritatibus inductis. Mediatorem autem esse, est personam mediantem & in medio existentem habere: & hoc non convenit nisi Filio: quia ille per duas quas habet naturas manum mittit in ambobus. *1. Tim. 2.* Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.

Dabit vobis] gratis: quia hoc datur quod gratis datur. *Ezech. 36.* Dabo vobis Spiritum novum. *Num. 11.* Tollam de Spiritu tuo, & dabo 70 viris. *Luc. 11.* Pater vester celestis dabit Spiritum bonum petentibus se [ut maneat vobiscum] confocianter, & pro vobis advocans, & non deserens vos [in æternum] *Num. 11.* Cumque requieverit in eis Spiritus Domini, prophetaverunt nec ultra cessaverunt. Non enim sicut à Saule sic à vobis recedet. *1. Reg. 16.* Spiritus Domini recessit à Saul: & exagitabat eum spiritus nequam à Domino. Adhuc autem, non recedet à vobis pro carnis concupiscentia: quia carnalem concupiscentiam in vobis domabit. Pro hac non requieuit, sed recessit ab originali mundo, tempore diluuij. *Gen. 7.* Non permanebit Spiritus meus in homine: quia caro est. Adhuc autem, pro inquietudine ambitionis & avaritiae à vobis non recedet, sicut recessit à submersis in aquis diluuij. Columba enim revertens in arcam, cum non inveniret ubi requiesceret pes eius *Gen. 8.*

A multis enim aliqua istarum trium causarum recedit, scilicet, propter amaritudinem iræ & invidiæ vel tristitiæ, sicut à Saul: & propter inquietudinem ambitionis & avaritiæ, sicut à submersis in mundi vanitatibus: vel propter inmunditiam libidinis, sicut à mundo originali. Requieuit autem super lumen veritatis, sicut in prophetis, ut in auctoritate inducta.

Requiescit super salvatos, per gratiam virtutis. *4. Reg. 2.* Requieuit Spiritus Elie super Eliseum qui interpretatur Dei mei salutare: quod competit salvatis per gratiam virtutis. Requiescit super florem conversationis honestæ. *1. Sa. 11.* Flos de radice Iesse ascendet: & requiescet super eum Spiritus Domini. Sic ergo requiescens, manebit vobiscum in æternum.

Spiritum] Ecce descriptio per naturam: quia Spiritus est qui cordibus nostris essentialiter inhabitat, & facit corda flammantia igne charitatis. *Rom. 5.* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis [veritatis] Est descriptio per lumen intellectus, in quo splendet per veritatem quam docet. *Ioan. 16.* Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Unde etiam Prophetas qui sunt Doctores, inspirare dicitur, & ad amorem accendere, & ad veritatem dicitur illuminare. *Sap. 7.* Per nationes in animas sanctas

se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit [quem mundus accipere non potest] quia mundum, hoc est, mundanos exagitant tres spiritus nequam, qui paulo ante inducti sunt. *Apo. 16.* Vbi vidi de ore bestie Pseudopropheta exire tres spiritus immundos in modum tanarum. Sunt enim spiritus demoniorum, & ideo non accipit. *2. Cor. 6.* Quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ conventio templo Dei cum idolis?

Obijcitur autem in contrarium. *Sap. 1.* Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Sed ad hoc dicendum, quod orbis terrarum ibi dicitur fideles, humiles, & stabiles, & fructificantes sicut terra, & patientes, quando conculcantur tribulationibus. Sic ergo mundus qui in maligno est positus, non potest eam accipere. *Sap. 1.* In malenolam animam non introibit sapientia vel spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Vel non potest accipere, hoc est, à me tollere, sicut me tollit per mortem carnis ad tempus: quia ille est immortalis, & ideo super vos requiescens sedebit. *Act. secundo.* Supra singulos eorum sedit Spiritus sanctus. Et sic apte subiungit.

Quia non vidit eum] oculis corporeis [nec scit eum] scientia cordis. Cæcitas enim mundi tanta est, quod nec videt Spiritum cognitione aperta, nec scit eum cognitione per signa. *Ioan. 3.* Spiritus ubi vult spirat: & vocem eius audis, & nescis unde veniat, aut quo vadat. *Act. 19.* Sed neque si Spiritus sanctus est audimus. Et similiter ille qui natus est ex Spiritu & spiritualis, à mundo non cognoscitur. *1. Cor. secundo.* Spiritus talis homo iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur. Et *Ibidem.* Quæ sunt Dei nemo novit nisi Spiritus Dei.

Vos autem] spirituales [cognoscetis eum] per operationes & signa, & per conscientie informationem: Et huius rationem dicit Paulus. *1. Cor. 2.* Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est: ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.

Est autem obiectio de hoc quod dicitur *Eccl. 9.* Quod nemo scit utrum odio vel amore dignus sit. Ergo videtur quod nemo scit utrum habeat Spiritum sanctum. Adhuc *1. Cor. 4.* Nichil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Videtur ergo quod si etiam nihil mali dicit nobis conscientia, non propter hoc sit certum, de nostra salute vel iustificatione.

Ad hoc dicendum, quod pro certo Spiritus sanctus cognoscitur in nobis per suas operationes, quæ sunt credere, sperare, & diligere, & prophetare, & huiusmodi. Sed nescitur utrum huiusmodi operationes sint gratiæ gratis datæ, vel gratum facientis: quia istæ gratiæ frequenter in similibus actibus demonstrantur: & ideo nescitur utrum aliquis amore vel odio dignus sit. Potest tamen ex huiusmodi, si adsit excusatio à peccato conscientia, vehementer presumi quod sit aliquis in statu salutis.

Ad primum ergo obiectum, dicendum est quod non est idem, in se habitare Spiritum sanctum, & esse dignum amore sicut ita æterna: quia Spiritus sanctus sicut frequenter inesse per gratiam gratis datam, ut dictum est.

Ad aliud dicendum, quod verum est quod si non reprehendat conscientia, signum est quod aliquis sit dignus amore. Sed est signum fallibile pro-

D. Alberti Mag. in Euang. D. Ioan.

per similitudinem multam gratiæ gratis datæ ad gratiæ gratum facientem: quando utraque gratia accipitur ad similes actus: sicut credere ex fide informi, & credere ex fide formata: & sperare ex spe informi, & spe formata: & diligere ex amore naturali, & charitate. Qualiter autem cognoscant ostendit cum dicit.

Quia apud vos manebit] requiescens, non distractus. Manebit autem in gratia præveniente, & operante, quæ est in affectus informatione [et in vobis erit] in gratia subsequente & cooperante, hoc est, in illa quæ elicit operationes meritum, & confortat contra tentationes insurgentes. Dicit enim *Aug.* quod prævenit ut velimus, & subsequitur ne frustra velimus. *Psal. 58.* Misericordia eius præveniet me. Et iterum *Psal. 22.* Et misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Operando enim & præveniendo, facit gratiam intus. Et subsequendo & cooperando, exercet gratiam in opera, & victorias tentationum. Et de his duobus dicit *Psal. 93.* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super Sanctos suos, & in ego qui convertuntur ad cor. Et hoc quidem facit manendo per conscientie informationem. Et alibi dicit *Psal. 141.* Qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. Quod facit per exercitium bonorum operum contra impugnationes viciorum.

Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

Aliam hic ostendit taliter credentibus conformationem, sive promittit: & hoc per sui ipsius præmissam visitationem. In secundo mundo negat hanc gloriæ suæ visionem. Tertio consolatur suos per sui visus salutarem consolationem. Dicit ergo [Non relinquam vos orphanos] hoc est, pupillos: quia pupillus est qui non habet patrem. Ac si dicat. Ego sum vobis pater: me mortuo eritis quasi pupilli. Sed habere fiduciam, quando in me credatis. Ego non tantum consolabor vos per Spiritum sanctum: sed etiam post triduum resurgens, non relinquam vos orphanos sicut pupillos. *1. Thim. 6.* Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi viduæ. *Psal. 145.* Pupillum & viduam suscipiet, hoc est, fidem & Ecclesiam matrem pupillorum. *Psal. 9.* Pupillo tu eris adiutor [veniam ad vos] apparendo post resurrectionem. *Ioan. 16.* Iterum autem videbo vos. *Matth. 26.* Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam: ibi me videbitis.

Adhuc modicum] tempus: quia tantum tempus eiusdem noctis & parit diei trahitur vique ad nonam [et mundus] inmundus [me iam non videt] in præsentia carnis. Modo autem sicut iam dicit: quia in futuro iudicio videbitis iudicem vivorum & mortuorum. *Ioan. 19.* Videbunt in quem transierunt. Iam autem hoc præsentem tempore, negabitur eis visio mea: quæ vobis exhibebitur ad magnam consolationem. *Ioan. 7.* & 8. Adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & in peccato

peccato vestro moriemini. *Isa. 26.* Tollatur impius ne videat gloriam Dei.

Vos autem videtis me] sodalibus & iocundis oculis. *Matth. 5.* Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. *Job. 42.* Auditi auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. *Luc. 10.* Beati oculi qui vident quæ vos videtis [quia ego vivo] de cætero non moriturus. *Ro. 6.* Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel. Quod autem vivit, vivit Deo. Sic ergo vivo, & hanc vitam per vivitatem in me habeo deitatem, per quam habeo potestatem ponendi animam meam & iterum sumendi eam: sicut dictum est. Sicut autem ego vivo [& vos vivetis] in vltima resurrectione: quamvis modo vivatis in gratia, & postea in gloria, & in futuro corpore & anima gloriosi. *1. Ioan. 5.* Sicut Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. *1. Tim. 6.* Qui solus habet immortalitatem, & lucē inhabitat inaccessibilem. Sic ergo ego vivo: & illa vita gloriosa Resurrectionis vobis erit causa vivendi: & sic vos vivetis. *1. Ioan. 11.* Omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum. *Col. 3.* Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem apparuerit Christus vita vestra: tunc & vos apparebitis cum eo in gloria. *Gal. 2.* Quod autem nunc vivo in carne, in fide Filij Dei vivo, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

In die illo] plena illuminationis post Resurrectionem [os cognoscetis] id quod modo creditis ex verbis meis. Tunc enim aperietur sensus vestri ut intelligatis Scripturas. *Luc. 24.* Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas. Cognoscetis autem per fidem illuminatam, quæ modo creditis per fidem in ænigmate obscuritatis existentem. Plene autem & per speciem & specie cognoscetis quando perficietur unio vestri ad me in gloria, quæ nunc inchoata est in gratia. Tunc enim fiet quod dicitur *1. Corinth. 4.* Veniet Dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo. Et hoc est [cognoscetis] quod modo queritis [quia ego in Patre] pro eo [sum] per essentiam indifferentiam quam habeo cum ipso, à quo sum per substantialem generationem. Ideo enim dictum est *1. Ioan. 1.* Unigenitus qui est in sinu Patris ipse enarravit. Essentia enim Patris per hoc quod ego sum ab ipso, non dividitur. Omne enim quod exit ab alio, per exitum illum dividitur. Aut dividitur per materiam divissam, sicut filius hominis à patre homine. Aut dividitur per specificam differentiam, sicut dicitur genus secundum esse in speciebus. Neuterum autem potest cadere in divinam naturam propter simplicitatem ipsius. Et ideo & in me, & in ipso, substantia secundum se & secundum esse substantiale manet indivisa: quamvis ego floream, & procedam ab ipso in esse personali, sicut verbum floret ex intellectu universaliter agente: idem tamen sum in substantia cum ipso, sicut supra dictum est super illud. In principio erat Verbum. Sic ergo cognoscetis me esse in Patre meo: quia & per hoc tangitur unitas essentialis, & distinctio personalis.

Et vos in me] esse cognoscetis. *Glo.* sicut pal-

mes in vite. Quia sicut ex radice, ex me trahitis & gratie nutrimentum, & operationis & fructificationis virtutem. *Joan. 15.* Sicut palme non potest facere fructum nisi manserit in vite: ita & vos nisi in me manseritis. In hac quidem visitatione fides iungit, spes insigit, & caritas conglutinando unit; & insertus in vite palme, socius radicis & humoris & vitis efficitur. *Att. 17.* In ipso vivimus, movemur, & sumus.

Et ego in vobis] per gratiam inhabitans, & per virtutem operans. *Iere. 14.* Tu autem in vobis es Domine: & nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos Domine Deus noster. *2. Corinth. 13.* An experimentum queritis eius qui, in me loquitur Christus: qui in vobis non infirmatur. Omnia ergo ex tunc cognoscetis.

Qui habet mandata mea, & servat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Ponit hic signum eius qui talem habet fidem quæ per dilectionem operatur, qui in tot & tantis confortatur & consolatur. Et dicitur hic duo. Ponit enim hic signum, & secundo ostendit multa bona quæ à Deo consequitur merito talis fidei & caritatis. Dicit ergo [Qui habet mandata mea] hoc est, præcepta manu mea data, quicunque habet in memoria; non solum vos, sed etiam quicumque crediderit per vos: & sic [habet] in memoria [mandata, & servat ea] in opere; hoc est, ita memoratur ut servet in opere. Vel [Qui habet] faciendo [& servat] perseverando. Vel [Qui habet] sermone [& servat] in factis suis in moribus. Vel [Qui habet] audiendo [& servat] faciendo.

De primo honore dicitur *Luc. capitulo 12.* Servus sciens voluntatem Domini sui & non faciens, plagis vapulabit multis. Et è converso *P. 11. 10.* Intellectus bonus omnibus facientibus sum. De secunda expositione dicitur *Matth. 24.* & *Matth. 10.* Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Act. 12.* In disciplina perseverate: se vobis tanquam filijs offert Deus. De tertia *Att. primo.* Cæpit Iesus facere & docere. *Matth. 5.* Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. De vitimo dicitur *Iaco. 1.* Qui auditor est verbi & non factor, comparabitur viro considerari vultum naturæ suæ in speculo: & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Et *ibidem.* Non auditors legis tantum, sed & factores iustificabuntur [hic] ergo talis tali signo descriptus [est qui diligit me] opere & veritate, & non lingua & verbo tantum. *Psal. 102.* Iustitia illis in filios filiorum, his qui servant testamentum eius, & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Aliter enim dicitur illud *Isa. capitulo 29.* Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me: cor autem ipsorum longe est à me. *1. Ioan. tertio.* Non diligamus verbo neque lingua, sed & opere & veritate.

Qui autem diligit me] Tangit ea quæ ab ipso recipit taliter diligens: & sunt tria, scilicet, dilectio Patris

autem in parabolis. Sed ipsi de hoc non conlulerunt.

Respondit Iesus, & dixit eis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit.

Hic incipit secunda pars, & dividitur in tres partes, in quatum prima ostenditur, quod tota causa est in dilectione, quæ discernit gentem sanctam à non sancta: in secunda dicitur huius rei proprium reuelatorem & perfectiorem esse Spiritum mittendum *Ibi* [Hæc locutus sum vobis] in tertia ostendit, quod illo adveniente, sui venient ad pacem cordis, & nulla dubitatione vel perturbatione amplius inquietabuntur *Ibi* [Pacem relinquo vobis] in prima harum dicitur quatuor, in quorum primo ostendit, quod caritas est causa distinctionis inter eos quibus manifestatur & non manifestatur: in secundo tangit modum manifestationis: in tertio dicit causam ex parte eorum quibus non manifestatur: in quarto ostendit rationem quare Pater secum manifestatur. Dicit ergo.

Siquis] Coniunctio conditionalis notat raritatem & dignitatem Christum diligentium. *Matth. 20.* Multi sunt vocati pauci vero electi [diligit] hoc est, dilectione in me transit. *Can. 5.* Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. *Iere. 20.* Factus est in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis: & defeci ferre non sustinens [sermonem meum servabit] hoc est, mandata ad faciendum ea, sicut supra dictum est. Sermo enim servat, qui meditando intelligit, & afficiendo circa ipsum diligit, & opere exemplum ostendit, & alium ad idem faciendum inducit. *Dem. 6.* Erant verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis & ligabis ea quasi signum in manu tua. *Prov. 6.* Liga ea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo, scilicet, ad loquendum cum eis: & cum ambulaveris, gradientur tecum, supple, in profectu. *Isa. 44.* Ille dicit, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua, Domino. Dicit autem confessione oris, & inuocabit affectione voluntatis, & scribet characteris operis.

Et Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, Patris.

Tangit modum manifestationis, & dicitur: moriamur ad manifestationem, manifestandi aduentum, & manifestati mansionem. De primo dicit [Pater meus diligit eum] propter me: & hæc dilectio movebit ad manifestandum se illi. *1. Ioan. 16.* Ipse Pater amat vos: quia vos me amatis. *1. Ioan. 3.* Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret. *Iere. 31.* In charitate perpetua dilexi te [& ad eum veniemus] Ego & Pater. Et tangit aduentum manifestandorum. *Gen. 18.* Si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Et hoc est in Spiritu sancto, & gratia. Et ideo Spiritus sanctus etiam venit. *Genes.*

Patri, dilectio Filij, & Filij manifestatio. De primo dicit [diligitur à Patre meo] Hæc autem dilectio est in Spiritu adoptionis, quem accipit à Patre, per quem formatur in filium & hæredem tanti Patris. *Infra eodem 1. Ioan. 14.* Pater meus diligit eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et ideo hoc dicit: quia Pater & Filius inseparabiliter diligunt. *Dem. 33.* Diligit populos: omnes Sancti eius in manu eius sunt. *Os. 14.* Diligam eos spontaneæ: quoniam auctus est furor meus ab eis.

Et ego diligam eum] Ecce secundam. Refertur ad effectum gratie redemptionis quem in ipso deriuat Filius. *Eph. 4.* Scire etiam supereminentem scientie caritatem Christi: ut implemini in omnem plenitudinem Dei. *Aper. 1.* Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Et manifestabo ei meipsum] Tertiam est. *Glo.* Hæc visio erit merces fidei. Est tamen consolatoria manifestatio in apparitione post Resurrectionem, edificatoria in mente per illuminationem, gloriosa in beatitudine per apertam visionem. De prima dicitur *1. Ioan. 20.* Gauisi sunt Discipuli viso Domino. Sic consolatus est Simeon viso salutare tuum. De secunda dicitur in *Psal. 79.* Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse. Hoc est coram Prælati, qui per Ephraim, quia reges de Ephraim in regno decem tribuum regnabant: & coram religiosis, qui per filium dextræ, Benjamin accipiuntur: quia dextræ, hoc est, æternis intendunt: & idiotis simplicibus fidelibus, qui per Manassen accipiuntur, qui frequenter spiritualium obliuiscuntur propter terrenorum sollicitudinem. De tertia manifestatione dicitur *1. Ioan. 3.* Similes ei erimus, & videbimus eum sicut est.

Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes. Domine, quid factum est: quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

Hic tangitur illuminatio ad interrogationem Iudæ Apostoli. Quia enim dixerat Dominus quod Apostolis & non alijs Dominus erat manifestandus: nesciens Iudas dispositionem gloriosi corporis, quod se visibile exhibet quibus vult: & apud eos quibus manifestari non vult, remanet invisibile: querit, quæ sit huius rei causa. Dividitur autem hæc pars in duas partes, in quarum prima ponitur questio: in secunda autem questiois illuminatio. Dicit ergo.

Dicit ei Iudas] Apostolus. Et distinguit à proditore secundum quod dicit [Non ille Iscariotes] sed vero nomine Iudas, qui in confessione & glorificatione nominis Christi remansit. *Gen. 49.* Iuda te laudabunt fratres tui [Domine, quid factum est] circa te, cum vero modo nobis & alijs invisibili [in] quia te manifestaturus es nobis] tibi adhaerentibus [& non mundo] Dixisti enim: Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ergo vivo, & vos vivetis. Querit autem Iudas pro se & omnibus alijs, quia talis gloria adhuc erat eis incognita. Causa autem huius dicti fuit *Matth. 13.* Vobis, tunc est nosse mysterium regni Dei: cæteri, *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

Gen. 19. Obsecro Domini declinate in domum pueri vestri, & manere ibi. Et hæc est historia de apparitione Trinitatis [& mansionem] gratia non transeunte quantum ad nos [apud eum faciemus] & in gratia & gloria. 2. Cor. 6. Inhabitabo in eis & inambulabo, & ero illorum Dominus: & ipsi erunt mihi populus. Psal. 67. Etenim non credentes: tamen credentes inhabitare Dominum Deum. Psal. 131. Hæc requies mea, &c. Ezec. 41. Locus solij mei & locus scabelli pedum meorum, vbi habitabo in medio filiorum Israel in æternum.

Qui non diligit me] causam iam habet quare ego non diligam eum, & ita non manifestabo meipsum ei: quia ille est inimicus meus [sermones meos non letuat] Psal. 49. Projecisti sermones meos retrorsum, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Jer. 5. Præterierunt sermones meos pessime. Et ideo ad gaudium meae manifestationis nunquam admittentur. Et hoc signatum est Gen. 45. vbi Ioseph præcepit vt cuncti Egypti foras eijcerentur, & nullus interesset alienus agnitioni mutæ [Et sermonem quem audistis non est meus] private à Patre, exclusa persona Patris. Et tangit hic rationem quare cum Iudas non peteret nisi de Filij manifestatione, Christus adiecit etiam de manifestatione Patris, dicens [& sermonem quem audistis] qui instruit ad fidem, & erigit ad spem, & accendit ad dilectionem [non est meus] exclusa persona Patris. Ioan. 3. Quem misit Deus, verba Dei loquitur. 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Ioan. 7. Mea doctrina non est mea [sed eius qui misit me, Patris] Ioan. 8. Quare loquelam meam non cognoscitis? Ego enim ex Deo prodij & veni. Item vs. Ex me ipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ille mandatum dedit mihi quid dicam aut quid loquar.

Hæc locutus sum vobis apud vos manens.

Secundum presentiam carnis. Et incipit hic secunda pars, in qua dicit huius manifestationis perfectiorem Paracletum. Et dicit hic duo. Facit enim primo intentionem doctrinæ suæ. Secundo dicit quod illuminator ad illam plene intelligendam erat mittendus à Patre Paracletus. Dicit ergo [Hæc] omnia quæ audistis [locutus sum vobis] corporaliter ore ad os loquens. Num. 12. & Exod. 33. Loquebatur ore ad os loquens: sicut solet loqui homo ad amicum suum. Isa. 50. Mane erigit mihi aurem: vt audiam eum quasi magistrum [apud vos manens] in presentia carnis. Baruch 3. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Paracletus autem, Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

Tangit hic tria: nomen, auctorem, & doctrinam. Nomen autem duplex. Paracletus est aduocatus: quia aduocat pro nobis, & consolatur nos. De primo dicit Luc. 21. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes

aduersarij vestri. De consolatione autem dicitur 2. Cor. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Secundum nomen est Spiritus sanctus [Spiritus] autem dicitur: quia spirat, quia viuificat, quia illuminat: quia occultus est, & à carne & à sanguine non percipitur. De primo dicitur Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat. Spirat autem ad gratiæ informationem. De viuificatione dicitur Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat. De illuminatione Iob 32. Vt video spiritus est in hominibus, & inspiratio Altissimi dat intelligentiam. De occultatione Ioan. 3. Nescis vnde veniat, &c. Eccl. 11. Nescis quæ sit via spiritus. Spiritus adhuc dicitur qui à carne auertitur. Luca 24. Spiritus carnem & ossa non habet. Sed simplex est & in veritate consistit. Ioan. 4. Spiritus est Deus & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Sanctus] autem dicitur: quia mundus ab omni inquinamento & liber, quia fortis, quia diuinis intentus. De munditia habet quod carni & sanguini reluctatur, de fortitudine quod à contrario non vincitur, de consensu diuinorum quod legi Dei consentit, & eam operatur. De primo modo sanctitatis dicit Dionysius in lib. de diuin. nominibus c. 12. Sanctitas est ab omni inquinazione libera & perfecta munditia. De fortitudine siue firmitate dicitur quod est sanctum siue confirmatum. De tertio modo sanctitatis dicitur a Philo. quod sanctitas est virtus scire faciens quæ ad Deum iusta sunt. Et ideo dicitur Isa. 6. Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus exercituum. Quia Sanctum dicitur tripliciter: ideo dicitur Spiritus sanctus. Tangit autem auctoritatem ipsius quando dicit [quem mittet] Et per eum qui mittit, tangit auctoritatem Patris: & per eum in cuius nomine venit, tangit auctoritatem Filij. Et ideo dicit: Quem mittet [Pater in nomine meo] Dicit ergo.

Quem mittet Pater] Gal. 4. Misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. De nomine autem dicitur. Hæc est inuocatio nominis mei. Act. 4. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oportet nos saluos fieri [ille vos docebit omnia] Docet ergo ad intellectum quæ Filius docuit. Et ideo dicitur Ioan. 16. De meo accipiet & annuntiabit vobis. Non enim potest de eo quod est Filij accipere, nisi procedat ab ipso. Et omne quod est, & habet, & potest, & facit, habet ab ipso. Illam Spiritum accepisse, didicisse est. Quia sicut nemo scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita etiam quæ sunt Dei, nemo nouit nisi Spiritus Dei sicut dicitur 1. Cor. 2. Et ibidem. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. Et ideo etiam profunda docet eum qui Spiritum Dei accepit. Sic ergo docebit omnia [& suggeret vobis omnia] Gregorius. Non dicitur suggerere quasi de subter ingerat scientiam, cum sit æqualis Patri & Filio, sed quia ingerit eam de occulto. Iob 4. Quasi furie suscepit auris mea venas furris eius. Vnde dicit Dominus Math. 10. Quod aure audistis, prædicabitis super tectum [quæcunque dixero vobis] Omnis enim consonantia est inter Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Et quod à Patre accipitur, & Filius protestatur, hoc & per Spiritum veritatis docetur & suggeritur. Vnde Thren. 1. De excelso misit ignem in

ossibus

ossibus meis. 1. Ioan. secundo. Non est necesse vt alius vos doceat. Ipsa enim vnctio docebit vos de omnibus.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.

Pacem relinquo vobis. Glo. Iturus ad Patrem. Hæc autem pax est reconciliatio ad Deum quam fecit Filius eundem ad Patrem. Istud est tertium, in quo ostenditur quomodo cor in donis istis quietatur: ita quod vitius nihil requirit. Dicit autem duo: pacem relinquo, & pacem dari. De primo dicit] Pacem relinquo vobis] Luc. 2. Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Isa. 66. Ecce declinabo in eam sicut flumen pacis, hoc est, abundanter & affluenter [Pacem meam do vobis] hoc est, conscientie de cætero tranquillitatem: quæ vobis hæctenus negata fuit. Phil. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, &c. Ro. 14. Non est regnum Dei escæ & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Hæc est vera conscientie tranquillitas in testimonio Spiritus sancti.

Non quomodo mundus dat] Tangit modum dandi pacem istam. Mundus autem dat extra, non intus: dat pacem falsam, sicut erat Iude fallax osculum. Isa. 57. Non est pax impijs, dicit Dominus. Sep. 14. in magno incitit bello viuentes & tot & tam magna mala pacem esse arbitrari sunt [ego do vobis] veram pacem, & vero modo dandi. Quia de interioribus, & ad Deum, & ad conscientie quietem, & à vobis inseparabilem, & ànter bella manentem. Eph. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Psal. 4. In pace in idipsum dominium & requiescam. Sic ergo per fidem operantem per dilectionem, habebitis & manifestationem, & tranquillitatem dulcedinis: & nihil vobis deerit.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vti que vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquod. Sed vt cognoscatur mundus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: Surgite, camus hinc.

Ex his omnibus redit ad principium istius exhortationis. Dicit autem in vltima parte quinque, & præmittit omnibus exhortationem à qua inchoauit sermonem, dicens [Non turbetur cor vestrum] quoad veritatis intellectum, quod nou tenetur intellectus à fidei veritate. Quando enim rara & alta dicuntur, ad quæ homo non potest, aliquando est turbatio intellectus: & querit intellectus de modo quæ fieri possint. Luc. 1. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista saluatio. Tob. 12. Cum hæc audissent, turbati sunt, & trementes cecide-

runt in facies suas [neque formider] quoad tremorem affectus. Ac si dicat. Neque propter hoc moueamini à proposito concepso per meam doctrinam. Dem. 26. Quis est formidolosus, & corde pauido: vadat, & reuertatur in domum suam: ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perentinus est [Audistis quia ego dixi vobis] Quinque subiungit consolantia, quæ turbationem & formidinem excludant. Primum est quod audiens, & dictum est eis quia [vado] recedens non semper à vobis separandus, sed in proximo reuertens sum [Et venio ad vos] & post resurrectionem, & in iudicio secundum corporalem presentiam. Ioan. 16. Iterum videbo vos: & gaudebit cor vestrum. Gen. 18. Reuertens veniam ad te in tempore isto vita comite.

Si diligeretis me] Secunda consolatio: quia si diligeretis me, præcepta quibus vos instrui vos seruando [gauderetis vti que] quia per hoc crescit gaudium vestrum [quia vado ad Patrem] apud quem etiam secundum humanitatem summum est gaudium. Vnde Glo. quia humane nature congruendum est quæ leuatur ad dexteram Patris. Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. In hoc enim spes generatur quod alij leuabuntur ad bona potiora beatitudinis. Isa. 35. Venient in Sion cum laude: lætitia sempiterna erit super capite eorum: gaudium & lætiam obinebunt, & fugiet dolor & gemitus [quia Pater] æternus [maior me est] secundum humanam enim naturam minor sum Patre, & sum conformis vobis: & ideo in me exaltamini, & hoc deberet vobis esse gaudium. Psal. 20. Exaltare Domine in virtute tua, &c. Hilarius autem hanc propositionem contra Arium exponit de diuinitate Filij hoc modo. Quod licet Pater maior sit propter generationis auctoritatem: sequitur tamen quod Filius non sit minor: quia generatio substantialis non est ad minoritatem, sed ad æqualitatem. Quia vnumquodque quod naturaliter generat, tale generat alterum, quale est ipsum vnum in substantia & virtute naturali. Sed hæc expositio non est literalis, facta est per instantiam ad obiectionem hæretici.

Et nunc dixi vobis] Tertium consolatorium: quia manifestatio suæ diuinitatis est, quod contingencia de futuro prædicere potest: & sic confirmatur fides suæ diuinitatis. Et hoc est quod dicit [& nunc dixi vobis] hæc [priusquam fiat] quod non possem facere nisi luce diuinitatis meæ, etiam potestate [vt cum factum fuerit] in effectu, sicut prædixit [credatis] hoc est fidem confirmatam habeatis. Ioan. 13. eadem quæ hic verba continentur. Luc. 21. Hæc sunt verba quæ locutus sum vobis cum adhuc essem vobiscum: quoniam oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

Si autem queritur, Quid est hoc quod dicit. Credatis: cum etiam ante fidem habuerunt? Dicendum, quod extant pleniorum recepturæ. Dicit enim Augustinus, quod fides Apostolorum cum Christus hæc cum eis loqueretur, fuit parua: & cum incretetur, penitus fuit nulla. Cum autem ea quæ dixit compleuerunt, fides eorum refecta est & aucta.

Iam non multa loquar vobiscum] Quartum est

est consolatorium: quia non recedit ad passionem, sicut pro criminibus, sine sponte sua, ut latro percussus, sed potius innocens & voluntarius: in quem, quia mundi princeps manum misit, cum nihil in eo iuris haberet: ius suum in omnibus amittere meruit: & ideo consolatio est de tali redemptione. Hoc est ergo quod dicere intendit.

Iam non multa loquar vobiscum [Et hoc propter vestram imbecillitatem. Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo] *Ioan. 16. Heb. 5.* Grandis nobis sermo ininterpretabilis ad dicendum: quia imbecilles facti estis ad audiendum [Venit enim] iam in ministris malitiae suae, accepta à Deo dicentia [princeps huius mundi] diabolus, qui habet principatum in mundanis, mundanam potestatem habentibus. *Ephes. 6.* Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in caelestibus. Vnde de diabolo dicitur *Iob 41.* Ipse est rex super omnes filios superbiae. Iste ergo iam venit cum suis satellitibus, quorum unus est Iudas traditor [& in me non habet quicquam] iuris, ut ex aliquo debito patri: sed patior ex Patris obedientia, & libera mea charitate: quia hæc duo non repugnant: quia mea charitas est ad Patris voluntatem implendam. *Ioan. 11.* Princeps huius mundi eijcietur foras. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11.* Si fortior superuenerit, & introierit in domum fortis: & alligabit fortem, & omnia vasa eius distribuere in quibus confidebat. Et ita in omnibus amittit quod habere se gaudebat, per hoc quod in me solum manum extendit.

Sed ut cognoscat mundus [Quintum est consolatorium: quia ex quo princeps mundi non profectere me punit, consolatio vobis debet esse quia ego ex voluntate Patris, ut vos redimamini, patior. Et hoc est quod dicit: Princeps in me nihil de suo inuenit. Sed ideo à vobis transeo ad mortem] *ut mundus] totum quem redimo [cognoscat] per fidem & gratiarum actionem [quia ego diligo Patrem] & non sum eius mandatis contrarius, sicut mihi imponunt Scribae & Pharisei, sed potius diligo [Et sicut mandatum dedit mihi Pater] de redimendo mundum per mortem [sic facio] ut inquam hoc totus mundus cognoscat [surgite] à loco isto, in quo adhuc liber sum, & fugere possim si vellem [Eamus hinc] occurrere traditori & tortoribus meis: quia ego meipsum offerre volo. *Phil. 2.* Factus est obediens usque ad mortem, &c. *1. Pet. 2.* Tradebat autem iudicanti se iniuste. *Ioan. 18.* Proceffit obuiam ejs, & dixit. Quem queritis? At illi dixerunt. Iesum Nazarenum. Et dixit. Si me queritis, sinite hos abire. *Chrysostomi* autem lectura variatur ab ista. Ipse enim sic punctat litteram [In me princeps huius mundi non habet quicquam] istud non variatur [sed ut cognoscat mundus quia ego diligo Patrem]: & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio] Hic facit versum: & non variatur à priori expositione. Quod autem subditur [Surgite camus hinc] dicit esse dictum ad Apostolos, ut secum recederent à loco, in quo eum speculatus fuerat: ne proditor superueniens impediret residua sermonis quæ adhuc Apostolis proponenda fuerat. Vnde sic querit: Nunquidne trepidauit quod Iudas veniens illuc detineat Discipulos? Absit. Cur ergo surgere fa-*

cit? Quia timebant Discipuli. tum ratione temporis, tum ratione loci. Ducit ergo eos in alium locum, ubi quasi in tuto audiant. Magna enim erant auditori. Litera videtur esse conuenientior. Per tot ergo & talia ad fidei firmitatem Discipulos est exhortatus.

CAPVT XV.

Ego sum vitis vera.

Hic secundum superius inductam diuisionem agitur de perfectione charitatis: & secundum hoc capitulum istud diuiditur in duas partes, in quarum prima agitur de dilectione Dei. In secunda autem de dilectione proximi. *Ibi* [Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem] prima harum partium diuiditur in tres partes, in quarum prima per metaphoram describitur, quod in Deo manendo sit fructificandum: secundo qualiter hoc fiat *Ibi* [Sicut palmes non potest ferre fructum] tertio tangitur forma, qualiter in ipso valiter ad fructum maneat *Ibi* [Sicut dilexit me Pater] In prima harum partium duo dicuntur. Proponitur enim metaphora, & secundo innuitur adaptatio *Ibi* [Iam vos mundi estis] Adhuc autem primo in metaphora duo inducit, scilicet, vitem, & culturam. De vite ergo dicit.

Ego sum vitis vera] Videtur autem quod non sit verum statim quod dicit: quia Christus non dicitur vitis per proprietatem, sed per metaphoram. Igitur sicut non sequitur. Homo est platanus: ergo est platanus vera. Ita non sequitur. Christus est vitis: ergo est vitis vera. Ad hoc respondet *Aug.* quod Christus non dicitur vitis vera, nisi per exclusionem vitis, quæ metaphoricæ est falsa. Et illa est quæ metaphoricæ vitis vera non habet similitudinem: quia non facit vvas ad vinum gaudij, sed labruscas: vvas fellis & botrum amarissimum. *1. Sa. 5.* Expectaui ut faceret vvas: & fecit labruscas. *Deut. 32.* Vva eorum vvas fellis & botrus amarissimus: sicut draconum vinum eorum, & aspidum insanabile. Vnde sensus est [Ego sum] per comparationem metaphoricæ similitudinis [vitis vera]

Est autem secundum naturam vitis adhuc, Notandum, quod est vitis masculina; strictum habens folium, & palmitem fuscum, malleolos subtiles, ancas subtiles, & palmites pauciores, vvas gracilem cum folle forti, & vinum subtile & dulce & clarum. Et est vitis feminina, folium habens tenue & latum, palmites multos, & magnos malleolos corticis albi, botrum magnum, & vvas magnam, & ancas grossas & longas, vvas magnam cum tenui corio, & vinum aqueum ventosum & multum: & vocatur vitis sclaua. Alia autem vitis masculina, vocatur vitis francoica: & in herbræo vocatur vitis foreth. Quando ergo Christus dicit se per comparationem vitem veram, intelligit quod sit comparationem habens proprietatem ad vitem foreth, quæ est vera vitis in omni proprietate vitis. Et ideo dicit.

Ego sum vitis vera] Vitis autem proprietates accipiuntur, tum in ligno, tum in palmitibus, tum in ancis, tum in racemo, tum in botro, tum in vva, tum etiam in loco plantationis. De cultura

tura autem, & palmitibus, & fructu in proprijs locis dicitur. Lignum autem est rari & substantia multum medullosum respectu suæ quantitatis, & non videtur crescere per tunicas ab imo factum, sicut alia ligna: sed potius à centro videtur mittere suam nutrimentum ad circumferentiam in circuitu. Cortex tamen longitudinaliter adhaeret ligno. Habet autem multos nodos: & id quod est de nodo ad nodum vocatur malleolus: quia tumorem habet in extremitate ad modum mallei. Est autem lignum plus frangibile quam scissibile, & est valde multum imbibens humorem: & ille in ligno parum digeritur ab aquæ sapore. Hæc est ergo ligni natura.

Et ista moraliter adaptantur Prælato: quia metaphoricæ fuerunt in Christo. Fuit enim contemptibile lignum per humilitatem. *1. Sa. 43.* Quasi absconditus est vultus eius & despectus. Fructuosum per operum multipliciter & animarum conversionem. *Osæ 10.* Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. *Eccli. capitulum 24.* Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris. Raritas autem substantiæ ligni facit hoc quod multorum sit receptum: & hoc ad misericordiam refertur per quam multi in corde recipiuntur. *Luc. 6.* Estote misericordes sicut & Pater vester caelestis misericors est. Illa enim parat omnibus in cordis visceribus locum. *Gen. 42.* In me hæc omnia mala redundant. *2. Cor. 11.* Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non exor? Medullositas refertur ad deuotionem: quia medullositas quædam intimatorum pinguedo est irrigans alia circumstantia. *Iob 21.* Ossa eorum medullis irrigantur. *Psalm. 62.* Sicut adipe & pinguedine respicitur anima mea. Quod nutrimentum non ponit ab imo ad superius, sed ab intimis à centro: cuius signum est quod vbiusque inciditur inuenitur cellæ cuius cellæ centrum est in medio medullæ: & radij albis lineis ad superficiem diriguntur: & hoc signat quod gratia cordis in veritate & virtute spiritualibus nutritur, & de corporeis fomentis non carat. *Deut. 8.* Non in solo pane viuit homo. Et *Sap. 16.* Non nauitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus qui pascit omnia.

Quod autem corticem habet ab imo ad superius potestatem, signat quod non vitatur inferioribus nisi ad exteriorum necessitatem. *1. Tim. 3. vit.* Habentes alimenta, & quibus regatur: his contenti sintus. Multitudo autem nodorum est in ligno, ut diu stans in eis nutrimentum melius digeratur: & hoc refertur ad mentem Prælati, qui diu mente tenere debet ea quæ concepit donec ea digerat, hoc est, dirigat ad rationem veritatis, & regulam rectitudinis: antequam ad membra tractat ea quæ concepit. Talis vitis fuit beatissima Virgo. *Luc. 2.* Maria autem concepit omnia verba hæc conferens in corde suo. Malleoli autem ex quibus componitur, pondus significat doctrinæ & disputationis: quibus & perfructu hereticis conteritur & malitia peruersorum. *1. Cor. 13.* Nunquid verba mea sunt quasi ignis æstiuus, & quasi malleus conterens petras?

Quod autem plus est frangibile quam scissibile, refertur ad constantiam & patientiam fidei, in qua Sancti frangi possunt, sed scindi non possunt, quia occidi possunt, sed aelli non possunt. *Heb*

11. Sancti per fidem vicentur regna, operati sunt iustitiam; adepti sunt repromissiones, &c. Quod autem multum imbibit humorem, sicut signat & famem iustitiæ & superimplentem ipsius. *Matth. 5.* Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. *Eccli. 24.* Qui edant me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitiunt. Quod autem illam humorem parum ab aquæ humore digerit, refertur ad castitatem sobrietatis. *Eph. 5.* Nolite inebriari vino in quo est luxuria. *1. Pet. 5.* Bibite vinum quod miscui vobis. *Eccli. 15.* Aqua sapientiæ salutaris potant illum. Hæc ergo est ligni natura Christus adaptata: & vicarij eius Prælati principaliter, & per consequens cuiuslibet fidei. Pampinus autem latus & intercisus, ad fidem cooperimentum & protectionem datur viti: & hoc refertur ad verba quæ quilibet lara sunt in materia doctrinæ & prædicationis: intercisus autem in auditorium capacitibus: quando cuiuslibet hoc quod sibi concepit proponitur: & sunt protigentia fructus quando se opponunt impugnationibus & impugnationibus. *Psalm. primo.* Folijs eius non defuerit: & omnia quæcumque faciet prosperabunt. *Eccli. 47.* Folia eius proficiunt in medicina.

Ante autem vitis quibus capiti & tener coniuncta, sunt bonæ conuersationis, relata ad dulcedinem congruentiæ ad quilibet hominem: quia illa dulcedine conuersationis, omnes attrahunt & tenent: quia per ipsam cuiuslibet congruunt. *Gregorius.* Debet consolantur animis ei quem consolatur congruere: ut congruentius inhaereat, & inhaerent trahat, trahat & ab eo in quo est retrobeat, & ad supinum infirmo mandu tenet. *1. Cor. 10.* Sine ostensione estote Iudeis & Gentibus & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi velle est, sed quod omnibus velsint. Huius signum est quod tunc plus habet de sapore vini quam lignum vel pampinus: quia talis dulcedo facit hominem alij saporem, & quasi quoddam condimentum.

Racemus vocatur id in quo per cocillaciones proptio plurimæ vvas fundantur: & hoc signat procuracionis curam que in Prælato debet esse, in qua quilibet locum inuenit in quo vvas fundatur. *Matth. 4.* Esce omnium etas in eu. *Matth. 24.* Quis petrus est fidelis seruus & prudens quem constituit, &c. Vva autem quælibet significat fidelem in vno constitutum per vvas sustentationem. Et sic omnes fideles per exemplum Prælati sunt in Christo. *1. Pet. 13.* In veste pedis eius totus erat pignus orbis terrarum. Botus autem signant fideles congregaciones: per familias quidem in laicis, per conuentus in canonicis & monachis, & parochias in villis: quæ omnes portare debet Prælati per charitatem & gubernationem. *Psalm. 79.* Imple vitis terram, operuit montes vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei. Extendit palmites suos usque ad mare, & ad flumen propagines eius. Sic ergo per significationem Christi est vitis vera. Et hoc est quod dicit: Ego sum vitis vera.

Et Pater meus agricola est.

Hic tangit culturam vitis. Tangit autem cultura, & culturam, & explanationem metaphora. De culture dicit [Pater meus agricola est

Agit enim in agro vineæ, vt plantetur & fructificet. ita ideo dicit *Apostolus* 1. *Corinth.* 3. Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Colendo autem in agro, agrum indigentem eligendo in loco pingui, plantando ad latus montis, versus meridiem vineam soli exponendo, de vitibus nobilibus vineam plantando, maceriam circa vineam faciendo, torcular in vinea extruendo, surrim in ea ad vineæ defensionem ædificando, vineam impinguando, vineam compluendo, locum irrorando, vites putando, terram fodiendo, vuas maturando, & maturas colligendo, merum exprimendo, & vinum in cellaria collocando.

Et hoc modo Pater agricola est. Indigenas autem ager est qui ad alienum cultum non est adhibitus: & hoc cor est, quod diaboli cultui vel mundi non mancipatum est: quia sicut dicitur 2. *Corinth.* 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? *Leuit.* 19. Non ieres agrum tuum diuerso semine. Hinc est quod *Ierem.* 1. præcipitur vt alienas plantas euellat & destruat & dissipet & disperdat, ædificet & plantet postea. Pinguis autem locus est per conscientia deuotionem. *Isa.* 5. Vineæ facta est dilecto in cornu filio olei. Et est litera Lxx. Nostra autem litera habet, in loco vberi. Latus autem montis est altitudo vitæ per iustitiam. *Ierem.* 31. Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Versus meridiem autem, vbi est calor in lumine & status austrius; est secretum contemplationis in lumine veritatis, & calore charitatis, & consolatione sancti Spiritus. Propter hæc enim tria dicitur *Ecclesi.* 43. Tripliciter sol exurit montes, radios in eis igneos exufflans suos, scilicet, in veritate, charitate, & Spiritus sancti consolatione.

Vites autem nobiliores moraliter quidem sunt virtutes, si vinea est anima: vel vites sunt animæ, si vinea est Ecclesia. *Ierem.* cap. 2. Ego te plantavi vineam electam omne semen verum. Alia litera habet, Vineam forech: quod est genus vitis optima.

Maceriam facit circa vineam custodiam Angelorum, & Prælatorum bonorum: & circumfodit per timorem: & de his duobus dicitur *Isa.* 5. Maceriam circumfodit & circumfodit. Turris autem in ea, nominis Domini inuocatio, & factæ Scripturæ munio. *Isa.* 5. Turrim ædificauit in medio eius. *Cant.* 4. Turris David ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. *Prou.* 18. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam confugit iustus, & saluabitur.

Hanc vineam impinguat per peccati considerationem & detestationem. *Luc.* 11. Mittam stercora si forte facient fructum. Torcular autem quod vinum exprimit & vinacia separat, est diiudicatio sui in confessione vbi impurum a puro separatur. 1. *Corinth.* 11. Si nosmetipsos diiudicauerimus, non vti que iudicauerimus. Hæc sunt torcularia regis: quia rex est & ratio indicans. Et hanc vineam compluit Pater per doctrinam legis, & Prophetarum: & irrorat ratione gratiæ suæ. *Isa.* 45. Rotare cæli desuper, &c.

Vites autem putat superflua pauperibus erogando. *Luc.* 11. Quod superest date elemosynam, & omnia munda sunt vobis. Putare, est scandala amputare, *Cant.* 2. Tempus putationis

aduenit. *Matth.* 18. Si oculus tuus scandalizat te, erue illum & proiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi cum vno oculo, quam duos oculos habentem mitti in gehennam. Terra autem foditur sarcalo disciplinæ corporalis. *Hebr.* 12. In disciplina perseverate: se vobis tanquam filiis offert Deus. 1. *Corinth.* 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse, &c. Vuarum autem maturationis est fructus gaudiorum æternorum perfectio: qui fructus permanet. *Ioann.* 15. Posui vos vt catis & fructum afferatis, &c. Alioquin immatura vna est acris & acerba quæ signat fructum immaturum. *Ierem.* cap. 31. Patres nostri comederunt vnam acerbam: & dentes filiorum obstupuerunt.

Hæc vna colligitur: quia fructus in spe remunerationis cælestis reteruatur. 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus sum, &c. Sic curâ Domino colligit, qui sicut dicitur *Ioan.* 4. congregat fructum in vitam æternam. Qui autem sic non colligit, perdit. *Matth.* 12. Qui non colligit mecum, dispergit. Vinum autem merum exprimere, est quotidie conscientiam duscitendo purificare. *1. Tim.* 1. Charitas est de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. *1. Tim.* 74. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Vinum autem spiritualium gaudiorum: quod est pars regni cælorum, *Romanor.* 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. *Psal.* 133. Vinum lætificat cor hominis. Hoc in cella yniatâ reponitur quando ad vilitatē fidelium in secreto cordium collocatur. *Cant.* 7. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Sic ergo Pater meus agricola est. *Matth.* 31. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. *Psal.* 79. Visita vineam istam, & perfrice eam quam plantauit dextera tua. *Exod.* 15. Introduc. s eos: & plantabis in monte hereditatis tuæ, &c.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum vt fructum plus afferat.

Tangit hic modum priuandi vites dupliciter: scilicet, tollendo & amputando inutiles palmites, & purgando vitiles. Dicit ergo [Omnem palmitem] Sunt in vite duplici ex causa palmites, inutiles. Quidam enim sunt luxuriantes, ex aquoso humido multum crescentes, & ideo nihil fructificantes: & illi sunt in toto tollendi, & signant illos in Ecclesia qui se dant luxui & concupiscentiis, quos a tali vita oportet præscindi, vt vitium resecetur in natura. Et hoc signatur *Deut.* 21, vbi præcipitur filius contumax luxuriosus & comestationibus vacans, lapidari: vt malum auferatur a terra iustorum. 1. *Corinth.* 5. Auferite malum ex vobis. Secunda amputatio est quando amputantur superflua, quæ vel combusta sunt ariditate, vel destructa nimia tenuitate, vel superflua sunt pondere supra vires vitis. Primi significant eos quos ignis auaritiæ succendit & adurit, vt nutrimentum vitis totum ad se trahant, nimis se & non proximum amantes. Secundi significant pusillanimes & iam pene desperantes. Et de illis duobus

duobus in *Psal.* 79. Vbi de vinea agitur: Incenta igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Incenta enim igni sunt, vt dicit *Augustinus*, quos amor sui male inflammat. Suffossa autem sunt quos timor & pusillanimitas humiliat. Superflua autem a quibus purganda sunt vires, sunt curæ nimie temporalium quibus spiritualis fructus impeditur. 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: vt illi placeat cui se probauit.

Et omnem qui fert fructum] sicut Discipuli & Apostoli [purgabit eum] *Glo.* Purgabit, mundando corda, Spiritum veritatis infundendo. De primo *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. De secundo *Act.* 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Ezech.* 36. Ramos vestros expandite, florete, & fructum facite populo meo Israel [vt fructum] virtutis & animarum conuersionis [plus afferat] *Ecclesi.* 24. Rami mei honoris & gratiæ. *Cantic.* 2. Vineæ florentes odorem dederunt.

Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis.

Tangitur hic explanatio metaphoræ. Tangit autem duo. Similitudinem de cultura adaptat, & ad manendum in vite inuitat. Dicit autem [Iam vos mundi estis] id est, mandati. Et hoc dicitur *Mal.* 3. sub alia metaphora. Sedebit consilium & emundans argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia [propter sermonem quem locutus sum vobis] Sermo enim Dei in sacramentis & in doctrina mundat & sanctificat. Et si verbum detrahatur in sacramento ab elemento, elementum nihil facit. *Ioan.* 17. Sanctifica eos in veritate: quia sermo tuus veritas est. 1. *Tim.* 4. Sanctificatur per verbum Dei & orationem. Sermo enim Dei siue verbum, vt dicit *August.* est cum amore notitia, & per amorem accendit affectum & incendit, & consumit purgando in affectu: & per notitiam illuminat intellectum, & propellit tenebras erroris, & dubietatis ab intellectu: sic mundat vtrumque, intellectum scilicet, & affectum. *Psal.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer: & feruus tuus dilexit illud. Et sic purgat & mundat, accendit & illuminat. *Psal.* 111. Eloquium Domini, argentum igne examinatum: propter hoc est a terrenitate affectus probatum septuplum, hoc est, per septemplem spiritum.

Manete] ergo sic mandati [in me] Inuitatio est ad manendum: quia sic in vobis non est impediens ad fructum [manete] ergo [in me] per charitatis insectionem. *Roma.* 11. Insectus es in bonam oliuam, & socius radicis & pinguedinis factus es. *Eph.* 3. In charitate radicati & fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis quæ sit longitudo, latitudo, & profundum, & sublimitas: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Quia sic bono humore impletur palme ad fructificandum [et ego in vobis] supplemanebo, in vos fundens Spiritum & gratiam: quibus sicut succo bonitatis meæ infusi fructificetis. *Iob.* 29. Radix mea aperta est secus aquas, & ros in messione mea morabitur. *Ierem.* 17. Ad hu-

morem mittit radices: & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum *Eph.* 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris.

Sicut palme non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic & nec vos nisi in me manseritis.

Hic tangitur qualiter in Deo manendo est fructificandum. Dicit autem tria, in quorum primo similitudinem resumit ad vitis & palmitis comparationem: in secundo dicit illius comparationis spiritualem rationem: in tertio ostendit ex hoc ad fructum eos accipere potestatem. Dicit ergo in primo duo, scilicet, similitudinem in opposito, & similitudinem in proposito: adaptans in opposito sic [Sicut palme non potest facere fructum nisi manserit in vite] eo quod fonte humoris destitutus est. *Sap.* 4. Confringentur rami inconsumentari, & fructus eorum inutiles, & acerbis ad manducandum, & ad nihilum apti. *Isa.* 16. Domini Gentium exciderunt, flagella eius vsque ad lazer perueniunt. Domini Gentium sunt demones, & excidunt per suggestionem peccati palmites vitis: & ideo dicuntur ad lazer peruenisse quod incendium interpretatur: quia concupiscentia peccati incenduntur a semetipso] ergo non facit fructum, sed per hoc quod manet in vite [sic nec vos] poteritis spiritualiter fructificare [sicut in me manseritis] *Ierem.* 17. Beatus vir qui confidit in Domino: & erit Dominus fiducia eius. Est enim quasi lignum vitide quod ad humorem mittit radices suas. Ideo dicitur *Isa.* 11. Radix Jesse qui stat in signum populorum: ipsum Genes deprecabuntur.

Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil poteritis facere.

Prosequitur similitudinem in proposito [Ego sum] qui ministro humorem spiritualis & æterni gaudij, qui cor lætifico, qui fiduciam bonæ spei reddo, qui seculi tristitias pello, qui inebriando secularium obliuisci facio, qui calorem charitatis infundo. De primo dicitur *Iudic.* 9. Dixit vitis: Non possum deserere vinum meum quod lætificauit Deum & homines. De secundo in *Psal.* 103. Vinum lætificat cor hominis. De tertio 3. *Esdra.* 3. O viti, fortissimum est vinum. *Iob.* 31. En venter meus quasi mustam absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Ex hoc enim quod efficit bonæ spei homines, confidentes, & fortes facit vt dicit *Arist.* 3. *Ethic.* De quarto dicitur *Prou.* 31. Date siceram merentibus: & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. De quinto dicitur *Cant.* 7. Guttur eius sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijque & dentibus illius ad ruminandum. Ruminans enim non recordatur alterius. De sexto dicitur *Cant.* 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Sic ergo sum vitis, abunde omnibus vinum lætitiæ effundens. *Gen.* 49. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi afinam suam. Tantum enim de vino

vino effundit hæc vitis, quod & asellus gentilis, & asina synagoga vino lætitiæ eius onusti recedunt. Et ideo *ibidem* dicitur. Lauit in vino stolam suam, & in sanguine vultus pallium suum. Sanguis autem vultus, sanguis Christi est: qui de vultu corporis Christi expressus, lauat stolam propriæ conuersationis, & pallium charitatis quo ad calorem operitur proximus.

Qui manet in me] per charitatem. 1. *Ioan* 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo] & ego in eo] sicut ministrans succum humoris vultu fructificat. Vnde *Ioan* 17. Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis] hic fert fructum multum] me ministrante virtutem ad fructificandam. *Isa* 4. Erit germen Domini in magnificentiâ & gloria, & fructus terræ sublimis. *Ezech* 47. Non deficiet fructus eius, per singulos menses afferet primitiua] Quia sine me nihil potestis facere] *Mat* 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. *Osæ* 14. Germinantur quasi vinea: memoriale eius quasi vinum Libani.

Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arefcet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Dicit hic similitudinis inductæ spirituales rationem: & primo in opposito, deinde in proposito. Dicit ergo] Siquis in me non manserit] diuisus à me per peccatum & schismata quæ procurat in Ecclesia] mittetur foras] extra societatem bonorum & beatorum. *Mat* 22. Proicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. *Romano* 11. Noli altum sapere, sed time. Quia si Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat: alioquin & tu excideris] sicut palmes] abscessus] & arefcet] humore gratiæ vitæ destitutus. *In epistola Iude*. Arborea autumnales, infructuosa, his mortuæ, eradica: & colligent eum] *Glossa*, messores Angeli. *Mat* 23. Colligent de regno eius omnia scandala. Hæc autem collectio est, quando mali & scelerati peccatores simul ligantur vt fasciculus vnius, & prolicient in infernum. *Isa* 24. Congregabuntur congregati vnius fascis in lacum, & claudentur in carcerem] & in ignem] æterni incendij] mittent] illi qui collegerunt] &] ibi] ardet] in perpetuum. *Ezech* 15. Fili hominis quid fiet de ligno vitis? Et parum infra. Ecce igni datum est in escam: vtranque partem eius combussit ignis, hoc est, corpus & animam: & medietas eius, scilicet, coniunctum redacta est in fauillam. *Dan* 3. Fornax Babylonis incenditur malleolis quæ sunt samenta vitis.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.

Tangit hic rationem similitudinis in proposito dicens] Si manseritis in me] per dilectionem. 1. *Corinth* 6. Qui adhæret Domino, vnus spiritus est] & verba mea in vobis manserint] per quæ succus bonitatis & veritatis meæ ad vos pertranfit. *Iaco* 1. In mansuetudine suscipite inuestum verbum quod potest saluare animas vestras. 2. *Ioan* 2. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut

ipse ambulauit & ambulare] Quodcumque volueritis petetis] quia tunc non petetis nisi in voluntate vitis, & in conformitate spiritus eius qui ministratur vobis à vite] & fiet vobis] *Dem* 4. Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. *Isa* 58. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicit: Ecce adsum.

Obicitur autem contra hoc quod dicitur 2. *Corinth* 12. Petiit Paulus pro stimulo, & non est exauditus. Sed ad hoc sapè responsum est, quia petitio hæc non fuit de pertinentibus ad salutem.

In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.

Hic ostendit quod ex hoc quod in Christo manent, ad fructificandum accipiunt potestatem, Virtus enim à Patre per Filium ministratur, Pater autem libenter ministrat per Filium virtutem per quam ipse clarificatur. Et hoc est quod dicit] In hoc clarificatus est Pater meus] non in se, sed in membris meis: in quibus clara virtus eius apparet. Alia litera habet] glorificatus] *Isa* 60. Germen plantationis meæ, opus manus meæ, ad clarificandum. *Mat* 1. Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est] vt fructum plurimum afferatis] in conuersione animarum & fructu bonorum operum. *Isa* 60. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem robustissimam. 1. *Per* 2. Gens senecta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annuntietis qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Populus enim acquisitionis est populus plurimæ fructificationis] &] per hoc] efficiamini mei discipuli] hoc est, imitatores. *Ioan* 8. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Discipulus enim magistri est imitator. Magister autem ad hoc venit vt fructum faceret: & discipuli ad hoc sunt instituti vt eum in hoc sequantur. *Ioan* 10. Posui vos vt eatis & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Hoc est ergo quod dicit,

Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, Manete in dilectione meâ.

Tangitur forma qualiter ad fructificandum vtiliter in Christo maneat. Dicit autem hic tria, in quorum primo dicit qualiter per eum dilectio Patris descendit in Discipulos, secundo dicit qualiter manent in ipsius dilectione, tertio quo sine & fructu. In primo horum dicit duo, scilicet, qualiter dilectio Patris per eum venit ad Discipulos, & ponit inuitationem ad manendum in dilectione. Dicit ergo] Sicut dilexit me Pater] Pater, vt dicit *Hilarius* dupliciter amat & diligit Filium: & essentialiter, & notionaliter. De essentiali dilectione non dat similitudinem, sed de notionali: quia Pater diligit Filium Spiritu sancto, & sic Filius diligit Discipulos Spiritu sancto. Quæ dilectio quamuis sit essentialis, eo quod connotat effectum in creatura: tamen connotatur in eo dilectio notionalis, quia spirat eis Spiritum sanctum: ita quod per ipsos datur Spiritus sanctus in collatione sacramentorum ab ipsis facta. Et sic illa similitudine dicitur hic. Sicut dilexit me Pater

Pater & ego dilexi vos] ponens in ministerio quod datur Spiritus sanctus à Deo: non tamen à vobis. *Ioan* 3. Pater amat Filium & omnia dedit ei in manus. *Mat* 3. Tu es Filius meus dilectus] & ego dilexi vos] sic datur vobis amoris donum quod est Spiritus sanctus. 1. *Ioan* 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. Filij autem Dei non sumus nisi per Spiritum adoptionis acceptam à filio.

Manete in dilectione meâ] Ecce inuicatio ad manendum in dilectione. Manet autem homo in dilectione per idem nolle & idem velle: quia conformitas voluntatum conseruat dilectionem. *Dew* 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Sic enim manes in dilectione, quando totum cor, hoc est, voluntatem eius amore habes ardentem. *Luce* 24. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? quando totam mentem ac memoriam eius habes amore eius attentam. *Iob* 1. Memoria memor ero tui, & tabesceat in me anima mea. Quando totam animam tuam (quæ intellectualis est) veritate eius habes lucentem. *Isa* 58. Implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Quando totam virtutem tuam in gratia habes operantem, & nulla parte orientem. Quia dicit *Gregorius*, quod charitas magna operatur si est: si vero operari renuit, charitas non est. *Gen* 29. Videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudinem. Sic ergo manete in me.

Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione meâ: sicut & ego præcepta Patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

Dicit hic signum, qualiter quis infallibiliter manet in dilectione, & in ipso: & dicit duo: signum scilicet, & signi infallibilem rationem. Signum dicit] Si præcepta mea seruaueritis] quia præceptum est signum suæ voluntatis: & non diligit qui deformem habet voluntatem. Sic ergo] manebitis in dilectione meâ] 1. *Ioan* 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. *Ioannis* 14. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit] sicut & ego præcepta Patris mei seruauit] Signi dati hæc hic infallibilem rationem. *Philip* secundo. Factus est obediens Patri vsque ad mortem. *Ioan* 3. Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris mei, & vt perficiam eius opus] & maneo in eius dilectione] per conformitatem voluntatis. *Ioan* 14. Vt sciant omnes quia ego diligo Patrem & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio. Surgite & eamus hinc. Dilectio enim vinculum est cordium, nec vnus dimittit discordare ab alio.

Hæc locutus sum vobis] A sine hoc ostendit dicens] Hæc] omnia quæ dixi] locutus sum vobis] qualiter in me maneat, nec visa morte meâ à me separamini: hæc de causa] vt gaudium meum in vobis sit] Gaudium enim meum est de fructu animarum &

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

profectu fidelium. Vel] gaudium meum] quod est in me, quia hoc est gaudium parum & mundum. *Ps* 4. Gaudere in Domino semper, iterum dico gaudere. *Isa* 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Item 35. Gaudium & lætitiâ obtinebunt: fugiet dolor & gemitus. [& gaudium vestrum impleatur] vt vbiq; fides prædicetur: quia tunc erit gaudium plenum. Vel] gaudium impleatur] sic quod in nulla sui parte dolore miscbitur, nec luctu occupetur. Vel] gaudium impleatur] hoc est, de pleno & summo & implente vos habeatur bono: sicut de Deo. De primo dicitur *Isa* 62. Gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Christus sponsus est, & Ecclesia sponsa: qui gaudet quando fit catholica, hoc est, vniuersalis. De secundo dicitur *Isa* 60. Videbis & afflues: & mirabitur] & dilatabitur cor tuum. De tertio dicitur *Mat* 25. Intra in gaudium Domini tui. *Ioan* 16. Petite & accipietis: vt gaudium vestrum plenum sit.

Hoc est præceptum meum, Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.

Hic incipit exhortari ad dilectionem proximi. Dicit hic septem, scilicet, dilectionis præceptum, dilectionis modum, dilectionis quantitatem secundum virtutis actum, dilectionis signum, dilectionis effectum, plenæ dilectionis officium, & dilectionis vim apud Deum. Et hæc per ordinem in litera continentur. Et continentur in eis quicquid continet secunda pars huius capituli. Dicit ergo.

Hoc est præceptum meum, Vt diligatis, &c.] In hoc notatur dilectionis præceptum, & in hoc notantur tria, scilicet, ab alijs præceptis huius præcepti discretio, & in omnibus alijs præceptis directio, & huius præcepti in Deo præ omnibus alijs exemplaris præmonstratio. Primum importatur per pronomem, Hoc, quod significantiam notat & discretionem. Discretum autem est ab alijs in tribus, scilicet, quia vnit omnia vt radix, quia implet alia vt forma & motor, & quia perficit alia vt finis. Per hoc quod est radix, nutrit & nutrimentum dilectionis administrat. Per hoc quod est motor & forma, format ad meritum virtutis. Per hoc quod est finis, perficit ad complementum vitæ spiritualis. De primo dicit *Gregorius*, Præcepta Dominica multa sunt, & vnam. Multa sunt per virtutem operis, vnam in radice dilectionis. *Eph* 3. In charitate radicati & fundati vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis. Sic dicit *Sapientia* *Ecc* 24. Radicati in populo honorificato. Populus enim honorificatus, est populus Sanctorum: in quo sapientia radicat per charitatem honestatis præceptorum. Item in eodem. In electis meis mitte radices. De secundo dicit *Beatus Augustinus*, quod forma præceptorum est charitas: quæ omnia informantur præcepta ad virtutem mendi. Et ideo dicit: Habe charitatem, & fac quicquid vis. Forma hæc mouet ad opera præceptorum, & urget & agit ad omnia implenda. Vnde 2. *Cor* capitulo 5. Charitas Christi urget nos

nos. *Romanorum* 8. Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Quod autem mouet cum impetu dicitur *Ezech.* 1. Quocumque ibat Spiritus impetus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. In hac forma totam legem informat & implet. *Romano.* 14. Plenitudo legis est dilectio. De tertio dicit *1. Tim.* 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quia omnia præcepta ad charitatem quasi ad finem referuntur. Quia propter charitatem implentur magis quam propter debitum. Hoc etiam præceptum nouum est, & vetus. Sed de hoc iam in antehabitis dictum est. Hoc ergo præceptum meum.

Præceptum] id est, quod ante captum, sine pro principio acceptum ad regulam actionum. Quia principium & regula est charitas omnis boni in nobis: & nihil est bonum perfectum, nisi inquantum in se habet de charitate: sicut dicitur *1. Cor.* 13. Si charitatem non habuerit nihil sum. Etiam si linguis loquar & Angelorum, & habuero omnem fidem ita ut montes transferam. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil sum. Mensura ergo & forma omnium bonorum est ex charitate. Et ideo ipsa sicut forma discernit inter filios regni, & filios perditionis, & dat formam merendi omnibus operibus: & ideo est regula morum & operationum. *Gal. 6. vlt.* Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei. Sic igitur est præceptum, præ alijs captum ad regulam operationum, sicut ars quaedam & forma ad operandum. Et hoc etiam modo dicitur mater omnis boni. *Ecci.* 15. Obuiabit illi quasi mater honorificata: quæ omnes alias virtutes regit & regulat, sicut mater filias regit & regulat. Hoc est ergo præceptum.

Meum] tribus de causis. Meum quidem, quia à me spiritualiter impletum. Meum, quia inter me & Patrem exemplariter præmonstratum. Meum, inquam, quia spirituali signo designatum. *1. Ioan.* 4. In hoc apparuit charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam prior ipse dilexit nos: & ideo nihil ligauit cum nisi charitas. *Ierem.* 31. In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans. Perpetua autem charitas non præuenitur vel dono vel merito: & ideo nihil est in ea nisi charitas. Nostra autem est debita, & ideo non est pura charitas. Hoc ergo specialiter à Christo est impletum.

Est etiam hoc præceptum in Patre & Filio sicut in primo exemplari præmonstratum. Muta enim est dilectio inter Patrem & Filium. Et hæc dilectio est nexus quo sibi inuicem Pater & Filius connectuntur: quod in nullo alio est præceptorum. *1. Ioan.* 4. Charissimi, diligamus inuicem: quia charitas ex Deo est: & qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Cognoscit autem Deum, sicut exemplatum cognoscit exemplar. Hinc est quod *Cam.* 8. dicitur: Dilectus meus clamat ad me: pone me sicut signaculum super cor tuum. Signaculum est sigillum siue signum profundatum, ut

dicit *Gregorius.* Nec charitatem dilectus in cor sponsæ imprimeret, sicut sigillum in cera: nisi dilectionis apud se primam figuram & formam haberet.

Meum etiam quia speciali signo designatum. Signum autem dilectionis infallibile, quod ex dilectione Christus extra se in hominem sit transpositus. Hoc enim ut dicit *Dionys.* & *Damasce-nus* fecit philotrophia. *Can.* 6. Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolante fecerunt. Dilectio enim est transponens diligentem in dilectum: primo cor tangit, secundo calorem facit, tertio vulnerando scindit. quarto liquefacit, & quinto violenter transponit in id quod diligit: ut cum illo sit, & non secum apud seipsum. Vnde ex dilectione hominis dicit *Zach.* 2. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. De calore dicitur in *Psal.* 49. Ignis in conspectu eius exardescet. Vnde Moysi apparuit in igne flammæ *Exod.* 3. De tertio *Can.* 4. Vulnerasti cor meum, foror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorū, &c. & *ibidem* tertio. Media charitate construit. De quarto *Can.* 5. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. De quinto *Psal.* 62. Adhæsit anima mea post te. Sic ergo dicitur: Hoc est præceptum meum. De quo autem sit præceptum dicit.

Ut diligatis inuicem] quia sicut in antehabitis diximus, dilectio est transiens & retrahens affectus. In quo quatuor notantur, scilicet, quia est affectus primus, qui est causa omnium aliorum affectuum: est etiam affectus intimus, & est affectus dulcissimus, & ignitus.

De primo dicit *Augustinus*, quod cum quatuor sint affectus naturales, scilicet, spes, timor, gaudium, & tristitia: quod omnes causantur ex amore. Et ideo primus affectus est amor dilectionis siue charitatis. Ideo præceptum de dilectione dicitur primum & maximum. *Matth.* 22. est primum & maximum mandatum. Et quia dilectio Dei & dilectio proximi, ex eadem procedunt charitate: ideo dicitur secundum mandatum (quod est de dilectione proximi) esse simile huic. Ideo ergo ex dilectione præcipit: quia hoc post, affectum Deo & proximo vincit: & illo alligato ad Deum & ad proximum, nihil vanum in spe vel timore vel gaudio vel tristitia relinquitur. Hinc est quod in *Leuit.* in festo Pentecostes (quod est festum amoris) præcipitur nobis quod primitias igne coctas Domino offeramus: quia præmia cordium nostrorum, affectus dilectionis sunt: quæ in igne Spiritus sancti tostata, hoc est, feruore deuotionis, debemus offerre.

Intimus autem affectus: quia nihil ita profundatur in corde sicut amor. Quod ostendit carnalis affectus ienocipij, quem Medici heroos appellant: quia destituit & vires, & sensum aliquando, & frequenter mortem inducit. Hoc autem multo plus facit amor diuinus, extensus in Deum & in proximum. Ille enim plus profundatur, & de hoc affectu dictum est *Psal.* 83. Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Concupiscencia enim hæc bona concupiscencia est, quæ est amoris. Defectus autem destituitur est in non habendo amatum ad votum. Et in hoc affectu dictum est illud *Can. capitulo* 5. Nuntiate dilecto meo quia amore languo.

Et

Est etiam affectus dulcissimus, qui etiam laboriosa & amara sua condit dulcedine. *Eccli.* 34. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Constat autem quod Spiritus est Spiritus charitatis. Huius signum est quod Iacob seruans pro Rachel septem annis apud Laban, laborem non sensit penitus, potius optatis nuptijs. *Gen.* 29. Videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Rachel autem spiritualis boni in Deo & proximo significat dilectionem. His ergo de causis dicit: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem] ut ab vno in alium transeat amor, & retranscat in primum, & iterum in alterum. Et hæc non deficient inquam. Sic enim semper soluitur amoris debitum, & soluendo quilibet amplius obligatur ad debendum. *Rom.* 13. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis. Et *ibidem*. Reddite vobis debita amoris. Ergo debitum quod plus & debetur, soluendo semper debetur: & amans ab illo nunquam absoluitur.

Adhuc autem, ex quo amor ignis est, & inflexionibus ignis magis & magis æstans incenditur: oportet etiam quod amor transiens & retrahens accendatur & confortetur. *Isa.* 50. Accincti flammis ambulat in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis vobis. *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram, &c. Ergo diligatis inuicem ut dilectionis debitum semper soluitur, & ut ignis charitatis magis ac magis accendatur ex muris prouocationibus charitatis. Hoc est ergo præceptum, ut diligatis inuicem.

Sicut dilexi vos] Hæc est forma qua mandatum debet seruari. Est autem hæc forma sic intelligenda, quod diligamus gratuito munere charitatis, in quo nos Christus dilexit: diligamus inuicem in eo quod Christus dilexit in nobis: diligamus inuicem ad hoc ad quod nos Christus dilexit: diligamus inuicem ordine quo nos Christus dilexit: diligamus inuicem ex eo quod nos Christus dilexit. Primum est in eo quod non empta vel promerita charitate Christus nos dilexit. *Osæ* 14. Diligam eos spontaneè, hoc est libera voluntate, quæ nec empta est nec pretio præuenta. *Isa.* 40. Et *Roma.* 11. Quis prior dedit illi & retribuetur ei: Hæc est causa quod dicitur *Ephes.* 4. Dedit dona hominibus. Et intellexit de donis amoris: quia amor cum dono donari vult, vel ipse cadit à ratione doni & amoris, emptum & meritum à iudice ad dandum: & amor vult esse liber & non coactus. *1. Ioan.* 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: non quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Quinimo cum cetera amorem eius inimicitias excerceremus, ipse commendabilem in nobis impendit charitatem gratuitam & liberam. *Ro.* 5. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis: quoniam cum adhuc inimici essemus, reconciliari sumus Deo Patri per mortem Filij eius.

Id autem quod Christus in nobis dilexit, est salus nostra & bona vita. Peccatum enim in nobis non dilexit, sed virtutem & bonum: & ut vniuersaliter dicatur, similitudinem suam: quia & ipsa dilectio similitudinem est, ut dixit *Empedocles*, quia dissimilia adinuicem se odiunt & pugnant. Vnde *Ioan.* 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Itaque si ex Deo estis, Deus quod suum est, hoc est, diuinum, in

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

vobis diligit. *Iudic.* 5. Cor meum diligit principes Israel. Principes autem Israel sunt principes, principatum tenentes & habitantes inter reuerentissimos Deum videntes. *Sar.* 7. Neminem diligit Deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Quia talia similitudinem Christi perficiunt in nobis. Et hoc etiam in nobis inuicem diligamus ut vera dilectio possit appellari. Et ideo dicunt Philosophi *Aristo.* & *Tullius*, quod vera dilectio non nisi super honestum fundatur. Et hæc est similitudo Christi in nobis, in his quæ ad virtutem pertinent & ad bonam vitam.

Diligamus etiam inuicem ad hoc ad quod nos Christus dilexit. Hoc fuit, ut dicit *Augustinus*, vita æterna, ad quam nos secum possidendam dilexit: & ideo nos translati esse dicimur in regnum suæ dilectionis. *Col.* 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit nos in regnum Filij dilectionis suæ.

Diligamus inuicem ordine quo Christus nos dilexit. Hic autem omnia sua ordinati ad dilectionem nostram retulit, vitam corporis pro animabus nostris exponendo, seipsum Patri pro nobis offerendo, animam in pretium nostræ redemptionis tribuendo, virtutem suæ diuinitatis contra fortem qui nos detinebat exercendo, de sanguine suo & corpore nobis alimentum spirituale parando: verba prouisit, viam salutis nos erudiendo: opera fecit, nobis exemplum virtutis & salutis dando: miracula multa nos in fide confirmando.

Sic ergo & nos omnia nostra ad utilitatem proximi referamus, si sicut boni discipuli formam dilectionis imitari volumus. Vitam enim corporalem debemus pro fratribus ponere: quia anima fratris melior est quam vita nostra corporalis. *1. Ioan.* 3. Sicut Christus animam suam pro nobis posuit: ita & nos debemus animas pro fratribus ponere. Anima autem ibi vocatur animalis vita. In hoc enim notatur ordo charitatis. Et sicut ipse pro nobis se Patri obrulit: ita nos in deuotione orationis pro salute proximorum offerre debemus. *Roman.* 2. Testis est mihi Deus quod sine intermissione in orationibus meis memoriam vestri facio. *2. Machab.* primo. Hic sumus orantes pro vobis. *Iaco.* 5. Multum valet deprecatio iusti afflicti. Animam autem in pretium offerre, sicut Christus, omnino non possumus: quia anima nostra pretium esse non potest. Sed si pretium facimus: tunc est hoc ipsum bonum, quod Christo habemus, Patri caelesti pro proximorum offerre salute: ut in nos ea quæ debent, suscipiamus: & pro eis pretium quod debent, soluiamus. *2. Cor. capitulo* 12. Ego libentissime impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris. *Gen.* 23. Quicquid furto peribat, à me exigebas: Similiter quicquid in nobis est fortitudinis, ad hoc extendere debemus: ut animas proximorum liberare de manu diaboli possimus. *Iob* 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam. *1. Regum capitulo* 17. Ex leonem & vrsum ego interfeci. Vrsus enim est (qui mel sequitur) mundi concupiscencia. Leo (qui violenter opprimit) sæuitia diaboli: quibus Dei fortitudine proximis liberamus. Et ideo contra eos qui vires ad talia non exhibent, dicitur *Ezech. capitulo* 11. Non accendistis ex

aduerso, nec murum possistis vos pro domo Israel.

Similiter sicut Christus conuiuium de se parauit, sanguinem in potum, & corpus in cibum dando: ita nos non corpus & sanguinem, sed facultates quibus corpus & sanguinem sustentamus, debemus in escam & potum & vestimentum exhibere: ut probemus quoniam charitas in nobis est. *Ioan. 3.* Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum, &c. Verbis edificando. *Eph. 4.* Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationem fidei: ut det gratiam audientibus. Sic exemplis bonis exempla virtutis tribuenda sunt. *Mat. 5.* Luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, &c. Quamuis autem miracula facere non possumus quibus vita & fides proximorum confortetur: dico tamen quod mirabilia possumus facere, quia verbis nostris possumus monstra placare, in tempore iracundiæ reconciliationes facere: sicut dicitur *Ecc. 1.* 44 In tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Et *Ecc. 1.* 5. in verbis suis monstra placauit. Facere autem de leonibus homines & de monstris, mirabilium est demonstratio & operatio. *Sap. 11.* Beatus vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in thesauris & pecunia. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Talibus enim mirabilibus, non minus quam miraculis confirmatur fides. Iste est perfectus ordo charitatis quem à Christo accepimus. *Cam. 2.* Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Diligamus etiam inuicem ex eo quod nos Christus dilexit, hoc est, ex simili charitate: ut omnia in seruire charitatis pro proximo faciamus: ita ut nos ad hoc aliud non inclinaret quam charitas: quia tunc omnia sunt Deo accepta. Sicut enim dicitur *Apo. 1.* Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. *Heb. 13.* Charitas fraternitatis maneat in vobis. Sic ergo diligatis inuicem sicut dilexit vos.

Maiorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Tangitur hic quantitas dilectionis. Habet autem dilectio siue charitas quadruplicem quantitatem, scilicet, intensiuam, extensiuam, operatiuam, & perfectiuam. Intensiuam est quantitas latitudinis secundum ambitum amplitudinem, extensiuam est quantitas longitudinis secundum extensionem potestatis, operatiua est quantitas magnitudinis secundum operum demonstrationem potentialem, perfectiuam est quantitas secundum progressum charitatis ad statum, ut ita dicam, consummationem ad diuinæ charitatis similitudinem. Quantitas intensiuam est magna, maior, maxima. Hæc enim intenditur in charitatis calore quem facit in anima charitatem habente. Hanc enim hæc vrit, & est magna: hanc omnibus præter amatum desiderij destituit, & est maior: hanc occidit & peroccidit quod nihil sui in se vnat, sed tota vivit in amato, & est maxima. De prima dicitur *Luc. 24.* Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? *Psal. 38.* Concaluit cor meum intra me, &c. De secunda *Dem. 10.* In visione tua dissolutæ sunt

compages meæ: & nihil in me remansit virium. Hæc enim fuit visio ex toto corde dilecti. Hoc affectu dictum est illud *Cam. 2.* Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Floribus enim virtutum amari desiderabar fulcitur, destituta vi amoris: ut saltem odore virtutum dilecti fulciretur ad vitam gratiæ. Malis autem, hoc est, fructu dulcedinis memoriæ operum, desiderabar stipari: ut sic desiderio destituta, ad opera erigeretur. Hæc est maior. De tertia dicitur *Cam. 7.* Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Lampades eius lampades ignis atque flammæ, &c. Nullam enim admittit consolationem refrigerantem, nisi ut viuat in dilectione. Tali affectu dictum est illud *Gal. 2.* Vivo ego, iam non ego: vivit autem in me Christus, qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me. Illa est ergo charitas maxima.

Charitas autem extensiuam est etiam magna, maior, maxima. Magna enim est, qui diligit amicum. Maior est, qui diligit eum qui amicitias non exhibuit. Maxima autem, qui diligit inimicum. De prima dicitur *Leuit. cap. 19.* Diliges amicum tuum. Et est proxima dilectioni naturali. De secunda dicitur *Sap. 11.* Diligis vniuersa quæ sunt, & nihil eorum odisti quæ fecisti. Hæc enim imitatur homo qui omnia diligit. De tertia dicitur *Luc. 6.* Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et propter hoc dicit *Psal. 18.* Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Hæc est ergo maxima charitas secundam latitudinem.

Tertia est operatiua in quantitate operum: & hæc est magna, quando benefacit de suo: maior, quando benefacit de seipso: maxima autem, quando moritur pro proximo. De prima dicitur *Ioan. 3. epistola.* Fratres testimonium perhibent charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ: Charitas autem hæc est: quia sua fratribus impendent. *Heb. 6.* Non iniustus est Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in Sanctos: quia ministrastis Sanctis; & ministratis. De secundo dicitur *Luc. 6.* Omni petenti te, tribue. De tercio dicitur *Ioan. 10.* Animam meam pono pro ouibus meis. Ideo dictum est Petro *Ioan. 21.* Simon Ioannis diligit me plus his? scilicet, plus quam tu? Simon Ioannis diligit me plus his: scilicet, plus quam tuos? ut pro me etiam de teipso facias plus quam pro tuis? Simon Ioannis diligit me plus his? ut scilicet pro grege tibi commisso animam tuam ponas: hæc est ergo charitas.

Est autem adhuc charitatis quantitas perfectiuam siue consummationem, quæ, sicut dicit *Augustinus*, magna est incipiens, maior est proficiens, maxima est perfecta. Incipiens quidem malum abominatur propter dilectum. Proficiens autem bonum operatur propter dilectum. Perfecta autem nihil diligit præter dilectum. De primo dicitur *Rom. 13.* Dilectio proximi malum non operatur. De secundo *ibidem.* Plenitudo legis est dilectio. De tercio *Philip. 1.* Cupio dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius. 2. *Corin. capitulo 5.* Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Deum. Hoc est ergo quod dicit [Maiorem hac dilectionem nemo habet

bet quam ut animam ponat quis pro amicis suis.]

Obijciunt autem quidam hic, quod maior charitas est quod quis animam pro inimicis ponat quam pro amicis. Et hoc quidem fecit Christus. *Ro. 5.* Commendat Deus charitatem suam in nobis: quoniam cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo Patri per mortem Filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus ab ira per ipsum. Sed ad hoc valde conuenienter respondet *Augustinus*, quod amicus hic dicitur: & qui habitualitate & habitu amicus est, & qui amicus actu. Et sic Christus effectiue non est mortuus nisi pro amicis. Quia etiam qui inimicus est actu, habitualitate est amicus, & pro illo est mortuus: sicut Paulus fuit antequam converteretur. Vel posset dici, quod sufficienter pro omnibus mortuus est: & amicis, & inimicis. Efficienter autem non est mortuus nisi pro amicis.

Adhuc autem obijciunt, quod non videtur effectus charitatis quod mille animas poneret, cum animam maxima charitas ponat. Ad hoc autem iterum dicendum est, quod non ponitur ad hoc istud signum charitatis ideo, quod maior non sit: sed ideo, quia maiori & fortiori non potuit comparari. Et hoc est quod dicit: Quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. De positione autem animæ Christi multa supra decimo capitulo sunt notata.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

Hic tangit dilectionis signum. Signum autem dilectionis, est impletio mandatorum. Dicit enim *Gregorius*, quod probatio dilectionis est exhibitio operis. Videndum autem est quid sit hic amicitia, quæ proprietatis amicitia, & quod signum ipsius. Dicit autem *Tullius* quod amicitia est diuinarum humanarumque rerum pari cum voluntate consensus. Quamuis hæc descriptio in multis secundum *Aristo.* sit reprehensibilis: sed hoc nos ad præsens non curamus: quia amicitia vere est consensus rationabilis dilectionis ad omne id quod est honestum, & dissensus ad omne quod honesto videtur esse contrarium: & in his nullo modo derelinquere amicum. Hic ergo patet quod vnus amicorum pendet ex altero secundum voluntatem. Præceptum autem signum voluntatis est. Nec aliter scire possumus Dei voluntatem nisi per præceptum & consilium.

In hoc autem verbo quatuor notantur, scilicet, dignatio Dei nobiscum, connexio, connexionis ipsius appropriatio, & signum quod dat in litera. Dignatio notatur in hoc, quod cum infinita sit dignitatis noster vult esse amicus: cum amicitia relatio sit paritatis. *Deu. 33.* Dilexit populos. Ideo comparat dilectionem suam ad nos dilectoni adulteræ, quæ semper respicit ad virum alienum: cum tamen viri sui dilectione non sit digna. *Offe. 3.* Adhuc dilige mulierem adulteram & fornicariam: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad vinacia vuarum. Vinacia autem sunt, nullum gaudium in se habentia quæcumque in hoc mundo diliguntur. Hæc ergo amicitia est dignationis.

Ipsa autem amicitia per diffinitionem est omnimoda consensus voluntatis. Vnde *Psal. 54.* in *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

domo Dei ambulamus cum consensu. *Corin. 14.* Non est Deus dissensionis, sed pacis. Per hunc autem consensus volumus omne quod Deus vult, & ipse vult quod nos volumus. Hoc supposito quod diximus, quod amicitia vera fundata sit super honestum. De consensu autem nostro ad Deum dicitur *Heb. 10.* Voluntate Dei facientes, repperitis repositiones. De consensu Dei ad nos dicitur in *Psal. 44.* Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. *Deu. 4.* Dominus Deus noster adest amicis obsecrationibus nostris. Hæc est ergo vera amicitia consensus.

Amicitia autem proprium est, quod voluntas Dei sit voluntas eorum. Vnde *Gen. 39.* Voluntas eius in manu Domini dirigitur. Quia amicus Dei, aliam nescit habere voluntatem nisi Dei, *Ioan. 4.* Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei. *Math. 26.* Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.

Amicitia autem signum est quod dicit [si feceritis quæ præcipio vobis] Si enim non facerent quæ præcipit, non consonarent voluntates: & sic amici non essent. *Luc. 6.* Quid autem dicitis mihi: Domine Domine, & non facitis quæ dico? Amanti enim impossibile est leges amoris non custodire: quia amor vincit & ligat voluntatem: & ligata voluntas defecti non potest. Et ideo dicit *Quidius*,

Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.

Observatio enim mandatorum ex obedientia debito finem habet, quando ea quæ debet impleuit. Observantia vero mandatorum dilectionis, finem non habet: quia nihil est satis diligentia. Et in hac parte comparatur igni. Quia sicut dicitur *Prou. 30.* Nunquam dicit sufficit. *Psal. 18.* Latum mandatum tuum nimis. *Cam. 1.* Adolentulæ dilexerunt te nimis.

Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

Hic tangit veræ dilectionis effectum, quod de seruis facit amicos. Dicit autem hic quatuor, scilicet, seruitutis de cetero abnegationem, abnegationis causam, amicitia perfectionem, & veræ amicitia consensus. Dicit ergo [iam] ex nunc: quia aliquando fuistis serui, quando ex timore seruiebatis: sed ex nunc protulistis timorem. *Heb. 2.* Ut liberaret eos qui per totam vitam obnoxij erant seruituti. *Rom. 8.* Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus: Abba pater.

Iam] ergo ex nunc [non dicam vos seruos] Est seruus sua reputatione seruus in animo, & actu libere seruens: & est seruus seruii timore: & est seruus seruens ipse mercedis. Primus est bonus, secundus inus malus & extra bonus, tertius imperfectus, sed tamen bonus & utilis. Primum facit serui humilitas, secundum necessitas, tertium autem cupiditas. Primus est fidelis in commisso, & prudens in dispensatione commisso, constitutus

ad custodiam honoris Domini sui. *Mat. 24.* Fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam. *Ecc. 33.* Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. In secundo, sicut dicit *Beda*, vivit peccandi voluntas, & sequeretur peccati opus si speraretur impunitas: & ideo ille serviliter est seruus. Tertius autem actum serui exhibet, sed ad domum non pertinet, sed expleto ministerio de domo egreditur. *Luc. 15.* Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? Primus diligitur, secundus loco curvatur, & tertius propter vtilitatem toleratur. Primus iam incipit esse liber & amicus, secundus manet seruus, tertius autem libertatis amicitiam commutat pretio suæ cupiditatis. Vnde de secundo & tertio dicitur: iam non dicam vos seruos.

Quia seruus nescit] per spiritum libertatis & charitatis] quid faciat Dominus eius] Filij enim & amici vnum habent confessionis spiritum, quem non habent serui: & ideo secreta seruis non committuntur. Dominus enim quædam facit in seipso, & quædam facit in creatura mundi. Et illa quidem quæ facit in seipso, sunt quæ ad vitam & æternum gaudium & beatitudinem pertinent. *Ist. 64.* Oculis non vidit absque te Deus quæ parasti expectantibus te. *1. Cor. 2.* Oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se. Quæ autem facit in creatura mundi sunt creatio, dispositio, & ornatus: & hæc sunt quæ nota sunt omnibus, & seruis, & alijs. De primis ergo dicit, quod seruus, secundo & tertio modo nescit scientia approbationis, quid faciat sibi & amicis Dominus eius. *Luc. 19.* Quia si cognovisses & tu, seres: & quidem in hac die quæ ad pacem tibi sunt: nunc autem abscondita ab oculis tuis. *Mat. 11.* Confitebor tibi Domine Pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quia sic fuit placitum ante te.

Vos autem dixi amicos] Amico, quia custos est animi tui tate secreta panduntur: quia in bonis amici sui gaudet & in malis tristatur. *Rom. 12.* Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, id ipsum inuicem sentientes. Idem enim spiritus est in amore amicorum. *Sap. 7.* Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit. *Ioan. 3.* Amicus sponsi stat & audit & gaudet ad vocem sponsi & sponsæ. Talibus ergo omnia comunicantur. Seruis autem communicare est sanctum dare canibus, & margaritas spargere ante porcos] quia omnia] ad salutis fructum & amicitie consolationem pertinentia] quæcumque audiri à Patre meo] ut verbum procedens à notitia sua] nota feci vobis] tum per sermonem instructionis quæ feci præfens in corpore, tum per Spiritum intus docentem & suggerentem, quod faciam postquam fuero in vobis glorificatus. *Ioan. 8.* Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Psal. 50.* Incerta & occulta sapientie manifestasti mihi. *Baruch 3.* Hic adiuvenit omnem viam disciplinae, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel electo suo. *Sap. 7.* Sapientiam sine fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo: in finibus enim thesaurus hominibus.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis,

& fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Plena dilectionis tangit dignitatem, & officium amicis commissum. Tangit autem tria: gravitatem esse electionem, & ad dignitatem & officium esse electionem, & officij proprium actum & fructum. Dicit ergo] Non vos me elegistis.

Contrarium autem illud videtur *Deut. 25.* Dominum elegisti hodie ut sit Deus tuus *Iosue 24.* Testes vos estis, quia ipsi vos hodie elegeritis Dominum ut seruiatijs illi. *Can. 5.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Sed ad hoc dicendum est, quod est electio, liberi arbitrij sine coactione alicuius rei acceptio: & hoc modo eligimus Dominum ad seruiendum ei: & de hac electione loquuntur inductæ auctoritates. Est etiam electio à massa perditionis præiussa ab æterno separatio: & hæc est diuina electio qua nos elegit. *Eph. 1.* Elegit nos ante constitutionem mundi in ipso: ut essemus sancti. Est item electio ad prælationis officium ex superioris vocatione. Sic electi sunt in Apostolatam & officium. *Mat. 10.* Elegit duodecim quos & Apostolos nominavit. Et de hac loquitur hic: quia hoc fecit in signum plenæ dilectionis quod ipsos in officio posuit. Et de hac secunda electione dicit.

Non vos me elegistis] ut [ego] postea aliquo merito precedente, eligerem vos: sed gratuita dilectionis affectu] elegi vos] *Deut. 7.* Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. *Deut. 10.* Elegit Dominus Deus semen patrum post eos, id est, nos de cunctis gentibus: sicut hodie comprobatur] & posui vos] in ministerio stabiles & vtilis. *1. Tim. 1.* Fidelem me existimavit ponens in ministerio. *2. Tim. 1.* Destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem per Euangelium in quo positus sum ego Prædicator & Apostolus & Magister Gentium] ut eatis] proficiendo & discurrendo ubique. *Ezech. 1.* Anima ibant in similitudinem fulguris coruscantis. *Mat. 23.* Illi autem profecti, prædicauerunt ubique, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis] & fructum afferatis] *Psal. 125.* Euntes ibant & fiebant mitgentes semina sua, &c. *Iaco. 5.* Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum, hoc est, in gratia temporaneum, & in gloria serotinum. *Mat. 13.* Fecit fructum: aliud centesimum, & aliud sexagesimum, & aliud trigesimum] & fructus vester maneat] quia in temporalibus fructum querere non debetis, sed in æternis quæ permanent in vitam æternam. *Ecc. 44.* Cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta & nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propter illos usque in æternum manent.

Ut quodcumque petieritis] Quatuor dicit: generalitatem petitionis, rationem petitionis, pietatem petitionis, & certitudinem exauditionis. De generalitate dicit] Quodcumque] *Ioan. 14.* Credite, & accipietis, & fiet vobis. *Heb. 7.* In omnibus exauditis est pro sua reuerentia] petieritis] Ecce ratio petitionis. Oratio enim est petitio decemium à Deo: sicut dicit *Damasceus* Quodcumque enim

enim decencia petimus, tunc exaudimur. Decencia sunt & describuntur *Mat. 6.* Primum querite regnum Dei & iustitiam eius, &c. [Patrem] Ecce à quo petendum: ab eo qui libenter exaudit. *Mat. 6.* Pater noster qui es in cælis. *Luc. 11.* Pater vester cælestis dabit Spiritum bonum petentibus se] in nomine meo] Ecce pietas in qua oratio exauditur. In nomine autem, hoc est, in notamine: ut nota Filij spiritualiter sit in petente: quia tunc exauditur. *Psal. 53.* Deus in nomine tuo leuabo manus meas] det vobis] abundanter & sine dubitatione. *Iacob. 1.* Dat omnibus abundanter, & non improperat. De certitudine autem ibidem dicitur. Postulet autem in fide nihil hesitans. Qui autem hæsitauerit, similis est fluctu maris qui à vento mouetur & circumfertur. Non ergo existimet homo ille quod aliquid accepturus sit à Deo. Hoc est ergo quod dicit. Omnibus autem his subiungit conclusionem quod inuicem diligant.

Hæc mando vobis ut diligatis inuicem.

Hic incipit tertia pars huius capituli, & diuiditur in duas partes, in quarum prima resumitur necessarium quam ad inuicem habeant dilectionem. Secundo ostendit huius dilectionis necessitatem. Dicit ergo] Hæc mando] id est, per exemplum manu do dilectionem] ut diligatis inuicem] quia aliter nullum habebitis solatium nisi in vobis inuicem habeatis dilectionem. Absque autem dilectione non potestis in vobis inuicem solatium & consolationem habere. *Roma. 12.* Fratritatem diligite. *1. Pet. 4.* Ante omnia in vobismetipsis mutuam charitatem contionam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Eph. 4.* Solliciti seruire veritatem spiritus in vinculo pacis. Vinculum autem pacis, hoc est, vinciens ad pacem. Vnitus Spiritus hæc est charitas mutua quæ discipulos ligat.

Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus.

Hic tangitur secundum propter quod necessaria est charitas: & tangit duo, scilicet, malitiam mundi in persecutione insurgentis, & armaturam contra hæc, discipuli veri patientis] Hæc locutus sum vobis ut non scandalizemini] Adhuc autem prior harum diuiditur in tres partes, in quarum prima malitiam mundi exaggerat: in secunda inexcusabilitatem mundi in malitia ista manifestat] Si non venissem] in terra autem promittit Spiritum contra hæc omnia docentem & confortantem] Cum autem venerit ille] Adhuc autem in prima in qua malitiam mundi manifestat, duo dicit, scilicet, mundi odium, & rationem odij. Secundo seipsum ponit exemplum] Mementote sermonis mei] Adhuc autem in prima istarum dicit vnum: & tria contra illud quod in conclusione dixit, proponit. Primum autem quod dicit.

Si mundus vos odit] *1. Ioan. 3.* Nolite mirari si odit vos mundus: nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Mundus autem hic dicuntur mundani, qui diuitijs, & delicijs, & honoribus sunt dediti. *Iaco. 2.* Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi pertrahunt vos ad iudicia, & ipsi blasphemant bonum nomen quod innocatum est super vos] scitote quoniam me priorem vobis odio habuit] & sic vos non estis causa odij sed ego. Hoc autem est gloriosum si pro Domino vestro odio habeamini. *3. Regum 21.* Remanet vir vnus per quem possumus interrogare Dominum: scilicet ego odi eum: quia non propheta mihi bonum, sed semper malum. *Amos 5.* Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. *Ione 1.* Si propter me tempestas hæc orta est, mittite me in mare, & cessabit tempestas à vobis. Optimum enim est, causam persecutionis omnium habere Dominum.

Si de mundo fuissetis] Ecce aliud solatium mundi dissimilitudo: quod est bonum virtutis: quia totus mundus in maligno positus est, & dissimilis maligno. Et hoc est] mundus quod suum est] in vobis] diligeret] *Iaco. 4.* Nescitis quia amicitia huius seculi, inimica est Deo. Quicumque ergo voluerit esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. *Gen. 37.* Oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. *Ecc. 13.* Omne animal diligit sibi simile. Volatilia ad sibi simile congregantur.

Quia vero non estis de mundo] per similitudinem affectus & operis. *Ioan. 17.* De mundo non sum sicut ego non sum de mundo. *Apoc. 18.* Exite de ea populus meus, & ne participetis sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis] sed ego elegi vos de mundo] *1. Mach. 5.* Elige sibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæam. *Ecc. 45.* Elegi eum ex omni viuente offerre Deo sacrificia & bonum odorem] propterea odit vos mundus] hoc est, quod ego in vobis elegi, odit mundus. *Proverbia cap. 19.* Fratres pauperis hominis oderunt eum] in super & non eius recesserunt ab eo. *Ioan. 7.* Non potest mundus odire vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de eo, quia opera illius mala sunt.

Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me.

Secundum est in quo se ponit in exemplum, & dicit duo, in quorum primo ea quæ dixit renocat ad memoriam: in secundo ostendit ex dictis prædictam esse eis, mundi in persequendo malitiam. Dicit ergo] Mementote sermonis quem ego dixi vobis] hoc est, prædixi vobis. *Dane. 4.* Ne obliuiscaris verborum quæ videntur oculi tui, & ne excidant à corde tuo cunctis diebus vite tue] Non est seruus maior Domino suo] Hoc etiam supra 13. prædi

prædixit. Et ideo quod factum est Domino, non est mirum si etiam sit seruo. Et dicit tria per ordinem, scilicet, perfectionem ipsam, contemptum sermonis, & causam persecutionis. De primo dicit.

Si me persecuti sunt [qui sum Filius, Dominus, & Magister] & vos persequantur [eandem causam persecutionis habentes in vos. *Luc. 23.* Si in viridi, hoc faciunt, in arido quid speret? Si enim Pater non præseruat a persecutione Filium, nec seruos eius a talibus præseruabit. *Ierem. 15.* Tuerte me ab his qui me persequantur. Item *17.* Confundantur qui me persequantur, & non confundar ego: paucant illi, & non paucam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. *Psal. 108.* Persecutus est hominem inopem & mendicum & compunctum corde mortificari [& vos persequantur] *Matth. 5.* Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. *Matth. 23.* Tradent vos in concilijs & in synagogis vapulabitis: & ante reges & præsides ducemini propter me in testimonium illis.

Si sermonem meum seruauerunt [Hoc est secundum, & dupliciter exponitur, scilicet [Si seruauerunt] fide & deuotione & operis implementatione. Vel [si seruauerunt] hoc est, infidiose obseruauerunt. De primo dicitur *Ioan. capitulo octavo* Non potestis audire sermonem meum. *Prophet. 1.* Vocauit, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. De secunda expositione *Matth. 3.* Ipsi obseruabant eum. *Matth. 22.* Abeuntes Pharisei consilium fecerunt ut Iesum caperent in sermone [& vestrum seruauerunt] Hoc similiter dupliciter exponitur sicut primum: quia per contrarium loquitur: quia sicut suum non seruauerunt, ita nec Apostolorum sermonem seruauerunt: & sicut sermonem Christi obseruabant, ita & Apostolorum sermonem obseruabant. De primo *Act. cap. 13.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, &c. *Eccl. 3.* Domus Israel noluit audire te, quia noluit audire me. De obseruatione quæ Apostoli & Discipuli obseruabantur. *Psal. 139.* Iuxta iter scandalum posuerunt mihi, hoc est, cum omne dictum Apostolicum veri ratione sit perfectum: tamen offendiculum querit qui sermonem obseruando peruerit. *Ierem. 18.* Percutiamus eum lingua & non attendamus ad vniuersos sermones eius. *Psal. 11.* Vana locuti sunt vniuersi quisque ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt.

Sed hæc omnia facient vobis [Hic tertio tangitur causa propter quam patiuntur. Et hoc est quod dicit [Sed hæc omnia] persecutiones, & sermonis contemptus, & obseruationes [facient vobis] persequendo vos [propter nomen meum] impugnandum scilicet, ut per hoc noticia nominis mei de terra deleatur. *Act. 5.* Connocantes eos denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu vili hominum, neque docerent. Abominabile enim eis fuit nomen Saluatoris. *Actum 8.* Continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vniuersim in Stephanum [quia nesciunt eum qui me misit] Quia quamuis sciant eum in ratione Dei: non tamen sciuerunt eum in ratione mittentis. Et hoc ideo fuit quia scire noluerunt. Aliquam

enim ignorantiam habuerunt propter velamen carnis: quamuis de facili scire potuissent ex virtute operum quæ faciebant. *Ioan. 8.* Neque scitis, neque Patrem meum scitis. Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. *1. Corin. cap. 15.* Ignorantiam quidem Dei habent vsque adhuc. *Psal. 81.* Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. *Isa. 28.* Præ vino errauerunt, & præ ebrietate nescierunt; hoc est, quia ebrii fuerunt inani gloria mundi, ambitione, & cupiditate.

Si non venissem, & locutus eis fuissetem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato. Qui me odit, & Patrem meum odit.

Tangit peccati inevitabilitatem duplicem: ex sermone, & ex opere. Ex sermone quidem tangit tria: causam inexcusabilitatis, ipsam inexcusabilitatem, & malitiæ radicem. De primo dicit [Si non venissem] quia tunc per absentiam meam se excusassent. *Ioan. 1.* In propria venit, & sui eum non receperunt. *Ioan. 5.* Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me [& locutus eis fuissetem] sermone diuino qui fuit in potestate. Verbum enim quod construit & viuificat creaturas: oportet quod sit nuntius intelligentiæ agentis & diuina: quia ille solus intellectus potest hæc facere: sicut, Lazare veni foras. Et, Volo, mundare. Et huiusmodi. Et ideo hæc locutio Verbum diuinum indicabat, sicut in ante habitis diximus: & hoc etiam de facili per rationem cognoscere poterant. Vnde *Ioan. 8.* Quare loquelam meam non cognoscitis? ego ex Deo processi & veni. Ac si dicat. Ego ipsa veritas verborum ostendo quia ex Deo naturaliter processi.

Peccatum non haberent, &c. [supple, tantum quantum modo habent. Quia multi sunt ad quos Christus non per se, nec per Apostolos venit, nec locutus est eis: & tamen per hoc non excusantur, quinimo damnantur merito malo suæ infidelitatis. Sed non tantum habent damnationis, sicut illi ad quos Christus per se, vel per Apostolos venit: & verba potentissima ipsius audierunt. *Ierem. 5.* Præterierunt sermones meos pessime. *Act. 20.* Contestor ego vos hodierna die quia mundus sum ego a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei. *Hebr. 2.* Quomodo nos esugiemus si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum initium haberet enarrandi per Dominum, ab his qui audierunt in nos confirmata est, contestante Deo signis & virtutibus variis & portentis & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Qui me odit [Ecce peccati radix, odium recipere veritatem non permittit. *Eccl. 33.* Sapiens non odit mandata atque iustitias. *Isa. 1.* Blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum [& Patrem meum odit] quia odium illud ad Patrem reuertitur: cum non sit in me causa odij, nisi virtus & honor Dei Patris. *Psal. 73.* Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. *Psal. 108.* Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione.

Si opera non fecissem in illis quæ nec mo alius facit, peccatum non haberent:

nunc

nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis.

Hic tangitur inexcusabilitas ex parte operum. Tanguntur autem hic tria: inexcusabilitas confirmata ex odio malignitas, & Scripturæ de hoc auctoritas. De primo dicit [Si opera non fecissem in eis] propria virtute, non per supplicationes & exorcismos [quæ nemo alius fecit] quantum ad operis modum, & quantum ad hoc quod est interius circa animam, & quantum ad hoc quod est extra, curando infirmitates operatus sum. Talem enim modum operandi nullus habuit [peccatum non haberent] tantum quantum nunc habent. *Deut. 32.* Date magnificentiam Deo nostro. Dei enim perfecta sunt opera. *Psal. 117.* Dextera Domini fecit virtutem. *Matth. 23.* Testabatur omnibus ea quæ sub suis oculis videtis opera magni Dei [nunc autem viderunt] & post visum talium operum adhuc & oderunt me & Patrem meum [in me cõparetetur: quia virtutem meam & suam Beelzebub attribuebant. *Psal. 111.* Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet. *Sap. 2.* Grauis est nobis ad videndum. *Apoed. 16.* Manducauerunt præ dolore linguas suas, & blasphemauerunt Deum caeli. Hoc enim proprium est odientium, quando vident bona illius quem odiant, & ab odio molitur resistere.

Sed totum præcõdit Spiritus sanctus, & in lege prædixit [ut impleatur] Coniunctio quæ hic ponitur, adiunctiva est, non causalis: sicut diximus in antehabitis [sermo qui in lege eorum scriptus est] Lex extenso nomine dicitur hic, quæ totum vetus comprehendit testamentum, quod ipsi totum pro lege & regula vitæ suæ susceperunt. *Pf. 18.* Lex Domini immaculata convergens animas, &c. Animas etiam conuertit & sapientiam præstat quicquid in veteri testamento continetur [quia odio] *Greg.* Odium est inueterata ira. Quia malitiam persequendi bonos, dies Christi præsumptis à Patribus traxerunt. Et ideo sicut *Luc. 3.* dicitur, genimina viperarum dicuntur [habuerunt me gratis] Litote est tropus ubi minus dicitur & plus significatur. Quia odio habuerunt eum pro multis beneficiis, pro quibus eum diligere debebant. *Isa. 5.* Expectaui ut faceret vinas, & fecit labruscas. *Psal. 108.* Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi. *Ierem. 18.* Nunquid reddidit pro bono malum, quia foderunt fontem animæ meæ? Alia littera habet hic [quia oderunt me gratis] Sed idem est sensus.

Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mitto vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

Tangit contra tantum obstinationis malum, Paracliti consolationem, & tangit tria: Paracliti missionem, Paracliti contra perfidiam restitutionem, & Apostolorum per Paraclitum testifica-

tionem. Circa primum dicit quatuor, quorum primum est Paracliti aduentus promissio. Secundum Paracliti à filio missio. Tertium Paracliti veritatis immobilis ostensio. Quartum Paracliti à Patre processio. Dicit ergo [Cum autem] Accidat. Ita sicut dixi, odio contra me grassantur, sed non diu proficiant quomodo me occidendo putant proficere [autem] pro sed [cum venerit Paraclitus] qui & aduocatus & consolator pro me aduocabit in mundo, & eos, & mundum de peccato infidelitatis conuincendo, & vos consolabitur de omnibus quæ ex odio vobis inferentur. *Ioan. 16.* Ille arguet mundum de peccato, & de iudicio, & de iustitia. Illum eundem habebitis etiam consolatorem. *Act. 2.* Repleti sunt omnes Spiritu sancto & ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis [quem ego mitto] Nec mittere posset nisi ab ipso procederet. Quia, sicut dicit Augustinus, mitti est cognosci quia ab alio sit [vobis] ut vobiscum sit.

A Patre [in quo est auctoritas missionis. Est enim Spiritus Filius: sicut dicitur *Romano 8.* Siquis Spiritum Christi non habet, hic non est eius. *Rom. 8.* & *Gal. 4.* Misit Deus Spiritum Filij in corda nostra, clamantem Abba Pater. Non potest constructio ad aliquam causam reduci: quia genitius non constituitur cum nominatio nisi ad causam efficientem, quæ in diuinis non est, nisi secundum rationem principij personæ procedentis ad personam de qua procedit. Et ideo necessario conuincitur quod Spiritus sanctus sit à Filio, sicut procedens ab ipso. Dicunt tamen Graeci, quod Spiritus est Filij sicut termini, hoc est, in quo terminatur Spiritus sancti processio. Hoc autem non est dictum nisi per similitudinem spiritus corporis: quia quando nostrum verbum procedit de intellectu nostro, tunc ad propriandum formatur in spiritu corporeo: & ille spiritus (ut dicitur) terminatur in verbo. Sed hoc nihil est: quia tunc etiam non esset Spiritus Verbi secundum quod Verbum manifestatur extra. Et hoc Verbum carnem induit, & non est Spiritus Verbi æterni Spiritus. Vel si dicas quod est æterni Verbi, tunc æternum Verbum seipso sine Spiritu non posset à Patre procedere: quod est absurdum. Et ideo illa dictio subtilissima & præsumptuosissima est. Si autem dicunt quod Filius est terminus in quo Spiritus requiescit. Hoc iterum nihil est. Non enim est Spiritus formans Filium in Filium: sicut patris carnalis spiritus formatur filium in filium: quia ex hoc iterum sequeretur quod Spiritus esset principium Filij. Si autem nec isto modo, nec villo requiescit in filio: nisi spiritus accipiatur pro donis gratiæ: quia tunc requiescit in Filio homine, non distractus à Patre. Sed sine termino super Filium qui substantialiter generatur ab ipso non requiescit: ita quod in Patrem non reflectatur. Cum ergo non reflectatur in Patrem nisi à Filio procedens: oportet de necessitate quod ita sit Spiritus Filij: quia procedit à Filio. Sic ergo dicit: Quia ego mitto vobis à Patre. Vnde etiam supra diximus: Quem mittet Pater in nomine meo. Et hoc signatum est *Nom. 11.* ubi dicitur: Tollam de Spiritu tuo & dabo Lxx. viros: signans quod de Spiritu Christi dabat fidelibus in septuaginta duabus linguis. *Ierem. 2.* Effundam de Spiritu meo super organem carnem, & prophetabunt filij vestri

& filia vestra. Iſa. 26. Spiritus meus qui est in te, non deficiet de ore tuo, & de ore feminis tui in perpetuum.

Spiritum veritatis] Doctorem & testem. Ioh. 14. Docebit vos omnia & suggeret omnia quaecunque dixerit vobis. Et ideo hunc Spiritum accepisse, didicisse est omnem veritatem. Et quod testis est dicitur. Ioh. 5. Spiritus est qui testificatur quia Christus est veritas. Ioh. 1. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super ipsum: hic est qui baptizat. Et ideo in luce datur quæ est omnium manifestatiua. Psal. 42. Emitte lucem & veritatem tuam [qui à Patre procedit] Nec à Patre simplicis substantiæ aliquid procedere potest, nisi per essentialem processionem: & ideo Spiritus sicut & Verbum eiusdem essentia & substantiæ est cum Patre. Cum autem dicitur, quod à Patre procedit, oportet quod etiam à Filio procedat. In omni natura nusquam inuenitur aliquis Spiritus esse alicuius, nisi quia ab ipso procedat cuius est spiritus. Dicere ergo quod Spiritus est Filius, & non procedens à Filio: est dicere id cuius simile in nulla natura inuenitur. Hoc autem regulariter est hæresis, attribuisse Deo, cuius contrarium in tota natura manifestatur: sicut si dicerem, quod idem generat seipsum: quia nulla natura seipsam generat ut sit. A simili ergo istud est dicere hæresim, quod Spiritus est alicuius, & quod tamen non procedit ab ipso. Sic ergo Spiritus procedit à Patre & Filio. Dicit tamen Filius quod procedit à Patre, quia ad Patrem omnia sua referre consuevit, à quo & ipse Filius procedit. Et hoc est quod dicit [qui à Patre procedit] Dicit enim Augustinus, quod Pater est principium diuinitatis, non de principio. Psal. 103. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

Ille] inquam, Spiritus [testimonium perhibebit de me] ad inimicorum conuictionem. Act. 5. Spiritus sanctus testis est quem dedit Deus in omnibus obedientibus sibi. Rom. 8. Ipse Spiritus reddidit testimonium spiritui nostro quoniam sumus filij Dei [& vos] eodem Spritu impleti & confortati [testimonium perhibebitis] Act. 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis IESV CHRISTI Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus eis. Act. 1. Eratis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ [quia ab initio] prædicationis mee [mecum estis] & omnia vidistis, & certi testes esse potestis. Act. 1. Oportet ex his viris qui congregati sunt nobiscum omni tempore ex quo intrauit & exiuit inter nos Dominus IESVS, incipiens à baptismo Ioannis vsque nunc, testem Resurrectionis fieri, vnum ex istis. Per illos enim & Spiritum malicia odientium ad nihilum redigeretur.

CAPVT XVI.

Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos.

Hic armat Discipulos ad patientiam contra persecutionem odij malignorum. Dicit autem quatuor. Primum est quod dicit, quod non conturbentur cum venient. Secundum est quod prædicit, quod passuri sint. Tertium est quod dicit, qua intentione ad hoc moueantur. Quartum est causa prædicationis horum, vt in memoria remaneat apud eos quod ipse talia vt Deus præsciuit. Dicit ergo [Hæc locutus sum vobis] ad utilitatem vestram, vos præmoniens: quia omnia hæc vt Deus sum præsciens [vt non scandalizemini] hoc est, conturbemini, cogitantes apud vos quod ex vocatione nihil nisi passiones & mortes habeatis. Math. 13. Necessè est vt veniant scandala: vñ autem homini per quem scandalum venit. Iſa. 8. Dominum exercituum sanctificatè in cordibus vestris. Ipse pauor vester & terror vester, & erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem & in petram scandali duabus domibus Israel [Absque synagogis] tanquam excommunicatos & exleges [facient vos] Ioh. 11. Iam conspirauerant Iudæi vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. 1. Cor. 4. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsa vsque adhuc.

Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis: quia non nouerunt Patrem neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Tangit hic intentionem eorum, & tangit duos intentionem ad Deum, & intentionem ad proximum. De primo dicit [Sed venit hora] perfidia de qua dicitur Luc. 22. Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum [vt omnis qui interficit vos] tanquam maleficos homines & nociuos [arbitretur obsequium se præstare Deo] Act. 9. Petiit epistolas in Damascum vt siquos inueniret huius via vitos, & mulieres, victos perduceret in Ierusalem [& hæc facient vobis] ea de causa [quia non nouerunt Patrem neque me] qui sum in Patre sicut Pater in me. Ro. 10. Testimonium perhibeo illis quia emulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes autem Dei iustitiam, & suam querentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et ideo credentes benefacere, ex ignorantia notitiæ Christi & ignorantia Patris, qui operatur in Filio, persequentur Discipulos [Sed hæc] quæ dixi de persecutione [locutus sum vobis] vt Deus omnium futurorum præsciens [vt cum venerit hora eorum] quando complebitur [reminiscamini] tunc [quia ego] nunc [dixi vobis] Continencia enim verborum Domini confirmat fidem in ipsum, & immobilizat cor à dictis, & facit vt ea etiam quæ ab hostibus fiunt

fiunt minus lædant. Dicit enim Greg. Quod iacula præuisa minus feriunt: & nos tolerabilius mundi mala suscipimus si contra hæc per præscientiæ clypeum præsitum præmunimur. Dicit. 8. Cauete quando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius. Psal. 21. Reminiscantur & conuertentur ad Dominum vniversi fines terræ. Hoc est ergo quod dicit ad confortationem Discipulorum.

Hæc omnia vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui me misit: & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.

Hic incipit edificare ad spem Discipulos quos ante confortauerat ad fidem & ad charitatem. Diuiditur autem hæc pars in tres partes, secundum quod ad tria per spem eleuat Discipulos, scilicet, per Spiritum sancti promissam consolationem, per iteratam sui visitationem [Modicum & iam non videbitis me] & per Patris certam in omni petitione exauditionem [Amen amen dico vobis, si quis petierit in nomine meo Patrem] Adhuc autem prior harum diuiditur in quodque partes, in quatuor prima necessarium ostendit Spiritus sancti consolationem [in secunda utilitatem: in tertia modum: in quarta ostendit Discipulorum perfectionis supplementum: in quinta ostendit ad filij testimonium suæ consolationis profectum. Secunda incipit [Ego veritatem dico vobis] Tertia [Cum venerit ille] Quarta [Et hæc multa] Quinta [Ille me clarificabit] Prima harum adhuc tria dicit, scilicet, quod de causa hæc ab initio non dixi. Secundum est, quod eius recessus omnibus manifestus fuit. Tertium est, quod Discipulos ad hoc tristitia tentauit. Dicit ergo.

Hæc autem] quia ita male estis tractandi propter nomen meum [vobis ab initio non dixi] A principio enim leniora & molliora proponenda sunt. 1. Corinth. 3. Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis. Heb. 5. Omnis qui lactis est participans expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Et subiungit causam, dicens [quia vobiscum eram] & præsentia mea vobis fuit consolatio contra omnem tribulationem. Math. 9. Non possum filij sponsi ieiunare quando sponus est cum illis. Veniet tempus quando auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt. Ioh. 17. Cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedi mihi.

Et nunc vado ad eum qui me misit] & hoc est Redeo ad Patrem. Et hoc est secundum quod signat reditus sui manifestationem ad Patrem. Ioh. 12. Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit. Eccl. 1. Oritur sol, & occidit, & in circuitos suos reuertitur. Hæc enim sunt tria officia solis iustitiæ. Oritur enim nascendo, occidit moriéndose & in circuitos eius reuertitur ascendendo [& nemo ex vobis interrogat me quo vadis] Ac si dicat. Adeo enim misit me ex signis & si de fidelium oculorum, quod eorum sciam quia

ad Patrem vado: concors sibi per omnia quamuis Iudæi dicerent, quod Pater essem contrarius. Act. 1. Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. 4. Reg. 2. Elias ascendit per turbinem in caelum. Elias autem videbatur & clamabat, dicens. Pater mi, curris Israel & auriga eius. Et ideo quia manifestatio recessus mei ostensa est in figura, & à me exhibenda est: vt nemo dubitans de eo audeat aliquid interrogare, ideo & heretis accipere consolationem: quia sicut ego per passionem ascendo, ita & vos ad Patrem ascendetis. Rom. 8. Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Sed quia hæc locutus sum vobis] quia nimis de præsentia mea corporali gaudetis, & contra illam nihil audire potestis [tristitia impleuit cor vestrum] de absentia mea corporali. Et ita impleuit quod nihil aliud admittere valet. Hoc enim signum est plenitudinis, quando vas plenum nihil aliud valet recipere. 1. Thef. 4. Non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Contra quod 2. Cor. 2. Consolamini illi ne forte abundantiori tristitia absorbeat. Ex morte enim dulcissimi Domini tanta tenuit eos tristitia quod nullam admitterent consolationem: non cogitantes quod scriptum est Psal. 29. Ad vesperam demorabitur fletus, & ad maximum lætitia. Rub. 1. Nolite me vocare Noemi, hoc est, palchram: sed vocate me Mara, hoc est, amararam: quia amaritudine repleuit me valde Omnipotens.

Sed ego veritatem dico vobis, expediet vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mirram cum ad vos.

Tangit hic recessus sui utilitatem, & præmittit absentionem & veritatem: & dicit, ille qui mentiri non potest. Rom. 3. Est autem Deus verax, omnis homo mendax [Expediet vobis] hoc est, utile est vobis [vt ego vadam] quia potentia mea carnis tenet vos in sensibili consolatione, & non permittit redire inuis ad contemplationem deitatis. Et hoc est vnum. Aliud est quod sentit de me sensibiliter: est sentire secundum naturam: & hoc est imperfectionis: sentit autem de me intellectualiter, est sentire spiritualiter: & hoc competit deitati. Tertia causa est: quia remouendo me à sensibus vestris, peto glorificationem & hoc facit in vobis habitare ad Spiritus receptionem, sicut dicitur in antiphona. Et ideo dicit Apostolus 2. Corinth. 5. Itaque nos ex hoc neminem cognoscimus secundum carnem: & si cognoscimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non cognoscimus. Ideo etiam dicitur homini in Psal. 63. Accedat homo ad cor altissimi, & exalabitur Deus. Ad cor altissimi accedere non potest habitatio carnis: sensibus prohibita. Sed quando illa tollitur, ad cor altissimi acceditur: quando Christus in gloria Dei Patris esse cognoscitur. Sic ergo: Expediet vobis vt ego vadam. Penfandem enim est quia si præsentia carnis Filij Dei impedit hæc Spiritus receptionem: quanto magis carnalis affectus in nobis Spiritum sanctum impedit. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus Spiritum: & spiritus aduersus carnem. Hæc enim

enim sibi inuicem aduersantur ut non quæcunque vultis illa faciatis.

Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Huius tamen causa non est ex parte Domini, sed ex parte carnalis affectus Discipulorum. Intantum enim mundus est spiritus, quod in nullo confortatur nisi in eo qui omnino est spiritualis, nullo carnali solatio impeditus. Vnde Bernardus. Delicata est diuina consolatio: quia non datur admittentibus alienam. Propter hoc ergo expedit, ut vadat ut spiritum mittat, qui ad carnales, & secundum carnis infirmitates de Christo sentientes, venire non potest. Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Et hoc est quod dicit [Si autem abiero] plus à carnalibus sensibus vestris ut me carnaliter de cetero non diligatis, sed spem vestram in spiritualibus meis ponatis [mittam eum ad vos] sicut infanti aufertur mammilla matris, ut ad perfecta se extendat, & cibum in quo membra sua roborentur accipiat. Isa. 28. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? pullos à lacte, auillos ab ubribus.

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia vero, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Tangit aduenientis Spiritus officium: & hoc primo dicit in communi, secundo in speciali. In communi autem dicit [quod cum venerit ille] Spiritus, & repleuerit corda fidelium, ille arguet hoc est, arguendo conuincet. Argumentum enim quasi arguens mentem dicitur. Psalm. 49. Arguam te, & statuum contra te faciem tuam [mundum] quia mundus in maligno positus est, & ideo arguendus. Eccli. 20. Quam bonum est arguere quam irasci, & consententem in oratione non prohibere [de peccato] Ierem. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Est enim hoc peccatum quod antonomastice est peccatum, infidelitatis. Et ideo sequitur Ierem. 2. Scito, & vide quia malum & amarum est te dereliquisse Dominum Deum tuum [de iustitia] quam ego quidem feci, sed ipsi eam negauerunt. Rom. 10. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et ibidem. Ignorantes Dei iustitiam, & suam querentes statuere: iustitiam Dei non sunt subieciti [de iudicio] quo me iniuste condemnauerunt. Isa. 26. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discant habitatores terræ. Sic ergo praemittitur in communi. Consequenter autem explanat illa per partes singulas. Dicit ergo.

De peccato quidem [quod est antonomastice peccatum] [quia non crediderunt in me] cum verba in potestate protulerim, cum exempla exhibuerim, cum testificatus fuerit Ioannes, & cum omnia testimonio Scripturarum probauerim. Cum enim sic venerim, & locutus eis fuerim, & non crediderunt: excusationem de peccato infidelitatis eorum habere non possunt. Eccli. 10. Peccantem in animam suam quis iustificabit? Ioan.

9. Si carci offeris non haberetis peccatum. Nunc autem quia dicitis: Videmus: peccatum vestrum manet.

De iustitia autem] quam exhibeo, & quam illi semper calumniati sunt, dicentes me Patri in operibus esse contrarium, arguet Spiritus sanctus [quia ad Patrem vado] omnibus ostendens, quod merito iustitiam qua ad Patris dexteram exaltor, Patri per omnia placeo. Et illi redarguendi sunt qui hanc iustitiam Patri dixerunt non esse acceptam. Isa. 13. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Ierem. 23. Hoc est nomen quod vocabunt, eum Dominus iustus noster [& iam non videbitis me] talem sicut sum: quia Pater me propter iustitiam quam feci, glorificabit: & tamen illam iustitiam qui me oderunt imitari noluerunt. Videbitis autem me in potestate magna & maiestate propter iustitiam quam in mundo exhibui. Act. 1. Veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum. Isa. 26. Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret, hoc est, non videant quidem nunc: sed tunc in condemnationem suam videbunt: sicut & Apostoli non videbunt Christum infirmum, sed virtute & maiestate & merito iustitiam apud Patrem exaltatum: ubi vidit eum Stephanus Act. 7. & ubi vidit eum Paulus Act. 9.

De iudicio vero] quo me iudicauerunt iniuste condemnantes. Et hoc ideo probatur [quia] per meum iudicium quo iniuste ab eis condemnatus sum [princeps huius mundi] diabolus, qui in me extendit manus: cum in me nihil iuris haberet [iam iudicatus est] hoc est, per sententiam extra potestatem quam habuit foras missus. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ideo quia princeps mundi, per iudicium iniquum eiectus est, iudicium eorum iniustum est, & ideo à Spiritu veritatis arguendum. In omnibus ergo istis arguere, est manifestare: sicut dicitur Eph. 5. Quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Et quia Spiritus hoc per Apostolos manifestat, tunc arguere dicitur. Manifestat enim peccatum mundi iustitiam Christi tantum esse iudicium diaboli.

Si queritur, Quare Filius non arguit? Dicendum quidem, quod Filius arguebat. Sed adhuc non existente completionem potestatis, & adhuc non ostensa iustitia Christi qua per Ascensionem probata est, & adhuc non completo iudicio per eiectionem diaboli, non potuit argui: sed illis omnibus completis, cum spiritus libertatis datus est Apostolis, pulso timore, libera fuit redargutio.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

Hic ostendit infirmitatis Discipulorum supplementum ex Spiritu promisso, & dicit quatuor. Primo enim manifestat infirmitatem, secundo verum infirmitatis consolatorum, tertio causam quare

quare docet veritatem, quarto quod etiam futurorum facit annuntiationem. Dicit ergo [Adhuc habeo vobis multa dicere] quæ ad vestram spectant perfectionem [sed non potestis portare modo] propter vestram infirmitatem. Heb. 5. Grandis semio & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus: quia nondum erat Iesus glorificatus. Act. 3. Non portabant quod dicebatur.

Cum autem venerit] in vos [ille] quem promisi [Spiritus veritatis] qui intus docet & suggerit veritatem. Act. 1. Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos [docebit vos omnem veritatem] Glo. saluti necessarium. Quia alia veritas potius est vanitas: sed in scientia quæ secundum pietatem est, solida & simplex inuenitur veritas. Vel dicitur [omnem veritatem] hoc est, perfectam veritatem. Ioan. 8. Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Iob. capitulo 32. Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.

Non enim loquetur à semetipso] Sicut non est à semetipso: ita non loquetur à semetipso. Quia à seipso & non ex proprijs rerum loqui, causa est mendacij: sicut diximus in antehabitis. Spiritus autem veritatis intus in corde, est causa rerum, in quo omnes res resurgunt, hoc est, sicut in summa arce Patris. Et hoc est [Sed quæcunque audiet] in Verbo æterno à quo procedit, & à Patre qui Verbum profert, & in quo est ut omnia fiant [loquetur] & ideo inuolabitur vera sunt, quæcumque docet & loquitur. Prim. 1. En proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba mea. 1. Cor. 14. Spiritus loquitur mysteria. Apoc. 2. Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

Et quæ ventura sunt] non solum futura in tempore, sed magis æterna, ad quorum amorem inflammat [annuntiabit vobis] intus inflammando. Isa. 46. Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ nondum facta sunt dicens. 1. Corin. 1. Spiritus omnia sentatur etiam profunda Dei.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Hic ostendit perfectam testimonij Spiritus & Filij doctrinam. Dicit autem quatuor, scilicet, claritatem quam Filio faciet, clarificationis rationem, & clarificationis incomparabilem & indeficientem thesaurum, & quarto adiungit dicti sui hanc esse rationem. Dicit ergo [Ille] Spiritus qui à me & Patre meo procedit [me clarificabit] non quidem in me, in quo clarificari secundum deitatem non possum: sed in vobis, quia me clarum ostendet vobis. Act. 3. Deus glorificauit Filium suum Iesum. De hac claritate dicitur 2. Cor. 3. Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate Dei in claritatem tanquam à Domini Spiritu. Sic enim in vobis clarificatur sapientia Filij. Ratio autem clarificationis est.

Quia de meo] thesauro [accipiet] de quo & D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

ego accipio. Et hic est thesaurus sapientie ingenitæ. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius [& annuntiabit vobis] intus in corde suggerendo. Apoc. 4. Annuntians hominis eloquium suum. Psalm. 83. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

Omnia quæcunque habet Pater] Hic ostendit thesaurum indeficientem unde accipiet: quia [omnia] quæ mihi comunicabilia sunt per generationem æternam [mea sunt] id est, mihi data ab ipso. Comunicabilia autem sunt quæcunque mihi per oppositionis relationis generantis & generati sue geniti, me ab ipso non separantur: & de illis à meo Patre & à me accipiet. Nec dicitur hic: Accipiet in futuro: ideo quod Spiritus aliquid accipiat quod prius non habuit: sed quia acceptum æterna processione nunquam deficit. Luc. 1. Fili tui semper mecum eras, & omnia mea tua sunt. Ioan. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Basilium. Quia cum alio ea quæ sunt glorie Patris, non diuisit.

Propterea dixi] vobis. Ostendit hanc rationem dicti esse [quia de meo accipiet] per æternam processionem [& annuntiabit vobis] per internam inspirationem, sicut sepius diximus. Annuntiabit autem dicit: quia adhuc Spiritum ad robur & illuminationem erant accepturi. Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Per hoc autem quod dicit [quia de meo accipiet] vehementer obicitur contra Græcos. Est enim Filij, quod per sui generationem suum est. Et hoc est totum quod non seingit oppositionis relatio. Sic accipiet de eo quod est Filij, necessario accipit à Filio: quia non est aliqua oppositio quæ hic seingit. Inter enim accipere à Patre, & accipere à Filio, non est oppositionis relatio. Ergo accipit à Patre sicut à Filio, & est ab ipso sicut à Patre. Hoc est ergo quod dicit. Hanc puto huius Patris esse expositionem literalem.

Augustinus autem aliquantulum aliter exponit ab illo loco [Cum autem venerit ille] in quo loco diximus officium & modum Spiritus sancti in testificando contineri. Dicit enim quod [arguet mundum de peccato] omni, quod mundani commiserunt in doctrina Apostolorum per vitam Christi innocentiam. Eccli. 17. Quid requiris quam quod excogitasti caro & sanguis? Et hoc quidem arguetur. Act. 23. Qui corripit Genes, non arguet, qui docet hominem scientiam: quia non crediderunt in me] Dicit Augustinus, quod hoc ponit specialiter quia hoc manente, omnia manent: & hoc accedente, alia remittuntur. Et tamen non ponit hoc ideo quasi de hoc solo redarguit. De iustitia autem arguit, dicit Augustinus. [De iustitia] non mundi, sed credentium in Christo, quorum comparatione mundus damnatur. Et hæc precipue est iustitia hæc quæ creduntur ea quæ non videntur. Et ideo dicit [qui vado ad Patrem], & iam me non videbitis] ut hæc sit de his quæ non videntur. Et ideo dicit: Nunc me videbit mundus: sed vos me videbitis, qui creditis quæ non videntur. Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. 1. Cor. 4. Contemplantibus nobis quæ non videntur æterna. Rom. 8. Quæ videt

vider quis, quid sperat? Si autem quæ non videmus speramus, per patientiam expectamus. De iustitia autem hæc fidei dicit *Aug.* intelligi illud *Roma. 3.* Arbitramur hominem iustificari ex fide sine operibus legis [De iudicio autem] quo mundus iudicabitur in futuro quod non timuit. Et hoc est [quia princeps huius mundi] qui damnatus est propter peccatum [iam iudicatus est] & illum sequentes similiter damnabuntur. *1. Pet. 2.* Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed cadentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii reservare cruciandos. Dicit autem *Augustinus*, quod non ideo dicitur quod Spiritus arguet mundum, quia Filius non arguat: cum scriptum sit *Isa. 11.* Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mactatis terræ. Sed Spiritus arguet in presentia ad correctionem: Filius autem in futuro iudicio ad condemnationem: quia Pater omne iudicium dedit Filio, sicut *Ioan. 16.* dictum est [Adhuc multa habeo vobis dicere] hoc non mutatur.

Sed querit *Aug.* Cum supra dixit *Ioan. 15.* Omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quomodo nunc dicit: Adhuc habeo vobis multa dicere? Sed ad hoc dicendum, quod omnia dixit statui Discipulorum competentia: sed tamen multa remanserunt dicenda, quæ animales adhuc Discipuli necdum intelligere valuerunt. Et de illis hic loquitur. Dicunt tamen quidam quod cum dixit: Quæcumque audiui à Patre meo, &c. Quod sit distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. Sed ego reputo solutionem *Aug.* magis convenientem.

Quod autem subiungitur quod [Spiritus sanctus docebit omnem veritatem] non mutatur. Quod enim dicit [non loquitur à semetipso] exponitur sicut expositum est: quia de eo quod est Pater & Filius, accipiet & annuntiabit. Et ideo dicitur *1. Ioan. 2.* Non est necesse ut quis vos doceat: vnus enim docebit vos de omnibus. Quod autem vidit [quæcumque audierit loquetur] dicit *Aug.* quod audierit ab illo, à quo procedit: & audire illius est scire, id est, esse. A quo ergo illi est essentia, ab illo est audientia, id est, scientia, quæ non est aliud quam scientia, quæ non est aliud quam essentia. Nec futurum ibi ponitur ideo, quia aliquid audiretur sit quod prius nesciuerit: sed quia suam audire secundum processionem æternam nunquam defecit. Posset tamen dici quod metaphorice Spiritui conuenit audire: quia Filius ut Verbum procedit per generationem: quod Spiritus secundum substantialia accipit, quando à Verbo procedit: quia audire est substantiam Verbi percipere. Et cum persona non accipiat id quod est alterius personæ, nisi per hoc quod ab illa procedit: relinquatur ex hoc per modum loquendi quod Spiritus à Filio procedit. Et hoc est contra Græcos [ille me clarificabit] Hoc secundum expositionem *Aug.* non multum mutatur ab expositione præiuncta. Dicit enim quod Filium clarificat Spiritus: quia per Apostolos, spirituales faciendo, declarat quomodo Patri Filius est æqualis. Et hæc clarificatio non est in Filio, sed in membris. Cætera autem non mutantur.

Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem.

Hic incipit secundum quod est visitationis Christi promissio, & habet tres partes, in quarum prima reditum suum ad visitandum promittit: in secunda, de hoc ortam Discipulorum dubitationem absoluit: ibi [Dixerunt ergo ex Discipulis] in tertia de hoc congruam valde similitudinem ponit: ibi [Mulier cum parit] in primo horum tria dicit: recessum, reditum, causam consolationis. De recessu suo ab eis dicit.

Modicum] tempus restat presentie meæ corporalis vobiscum] & iam non videbitis me] in carne mortali & vita animali vobiscum degentem: quia ista verba in nocte qua tradebatur dicebat: & non vixit nisi ab illa hora vsque ad nonam sequentis diei quæ fuit sexta feria. *Ioan. 7.* Adhuc modicum vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. Simile dixit *Luc. 13.* Dicite vulpi illi quia dæmonia eiicio, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. Hunc sensum adiuvat *Glo.* Et dicit [modicum] id est, paruum tempus restat, vsque ad hoc quod patiar & sepulchro claudar. Vel dicatur [modicum] tempus, esse tempus vite vnus hominis, vel etiam totius mundi: in quo per presentiam corporalem aperta specie [non videbitis me] quamuis corporali substantia in altari vobiscum sum, non aperta specie, sed sub specie sacramentali. Et ita hoc tempore videbitis me, non oculis corporeis, sed cordis per intellectum diuinitatis: quia sicut promissi *Mat. 21.* sic in adiutorio gratiæ, vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Hoc tamen tempus modicum est respectu æternitatis. Omnibus ergo his modis dicitur [modicum & non videbitis me] *Ioan. 13.* Filioli mei adhuc modicum vobiscum sum. De secunda expositione dicitur *Ioan. 14.* Adhuc modicum, & mundus iam me non videbit, vos autem videbitis me: quia ego vivo, & vos viuicetis.

Et iterum modicum] tempus: quia tantum post triduum resurgam [& videbitis me] vobis in corpore glorioso apparentem. *Osee 6.* Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. *Mat. 26.* Postquam surrexero, præcedam vos in Galilæam: ibi me videbitis. Quod autem totum tempus vsque ad iudicium, modicum est: dicitur *Apocal. 12.* Descendet ad vos diabolus habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. *Apocalyp. cap. 12.* Ecce venio cito, tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Hoc est ergo quod dicit, literaliter, & spiritualiter.

Quia vado ad Patrem] Hoc pertinet ad consolationem. Vadit autem ad Patrem localiter, beatitudinaliter, spiritualiter ex charitate Discipulorum. Localiter quidem: quia ad sedem cæli Trinitatis eleuatur. *Psal. 18.* A summo cælo egressio eius, &c. Et ideo tunc ut rex inthronizatus maxima dona donabo, & quæ decet regiam magnificentiam & maiestatem. *Esther 2.* Largitus est munera secundum magnificentiam principalem. *Eph. 4.* & *Psal. 67.* Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Vado beatitudinaliter in optimis bonis Patris beatificatus secundum naturam humanam. *Col. 3.* Quæ sursum sunt, querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Vadit spiritualiter in fide credentium ad æqualitatem Patris sublimatus. *Ioan. 20.* Noli me tangere: nondum enim

enim ascendi ad Patrem meum. Et hoc est: Non est me digna tangere: quia in corde tuo nondum ascendi ad Patrem mei æqualitatem. Sed hoc idem nuntia fratribus: ut ascendant ad cor altum. Et tunc quando in cordibus eorum ascendero: tunc & ipsi alti erunt, & tunc omnia promissa Patris percipient. Charitate autem Discipulorum ascendit: quia propter eos ascendit, tum parando eis locum, tum etiam ut remoueret ab eis presentiam carnis, ne detenti in ipsa, non eleuentur ad desiderium deitatis. *Ioan. 14.* Vado parare vobis locum. Et iterum *Ioan. 16.* Expediit vobis ut ego vadam. Nisi enim abiero, Paraclerus non veniet ad vos.

Sunt tamen qui obiciunt, & dicunt, quod presentia corporalis Saluatoris non fuit mala, aduentui Spiritus sancti non contraria: & ideo consolationis Spiritus sancti non fuit impedita. Sed hæc obiectio stulta est, & solutio quam inducunt erronea. Dicunt enim concedentes id quod obiectio probatur, quod Spiritus sanctus non dabatur Discipulis: non fuit ex parte Discipulorum, sed ex parte Christi, qui non fuit adhuc exaltatus in loco honoris. Et ideo non decebat eum dare magnifica dona, sicut dedit quando inthronizatus fuit sede honoris in Ascensione. Quæ solutio nimis stulta est: quia Christus dona Spiritus non dedit secundum humanitatem, quæ sola in Ascensione exaltata fuit: sed dedit ea secundum deitatem, quæ nunquam exaltata fuit, sed semper alta. Et ideo tenendum est quod diximus supra *Ioan. 7.* quod ipse in cordibus eorum ascendit in fide & deuotione. subtrahens eis humanitatis presentiam, ut nulli inniterentur nisi fidei diuinitatis.

Et quod obicitur, quod corporalis presentia vel amicitia non est contraria Spiritui sancto, & ideo non impedit eam: omnino stultum est. Verum est quod non est contraria ei: sed tamen est alia & minor, & ideo circa aliud quam illa hominem tenet. Et ideo quando animus circa talia operatur & occupatur, non potest assurgere ad altiora: quia animus intentione deuotionis circa duo simul non est: cum sit indiuisibilis: circa scilicet amicitiam, quæ est amicitia presentie corporalis, & circa eam scilicet quæ est circa altitudinem deitatis: quia vna scilicet est humana, & altera diuina. Et quod dicit quod vna non est alteri contraria. Dicendum quod verum est: sed tamen vna ab altera est diuisa, & habent modos contrarios: quia vna detinetur circa hic & nunc, altera autem vult esse vbique & semper: & vna est circa temporale, & altera circa æternum: vna circa priuatum, & altera circa commune.

Si autem obicitur, quod primo Christus suam carnalem presentiam exhibuit. Et ita corporalis presentia ad deitatis presentiam & fidem profuit. Et sic non est verum, quod corporalis sua familiaritas à charitate & dulcedine diuina aliquem impediuerit. Hoc etiam est stultum: quia quando Christus corporalem suam presentiam exhibuit, statim ad charitatem suæ deitatis verbis erexit. Et ideo corporalem suam societatem exhibuit: ut esset sicut via, ut dicit *Gregorius*. Diuina autem promissio sicut via terminum. Et ideo permanens in eo quod est via impeditur à termino: & hoc quo deberet vti, fruatur sicut fine: & ideo est per-

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

uersus. Et hoc est quod dicunt Sancti, quod corporalis delectatio in Christo secundum carnem, impediuit consolationem sancti Spiritus: sicut membrum paralyticum non potest recipere plenam spiritus operationem, sicut supra capitulo septimo notauimus. Et hæc est veritas huius questionis. Et non est sequendus error eorum qui dicunt, quod ideo Christus non dedit Spiritum sanctum abundanter: quia non decebat quod daret eum antequam corporaliter esset exaltatus: quia tunc collatio Spiritus sancti remansisset in ipso, & non in Apostolis. Quod erroneum esset omnino, & contra rationem: quia libertas diuina tanta est, quod statim dat dona quando aliquis receptibilis est & paratus ad accipiendum.

Dixerunt ergo ex Discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit, Modicum? Nescimus quid loquitur.

Hic tangit solutionem dubitationis Discipulorum: & sunt in hac parte duo, quorum vnus est Discipulorum dubitatio: secundum autem dubitationis solutio: ibi [Cognouit autem] & s. v. s.] in dubitatione autem tria dicuntur: vnus quidem quia contrarias videtur esse in sermone: secundum autem dubitatio relicta ex contrarietate: tertium autem professio ignorantie ex sermone obscuritate. Dicit ergo.

Dicebant ergo ex Discipulis eius, &c.] Et signat quod non omnes, sed quidam dubitantes dicebant. Quidam autem perfectiores non dubitabant de sermone eius, quamuis forte non intelligerent. *Ro. 4.* In promissione Dei non hæsitauit diffidentia, plenissime sciens quia quæcumque promissio ei Deus, potens est & facere [Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum] Ac si dicant. Sermo videtur sibi repugnare: quia si dicit de morte sua, tunc non erit modicum quod iterum visuri sumus eum: quia nunquam videbimus eum. Et hoc dicebant: quia nihil de resurrectione cogitare poterant. *Sap. 2.* Non est agnitus qui reuerfus est ab inferis. *Isa. 38.* Non aspiciam hominem ultra, & habitorem quietis. Si autem loquitur de alio recessu quo iturus erat ad Patrem, tunc nescimus quid loquitur. Et ideo querunt, quid sit hoc dictum, & quid sit illud: Quia vado ad Patrem? Quia putabant quod moriendo non irer ad Patrem: sed potius mortem non gestando, iturus esset ad Patrem: quia dixerat *Ioan. 8.* Siquis sermopem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Et ideo de vtroque istorum dubitant. Dicebant ergo [Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum] quia hoc non intelligebant: & professi sunt dicentes:

Nescimus quid loquitur: quia verba eius non intelligebant, nescientes de mysterio Resurrectionis eius, nec scientes quod modicum est omne tempus vsque ad iudicium. *Mat. 2.* Adhuc modicum, & ego mouebo non solum terram, sed etiam cælum. *Isa. 54.* Ad punctum & in modico deteliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. *Is. 26.* Abscondere

ad momentum donec pertransat indignatio mea. Et sequitur. Ecce Dominus: & egredietur, & visitabit iniquitatem habitatoris terræ. Et ideo Dominus ignorantiam simplicium Discipulorum illuminat: dicente Euangelista.

Cognovit autem Iesus quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos quia dixi: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Cognovit autem Iesus per illustrationem suæ deitatis qua omnia secreta penetrat. *Ecclesi. 23.* Oculi Domini lucidiores sunt super solem, aspicientes in absconditis partes. Et ideo hic tria dicuntur, scilicet, secretorum revelatio, tristitia de passione sua imminente prædictio, & de tristitia in gaudium convertenda consolatio. Dicit ergo [Cognovit autem Iesus] qui omnia novit antequam fiant [quia volebant eum] hoc est, desiderium habebant hoc quod dixerat intelligendi [interrogare] *Deut. 32.* Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi [& dixit eis] præveniens interrogationem [De hoc queritis inter vos] mihi reverentiam servantes: quia à me non queritis [quia dixi, Modicum, & non videbitis me] ad tempus secundum carnis mortalitatis potentiam [& iterum modicum] quod est per triduum meae sepulturæ [& videbitis me] apparentem vobis in corpore glorioso post Resurrectionem. Et causa questionis est: quia animales existentes non potestis capere qualiter per ignominiam passionis transitur ad gloriam Resurrectionis. *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi: quia spiritualiter examinatur.

Amen amen dico vobis] Duplici vitur confirmatione quia adhuc latebat Resurrectionis mysterium. Unde & post Resurrectionem latebat hæc via quæ est post passionem ad gloriam. *Luc. 24.* O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ. *1. Pet. 1.* Spiritus Christi in Prophetis prænuntians quæ in Christo sunt passionis, & posteriores glorias. Et eadem via in gloria est in æbris. *Rom. 8.* Si tamen compatimur, ut & simul glorificemur. Quia ergo hæc via latebat, duplici vitur confirmatione. *Psal. 77.* In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscuntur. Mare enim signat profundum amaritudinis: aquæ autem multitudinem tribulationis [quia plorabitis & flebitis vos] Ploratus est in lacrymatione, fletus autem in querela angustie: quia plorabant de absentia consolatoris, flebant de instantia mundi persequentis. *Thren. 1.* Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis, & c. Item eodem primo. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est consolator à me convertens animam meam [mundus autem] hoc est, mundani in divitiis & ambitione viuentes, quos ego argui & detestatus sum [gaudebit] tanquam de me triumphaverit, & me deleverit, & non sit de cætero qui ar-

quat malitiam eius: sicut *Judic. 16.* Philistini gaudebant de comprehenso Samfone & ligato. *Sap. 14.* Dum latantur, insaniunt. *Pron. 2.* Latantur cum malefecerint, & exultant in tebus pessimis [vos autem contristabimini] de morte mea. *Luc. 24.* Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem, ambulantes, & estis tristes? *Ioan. 16.* Quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

Sed tristitia vestra] de morte mea] vertetur in gaudium] In Resurrectione, in apparitione, in Ascensione, & maxime in sancti Spiritus missione: quæ omnia post modicum tempus futura sunt vobis. *Ioan. 20.* Gaudium fuit Discipulis viso Domino. *Isa. 51.* Gaudium & lætitia inveniatur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Hæc est expositio literalis. Attendendum est autem, quod adhuc est talis divisio inter mundum & Discipulos Christi, quod mundus gaudet in bonis temporalibus quæ nunc sunt: sed gaudio vano, & turpi, & permixto siue impuro, & instabili. Gaudio vano: quia de vanitate. De ista vanitate dicitur *Ecclesi. 2.* Dixi in corde meo: Vadam & assuam delicias, & fruam bonis: & vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid frustra decipietis? Turpis est etiam mundi lætitia: quia de turpibus est peccatis. *Sap. 14.* Neque vitam, neque nuptias mundas custodiunt iam. *Apocal. 17.* Cum meretrice magna fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui habitant terram de vino prostitutionis eius. Hoc autem vinum significat gaudium de turpitudine prostitutionis mundanæ. Est etiam permixtum & impurum: quia in eis nihil habet unde gaudeat, & extra, deceptorio gaudet gaudio: sicut si aliquis via florida ducitur ad supplicia, & gaudet de via, oblitus de suppliciorum amaritudine. *Prouerb. 14.* Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij occupat lætas. Instabile autem est: quia deficit mundo, & mundus deficit sibi. *Iob 21.* Tenent tympanum & citharam & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et ideo istud gaudium convertitur in tristitiam. *Amos 8.* Convertam omnes festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in fletum. *Thren. 4.* Conversa est in luctum cithara mea, cecidit corona capitis mei.

Est autem contra gaudium spirituale, plenum, verum, pulchrum, & æternum, & purum. Verum: quia de veris bonis interioribus quæ sunt bona regni calorum. *Rom. 14.* Non est regnum Dei esca & porus: sed iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto. *Isa. 61.* Gaudens gaudebo in Domino. Pulchrum autem est: quia est de laudabilibus & pulchris bonis virtutum. *Sap. 7.* Lætatus sum in omnibus, quia antecedebat me ista sapientia. Purum est: quia nihil alienum habet admixtum. *Prouerb. 14.* Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscbitur extraneus. Perpetuum. *Psal. 122.* Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Vbi gaudij nunquam erit finis.

Sancti etiam quadruplici tristitia tristantur, scilicet, de peccatis propriis, de peccatis proximorum, de presenti incolatu, & de beatitudinis dilatione. De primo in *Psal. 12.* Ad meipsum animam meam contristata est. De secundo *Rom. 9.* Tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis. De tertio *Tabie cap. 5.* Quale mihi gaudium

gaudium est qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? De quarto *Psal. 41.* Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Hæc ergo tristitia vertetur in gaudium. *Mat. 25.* Intra in gaudium Domini tui. *Luc. 16.* De omnibus his. Fili recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc vero hic consolatur, tristitia sua versa in consolationem & gaudium: tu vero cruciaris, consolatione tua versa in tristitiam & lamentum. *Tob. 3.* Post tempestatem tranquillum facis: & post fletum & lacrymationem, exultationem & gaudium infundis.

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam.

Hic tertio dat simile de tristitia in gaudium conversione. Duo autem dicit, scilicet, simile, & similis adaptationem. Simile autem de tristitia primo dat dicens [Mulier] quæ concepit conceptio semine [cum parit] hoc est, cum paritur [tristitiam habet] in doloribus vteri sui & angustijs. *1. Thes. 5.* Sicut dolor in vtero habentis & non effugiet. *Isa. 26.* Sicut quæ concepit, cum appropinquat ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus. *Isa. 37.* Dies tribulationis & angustie, correctionis & blasphemie: dies hæc: quia venerunt filij ad partum, & non erat virtus parienti. *Apoc. 12.* Clamat parturiens [quia venit hora eius] ut in angustia pariat. Hæc enim hora est maledictionis Domini: quia dixit *Gen. 3.* In dolore paries filios [cum autem peperit puerum] masculum [iam non meminit pressuræ] [Dolor enim parturientis est dolor pressuræ. Et ideo vocat pressuram. Sed tristitia mutatur in gaudium: & hoc est] propter gaudium] naturale [quia natus est homo] pignus naturæ fugientis [in mundum] in quo remaneat posteritatis successio. *Luc. 1.* Elisabeth impletum est tempus parienti, & peperit filium: & audierunt vicini & cognati eius, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. *Gen. 30.* Hoc pro beatitudine mea beatam me dicent omnes mulieres. Sic ergo obliuiscitur pressuræ.

Et vos igitur] Adaptat simile [Et vos] prægnantibus similes qui concepistis Spiritum sanctum, non adhuc perfectum in vobis [nunc quidem] in passione mea [tristitiam habetis] quasi iam parturientes. *Isa. 25.* A facie tua Domine concepimus, & quasi parturimus, & peperimus Spiritum salutis. *Pron. 25.* Omnis plaga tristitia cordis. *Chrys.* Magna est tristitia tyrannis, & multa nobis virilitate opus est, ut resistamus huic passioni: & quod vile est in ea castificantes, superfluum dimittamus. Unde *2. Cor. 2.* Magis doneris & consolemini: ne forte abundantiori tristitia absorbeat. Tristitia ergo sic rationabiliter Discipulorum Christi erit. *1. Pe. 2.* Modicum si oportet nunc tristari in varijs tentationibus. *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

bus: ut probatio vestrae fidei multo pretiosior sit aut quod per ignem probatur [iterum autem videbo vos] in apparitione post Resurrectionem. Et tunc melius ad lucem conceptus in vobis erit Spiritus. Vel [iterum] ut dicit *Gla.* prius tristitiam, victo impugnatore, remunerabo: & hoc erit post mortem in quolibet, & in die iudicij generaliter [& tunc gaudebit cor vestrum] quia tunc parietis in lucem Spiritum salutis, quem modo parturientes habetis. *Gen. 21.* Dixit Sara cum pepererat: Risum mihi fecit Deus: quicumque audierit contidebit mecum. Risus ergo iam in nobis formatis in Christo Spiritu salutis per gloriosam immortalitatem, generat nobis gaudium istud. *Exo. 4.* Videns te lætabitur corde. *Isa. 40.* Videbis, & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum [& gaudium vestrum] quod ego sum in Spiritu salutis formatus in gloriam [nemo] de cætero [tollet à vobis] *Rom. 6.* Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. *Esther. 9.* Luctus arque tristitia in hilaritatem gaudiumque conversa sunt. *Isa. 35.* Gaudium & lætitia obtinebunt: fugiet doxor & gemitus. *Apoc. 21.* Abstergit Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, &c.

Et in illo die] plenæ vestrae illustrationis per Spiritum missum in vos, in lucis visione & ignis, ut intus luceatis & ferueatis [non me interrogabitis quicquam] quia opus non habetis: quia omnia expedientia ad salutem vestram & aliorum, in eis vobis prædens docebit vos Spiritus. *Iere. 31.* Non docebit vir ultra proximum suum, & vir fratrem suum dicens: Cognosce Dominum. Omnes scient me à minimo eorum usque ad maximum eorum. *Isa. 54.* Ponam terminos tuos pacem, & universos filios tuos doctos à Domino. *Psal. 50.* Incerta & occulta sapientia tua manifestasti mihi. Vel dicatur [in illa die] plenæ glorie in beatitudine: vbi in verbo Dei omnia videbitis [non me interrogabitis quicquam] quia nihil querendum latebit. *Greg.* Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?

Amen amen dico vobis, siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq̄ modo non petistis quicquam in nomine meo: Petite, & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum. Hæc in proverbijs locutus sum vobis: venit hora cum iam non in proverbijs loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amatis, & credidistis: quia à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Hic incipit tertia pars huius capituli, in qua consolatur Discipulos ex hoc quod promptus & paratus est ad exaudiendum omnes petitiones eorum. Et dividitur in duas partes, in quarum prima attenditur exaudiendi facilitas: in secunda autem ex hoc tanta Discipulorum consolatio. *Ibi* [Dicitur ei Discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris] Adhuc autem in prima horum dicit quatuor, in quorum primo ponit liberalem exauditionis

promissionem: in secundo de eo quod petendum est eruditionem: in tertio ad petendum temporis congruitatem: in quarto de omnibus quæ docuit innuit explanationem. *Dicit ergo.*

Amen amen dico vobis [Duplici videtur confirmatione, vt ex liberalitate Patris, exauditionis habeant certitudinem. *Mat. 11.* Quicquid orantes petitis, credite & accipietis & fiet vobis [Siquid petieritis] hoc est, si aliquid est quod petitis. Quia vanum & malum nihil est: bonum etiam temporale in se vanum est. *Augustinus.* Quicquid aliter petitur quam quod ad vitam æternam cedit, nihil petitur: non quia res omnino nihil est, sed quia in tantæ rei comparatione quicquid aliud concupiscitur, nihil est. Neque enim vlla res est homo, de quo dicit *Apostolus Gal. 6.* Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. In comparatione spiritualis hominis qui scit gratia Dei se esse id quod est: quisquis vana præsumit, nihil petit. Ideo dicit [Siquid] hoc est. Si hoc quod petitis est quid siue aliquid [petieritis Patrem] cuius olivus dulcescit in ipsa petitione [in nomine meo] quod est Saluatoris nomen & salutis [dabit] liberaliter & abundanter [vobis] ad utilitatem. Sic ergo determinat & quid petatur, & à quo, & qualiter dabitur, & ad quid. De primo dicitur *Mat. 6.* Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Hoc enim est quid. De secundo *Mat. 6.* Scit Pater vester quid necesse sit. De tertio dicitur in *Psal. 62.* In nomine tuo leuabo manus meas. Hoc est in pietate & cultu nominis tui. *Ier. 14.* Nomen tuum inuocaram est super nos. Hoc enim nomen saluatoris perfectam præteritiam pietatem. De quarto dicitur *Ephe. 3.* Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus & intelligimus: ipsi gloria in Christo *IESV. Iaco. 1.* Dat omnibus abundanter & non improperat [vobis] Hoc dicitur: quia pro se petere debet. *Luc. 11.* Sivos cum suis mali notis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se? *1. Cor. 12.* Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Sic ergo quatuor notantur in verbo isto. Huius autem petiti rationem ad alia præterito tempore petita, comparat dicens.

Vsq[ue] modo [quia imperfecti & animales fueritis, non sciistis quid petendum erat. Et ideo vsque adhuc [non petistis quicquam] hoc est, quod aliquid sit [in nomine meo] quia nesciistis. *Rom. 8.* Nam quid oremus secundum quod oportet, nescimus: ipse autem Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Glo.* hoc est, docet nos sic orare & postulare.

Contra hoc tamen videtur esse illud *Mat. 20.* Dic vt sedeat hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram tuam in regno tuo. Sed ad hoc dicitur, quod mulier hæc humanum aliquid fuit passa. Et parabat Christum illico regnaturum in regno humano, & ideo hoc petijt. Et hoc fuit non quid, sed nihil petere. Et ideo Christus dixit: Nescitis quid petatis. *2. Cor. 4.* Id enim quod in presenti est memento & iene tribulationis nostre, super modum & sublimitatem æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Pondus ergo est, quod æternum est. Et ergo nisi hoc petatur, non habet pondus

quod petitur. Et hoc est quod subditur.

Petite, &c. vt gaudium vestrum plenum sit [Hoc enim est quid petere. Hoc autem est gaudium superfluens, & intus implens. *Luc. 6.* Mensuram bonam, & conferam, & coagitaram, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. *Mat. 23.* Intra gaudium Domini tui. Quia enim superfluens est: ideo non intrat sed inuratur in ipsum. Tamen implet intus mensuram bonam ad naturæ capacitatem, conferam ad meriti mensuram, & coagitaram ad spei expectationem, & superfluentem ad diuinæ largitatis immensitatem. Hoc est ergo gaudium plenum [Hæc in proverbij] Tangit hic temporis congruitatem ad petendum magna. Hactenus autem cum animales erant: magna eis proponere non potuit, sed in proverbij erudit. Est autem Proverbum sermo aliud sonans, & aliud intendens. Et sic de diuinis hactenus locutus est Dominus. Quia, sicut dicit *Dionysius*, nobis carnalibus impossibile est lucere diuinum radium nisi sacris velaminibus circumuelatum. Vnde quod dicit hic [Hæc] non demonstrat immediate dicta, sed omnia quæ à principio doctrinæ suæ dicta sunt. Hæc enim omnia talibus proverbialiter oportuit proponere. *Psal. 77.* Apertam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.

Sed obijciatur quod dicitur *Mat. 13.* Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: ceteris autem in parabolis. Sed ad hoc dicendum, quod in veritate status Discipulorum vt tunc, fuit vt in parabolis proponeretur eis mysterium regni Dei: quia aliter intelligere non poterunt. Sed quod dictum est: Vobis datum est nosse, non dicitur ideo quia tunc perfectionem sensus habuerunt ad intelligendum: sed quia intelligere aequaliter incoeperunt. Et hoc in aduentu Spiritus sancti impletum est. Et ideo hic dicitur.

Hæc [omnia quæ dixi vobis] in proverbij locutus sum vobis [docens vos de diuinis per humana: sed [venit hora] hoc est, iam in veniendo est, fuit illa hora sit Spiritus sancti receptio, siue æterna in beatitudine visio [cum iam non in proverbij loquar] sed per internam Spiritus acceptionem, & beatitudinis in mea Resurrectione demonstrationem [sed palam] per eam qua me Pater clarificat lucem [de Patre annuntiabo vobis] *Isa. 23.* Regem in decore suo videbunt. *Psal. 88.* Domine in lumine vultus tui ambulabunt. In lumine enim ostensum, parabola non indiget. *1. Ioan. 3.* Similes ei erimus, & videbimus cum sicuti est. *1. Ioan. 1.* Videbitis celos apertos, & Angelos ascendentes & descendentes super Filium hominis.

In illo die [magnificæ claritatis. *Psal. 117.* Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. Et hoc est quæram vbi ea quæ dixit, explanat [in nomine meo] quod est super omne nomen, quod vobis tunc erit agnatum [petitis] Et videbitis quod in sacramentis & orationibus. Pater nomen hoc honorificabit in omnibus exaudiendo. *Heb. 5.* In omnibus exauditus pro sua reuerentia. Qualiter autem omnia prædixit, explanans dicit [Non dico vobis quia ego rogabo Patrem pro vobis] Quauis enim rogem, non tamen est necesse: quia merita vestre charitatis & fidei pro vobis interpellabant. Et hoc est quod dicit [ipse enim Pater] cuius affectus ad vos

vos dulcissimus est [amar vos] *2. Reg. 1.* Sicut mater vnicum amat filium: ita te diligebam. *Isa. 49.* Si potest obliuisci mulier infantem suum vt non misereatur sui vteri filio: & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui [quia vos me amastis] Coniunctio non est casualis, sed quantum signi dar rationem: & est sensus. Hoc quod me amastis, signum est quod Pater amat vos. *Prover. 8.* Ego diligentes me diligo. Merito ergo huius charitatis meremini exauditionem [& credidistis] Ecce meritum fidei [quia à Deo exiui] sicut natus ab ipso. Hæc enim est fides quæ meretur exauditionem. Et hoc est quod dicit, credidistis [quia à Deo exiui] *1. Ioan. 11.* Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui qui in hæc mundum venisti: ad exteriora factus visibilis, cum esses inuisibilis. *Beruch. 3.* In terris visus est. Exitum autem illum declarat dicens.

Exiui [per æternam generationem] à Patre, & veni [assumptæ carne] in mundum [visibilis factus mundo. *1. Ioan. 8.* Ego enim ex Deo processi, & veni [iterum relinquo mundum] non tamen relinquo carnem quam assumpsi de mundo [& vado ad Patrem] per Ascensionem. Hoc signatum est *Gen. 35.* vbi dicitur: Surge Iacob & ascende Bethel, & habitabit ibi. Iacob enim luctator Christum signat, qui lacta expugnauit mortem & diabolium. Bethel autem domus Dei interpretatur ad quam luctator ascendit in die Ascensionis cum animabus sanctis ascenderit, & ibi ad dexteram Patris habitauit. *Genes. 31.* Surge & egredere de terra hac, reuertens in terram nativitatis tuæ.

Dicunt ei Discipuli eius: Ecce, nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis: Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi. Respondit eis Iesus: Modo creditis. Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Hic incipit pars quæ est de discipulorum consolatione. Tanguntur autem hic tria, quorum primum est confessio Discipulorum quod sunt verbis Domini consolati. Sed quia adhuc de se crant decepti, ideo secundo ponitur instructio, quod adhuc erant infirmi. Ne autem ex infirmitate exciderent, tertio ponitur qualiter in Christo debet esse confirmati. In primo tria, in quorum primo laus ponitur doctrinæ Christi: in secundo confessio omnia scientie Christi Deum tertio perfectio fidei.

Dicitur [ergo] ei Discipuli [ex verbo quod ultimo dixit instructi. Est autem hoc verbum: Quonia venit hora quando non in proverbij locutus es: quia hoc lætatur expectabant vt a pæta visione viderent mirabilia de regno Christi] Ecce nunc palam loqueris [scilicet quod in futuro, non modo, nobis es quæ promissisti ostendas de Patre. Semper enim expectauimus vt hanc

ostenderes. *Isa. 64.* Palam apparui his qui me non interrogabant. *Psal. 88.* Locutus es in visione Sanctis tuis [& proverbium nullum dicis] sed expresse promittis, quod te & Patrem nobis in proximo ostendes. *Mat. 22.* Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. *Augustinus* tamen dicit, quod dixerunt hoc Discipuli non intelligentes sermonem Christi. Et vsque adeo non intellexerunt. Et quod etiam non intellexerant se hunc sermonem non intelligere, & reputabant palam esse quod palam non erat, & sine proverbio esse quod per proverbium dictum erat. Vnde *Glo.* Palam loqui æstimant, cum dictorum eius nequeant comprehendere mysteria: quia quicquid audierunt, adhuc erat illis in proverbium. Prior expositio melior est & planior.

Nunc scimus, quia scis omnia [per hoc quod nostri occulta cogitationum antequam à te querant: quæ nemo scire potest nisi Deus qui scit omnia & nouit. *1. Ioan. 21.* Domine tu omnia nosti. *Iob. 41.* Nulla te latet cogitatio: & ideo [non opus est tibi] qui scis omnia [vt quis te interroget] quia antequam interrogeris scis quod quilibet desiderat querere. *Ioan. 16.* Non opus erat illi vt eum quis interrogaret: testimonium perhibet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. *Eccli. 25.* Videt omnia in absconditis partes [in hoc] infallibili signo [credimus] non tamen adhuc firmiter [quia à Deo] Patre [existi] per generationem. *1. Ioan. 9.* Nisi hic esset à Deo non posset facere quicquam. Item 3. Scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit Deus cum eo.

Respondit eis Iesus [reducens ad sui ipsorum cognitionem sicut & Petrus *supra 13.*] [Modo creditis] vt paruuli & temporales. De paruulis dicitur *Mat. 14.* Modice fidei quare dubitasti? De temporalibus *Mat. 14.* Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. [Ecce venit hora] *Luc. 22.* Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum [& iam venit] hoc est, iam in proximo instat per Iudam traditorem & Iudeorum ministros, qui veniant vt me capiant. Hæc est enim hora præfinita: quia omnia completa sunt vsque ad captiuitatem & passionem. Iam enim data est malis in me licentia. *1. Ioan. 23.* Sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem. *2. Thes. 2.* Mysterium nunc operatur iniquitatis: *Isa. 37.* Dies tribulationis & angustie, correctionis & blasphemie dies hæc [vt dispergamini vnusquisque in propria] quia non est qui vos congreget in vnum sicut ego feci. *Isa. 54.* Omnes nos quasi oues errantes: vnusquisque in viam suam declinabat: & Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. *2. Reg. 24.* Non habent isti pastorem, reuertantur in tabernacula sua [& me solum relinquatis] passionibus & voluntati totorum derelictum. *Mat. 26.* Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. *Zach. 14.* Percutite pastorem, & dispergentur oues [sed non sum solus] hoc est, homo priuatus & purus [quia Pater] per unitatem substantiæ diuinæ & inseparabilitatem [mecum est] ita quod in passione & in morte fortitudinem suam in mirabilibus ostendet. *Ioseph. 1.* Non te dimittam neque derelinquam. *1. Ioan. 8.*

Qui me misit, mecum est, & non relinquit me solum : quia quæ placita sunt ei facio semper.

Sed contra hoc esse videtur quod dicitur *Matth. 27.* & in *Psal. 21.* Deus Deus meus quare me dereliquisti : &c. Sed ad hoc dicendum, quod non dixit Christus ibi se esse à diuinitate derelictum, sed potius humanitatem esse derelictam à defensionis diuinæ præsidio: quia tribulationibus & passionibus tunc deitas exposuerat humanitatem, quam tamen nunquam deseruit per societatem vniõnis.

Hæc locutus sum vobis] omnia quæcumque dixi in sermone isto] ut in me] manendo sicut palmes in vite] pacem habeatis] in corde : quia hæc est pax vestra, & ad Deum, & conscientiam, & nihil in conscientia turbationis habeatis pro persecutionibus meis vel vestris. Vnde *Gla.* Hæc est pax pro qua Christiani sumus, pro qua Sacramentis imbuimur, pro qua erudimur omnimode, pro qua Spiritum pignus accepimus, pro qua in eam credimus & speramus & amore eius accendimur. Hæc est in pressuris liberatio & consolatio, ut in hoc sine feliciter regnemus. In hoc ergo sermonem concludit. *Philip. 4.* Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, &c. *Isa. vi.* Ecce ego declinabo in vos, sicut flumen, pacem. *Eph. 2.* Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum.

In mundo] mundana diligentiam] pressuram habebitis] sicut vobis prædixi. *Iaco. 2.* Diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi pertrahent vos ad iudicia. Hæc tamen pressura non est contraria paci] Sed confidite] animo forti confidentiam habete, quæ est fortitudo animi cum spe vincendi pericula, quia [ego] iam pro vobis] vicimundum] quia non præualebit de cætero mundus contra vos, nec promissione diuitiarum, nec illecebre delectationum, nec ambitione honorum, nec comminatione poenarum. *Heb. 11.* Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. *1. Ioan. 5.* Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Sic ergo conclusus est sermo quo Discipulos confortauit, &c.

CAPVT XVII.

Hæc locutus est IESVS : & subleuatis oculis in cælum dixit : Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.

Hic incipit Verbi manifestatio per orationis suffragium quo suis manifestatur. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima ad vtilitatem suorum à Patre petit suæ claritatis manifestationem : in secunda autem per quos ista manifestatio faciendâ est, petit sanctitatis confirmationem *Ibi*] Manifestaui nomen tuum hominibus] In prima harum dicuntur quatuor, in quorum primo ponit id quod pertinet ad orationis deuotionem : in secundo ponit petiti expressionem in tertio meriti propter quod exaudiendus est allegationem : in quarto redit ad instantem apud Patrem orationem. In primo horum tangit sex,

in quorum primo tangit quod pertinet ad istius cum præcedentibus ordinis continuitatem, dicens.

Hæc] ad eruditionem sanctitatis à principio sermonis vsque huc] locutus est Iesus] author salutis. *Prou. 30.* Omnis sermo Domini clypeus ignitus est sperantibus in se. Sed quia omne quod docet sermo diuinus, impetrandum est per deuotionis orationem : ideo ut exemplum det nobis, recurrit ad orationem ut ea quæ docet impetrentur. Et ideo sequitur] & eleuatis oculis, &c.] quod est secundum, ad orationis pertinens deuotionem : subleuatio enim oculorum deuotionem in orante præterit, & fiduciam impetrandi, & directionem intentionis. De primo *Thren. 3.* Leuemus corda nostra cum manibus in cælum. *2. Paral. 20.* Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te. De secundo : scilicet, impetrandi fiducia *Ioan. 11.* Iesus fursum eleuatis oculis in cælum, dixit : Pater gratias ago tibi quia exaudisti me : ego autem sciebam quia semper tu me audis. *Psal. 122.* Ad te leuauit oculos meos qui habitas in cælis. De tertio autem dicitur in *Psal. 140.* Dirigatur oratio mea sicut incensum, in conspectu tuo : eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Contrarium autem videtur per illud *Iob 22.* Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. *Luc. 18.* Nolebat oculos suos lenare ad cælum. Sed ad hoc dicendum, quod aliud est in oratione peccatoris, & in oratione Saluatoris, & in oratione iusti. Peccator enim indignitatis suæ sibi conscius, non præsumit quod ad locum sanctitatis respectum statim dirigat : & ideo humiliter vilitatem suam recognoscendo, oculos deprimit. *2. Paral. vi.* Non sum dignus videre altitudinem cæli, præ multitudinem iniquitatum mearum : quia excitaui iracundiam tuam, & malam coram te feci. In oratione autem Saluatoris, dignatio est quod pro suis orat : & ille ad locum dignitatis respiciendo, suos dirigit, quos etiam præsidio orationis extollit. *Iob 40.* Esto gloriosus, & speciosis induere vestimentis, & in sublime erigere. In oratione autem iusti, humiliatio sui est in corde, & in oculis respectus fiducia, qui procedit ex confortato corde. Et ideo vtrunque est in illo laudabile. *Dan. 13.* Susanna flens suspexit in cælum : erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Hoc est ergo. Subleuatis oculis in cælum.

Dixit : Pater] Hoc est tertium istius partis in quo adulti nomine, Patris orationem incipit : ut ostendat quoniam omnia Patri & liberalitati Patris attribuit. *Matth. cap. 6.* Pater noster qui es in cælis. Omnia enim quæ petit, in voto Patris constituit. *Matth. 26.* Non mea, sed tua voluntas fiat. Patris enim nomen consonantiam sonat cum orante. *Sap. 16.* Substantiam tuam & dulcedinem tuam quam habebas in filiis ostendebas : & voluntati vniuersiusque deseruiscas, ad quod quisque voluit conseruabatur. Quia Pater dulcedinis, & Pater gratiæ omne petitum ad voluntatem & vilitatem conuertit filiorum.

Venit hora] Hoc est quartum, quod est impletio congrui temporis ad exaudiendum, iam completis sacramentis quæ ad hoc impleri debuissent diuina præfinitione. Non est autem hæc fatalis, ut in antehabitis dictum est. Vnde *Gla.* dicit

dicte. Venit hora quam seipsum constituit. *Ise. 49.* Tempore placito exaudiui te, & in die salutis adiuui te, &c. *Psal. 64.* Benedices coram auri beniguitatis : tua] Clarifica Filium tuum] Hoc est quintum istius partis, ut Filius clarificetur. Cum autem in se secundum diuinam naturam clarior esse non potest, & secundum naturam assumptam plenè claritate gratiæ ab instanti conceptionis extiterit, sicut *Ioan. 1.* dicitur. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti à Patre plenum gratiæ & veritatis : oportet quod hæc claritas quam petit, petatur ut fiat ab hominibus. Et hoc duobus modis : vno modo, ut & membra mystica eius clarificentur, ut tam claro capiti congruant : & secundo, ut claritas nominis Filij tam secundum humanitatem quam secundum diuinitatem eius omnibus manifestetur. De prima claritate dicitur *Ioan. 14.* vbi vnum membrum extra congregationem fidelium, tanquam putridum & foetidum eiecitum est. Nunc clarificatus est Filius hominis. De secunda claritate dicitur *Ioan. 12.* Venit hora ut clarificetur Filius hominis. Hoc enim dictum est quando Gentiles notitiam Christi habere desiderabant. De vtroque ergo istorum modorum dicitur : Clarifica Filium tuum. Sextum autem & vltimum est istius partis quod adiungit.

Ut Filius tuus] dictis modis clarificatus & in noticia multorum & puritate membrorum] clarificet te] quia in hoc etiam in credentibus tu eleuatus eris ita quod nomen Patris, quo mihi Pater es, omnibus in me clarum apparebit : & sic à claritate mea procedatur in tui nominis claritatem. *2. Cor. 3.* In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu.

Videtur autem contrarium huius quod dicitur *Ioan. 5.* Claritatem ab hominibus non accipio. Adhuc autem, *Ioan. 8.* Ego gloriam meam non quero. Est qui querat & indicet. Sed ad hoc dicendum, quod non querit claritatem quæ procedit vel procedere potest ab hominibus : quia hæc est vana. Nec querit gloriam humanam : quia hæc est vanior. Sed querit claritatem ut Deus glorificetur vel clarificetur : quia hæc est vera. Est enim dignus Deus ut sic clarificetur. Et querit gloriam Dei ut in omnibus finibus terrarum Deus glorificetur : quia hoc pertinet ad Dei cultum. *Iob. 13.* Luce splendida fulgebis, & omnes fines terre adorabunt te. *Ise. 60.* Erit Dominus in lucem sempiternam ut Deus tuus in gloriam.

Sed hic inducitur questio de orante orationem istam. Non enim est orare nisi indigentis. Filius autem qui est diuina personæ nullo indiget. Sed forsitan dicat aliquis, quia Christus secundum humanam naturam orauit. Adhuc videtur, quod non erat suum orare : quia etiam Christus secundum humanam naturam omnibus bonis certus & plenus fuit : & illius non est orare, sed potius gratias agere. Adhuc autem, Orans est inferior eo quem orat : Filius autem non est inferior Patri. Et sic status orantis non fuit Christi status ut nosset. Si forte aliquis dicat, quod humana natura in Christo orauit. Hoc omnino est inconueniens : quia ab illo non potest clarificari in fide hominum. Fides enim non est nisi de diuinis. Adhuc autem, per illam non fuit Pater in nomi-

ne Patris clarificatus : quia Pater est Filius Patris in natura diuina.

Ad hoc dicendum, quod Filius secundum quod erat in humana natura fecit hanc orationem. Ad primam ergo dicendum, quod in se Filius non indiget, nec etiam indigit in nobis : sed nos indigimus ut in fide nostra clarificetur : & hoc pro nobis petit. Hoc enim non adhuc à Patre habitum fuit. Ad aliud dicendum, quod Christus secundum quod homo statum habet orantis, & secundum quod Deus statum habet cum Patre exaudientis. Et sic patet quod orauit & orare potuit ut tam secundum naturam diuinam quam secundum humanam mundo clarificetur. Et sic patet solutio ad totum.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESVM CHRIS- TVM. Ego te clarificauit super terram : opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud te metipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.

Hic secundo ponit petiti expressionem, & tangit tria : formam qua petit, & petendum, & petiti determinationem. Formam tangit cum dicitur sicut dedisti ei] Filio ab æterno] potestatem omnis carnis] hoc est, omnis hominis qui est caro : sicut & ipse Filius ideo caro factus est, ut potestas regni eius & claritas eius sit in eis. *Psal. 2.* Positula à me, & dabo tibi Gentem hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Fratres enim per omnia voluit similes quibus erat claritas eius manifestanda. *Heb. 2.* Quia quæsi communicauerunt carni & sanguini : & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. Sic ergo æterna prædestinatione Filio hominis dedit potestatem omnis carnis ut regat eos & legem ponat eis. *Psal. 81.* Surge Deus, indica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Queritur autem, Quare dedit ei potestatem omnis carnis potius quam anime : Ad hoc dicendum, quod caro defectibilis, causa est corruptionis. Et ideo in carne reducta ad gratiam, maior apparet virtus gratiæ. Vnde sensus est] Sicut dedisti] æterna prædestinatione] potestatem] gratiæ fidei] omnis carnis] quia caro quæ principium est & causa omnis corruptionis, reformatur. Ideo enim, sicut dictum est supra primo cap. Deus verbum caro factum est, ut homo caro reformaretur ad Deum : & Verbum caro factum descendit, ut caro per Verbum alcederet in Deo. Sicut ergo dedisti ei potestatem hæc iam in ordine prædestinationis : ita imple & opere & manifestatione.

Ut omne quod dedisti ei] subjiciendum in fide deuotione] det eis] per meritum fidei] vitam æternam] ita quod non solum in iudæa notus sit sed ab ortu solis vsque ad occasum laudabile nomen eius fiat. *Matth. 21.* Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. *Matth. vi.* Data est mihi omnis pote-

potestas in celo & in terra. Et ideo statim sequitur *ibidem*. Euntes docere omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

Et ideo obijciunt hic quidam. Quia si data est iam Filio ut testantur auctoritates iam inducitur: tunc videtur frustra orare ut detur. Ad hoc autem nihil difficile est respondere, quia ab æterno per prædestinationem Deo homini datū nihil prohibet à Patre ut manifestetur & impleatur in effectu. *Isa. 49*. Parū est mihi ut suscites mihi tribus Iacob & facies Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gentium ut sis salus mea usque ad extremum terræ. *Ioan. 13*. Omnia dedit ei Pater in manus. *Psal. 94*. In manu eius sunt omnes fines terræ. Est autem conueniens omni bono regi ut suis beneficiat & suos viuificet. *Luce 22*. Qui potestatem habent inter eos benefici vocantur. Et ideo dicit quod omnibus suis det vitam æternam nunc in causa, & in futuro in rei perceptione. *Ioan. 10*. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Et *ibidem*. Ego vitam æternam do eis.

Hæc est autem vita æterna. Hic tangit petiti declarationem. Est autem hæc vita æterna per causam & substantiam [ut cognoscant] cognitione gratiæ hic & gloriæ in futuro [te solum verum Deum] Cognitione enim luminis est intellectui: quæ cognitio, vel gratiæ vel gloriæ est, non potest esse nisi affectiua, & hæc est cognitio amati. *Sap. 15*. Nolle te est consummata iustitia, & scire iustitiam tuam & veritatem tuam radix est immortalitatis. Viuere enim vita intellectuali, est cognoscere secundum actum completum: & hoc non est nisi in summo vero, & in summo bono. *Sap. 6*. Diligite lumen sapientiæ ut in perpetuum regeritis: quia lumen sapientiæ reges facit perfectos. Dicit autem [te solum Deum] ut notetur quod intelligibile in quo viuatur per cognitionem, est incomunicabile, & hoc est Deus: quia nullus alius est Deus per substantiam, nisi participatiue, siue nuncupatiue siue opinatiue Deus dicitur. Participatiue ut Sancti *Psal. 81*. Ego dixi, Dij estis. Nuncupatiue autem ut Prælati. *Exod. 7*. Constitui te Deum Pharaonis. Opinatiue, ut idola. *Psal. 95*. Omnes dij gentium demonia. Nullus ergo istorum est in quo viuatur vita æterna. Sed solus Deus per substantiam est in quo viuatur. Et ideo dictio exclusiua excludit rationem essentia. Et ideo Filius, & Spiritus sanctus non excluduntur in quibus sicut in Patre viuatur. Et quia tale lumen est vite lumen: ideo dicit *Psal. 35*. Domine apud te est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen.

Dicitur etiam [verum Deum] quia alij dij non sunt veri dij per substantiam, sed aliqua nominis communicatione per participationem, vel nuncupationem, vel humani erroris opinionem. *1. Cor. 8*. Siquidem sunt dij multi & Domini multi siue in celo siue in terra: nobis tamen vnus Deus, & nos per ipsum. Vel dicatur [verum Deum] quia ipse est veritas ipsa in qua stat viua cognitio intellectus: sicut dicitur *Ioan. 14*. Vos autem videbitis me: quia ego viuo, & vos uidebitis. Hæc autem cognitio est alia admiratione, siue veritate, pura eo quod nullū habet contrarium. Et talis cognitio siue theoria, siue contemplatio, felicitas est, etiam secundum Philosophos. Hæc ergo visio quantum hic haberi potest, est vita gratiæ, & causa

gloriæ in futuro. In futuro autem quando perfecte habebitur, est vita gloriæ: quia pro certo in oratione Christus literaliter loquitur de hac vita gratiæ, per manifestationem diuini & incomunicabilis & veri nominis manifestandi.

Obijciunt tamen quidam, Quare hanc perfectionem non ponit in dilectione: cum dilectio discernat inter filios regni & filios perditionis? Et dicunt, quod dilectio non distinguit inter viam & patriam, quia tam in via quam in patria manet charitas. Cognitio autem distinguit: quia cognitio viz ex parte est, cognitio autem patriæ est perfecta, & de illa dicunt quod loquitur hic. Sed penitus nihil valet: quia tanto magis debet dici dilectio vita æterna: quanto ipsa perfectior in via, & in patria. Et ideo dicendum, quod alia causa: hæc scilicet, quod dilectio semper est circa aliquid, quod est ante ipsam dilectionis amorem: & hoc est quia est circa cognitum: & ideo dilectio consequitur, & est modus talis cognitionis: propter quod substantia beatitudinis esse non potest, sed effectus quidam cogniti: sicut & ipsa delectatio, est modus quidam cognoscetis circa cognitum. In eo enim quod cognoscitur esse summe conueniens, diffunditur natura cognoscetis circa ipsum cognitum, & floret tota in ipso & delectatur: & sic delectatur, operatione non impedita. Hoc est ergo quod dicit.

Et quem misisti Iesum Christum in vtraque natura vnā personam. Quamvis enim hæc cognitio non sit beatitudinis: tamen est summa iucunditatis videre eum, per quem factum est opus redemptionis. *1. Per. 1*. In quem desiderant Angeli prospicere. Tamen sine præiudicio puto ego quod literaliter petit cognitionem, hoc est, manifestationem Dei, in cognitione fidei fieri, & non in cognitione eius qui missus est in nomine Patris Iesu Christi in mundo fieri: quia hæc cognitio, per causam est vita æterna, sicut dictum est: quia aliter vix continuari potest litera nisi hoc petere intenderet. Hoc est ergo quod dicit *Apoc. 7*. Agnus qui in medio throni est, reger illos & deducet eos ad fontes vite aquarum. Dicit autem [Iesum] quia hoc nomen est Dei in homine, perfectiōis salutem. *Habuc. 3*. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Christus autem nomen vnctionis est, & dicit hominem in diuinitatis vnctione perunctum & delibutum: quia in homine illo sacramenta vnctionis cōfecta sunt in quibus est medicina peccatorum. *Psal. 44*. Vixit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ &c. Cognitio autem Patris, cuius nomen ante non multis innotuerat, qui solus verus Deus est: pellit idololatriam. Cognitio autem Iesu Christi medici conscientis vnctiones, quo vulnera peccati sanantur, est causa vite æternæ in mundo. Hoc petit manifestari literaliter Filius secundum meam opinionem. Tamen alia lectura etiam exposita est, & lector teneat quicquid voluerit.

Ego te clarificauit. Hic tertio meriti propter quod exaudiendus est & clarificandus ponit allegationem [opus consummari quod dedisti mihi ut facerem] Opus autem istud fuit in doctrina fidei, & confirmatione per exemplum, & probatione, per miracula. Aliud autem fuit opus in Redemptione per passionem, & in quo fuit consummatio. Et ideo duo dicit [Ego] per meipsum [clarificauit te] verbo auditionis, & exemplo virtutis,

virtutis, & demonstratione diuinæ potestatis in miraculis [super terram] quia in celo semper clarus fuit, & super terram fuit tui ignorantia: & ideo claritas tuæ seminat in terra. *1. Cor. 4*. Qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis in faciem Christi. *Gen. 1*. Diuisit Deus lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem [opus consummari] hoc est, redemptionis addixi. *1. Cor. 19*. Quis accepisset acetum, dixit: Consummatum est. *1. Cor. 10*. Consummatum est abbreuiata in unum dicitur. Dicit autem [consummari] quia iam in proximo consummandum fuit: quia ex maxima dilectione & Patriæ & redemptoris vique ad crucem obediuit [quod dedisti mihi] per obedientiam dedisti faciendum. *Phil. 2*. Factus est obediens vique mortem, mortem autem crucis. *Ioan. 13*. Cuius dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Omnia ergo perfecti.

Sed obijciunt. Quia si ipse clarificationem diuini nominis perfecit, tunc frustra orat à Patre eam perficiendam. Ad hoc autem dicendum est, quod Christus perfecit in Apostolis & paucis credentibus, qui sunt quasi futura fidei in Gentibus semina. Sed orat perficiendam in toto mundo per Apostolos, & Discipulos, fundatores Ecclesiarum. Adiuo autem obijciunt, Si Christus omnino quod meruit, ab instanti meruit conceptionis, à quo vix perfectus gratia & ætate fuit: tunc nihil predicando & moriendo videtur meruisse. Et sic frustra allegat hic meritum.

Ad hoc autem dicendum, quod Christus in cum omni actu, & cum omni verbo, & passione sua meruit: quāuis non, de non debito sibi, debitum faceret, predicando & patiēdo: & tamen quod vna ratione debitum fuit, multis rationibus debitum fecit. Quia nisi ita dicant, tunc nullus homo mereret nisi primo actu meriti sui, quo de non debito, sibi debitum facit. Nunc autem secundo, & tertio, & deinceps actibus quos facit, id quod prius erat debitum, multis rationibus meritorium debitum efficiunt. Quidam autem dixerunt quod predicando & patiēdo meruit de congruo & non de condigno. Quod dictum est falsum: quia ita condignum erat secundum opus sicut primum.

Et nunc clarifica me, &c.] Ecce nunc quarto redit ad instantiam petitionis, docens exemplo, quod dixit *Luce 18*. Quoniam oportet semper orare, & non deficere. Dicit autem duo; scilicet, petitionem, dicens [clarifica me] per manifestationem gratiæ & gloriæ: sicut ante dictum est [apud te meipsum] collocando me in dextera tua, & hoc hominibus innotescendo. *Psal. 119*. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. Vel [claritate clarifica apud te meipsum] quia apud te eram & sum æqualis tibi, & hoc clare hominibus ostende [claritate quam habui] quia eram & sum verbum, & ars tua, in qua sunt pulchritudines gratiæ & gloriæ resplendentes. Et hæc claritatem habui [apud te prius quam mundus sceret] quia ad hanc claritatem sic ut ad exemplar, mundum perfecisti, creando; disponendo; ornando; propagando; & gubernando in esse nature, gratiæ, & gloriæ. Hanc autem claritatem clarificat, est Filius & Patris & Spiritus sancti in mundo predicare, & ad creden-

dum inducere. Et hoc est quod dicit *Psal. 109*. Ex viro ante luciferum genui te, in splendorebus Sanctorum. *Iudic. 5*. Qui diligunt te: sicut sol in ortu suo splendet, ita tuilegit. Sic ergo candor lucis æternæ lucebit in cordibus fidelium, ut omnes clari efficiantur. *1. Cor. 13*. Alia claritas solis, alia lunæ, alia stellarum. Stella autem à stella differt in claritate.

Obijciunt autem, quod Christus in tali oratione videtur aliquid petere Deo Patri, quod omnino superfluum est: quia ipse nullo indiget, & sibi omnia potest concedere. Ad hoc dicendum, quod Deus nullo in se indiget: sed nos, sicut est clarificatio sui nominis: hæc autem nos indiget. Ad hoc autem quod dicitur, quod ipse sibi potest concedere, dicendum quod ex parte sua, hic non indiget oratione adiutori: sed ex parte nostra adiutum maxime, & ab illa parte ex oratione Christi, de quo dicitur *Heb. 5*. Quod in omnibus exauditus est pro sua reuerentia.

Manifestaui nomen tuum hominibus.

Hic incipit pars in qua petit pro Apostolis à se electis: quibus quia duo petit, in duas partes diuiditur. Primo namque Apostolis, & per Apostolos in eam credentibus: petit in gratia conseruationis secundo autem in gloria clarificationis. *1. Pet. 1*. Pater quos dedisti mihi volo ut vbi ego sum, adhuc autem peto harum diuiditur in duas partes viz quatuor prima, petit pro Apostolis, qui sunt quasi semina salutis in terra: de autem petit pro eis, qui credituri sunt per Apostolos. *1. Pet. 1*. Non pro eis tantum rogo. Adhuc prima harum partium diuiditur in tres, in quarum prima allegat rationes extendende orationis in secunda ponit specificationem sui petitionis quantum ad conseruationem in bono: in tertia determinationem deprecatōis quantum ad preservationem à malo. Secunda *1. Pet. 1*. Pater sancte serua eos. Tertia *1. Pet. 1*. Cum essem cum eis. Rationes autem extendende orationis sunt quatuor. Prima sumitur ex sermone Christi conseruationis, quæ est idoneitatis studij, propter quod sunt in bono conseruandi. Secunda sumitur à merito fidei. Tertia sumitur à merito virtutis. Quarta sumitur à necessitate deprecatōis quæ iam solatio conseruatis destituerunt. In prima harum rationum sunt tres propositiones, quæ sunt de proprietate bene studendi, in diuinis scilicet, quarum prima dicit, quod ad manifestationem fuerunt homines idonei. Secunda, quod ad intelligendum à Deo parati. Tertia, quod ad conseruandam commissa tenentes, fideles, & obediētes. In his enim operatiua Discipulorum consistit dispositio. Dicit ergo.

Manifestaui nomen tuum. Nomen sicut sepe dictum est, dicitur quod notam facit. Et ideo nomen eandem facit implicite notam, quam distinctio facit explicite. Et ideo sensus est. Ego per meipsum [manifestaui] erudiendo verbo, & clarificando exemplo, probando miraculo, inspirando Spiritu sancti donis, per monstrando reuelationis luce [nomen tuum] hoc est, potestatem tuam: quia licet ut es Deus, vniuersaliter eses ante hoc notus in Iudæa: tamen ut Pater, & diuina generationis author, per me es manifestaui. *Mat. 11*. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius

Filius reuelare. *Ioa. 1.* Unigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit. Manifestaui autem [hominibus] rationalibus & ratione ventibus, qui se homines ad imaginem tuam creatos exhibebant. *Ecc. 17.* Deus de terra creauit hominem, & secundum seipsum vestiuit illum virtute. Alij enim se canes exhibebant larrantes contra me, vel porcos luxurij deditos quos demones à me intrare sinit permitti. *Mat. 8.* Et ideo illis secreta noticie tue & sancta non commisi. *Mat. 7.* Nolite sanctum dare canibus, & margaritas nolite spargere ante porcos. Sed hominibus commisi qui lumen intellectus colunt, cum quibus sapientia tua esse delectatur. *Præd. 8.* Ludens in orbe terrarum & deliciz mez esse cum filiis hominum.

Quos dedisti mihi de mundo (tui erant: & eos mihi dedisti) & sermonem tuum seruauerunt.

Secunda est propositio in qua notatur quod ad intelligendum à Deo fuerunt parati. Et dicit duo, scilicet, Patris ad hoc donationem, & Patris in donando potestatem & ius. Dicit ergo [Quos dedisti mihi] *Ioa. 6.* Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum: intus cor ad intelligendum aperiendo, & disponendo. Propter hoc *Ioa. 1.* dicitur Pater lumen. Quia sicut dicit Dionysius, omnis processio luminis à Patre luminum ad nos, & in nos proueniens: replet nos intus, & congregat omnia interiora nostra, ad lumen informationem, & sic trahit nos ad Filium, qui est splendor glorie Patris, vt dicitur *Heb. 1.* Et sic per Filium conuertit nos & unit in simplicitate Patris. Et sunt verba *Dionys.* Hæc omnia à Patre mota manifestationis, iuniorum processio, in nos optime & large proueniens, nos replet & congregat, & conuertit ad Patris unitatem & delicam supersimplicitatem. Sic ergo Pater dat eos Filio, & per Patrem conuertuntur ad Filium. *Ioa. 8.* Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit Dominus. Quia autem potestate dedit, subiungit cum dicit.

Tulerant] atama predestinatione & preparatione] & ex illo thesauro] mihi eos dedisti] tanquam semen futuræ Ecclesie vnde crescat tibi magna fruges fidelium. Dediti autem secundum penitentis iusticie conuersionem ad me. *Ioa. 1.* Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus. Sic ergo dedisti mihi istos, de tuo abundantissimo thesauro, predestinatorum: vt implem totum orbem semine verbi tui. *Ioa. 27.* Qui ingrediuntur impetu à Iacob: florebunt, & germinabit Israel, & replebunt faciem orbis semine [Dedisti] ergo [eos mihi] in tempore hominum, quos tecum possedi in predestinationis æternitate. Et [dedisti mihi eos de mundo] tanquam delibationem de massa corrupta] & sermonem tuum seruauerunt] Seruauerunt autem sermonem auditum, tenaciter in memoria sine obliuione, fideliter intelligendo sine errore, obedienter complendo in opere sine peccati premitate. De primo dicitur in *Psalm. 128.* Meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. De secundo *1. Tim. 2.* Intellige que dicit. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. De tertio in *Psalm. 118.* Seruauit mandata & testimonia tua custodiri. Item, in corde meo ab-

scandi eloquia tua, vt non peccerem tibi.

Obijcitur autem hic. Quia quod dicit, Manifestaui nomen tuum, videtur esse impossibile cum eo quod ante petiuit. Ante enim petiuit, vt clarificaretur nomen per manifestationem. Hic autem dicit, quod iam manifestaui. Si autem petiit, quod manifestaui: tunc non est manifestaui. Et sic dicit, quod est manifestaui, & non manifestaui: quæ duo sunt impossibilia. Dicendum est autem ad hoc, quod manifestaui & dicit Apostolus. Petiuit autem vt clarificaretur mundo per orbem: & vnum illorum est factum & preteritum, alterum autem est futurum: & vtrumque horum potest fieri.

Adhuc autem vltimus queritur, Qualiter orat pro Apostolis. Predestinati enim sunt illi, sicut dictum est, & sic orationibus non indigent. Adhuc autem *Ioa. 16.* Non dico quia ego rogabo pro vobis Patrem. Et modo orat pro eis, & sic videtur sibi esse contrarius. Ad hoc autem & huiusmodi dicendum est, quod orat pro Apostolis, vt dictum est: quia licet sint predestinati, tamen vt dicit *Gregorius*, predestinati sunt, vt iuuentur orationibus Sanctorum. Et est exemplum *Gregori.* Quia licet predestinatione & promissione firmatum sit, quod in Isaac nondum esset semen Abraham: tamen deprecabatur Isaac pro vxore sua, eo quod esset sterilis: qui exaudivit eum & dedit conceptum Rebecce. *Gen. 25.* Sic ergo predestinati sunt, vt predestinatio eorum orationibus Sanctorum adiuuetur. Et sic etiam est hic. Tribus ergo de causis orat pro ipsis, scilicet, predestinationem ipsorum quantum ad salutis effectum adiuuando, per exemplum ad orandum erudiendo, & consolationem Apostolis per suum affectum ostensum impetiendo. Sic ergo orat pro Apostolis, vt dictum est.

Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mihi, abs te sunt. Quia verba que dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.

Secunda ratio est, quæ sumitur à merito crediti sermonis. Dicuntur autem in hac ratione tria. Dicit enim, quod mysterium fidei cognouerunt, per quid cognouerunt, & qualiter. Dicit ergo [Et nunc] in hoc ipse presentis gratie] cognouerunt] per fidei consensum] quia omnia que dedisti mihi] substantialiter & æternaliter me generando] abs te sunt] sicut ab auctore diuine generationis mee. Hoc est enim, quod isti cognouerunt videndo gloriam meam. *Ioa. 1.* Vidimus gloriam eius, &c. *1. Pet. 1.* Non in doctas fabulas secuti, annuntiamus vobis Dominum nostrum Iesum Christum virtutem & prescientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patris honorem & claritatem vocis delapsa ad nos à magnifica gloria. Hic est Filius meus. Sic ergo] cognouerunt quia omnia que dedisti mihi] in quibus clarificari debeo] abs te sunt] sicut ab auctore. Per quid autem cognouerunt habetis.

Quia verba] mea de clarificatione mea & tua] que dedisti mihi] propalanda in mundo

do [dedi eis] vt infidelibus ministris. Vnde gloriatur Apostolus *1. Tim. 2.* Fidelem me existimauit ponens in ministerio. *1. Cor. 4.* Sic nos existimare homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Qui enim depositum custodit, hic est fidelis. Deinde tangit qualiter per hoc ad cognitionem fidei venerunt, dicens.

Et ipsi acceperunt] præbendo verbis assensum] & per assensum verborum] cognouerunt] me] [vere] & indubitanter] quia à te] per generationem] [exiui] Hoc enim totum erat verbi virtutem aduertendo, sicut supra d. notatum est: quia verbum Christi virtute sua plus importat quam significationem. Et ideo dicitur *Ioa. 8.* Quare loquebam meam non cognoscitis? Ego enim à Deo processi & veni. *4. Reg. 5.* Naaman per virtutem operatum cognoscens sermonem Domini in ore Elisei prophete, dicit: Vere scio quia non sit Deus in vniuersa terra nisi tantum Deus Israel] & sic ex virtute sermonis me vere Filium tuum esse percipientes] [crediderunt] per fidei lumen] [quia tu me misisti] in mundum. Et sic per virtutem verbi in effectu, processionem æternam cognouerunt, & cognoscentes illam crediderunt missionem temporalem ad sanctificandam creaturam. *Ioa. 1.* Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui qui in hunc mundum venisti.

Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis.

Tertia ratio, quæ sumitur à merito virtutis. Digni enim sunt vt conferantur in bono. Et in hac ratione dicit quatuor, quorum primum est discretio istorum à mundo qui in maligno positus est. Secundum, qualiter à mundo sunt segregati. Tertium est, qualiter dando Pater Filio, ipse ab ipso quod dedit non destituitur. Quartum est, qualiter notitia Filij in hoc clarificatur. Dicit ergo [Ego pro eis] vt omni virtute dignis] [rogo] interpellans apud te. *Hebræi. cap. 9.* Ingressus est in ipsum celum vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. *Roman. cap. 8.* Iesus Christus qui mortuus est, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Patris, qui etiam interpellat pro nobis] [non pro mundo] rogo: quia mundus hic sumitur pro affectu mundano cum voluntate permanendi. Hic enim mundus non est dignus exauditione, & contra orationem operatur. *Ioa. 4.* Qui voluerit esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur.

Sed contra est quod dicitur *Mat. 5.* Orate pro persequentibus & calumniatibus vos. Præterea, Mundus magis indignus oratione quam Apostoli. Ergo plus pro mundo quam pro Apostolis orare debuit. Adhuc, in cruce pro mundanis orauit, cum dixit: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. *Luc. 23.*

Ad hoc dicendum, quod mundus quinque modis sumitur. Vno modo pro eo quod vere est mundus, à munditia dicitur in mente diuina, qui dicitur mundus archætypus. Vnde Boetius in lib. de consolatione philosophie.

Mundum mente gerens pulcherrimum pulcherrimum ipse. *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

Similique imaginem formans.

Aliquando dicitur mundus creatorum vniuersitas. *Ioa. 1.* Mundus per ipsum factus est. Aliquando dicitur mundus minor, qui microcosmus vocatur, homo scilicet cum miseria poenalaris: sicut *Ioa. 17.* dicitur: Hi in mundo sunt, & ego ad te venio. *Ioa. 16.* Exiui à Patre, & veni in mundum. Quarto dicitur mundus, natura cum miseria & culpa & obstinatione siue induratione. *1. Ioa. 5.* Totus mundus in maligno positus est. Et pro illis, non valet oratio. Et sic dicitur hic: Non pro mundo rogo. *1. Ioa. 5.* Est peccatum vsque ad mortem, & non dico vt pro eo roget quis. *1. Reg. 2.* Si in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

Sed pro his quos dedisti mihi] de mundo, per gratie tue appositionem. Per hæc enim à mundo sunt segregati. Et hoc est secundum *Roma. 8.* Quos predestinasti, & præciuit conformes fieri imagini Filij sui: hos & vocauit. Quos autem vocauit, illos & magnificauit] [quia tui sunt] predestinatione æterna. *Dei. 33.* Omnes Sancti in manu eius sunt. *Sap. 15.* Si peccauerimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati.

Et mea omnia, tua sunt] Hic tertio tangit, qualiter Pater dando Filio, eo quod dedit, non destituitur] & omnia tua, mea sunt] per generationem substantialem mihi communicata] [et mea, tua sunt] per inseparabilitatem substantie ipsi unita. *Ioa. 19.* Ego & Pater vnum sumus. *Ioa. 46.* Omnia quecumque habet Pater, mea sunt. Item *7.* Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.

Et clarificatus sum in eis] Quartum est, qualiter notitia Filij in hoc clarificatur. Quod autem in preterito dicit se esse clarificatum in illis, intelligit, quia secundum generationem æternam secundum quam ab æterno possedit claritatem in omnibus que sunt Patris. Vt forte quia etiam secundum humanam naturam clarificatus est in notitia Apostolorum, qui viderant eius gloriam, quasi vniuenti à Patre. Quod autem iterata vice hæc Patrem petiuit in his clarificari, quasi nondum sit factum: in notitia petiit fieri Catholice Ecclesie, per Apostolos conuertenda, sicut in precedentibus est determinatum. Et hoc est quod dicitur in hac ratione.

Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

Hic incipit quarta ratio quæ sumitur à ratione indigentie: quia iam seruatore & gubernatore destituitur. Et hoc est [Et iam] Signat nunc propinquum presentis, in futuro: quia imminet tempus Passionis, de qua loquitur sicut iam facta sit, propter certitudinem. Et ideo dicit [Iam non sum in mundo] cum eis presentia corporali. *Ioa. 16.* Relinquo mundum, & vado ad Patrem] [et hi in mundo sunt] parentes mortibus laborum. *Mat. 18.* Mitto vos sicut oves in medio lupo. *Mat. 23.* Euntes in mundum vniuersum predicare Euangelium omni creature: quia] [et ego ad te venio] *Ioa. 20.* Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum Deum meum & Deum vestrum. Et ideo solatio corporalis presentie mez sunt destituti. *Ioa. 16.* Vado ad

eum qui me misit. *Joan. 14.* Ego ad Patrem vado, & quodcumque Patrem petieritis, ego faciam.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos.

Postis rationibus quibus exaudiendus est pro eis, ponit orationem. Dicuntur autem tria, scilicet, inuocatio Patris, modus petitionis, & declaratio petiti. Inuocatio notatur in hoc quod dicit [Pater sancte] Et quod dicit [Pater] dicit propter naturalis dilectionis affectum. *Joan. 3.* Pater diligit filium. Quod autem dicit [sancte] quod idem est quod fortis: ideo dicit, quia fortis est ad seruandum. *Nu. 24.* Cuius fortitudo est sicut rinocerotis [serua eos] custodiendo in bono. & hoc [in nomine tuo] hoc est, in notitia tua, vt predicando hanc prosperentur. *Psal. 15.* Conserua me Domine quoniam speravi in te. *Isa. 49.* In umbra manuum suarum protexit me. *Sap. 5.* Infortium animarum in thauu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitie [quos dedisti mihi] pro fundamentis Ecclesiarum per eos fundanda. *Psal. 86.* Fundamenta eius in montibus sanctis. Si enim fundamenta conterantur, totum ruet. *Luc. 22.* Ego rogavi pro te vt non deficiat fides tua.

Vt sint vnum [unitate fidei, concordia, & pacis] & dilectionis, & doctrina. De unitate fidei *Eph. 4.* Vnus Dominus, vna fides, vnus baptisma. De concordia *Can. 6.* Vna est columba mea. De unitate pacis *1. Cor. 12.* In pace in idipsum. De unitate dilectionis *Act. 4.* Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. De unitate doctrina. *1. Cor. 12.* Idipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata. Omnia hac in scriptis facit vnitas spiritus. *Eph. 4.* Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sic ergo sint vnum [sicut & nos] Sicut similitudinem vocat, non equalitatem: quia, sicut dicit *Hilarius*, Pater & Filius vnitatem habent substantia & consonantie voluntatis. Sed Apostoli non possunt esse vnum nisi per consonantiam. *1. Cor. 12.* Qui adheret Deo vnus spiritus est. Vel dicatur quod Pater & Filius & Spiritus sanctus non tantum vnum sunt substantialiter & consonantia voluntatis: sed etiam sunt quadam natura vnum, secundum quod natura dicitur ex qua pullular pululans. Sic enim sunt vnum in virtute seminati vtrique, vt illud pullulet in cordibus audientium Apostolos. Et in hac virtute vniantur eis Apostoli qui ad idem seminando operantur, sicut dicitur *1. Cor. 3.* Qui plantat & qui rigat vnum sunt. Forte iste est intellectus literalis. Sicut dicitur rusticus opus vni & vnum fieri cum virtute nature seminis, quando opere rustico semine germinat. *1. Cor. 3.* Adiuuatores Christi sumus, Dei agricultura estis.

Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex his perit nisi filius perditionis: vt Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impleum in semetipsis.

Hic incipit pars quæ est de deprecatione in præseruando à malo. Habet autem tres partes, in quarum prima orationis istius tangit necessitatem. In secunda autem obsecrationis modum & vtilitatem *ibi* [Non rogo vt tollas eos de mundo] In tertia autem subiungit exauditionis opportunitatem & congruitatem *ibi* [Sicut tu me misisti in mundum] Prima vero harum secundum duas deprecandi necessitates, in duas diuiditur differentias. Vna est: quia necesse est eos seruari à malo qui suo exteriori desolantur seruatore. Alia est: quia necesse est seruari eos quos mundus persequitur. Et hæc incipit *ibi* [Ego dedi eis sermonem tuum, &c.] In prima harum dicit duo, in quorum primo dicit quantum diligenter custodiu. Apostolos & credentes quandiu fuit cum eis in corporali presentia. In secundo ostendit qualiter recedens ab eis indigent Patris sapientia & custodia *ibi* [Nunc autem ad te venio] In primo dicit tria, scilicet, circa custodiam ostendit diligentiam & pietatem: circa seruationem, fidelitatem: circa custodia & seruationis effectum ostendit profectum ipsorum. Dicit ergo cum essem cum eis [presentia corporali mortali] [ego] omni diligentia [seruabam eos] cauens eos à malo & à scandalis quantum pro statu animalitatis eorum & infirmitatis sufficiebat. *Apoc. 3.* Quia seruasti verbum patientie mee, ego seruabo te ab hora tentationis. Hoc petimus *Mat. 6.* Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Ideo *Mat. 23.* comparatur gallina, quæ infirmatur ad affectum custodia pullos, quæ se periculis exponit pro pullis, quæ alii pullos colligit & protegit. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas & noluit? [in nomine tuo] Ecce pietas custodie. In nomine enim Patris seruire, est notitiam nominis diuini quo Pater est in eis, custodire. Hanc autem Filius in eius verbis plantauit, & miraculis confirmauit vt firmiter seruetur. Ab hac seruatione suorum dicitur Saluator: quia saluat à periculo, & seruat ne in periculum incidant. *Psal. 16.* Custodi me Domine vt pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. *Isa. 49.* Sub umbra manus sue protexit me, hoc est, in refrigerio sue protectionis sue seruationis. *Can. 2.* Sub umbra illius quem desideraueram sedi: & fructus illius dulcis gutturi meo [Quos dedisti mihi] Tangit custodia fidelitatem. Et ideo [quos dedisti mihi] homini, in me credentes [custodiui] fideliter tanquam depositam apud me thesaurum. *Psal. 120.* Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Est autem seruatio à malo, custodia autem in bono concepto ne elabatur. *3. Regum cap. 20.* Ideo dicit ad prelatos quibus suos committit. Custodi virum istum: si elapsus fuerit de manibus tuis, erit anima tua pro anima illius. Custodit enim suos per seipsum. *Job 7.* O custos hominem quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihi in semetipso grauis? Custodit per Angelos. *Isa. cap. 62.* Super muros tuos constitui custodes: tota die ac nocte non tacebunt. Custodit per precepta legis. *Præd. cap. quarto.* Custodi legem meam & custodiet te, dilige eam & seruabit te. Custodit nos per nos ipsos. *2. Pet. vltimo.* Custodite vosmetipsos ne insipientium errore seducti, excidatis à propria firmitate [Et nemo ex eis perit] Tangit hic effectum & profectu

festu profuisse custodiam & seruationem: quia nemo ex eis datus mihi à te, perit [nisi filius perditionis] scilicet: Iudas, de quo dicitur *Mat. 27.* quod abiit & laqueo se suspendit. *Act. 1.* Suspendius crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Hic autem dicitur filius perditionis: quia propria voluntate formauit se in formam perditionis per proditionem, & seipsum perdidit per desperationem de eo prescientem [vt Scriptura impleatur] Non notatur per conjunctionem causa finalis, sicut sepe dictum est, sed adiunctiua presentia, quæ in ipsis signatur ad euentum sequentem, ex iniqua & propria Iude voluntate, & diaboli suasionem. Scriptura autem hæc est in *Psal. 108.* Deus laudem meam ne taceris. Fianz dies eius pauci & episcopatum eius accipiat aliter: sicut dicit Petrus *Act. 1.*

Sed obicitur de hoc quod dicitur *Joan. 9.* Multi Discipulorum abierunt retro. Sed ad hoc dicendum est, quod nullus retro abiit finaliter qui ex prædestinatione Patris Filio datus fuit. Hoc est ergo quod dicit.

Nunc autem ad te venio] est autem ratio quam hic ponit, sumpta ex destititione custodia quam habuerunt in me [Nunc autem] iam misisset iam Passione [ad te venio] per Resurrectionem & Ascensionem & triumphum, & redudo ad te quos perdidisti in primo parente. *Psal. 67.* Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus [et hæc loquor] ad consolationem ipsorum [in mundo] in quo adhuc sum per corporalem mortalitatis huius presentiam [vt habeant gaudium meum] propter quod ego patiar. *Hebr. 12.* Proposui sibi gaudium, sustinui crucem [implem] quoad effectum conversionis redemptionis [in semetipsis] hoc est, in fructu predicationis eorum.

Ego dedi eis sermonem tuum & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

Secunda est ratio, sumpta ex persecutione quia persecutus est eos mundus. Dicit autem duo, scilicet, causam persecutionis, & eam quam ad mundum habent dissimilitudinem. De primo dicit [Ego dedi eis sermonem tuum] & hoc est eis causa persecutionis. *1. Job 29.* Stillabat super eos eloquium meum. Sermo autem iste datus est eis, vt thesaurus fidei deposito custodiendus. *Prover. 4.* Custodi eloquia mea in medio cordis tui. Vita enim sunt custodiendum ea. Quia ergo dedi eis sermonem tuum, ideo statim [et mundus eos odio habuit] *2. Tim. 3.* Omnes qui pie viuere volunt in Christo, persecutionem patientur. Sermonem enim tuum persequitur mundus plusquam eos. *Luc. 7.* Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint [quia non sunt de mundo] Et hoc sermo tuus efficit: quia se à mundo [qui in maligno positus est] separauerunt. *Joan. 15.* Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: sed quia non estis de mundo, ideo odit vos mundus. Nec est contrarium quod ante dictum est: Quos dedisti mihi de mundo: quia hinc inde aliter & aliter sumitur mundus. Primo quando eos de mundo Christo dedit: tunc eos à mundo separauit. *Rom. 1.* Segregatus in Euangelium Dei quod ante pro-

miserat per Scripturas sanctas. Segregatus enim non esset nisi à mundo separatus esset. *Act. 1.* Qui me segregauit ex vtero matris mee, & vocauit per gratiam suam, hoc est, à mundi concupiscentia separauit [sicut & ego non sum de mundo] Sicut & non dicit omnino equalitatis signum: quod Christus nam est segregatus, ita quod nunquam fuit de hoc mundo. Apostoli autem per sacramentum regenerationis sunt segregati, ita quod aliquando de hoc mundo fuerunt. Tales ergo quia custode: sunt destituti secundum corporalem presentiam, & sunt in persecutione mundi à sunt à te seruandi. *Psal. 9.* Tibi enim dilectus est pauper, pupillo tu eris adiutor. *1. Ion. 7.* Non potest mundus odire vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt.

Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est.

Hæc est forma petitionis sumi & vtilitas. Forma autem petitionis huc obsecrationis & vtilitas, tangitur in duobus, scilicet, in præseruatione à malo in affectu, & in præseruatione à malo in intellectu. De primo dicit duo. Ostendit enim primo vtilitatem, & subinfert obsecrationem. Dicit ergo [Non rogo vt tollas eos de mundo] hoc tulisti Enoch, & non inueniebatur, quia tulit illum Deus: & sicut tulisti Eliam. *1. Reg. 17.* Ascendit Elias per turbem in celum. *Sap. 4.* Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius. Hoc ergo modo non rogo vt tollas eos de mundo: quia hoc non esset vtile, cum ipsi sint tanquam semen future Ecclesie: quia sicut dicitur *Eccl. 44.* Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. *Isa. 60.* Germen plantationis mee opus manus mee ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem robustissimam. *Isa. 7.* Erat gemma Domini in magnificencia & gloria, & fructus terre sublimis [sed vt serues eos] per gratiam presentiam & subsequentem [à malo] peccati, ne incidat illud in affectum, quod affectum eorum perueniat. *Dem. 22.* Circumdixit enim & docuit & custodiuit quasi pupillam oculi sui. *Sap. 10.* Custodiuit illum ab inimicis suis, & a seductoribus reuocauit illum, &c. & sciret quoniam omnino melior est sapientia. Bene autem dico quod serues eos à malo quia hoc congruum est: quia [de mundo maligno] non sunt segregante eos amore tuo de mundo. *Gal. 6.* Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo [sicut & ego] per similitudinem non per equalitatem. Per naturam & assumptionem & assumptionem [non sum de mundo] maligno. *Joan. 3.* Qui de terra est, de terra loquitur: qui de celo venit, super omnes est. *Joan. 18.* Regnum meum non est de hoc mundo.

Sanctifica eos] Forma obsecrationis est quantum ad præseruationem ab errore in intellectu. Et hoc est quod dicit [Sanctifica] hoc est confirma eos [in veritate] doctrina, & veritate, & fidei, & iudicij: quia tunc erit in eis locum non habebit. *Psal. 67.* Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Vel [Sanctifica] B b 2 hoc

hoc est, emunda corda eorum ut videant veritatem: quia sanctificatio, mundatio est. *Matt. 5.* Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Sic ergo purgatis eorum tenebris, in veritate sanctificantur. *1. Cor. 1.* Factus est nobis sanctificatio, & iustitia, & redemptio. De veritate quæ est rectitudo sola mente perceptibilis, dicitur in *Psalm. 113.* Principium verborum suorum veritas. Verbum enim Dei est principium omnis veritatis, cui quicquid commensatur verum est pro certo, & falsitatis & erroris argui non potest. Unde qui se eloquio Dei commensuravit, dicit *Isa. 58.* Obsecro Domine, memento quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Sic ergo sanctifica eos in veritate [Sermo enim tuus veritas est] quæ est rectitudo cordis tui, quæ prima est rectitudo, quæ curva esse non potest. Et ideo confirmatus in illo, nullo errore defleat. *Proverb. 8.* Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis primum quid atque peruersum. Sicut enim dicit *Chryso.* Recta dogmata sanctificant animam.

Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

Hic dat duas rationes exaudiendæ orationis: unam quidem sumptam ab Apostolis, & aliam sumptam ab opere Redemptoris. Ex parte autem Apostolorum est ista: quia [Sicut tu me misisti in mundum] ad reducendum ad te mundum & sanctificandum. *1. Ioh. 3.* Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui deo. *Gal. 4.* Misit Deus Filium suum in mundum, ut eos qui erant sub lege, &c. [ita & ego eos] ad idem officium ut vicarios meos [misi in mundum] ad mundum conuertendum. *Matt. 10.* Ecce ego mitto vos. *Marc. ultimo.* Ite in mundum uniuersum, & predicate Euangelium omni creature. Hæc est ergo prima ratio exauditionis: quia ad utile & periculosum eis in corpore mittuntur: & ideo diuina indigent custodia.

Et ego pro eis sanctifico meipsum [Parum est enim quod dicit, Sanctifico: cum tamen idem sit sensus. Dicit enim *Chryso.* quod sicut antiquitus offerebantur sacrificia ad eorum sanctificationem pro quibus offerebantur: ita etiam Christus obtulit se ut sanctificaret suos, & in hoc sanctus fieret: sed quia sanctus offerebatur, ut non sanctos sanctificaret. *Hebr. 13.* Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: exeamus ergo ad eam, improprium eius portantes. *Hebr. 9.* Per proprium sanguinem intravit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Sicut enim dicitur *1. Cor. 1.* quod factus est nobis sanctificatio & iustitia & redemptio [ut sint & ipsi] credituri [sanctificati] id est, mandati & confirmati [in veritate] fidei & verbi Dei, quod mentes & corda sanctificat. Si enim emundantur in conscientia à peccato quantum ad affectum, & illuminantur ab erroribus quantum ad intellectum secundum fidem & verbi eruditionem: tunc sanctificati sunt in veritate. *2. Tim. 2.* Siquis emundauerit se ab

istis, erit vas in honorem utile Deo, sanctificationem ad omne opus bonum paratum. *1. Thef. 4.* Sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Hoc est ergo quod dicitur in parte ista.

Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus quia tu me misisti.

Hic rogar pro eis qui credituri sunt per Apostolos. Ista autem pars etiam diuiditur in duas partes, ita quod in prima parte credituros petit conseruari in gratia: in secunda autem ponit rationem congruitatis quare sunt seruandi. [Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi, eis] Tangit autem primo tria, scilicet, pro quibus rogar, quid rogar, & propter quid rogar. De primo dicit [Non pro eis tantum rogo] qui sunt Ecclesie fundamenta, quamuis principaliter rogem pro eis. *Luc. 22.* Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua, &c. [sed &] hoc est, etiam [pro eis qui credituri sunt] per totum orbem [per verbum] prædicationis [eorum in me] quia credendo in me, credunt in te. Sic enim impletur Scriptura *Psalm. 32.* Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, &c. Vnguentum enim gratiæ, à me capite descendit in Apostolos sicut in barbam capiti adhaerentem, & ab eis descendit in omnes puillos & magnos de Ecclesia, sicut in vestimentum & in oram vestimenti. In hac autem ratione ostenditur quod dicitur *Sap. 6.* Quia puillus & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus quantum ad omnium salutem [ut omnes unum sint] Ecce petitum. Sint autem unum unitate sensus & Spiritus & fidei & dilectionis: sicut vocantur in unam spem salutis. *Eph. 4.* Unum corpus, vnus spiritus sicut vocati estis in unam spem vocationis vestre [sicut tu Pater in me & ego in te] sumus unum. Et ideo quia & essentia veritas & consensus & natura facientis pullulare Ecclesiam, est in Patre & Filio, & Apostoli non possunt imitari nisi duas vltimas unitates: ideo, sicut, debent unitatem similitudinis, non æqualitatis. Et hoc est quod dicit.

Ut & ipsi in nobis unientibus eos [unum sint] *Eph. 4.* Vnus Deus, vnus pater omnium, qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. *Psalm. 132.* Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Sic ergo in nobis unientibus omnes unum sint. *Psalm. 101.* In conueniendo populos in unum, &c. [ut mundus] totus [credat] conuersus prædicatione eorum [quia tu me misisti] Sic enim omnes unum erunt. *Ioh. 11.* Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui dispersi erant congregaret in unum. Per hoc enim quod eundem omnes me prædicant tecum, & non diuiduntur schismatibus à se ipsis: vnus accipit fidem veritatis fidei, quia non discors sum à te: sed quia tu misisti me, ut claritatem nominis quo Pater es, mundo manifestarem. *Psalm. 113.* Non nobis Domine non nobis, &c. Hanc unitatem professus est *Petrus 2. Cor. 12.* Nonne eodem Spiritu ambulamus? Nonne eisdem vestigijs?

Sed

Sed obicitur. Quid indiget Christus, quod ita deuote & instanter orat pro prædestinatis: cum ipse dicat *Ioh. 10.* Non recipiet eos quisquam de manu mearum & Pater vnus sumus. Sed ad hoc iam dudum responsum est ex dictis *Aug. & Greg.* quod ita prædestinatum est quod prædestinatio quantum ad effectum oratione Christi & Sanctorum adiuetur.

Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis: ut sint vnus sicut & nos vnus sumus. Ego in eis & tu in me: ut sint consummati in vnum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.

Hic tangitur exauditionis ratio. Et dicuntur hic duo secundum duas rationes. Vna est, quod claritatem quam Filius mundo exhibuit, & quam à Patre accepit: Apostolis dedit: & ideo exaudiri debet pro eis. Secunda autem sumitur à fructu exauditionis: quia ex hoc edificabitur mundus ad fidem. Claritas autem quam Filius accepit à Patre & dedit Apostolis, & est in merito & premio. In merito quidem est triplex, scilicet, potestatis ad miracula facienda, quibus inducantur homines ad fidem, sapientiæ, ad documenta quibus veritas fidei explicetur & firmetur. *1. Cor. 1.* Iudei signa petunt, & Græci sapientiam querunt.

Et claritatem potestatis dedit. *Luc. 9.* Dedit eis potestatem super omnia demonia, & ut langores curarent. Et per hoc habent participationem claritatis diuinæ. Et ideo *2. Cor. 3.* dicit Apostolus in Apostolis & ministris noui testamenti esse hanc claritatem plusquam in Moyse, in quo claritas vultus apparuit *Exo. 34.* sic dicens: Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moyse, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Ex hoc patet, quod sicut Deus clarificauit Moysem dando sibi potestatem in ministerio veteris testamenti quod est ministerium damnationis & literæ: quod multo magis clarificauerit Christus dando Apostolis ipsis potestatem in ministerio noui testamenti, quod est ministerium Spiritus & gratiæ: & quod nulla est claritas Moyse, comparata ad excellentem gloriam Apostolorum. Et de splendore huius potestatis parum infra. Nos omnes, & celata facie, gloriam Domini spectantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Dei Spiritu. Et hæc est claritas potestatis.

Est etiam claritas sapientiæ, de qua dicitur *Sap. 6.* Clara est & nunquam marcescit sapientiæ: quam dedit eis ad defensionem veritatis. *Luc. capitulo 21.* Dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.

Tertia claritas in splendore virtutis in opere. *Iudicum 5.* Qui diligunt te, sicut sol in ortu suo. *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

ita rutilent.

Sequitur autem istas claritas immortalitatis in premio. Et tangit *1. Cor. 15.* Alia claritas solis, alia lunæ, alia claritas stellarum. Sicut resurrectio mortuorum. De his ergo omnibus dicit loquens Christus.

Et ego] Ac si dicat. Congruum est audiri me pro eis orantem: quia [et ego dedi eis] tanquam noui testamenti ministris [claritatem] Potestatis in signis, & sapientiæ in documentis in veritatis confirmatione, & virtutis in operis splendore. Et hæc claritates dedi in re: in spe autem dedi claritatem immortalitatis in futura beatitudine, vbi in dispari claritate erit par gaudium [quam dedisti mihi dedi eis] Dicit [mihi] homini: quia per unionem desiderij mihi potestatem claritatis: per sapientiæ & virtutis inpletionem dedisti mihi claritatem sapientiæ & virtutis. Unde *Chryso.* dicit: Claritatem vocat eam, quæ est per signa, & quæ est per documenta. Et sic dicitur *Ioh. 12.* Et Clarificauit & iterum clarificabo. Quod enim dicit, Clarificauit, intelligit quod Christum in se glorificauit. Quod autem dicit, iterum clarificabo, intelligit quod in Apostolis iterum clarificabit [ut sint vnus] Ex istis enim claritatis à Filio receptione, vnus sunt in Spiritu, inter se, & ad Christum, cuius Spiritus hæc in eis operatur claritates: sicut *4. Reg. 2.* Requieuit Spiritus Elie super Eliseum. Et illo Spiritu vnus sunt cum Filio & Patre, qui operantur in eis: & nexu vnus illarum claritatum est Spiritus [sicut & nos] Pater & Filius in nexu eiusdem Spiritus [vnus sumus] & tangit modum istius unionis, dicens.

Ego in eis] per claritatis Spiritum [et tu in me] & per consequens etiam ut in eis per eundem claritatis operationum Spiritum [ut] sic sint consummati in vnum] quia tibi per Spiritum potestatis & veritatis & bonitatis vniti: quia in te est consummata omnis reductio unitatis. Unde *Chryso.* Hæc est magna gloria ut sint vnus. Et in signis maior gloria est. Sicut enim Deum admiramur quoniam non est contentus atque discordia apud naturam illam, & maxima est gloria: ita hi hinc efficiuntur clari. *1. Cor. 6.* Vna est columba mea perfecta mea. Pater enim & Filius vnus & mansioem apud eum faciunt: sicut dicitur *Ioh. 14.* Sicut palme manet in vite, potestatis, gratiæ, & sapientiæ succum trahens. Et sicut dicitur *Ioh. 14.* Pater in me manens ipse facit opera. Ita Pater in Filio in eis manens, ipse opera facit. Et sic perficitur unitas Dei, & eorum. Et descendit vnguentum à capite in barbam, & in vestimentum, & in oram vestimenti. *Col. 3.* Ante omnia manum in vobis charitatem habentes quod est vinculum perfectionis.

Ut cognoscat mundus] Hic est fructus huius date claritatis: quia per hanc claritatem datur ipsis rogo te [ut cognoscat mundus] hoc est, omnis homo: quia propter illum mundus factus est. *Marc. ultimo.* Predicate Euangelium omni creature. *Ephes. capitulo 3.* Mihi autem omnium Sanctorum inuicem data est gratia hæc prædicare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes Sanctos quæ sit dispensatio sacramentorum absconditi à seculis in Deo. Et sic claritas dat eis omni-

Bb 3 omnes

omnes illuminat. Et sic cognoscat mundus [quia tu me misisti] & quod ego à te missus eandem claritatem à te accipi: nec in principe demoniorum aliquid operatus sum. Et sic Spiritus claritatis arguet mundum de peccato infidelitatis [et iterum mundus cognoscat quia tu [dilexisti eos] fundendo in eos claritatis Spiritum [sicut & me dilexisti] hoc est, ad quod me dilexisti, hoc est, ad mundi illuminationem, sicut me misisti veram lucem que illuminat omnem hominem venturum in hunc mundum. Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Neminem diligit Deus nisi qui cum sapientia inhabitat. Hoc est ergo quod dicit.

Pater, quos dedisti mihi volo ut vbi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

Hic in vltima istius capituli parte suis in gloria petit Christus beatitudinem siue beatificationem. Et tanguntur hic duo, scilicet, petitio orationis, & ratio exauditionis [Pater iuste mundus te non cognouit] In primo horum dicuntur quinque, scilicet, quem rogat, pro quibus rogat, quid, qualiter, & horum causa. De primo dicit [Pater] cuius nomen dulciter inuocatur, cum fiducia impetrandi nominatur, deuote sequitur. De primo i. Pet. 2. Si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. De secundo Luc. 11. Si vos cum fratribus malis, nostris bona dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de caelis dabit spiritum bonum petentibus se. De tertio dicitur [Pater] Nunc Domine Pater es tu, nos vero lutum: & tu factor noster, & opera manuum tuarum omnes nos: ne irascaris Domine satis [quos dedisti mihi] de thesauro eterne predestinationis tue. Ioan. 17. Tu erant, & mihi eos dedisti [volo ut vbi ego sum] in gloria beatitudinis in aequalitate tua secundum deitatem, & in potioribus bonis tuis secundum humanitatem [et illi sint] Et quia hoc parum est: quia etiam mali & miseri sunt vbi sum ego, & vbicumque sum: ideo addit [mecum] ut notetur societas in fruendo. Quia hoc quod dicit, Mecum, notat in Christo principalitatem: sed in ipsis notat associationem in vltimo confirmationem. Vnde Augustinus. Ecce cum illo magnus est. Nam miseri esse non possunt vbi ille est qui vbique est. Beati vero sunt cum illo, qui fruendo illi adherent. Hoc est ergo petitum.

Sed obijciatur de hoc quod dicit Apostolus. 1. Tim. 6. Lucem inhabitat inaccessibilem. In luce autem inaccessibili, nulla creatura esse potest. Ergo non possunt secum esse vbi ipse est. Ad hoc autem dicendum, quod inaccessibilis est, que soli Deo est accessibilis. Et in illa Christus inhabitat secundum deitatem. Nobis autem inaccessibilis, non simpliciter inaccessibilis, quam Christus inhabitat secundum humanitatem: quia ipse altior omni creatura: & post hoc beatissima Virgo, deinde homines assumuntur secundum choros Angelorum. Et in hac luce assumit nos secum. Et ideo in communi dicit: Volo ut vbi sum ego,

& illi sint mecum. Ioan. 12. Vbi sum ego, illic sit & minister meus.

Ut videant claritatem meam, &c. [Dicit modum qualiter vult ut sint secum, scilicet, ut videant claritatem suam beatitudinis, quam nemo potest videre nisi gaudeat, ut dicit Augustinus. Eccli. 43. Pulchritudinem candoris eius oculus admirabitur. Apoc. 21. Ciuitas illa non eger sole & luna ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam. Et lucerna eius agnus. Si queratur, Qualiter oculus sustinebit hanc claritatem? Dicendum, quod hæc questio stulta est. Spiritus enim oculus non potest corrumpi aliqua excellentia claritatis corporalis: quia gloria immortalitatis confortabitur, ita quod rumpi non potest. Eccli. 43. Species caeli, gloria stellarum mundum illuminans in altissimis Dominus. Causam autem ad omnia hæc inducentem, dicit [quia dilexisti me] dilectione essentiali & personalitate mundi constitutionem [et ideo omnem claritatem in me transfudisti. Psalm. 109. In splendoribus Sanctorum ex viro ante luciferum genui te. Ideo dicitur hic candor lucis eterne: quia lux de celo Patre respundet. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Hoc totum enim sibi dedit per generationem eternam, quem sicut seipsum dilexit.

Pater iuste, mundus te non cognouit ego autem te cognoui: & tu cognouerunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Hic tanguntur rationes petitionis. Tanguntur autem hic quinque, quorum primum est necessitas ex parte mundi. Secundum autem, fons cognitionis ex parte Filij Dei qui primus illuminator est mundi. Tertium, est derivatio lucis à Christo in Apostolos orbis futuros illuminatores. Quartum autem, illuminatio ab Apostolis in mundum propagata. Quintum autem, ex hoc dilectio Dei ad omnem rationalem creaturam ostensa. Dicit ergo [Pater iuste] Hoc quod dico, iuste, potest, esse nomen, vel aduerbium. Si est nomen tunc legitur sic [Pater iuste] hoc est, qui iustus es: quia unicuique retribuis pro meritis. Psalm. 10. Iustus est Dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Si est aduerbium, tunc dicit rationem quare mundus eum non cognouit. Et sunt duæ rationes. Una quidem: quia de notitia percepta gratias non egerunt. Rom. 1. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Secunda ratio fuit: quia summa cognitione mundus dignus non fuit. Et hæc indignitas tangitur Ioan. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, hoc est, cognoscere noluit. Iuste autem factum sic est quod [mundus te non cognouit] Et ideo sic à te pio & magnifico illuminatore, mundus illuminari non debuit. Et hæc est necessitas que exposcit, ut tu per Apostolos de veritate tua mundum illumines cognitione. Et ideo sequitur de fonte illuminationis.

Ego

Ego autem cognoui te [Ioan. 12. Nemo nouit Filium nisi Pater, & nemo Patrem nouit nisi Filius, & qui voluerit Filium reuelare. Et sic ergo sum notitia tua fons in mundo. Ioan. 1. Vni-genitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et ideo habeo propagare in alias notitiam tuam, Eccli. 1. Fons sapientiæ verbum Patris in excelsis [et hi cognouerunt] Ecce causis lucis in eos qui debent mundum illuminare, communicatio [et hi] me reuelante [cognouerunt] quia tu me misisti] ut essem lumen fidei in toto mundo. Luc. 2. Lumen ad reuelationem Gentium, &c. Isa. 49. Dedit te in lucem Gentium ut sis salus mea vsque ad vltimum terre [et sic in me] notum feci eis nomen tuum] sicut nomen paternitatis tue nuncupat in me. Ioan. 14. Qui videt me, videt & Patrem meum. Cognouerunt ergo te me erudiente: notum autem factum est nomen tuum, me virtute tua operante. Per opera enim probatur quod tu es in me: & sic inscripti eis nomen tuum & confirmaui. Apoc. 3. Scribam super eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouæ Ierusalem.

Et notum faciam] per Spiritum quem à te eis mitram, ut sic per eos toti mundo notum fiat. Num. 6. Ipsi inuocabunt nomen meum super filios Israel: ego autem benedicam eis. Et sic crederet notitia nominis tui ex me in eos, & ex eis in totum mundum. Prim. 4. Semita iusti quasi lux splendens & crescens vsque in perfectum diem. Augustinus. Pater dedit Filium mundo in pretium redemptionis, Spiritum sanctum in pignus adoptionis, seipsum in hereditatem beatitudinis. Hoc est ergo quod dicit [ut dilectio] quæ est causa omnium istorum [qua me dilexisti] ut essem pretium redemptionis. Isa. 63. In dilectione sua & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit, & leuauit cunctis diebus. Rom. 8. Etiam proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hæc ergo dilectio [sit in ipsis] Quia ex hac dilectione omnia facient, & sufficerent que pertinent ad mundi illuminationem [et ego in ipsis] sic maneam, ne me in hac parte obliuiscantur. 1. Ioan. 4. In hoc cognouimus quoniam in ipso manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Sic igitur completa est oratio Domini.

CAPVT XVIII.

Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum Discipulis suis trans torrentem Cedron vbi erat hortus in quem introiuit ipse & Discipuli eius. Sciebat autem Iudas qui tradebat eum, locum: quia Iesus frequenter conuenerat illic cum Discipulis suis.

Hic incipit secunda pars illius partis in qua agit de verbi sanctificatione. Postquam vero sanctificauit verbo exauditionis, & suffragio orationis: tangit sanctificationem per passionem & sanguinem. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes, in quarum prima agit de Christi captiuitate. In secunda de condemnatione [ibi] Adduxerunt eum ad Annam primam] In tertia autem

agitur de sua passione [ibi] Susceperunt autem Iesum. In quarta autem agit de sepulture conditione [ibi] Post hæc rogauit Pilatum, &c. In prima harum tria determinantur, scilicet, quod proditiosa fuit captiuitas, & quod fuit voluntaria [ibi] Iesum autem sciens que ventura erant super eum. Tertio tangitur quod fuit ignominiosa & malitiosa [ibi] Cohors ergo & tribunus] In prima harum adhuc duo sunt, scilicet, Christi aduentus ad locum cognitum proditori, & qualiter proditor venit ad locum illum [ibi] Iudas ergo, &c. In primo horum dicit tria, in quorum primo continuatur dicta dicendis, dicens.

Cum hæc dixisset Iesus ad Discipulorum confirmationem [egressus est] de loco vbi confortabat Apostolos iuxta Discipulos [trans torrentem Cedron] Locus est quem transiit. Et istud est secundum inter tria, scilicet, loci descriptio, in quo captus fuit. Attende autem quod sicut dicit Augustinus de concordia Evangelistarum, non continuo post orationem exiit, sed prius ante facta est contentio inter Discipulos quicorum videbatur esse maior: sicut dicitur Luc. 22. Sed hanc Iohannes preterijt: quia vidit quod Lucas hanc plene posuit. Dicit ergo quod [egressus est] extra ciuitatem propter tres causas, scilicet, ut nos egressuros de mundi habitatione signaret, quando nos sacrificium Deo offerre volumus. Eze. 4. Ibi: mus viam trium dierum in solitudine ad sacrificium Deo nostro. Secunda, ut tumultum hominum fugere doceret tempore orationis: & quando familiarium nostris tractare vellemus. Thren. 3. Sedebit solitarius, & tacet quia leuabit se super se. Osee 2. Adducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. Tertia causa est, ut in loco signaret quod solus ipse mundi sacrificium esset. Isa. 63. Torcular calcavi solus, & de Gentibus non est vltimatum.

Trans torrentem] vbi fuit torrentis decursus. Et signat viam passionis quam Christus tunc transiit voluit perambulare. Psalm. 109. De torrente in via bibet propterea exaltabit caput. Et bene dicitur torrentis: quia torrentis torrente calor solis descendit cum impera. Et sic Christus calore charitatis & luce veritatis succensus, fluxus passionum, impetu propria voluntate suffragit. Sic ergo literaliter & figuratim viam ad passionem per torrentem fecit. Hic autem torrentis dicitur Cedron] quia statim post ipsum erat locus, cedris quibusdam confusus. Cedron enim gentilius est grecus, & idem est quod cedronum. Et ideo licet quam exponit Christus, habet egressus est Iesus vsque trans torrentem Cedronum. Vnde 1. Mach. 35. Mandauit apertius Cedronem edificare Cedronem: & vicinate ciuitatis] quia ex illo volebat obsidere ciuitatem [cum Discipulis suis] qui testes essent voluntarie passionis sue, & quod auferere non uellet. 2. Reg. 23. Rex David, quando dicebatur trans torrentem Cedron, & cunctus populus intederat contra viam oliuæ. Rex enim David manu fortis Christum signat ad locum certaminis euentem. Populus autem signat Discipulorum vniuersitatem.

Vbi erat hortus] ob priore dicitur. Et fuit hortus arboribus confusus, in quem propter amoenitatem & occultationem ab hominibus, Christus intrare erat solitus. Et hoc est quod sequitur] in quem intrauit Iesus vsque secundum consuetudinem

[& Discipuli eius] familiaria ibi à Christo audiri. *Mat. 6.* Venite seorsum in desertum locum & requiescite pusillum.

Sed videtur non concordare cum eo quod hic dicitur, quod dicunt *Matthæo & Marco*, qui dicunt quod venit in villam quæ dicitur Gethsemani. Sed ad hoc dicit *Augustinus*, quod hæc villa fuit in pede montis, & hortus ad villam pertinebat. Et quia hæc omnia erant in monte oliuarum: ideo *Luc. 22.* dicit, quod egressus ibat in montem oliuarum.

Adhuc autem, Cum egressus civitatem nocte, post cenam exierit, videtur quod latere intendere. Ad hoc autem respondet *Chrysostr. quod non*: quia consuetum erat ei nocte sæpe pernoctare in solitudine & oratione, ut & familiaria doceret Discipulos: & ideo signum timiditatis, in fugam non fuit. Si enim fugere voluisset, ad locum proditori declinasset incognitam. Hoc est secundum.

Sciebat autem Iudas qui tradebat eum] Hoc ideo dicitur: quia sicut dicitur *Mat. 26.* Ipse Iudas ibat ad Sacerdotes & Scribas, dicens: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? quod Ioannes breuiter tranlit. Et ideo dicit: Qui tradidit, sub pacto pretio apud Sacerdotes & Scribas [locum] quia amicus & familiaris fuit [quia frequenter Iesus conuenerat illuc] & Iudas cum eo quando ascenderunt Ierusalem [cum Discipulis suis] quos familiariter instruxit.

Querit autem hic *Chrysostr.* Cum eum Iudas in domo reliquisset quando exiit, quare rediens in domo eum non quaerit? Et dicit ad hoc *Chrysostr.* quod sciebat eum consuetudinem habere frequenter extra in oratione pernoctare, & stratus molliorem declinare. Et sic in loco illo quaerit, ubi orantem inueniret. In ciuitate autem non rediit ad eum, vel in villa: ne à turbis quæ ad diem festum conuenerant defenderetur. Et fuit causa quare de die non venerunt ad capiendum: quia Christus de die solitus erat esse cum turbis quas docebat. *Lucæ 21.* Erat diebus docens in templo, noctibus autem exiens morabatur in monte oliuarum.

Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & Phariseis ministros: venit illuc cum lanternis & facibus & armis.

Istud est secundum primæ partis. Et dicuntur tria, scilicet: qualiter proditor venit, qualiter munus venit, & quibus armis venit. Dicit ergo [Iudas ergo] proditor, qui ut proditor secreta Christi loca rimatus fuerat. *Gen. 42.* Exploratores estis, ad considerandum immunita terræ venistis [cum accepisset cohortem] militum Gentilium, quorum intererat capere malefactores per manum publicam. Hanc autem cohortem non à se habuit, sed à pontificibus] accepit ad se sequendum. Dicit enim *Chrysostr.* quod cohortes militum sequebantur Iudam. Quia vero nomine erant milites, pecuniarum gratia omnia facere meditates: ideo propter pecuniam etiam Domino sacrilegas manus iniecerunt. Hæc ergo cohorte sic munitus & à pontificibus [& Phariseis] qui potestatem templi & legis spirituales habebant, accepit [ministros] famulos eorum qui mini-

stri erant zanti sceleris.

Venit illuc] ad locum quem scilicet proditor obseruauerat. *Psal. 9.* Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat, &c. [cum lanternis] quibus lumen custodiebatur ne à vento extingui posset [& facibus] quarum lumen clare tenebras noctis, & umbras arborum effugaret, etiam angulos illuminaret ut nusquam latere posset [& armis] quibus contra defendentes Christum impugnant. *Luc. 22. Matth. 26.* Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me. Sic in tenebris ambulantes lumen nequitie suæ à lanternis & facibus mendicabant. *Ioan. 3.* Dillexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim eorum mala opera. Item 11. Qui ambulat in nocte offendit. *Psal. 81.* Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulat. *Iob. 24.* Sic in tenebris quasi lumine diei ambulauit. Sic ergo ostenditur captivitas Domini ex parte Iudæ esse proditoria.

Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis: Quem queritis? Responderunt ei: IESVM Nazarenum. Dicit eis IESVS: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: IESVM Nazarenum. Respondit IESVS: Dixi vobis quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abire. Ut impleteretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam.

Hæc est secunda pars istius tractatus de Passione, in qua ostenditur Passio Christi esse voluntaria per quatuor quæ per ordinem dicitur in littera, quorum primum est quia præsciens omnia quæ super eum ventura erant, latitare potuit, sed noluit. Secundum est: quia se captiuatoribus eum non cognoscentibus obrulit. Tertium est, quod se offerendo, Discipulos liberauit. Quartum est, quia Petrum defendentem captiuitatem eius, compescuit & reprehendit. In primo horum dicuntur quatuor, quorum primum est præscientia futurorum. Secundum, oblatio sui ad manus captiuantium. Tertium autem, inuercundia Iudæ qui videbat eum: & tamen nihil facere potuit, nisi quod pati voluit. Quartum est autem, inualitudo standi contra faciem eius. Dicit ergo.

Iesus itaque sciens] ut Deus & præsciens [omnia quæ] ex dispositione diuina [ventura erant super eum] ad generis humani redemptionem. *Ioan. 13.* Sciens Iesus quia venit eius hora. *Act. 4.* Facere quæ consilium tuum & manus tuæ decreuerunt fieri [processit] à quo aufugere poterat si voluisset [& dixit eis] offerens se voluntarie. *Heb. 9.* Se offerendo per hostiam suam apparuit [Quem queritis?] Non ignorantis est questio, sed offerentis & à malo corrigentis. Vnde sensus est. Videte quem queritis, eum scilicet qui & innocens est, à cuius persecutione cessare deberetis, & eum qui vos effugere posset si vellet: & ideo cessan-

cessandum vobis esset ab audacia. Et sic soluitur obiectio quorundam obijcientium, quod Dominus se presentando dedit occasionem in se peccandi. Dominus enim opus nostre redemptionis contempsit, & sufficienter cohibuit eos: sicut etiam Iudam proditorem *supra 13.* quantum licuit retraxit. Et ideo inuercundia eorum fuit quod non cessauerunt. Hoc est ergo quod dicit *Psal. 49.* Arguam te & statim contra faciem tuam.

Respondent ei] in malitia persistentes [IESVM Nazarenum] Non erat querendus ad mortem, quem profiterentur esse salutis auctoritas: nec persequendus erat, quem dicunt esse florem honoris & honestatis [Dicit eis IESVS] semetipsum offerens: sciens quod venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem [Ego sum] quem queritis: quamuis ad mortem & non ad salutem vestram queratis. *3. Reg. 19.* Ego relictus sum solus, & querunt animam meam. *Ioan. 8.* Queritis me interficere, hominem qui vera locutus sum vobis.

Stabat autem] inuercundus [& Iudas] quondam Apostolus, nunc diabolus [qui tradebat eum] interim, & obseruabat qualiter signum traditionis daret per osculum [cum ipsis] omnino consensum præbens eis. Sicut enim dicitur *Mat. 26.* Tandem accessit & osculatus est eum, dicens: Quemcumque osculatus fuerit, ipse est, tenete eum & ducite eum. Ut ergo dixit eis: Ego sum] imperturbatus se offerens ad patiendum. Dixit enim [Ego sum] quem quamuis secundum humanitatem occidit: tamen secundum deitatem qui sum & non moror. Hoc ergo audio: igneum quoddam & diuinum micans in vultu eius, perpendiculariter [abierunt retrorsum] à conspectu eius, vultum suum sustinere non valentes. *Isa. 64.* Cecidimus quasi folium vniuersi nos, iniquitates nostras quasi ventus abstulerunt nos [& ceciderunt in terram deiecti potentia debitoris ipsius. Vnde *Augustinus.* Vna vox turbam odij furentem, armis terribilem, sine vilo telo percussit, repulit, stravit virtute latentis diuinitatis. Quid iudicatus facit qui iudicandus hoc fecit? *Iob 26.* Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, tonitruum multitudinis eius quis poterit sustinere: Hoc est primum in quo ostendit quod voluntarie passus fuit.

Iterum ergo interrogauit eos] Hoc est secundum [Quem queritis] causa iteratæ questionis est, ut ostendat Discipulos & omnes fideles sua morte esse liberandos [Illi autem] adhuc profirati in malitia persistentes [dixerunt] instantes questionem [IESVM Nazarenum] Opinandum est quod illi increpationes audierunt nuntiorum, qui missi fuerant ad capiendum Dominum *supra 7.* Et ideo ne similes increpationes audierunt perseverauerunt in malitia. Dixerunt enim Pharisei de illis: Numquid & vos sancti estis?

Respondit eis Iesus] iterum vitro se offerens [Dixi vobis quia ego sum] qui seipsum voluntarie offero. *Isa. 53.* Pro eo quod pro peccato tradidit in mortem animam suam, & cum iniquis reputatus est: videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur [Si ergo me queritis] ad oblationem pro mundo [sinite hos] Discipulos [abire] in signum quod omnes redimentur pro quibus offero meipsum. *Ioan. 11.* Expedi vobis ut vnus moriatur homo pro popu-

lo, & non tota gens pereat. Ad hoc autem adaptat sermonem quem in precedenti capitulo dixit in oratione, dicens.

Ut impleteretur] hoc est, vltra debitum impleteretur [sermo quem dixit] qui sermo veritatis fuit [quia quos dedisti mihi] Pater de thesauro beatus sine prædestinationis [non perdidisti ex eis quemquam] Et hoc superimpletum est: quia intellexerunt *supra*, de finali & æterna perditione. Hic autem super hoc, saluat etiam in corpore corporali salute. Sic ergo iterum pater, quod voluntarie patitur: quia qui alios liberat, seipsum etiam liberare posset si vellet.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo, Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater non vis ut bibam illum.

Hic tertio iterum ostenditur quod voluntarie patitur: quia cohibet Discipulum vlciscentem. Dicit autem hic hoc ordine. Primo enim ostendit zelum Petri ad vltionem sic. Primo enim describit eum duplici nomine: Simon primo, & postea Petrus. Quia & obediens fuit voci vocantis, & postea agnoscentis ex reuelatione Patris celestis. *Mat. 16.* Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in caelis. Et postea etiam petra dicitur est ab immobilitate, quando dicit *Mat. 16.* Non enim possimus quæ vidimus & quæ audimus, hæc non loqui. Hic ergo Simon Petrus habens gladium] quo se munierat ab defendendo & expellendo iniuriam [eduxit eum] euaginando: ita tamen quod prius dixerat quod dicitur *Luc. 22.* Domine si percussus in gladio? Quia sicut dicitur *Matth. 16.* reprehensus fuerat quod noluit Dominum pati. Et sicut fuerat appellatus. Et quamuis quereretur à Domino si petentiendum esset: tamen ex zelo concitatus prius percussit. Et hoc est quia dicit hic [& percussit pontificis seruum] Sicut enim dicit *Chrysostr.* à principali sicut à capite incipiens. *Habac. 3.* Percussisti caput de domo impij [& abscidit auriculam eius dexteram] quod quidem spiritualiter bene competit, quod ille populus, cuius seruus ille [qui seruii timore seruauit] typus fuit: a tucula eius dextera quæ Spiritum audire debuit, caruit: quia Spiritum loquentem in Scriptura de Christo non audiuit [Erat autem nomen seruo, Malchus] qui rex eorum interpretatur literaliter: quia loco summi sacerdotis alios direxit ad malitiam, & rexit ne à cepto desisterent malefacto.

Queritur autem hic, Vnde Petrus habuerit gladium: cum *Matth. 20.* & *Luc. 9.* præceptum fuerit quod nihil ferrent in via? Sed ad hoc iam sæpius responsum est, quia hoc fuit in prima missione tempore pacis: sed postquam odiosi facti sunt Discipuli, dictum est: Et qui non habet vendat tunicam suam & emat gladium. Et hoc fuit imminente Passione. Et tunc dixerunt: Ecce duo gladij hic. Et Dominus respondit: Satis est. Et non dixit: Nimis est, ut signaret, ut dicit *Bernardus.* quod gladium spiritualem habet Ecclesia eximendam.

dum, & materialem ad imperium, ab alio tamen exercendum. Et ideo Petrus præsidit sibi de gladio.

Querit etiam *Chryf.* Cum Petro dictum est *Mat. 5.* Siquis percussit te in vnam maxillam, porridge sibi & alteram: quare se parauit ad vindictam? Et hic respondet *Chryf.* quod Petrus hoc non fecit pro se sed pro proximo. Sed vera solutio est quam alibi diximus, quod hoc quod dicitur, porridge ei alteram, dictum est ubi præualer coram iudice iniquo. Non in tantum adhuc processera malum quod Petrus putaret præualere iniquitatem: & ideo accinxit se ad viscendum.

Dixit ergo Iesus Petro] & instructionem dans Discipulo, & patientiam opponens captiuatori inimico [mitte gladium tuum] quia tuus est, & tua iurisdictioni seruandus est. Ideo non dico: Abiice gladium, sed mitte referuandum ad tempus [in vaginam] & addit *Luc.* quod tetigit auriculam serui & sanauit eam [Calicem] hoc est, calidam ex charitate portionem Passionis [quem] ex dispensatione [dedit mihi Pater] bibendum. *Psal. 115.* Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo [non] hoc est, nonne vis ut [bibam illum]? Quasi diceret. Si recte sapis, dedes tuam voluntatem voluntati diuinæ conformare. Aliter enim eris fatanas, non sapiens quæ Dei sunt. Sic ergo iterum quatto ostendit, quod voluntarie passus fuit.

Cohors ergo & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt IESVM, & ligauerunt eum.

Hic ostenditur quod comprehensio Christi siue captiuitas fuit ignominiosa. Dicit ergo [Cohors ergo] militum, quæ omnia pro pecunia facere consuevit. *Eccli. 10.* Pecuniæ obediunt omnia [& tribunus] qui præfuit cohorti [& ministri Iudæorum] qui ministri fuerunt sceleris [comprehenderunt] sacrilegas manus iniicientes in [IESVM] salutis authorem [&] ignominiose sicut esset latro] ligauerunt eum] qui omnium venerat soluere vincula. *Thremo. ultimo.* Ante faciem nostram Christus Dominus captus est in peccatis nostris.

Et adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim focer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphæ qui consilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori pro populo.

Hic agitur de captiuitatis Domini condemnatione. Et ideo quaruntur accusationes contra eum. Diuiditur autem in tres partes, penes triplicem inquisitionem accusationum. Primo coram Anna. Secundo coram Caipha *Ibi* [Et misit eum Annam ligatum ad Caipham] Tertia inquisitio fuit coram Pilato *Ibi* [Exiuit ergo Pilatus ad eos] In primo horum tria dicuntur, scilicet, ad iniquum iudicem iusti Domini præsentatio, propugnatoris sui Petri negatio, & iusti ab iniquo iudice examinatio. Secundum est *Ibi* [Sequebatur autem eum Petrus] Tertium autem *Ibi* [Pontifex autem interrogauit IESVM] In primo horum duo dicuntur, in quorum primo dicit qualiter rex iustitiæ ini-

quo iudici est præsentatus, & qualis ipse iudex est descriptus. Dicit ergo.

Et adduxerunt] ligatum Dominum: quia sicut dicit *Vitor*, de consuetudine Iudæorum erat, ligatos præsentare iudicibus vsque ad mortem quos condemnare volebant [ad Annam primum] quatuor de causis, quarum vna est: quia domus Annæ vicina fuit, & vicinus in via occurrit: & in illam introduxerunt ne in via longiori forte tumultus fieret in populo. Et ideo ducuntur in domum Annæ declinabant turbam, forte concurrentem. Sicut enim dicitur *Lucæ 22.* etiam Iudas quærebatur opportunitatem quomodo traderet eum sine turbis. Et *Matth. 26.* dicebant ipsi principes sacerdotum. Non in die festo ne forte tumultus fieret in populo.

Secunda causa fuit, quod Caiphæ coniunctus fuit affinitate. Et quamuis pontifex fuerat Caiphæ anni illius: tamen Annam per hoc honorare voluit quod ei citius iudicandus præsentaretur, quem tanquam patrem venerabatur, quia filiam eius habuit, honestate seculari, hoc in Domino tenens quod dicitur *Rom. 12.* Honore inuicem præuenientes.

Tertia causa est: quia Annas senior fuit quam Caiphæ. Iudicium autem primum ad seniores referebatur: ut magis iustum appareret coram hominibus. *Dan. 14.* Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. *Isa. 3.* Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui.

Quarta causa est: quia hi duo sacerdotum vicissim emebant à Gentibus, & sibi vicissim per annos succedebant, & vtilitatem in communi habebant. Et ideo fecit Caiphæ eum Annæ præsentari tanquam coniudici, ad quem pertinebat scire de iudicio. Et ideo ducebant ad Annam primum. *1. Efd. 9.* Manus magistratum & principum fuit prima in transgressione hac [Erat enim] scribit Caiphæ.

Erat enim focer Caiphæ] Annas [qui] Caiphæ [erat pontifex anni illius] hoc est, anni illius administrationem habebat: quamuis iudicium & vtilitas iudicij esset commune, & affinitate coniuncti pari iniquitate scelera perpetrabant. *Isa. 1.* Principes tui infideles, focij futuri, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones [Erat autem Caiphæ] Describit vltimus Caiphæ, dicens [qui consilium dederat] *Ioan. 11.* [Iudæis] *Gen. 49.* In consilium eorum non veniet anima mea [quia expedit vnum hominem mori pro populo] Hoc, ut dicit *Chryfost.* ideo repetit, ut sciatur vtilitas mortis Christi. Sed tamen mihi videtur, quod hoc literaliter dicit Euangelista, ad insinuandam malitiam iudicis: quia pro certo mala intentione dedit consilium de morte Domini. Et ideo dicit hoc, ut sciatur quod quia tam nequam fuerunt examinatores eius & non inuenerunt causam, quod pro certo invidenter occisus esset. *Dan. 32.* Inimici nostri sunt iudices.

Sequebatur autem Simon Petrus IESVM, & alius Discipulus.

Hic tangit Petri negationem. Tanguntur autem

tem hic duo, scilicet, de sequela Petri, & de negatione sequelæ. Adhuc primum continet duo: sequelam ex amore, & introductionem in atrium pontificis. Dicit ergo [Sequebatur autem Iesus Simon Petrus] Magistri non immemor. Et qui primum quasi præire & occurrere hostibus se spondit, modo alonge (ut dicunt *Matthæus, Mar. & Luc.*) sequebatur. *Mat. 8.* Sequar te quocumque ieris. Longe autem sequebatur: quia timebat notari si propinque sequeretur: tamen fidem exhibebat in sequendo. *4. Reg. 5.* Viuit Dominus quia curram post eam, &c. *Psal. 79.* Non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum imocabimus [& alius Discipulus] ut dicit *Chryf.* Ioannes, qui de se ut de alio loquitur. Hi enim duo fidelius Christo adhererunt: & non erat eis tolerabile recedere ab eo.

Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiit cum IESV in atrium pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris.

Tangit hic de Petri introductione. Et hoc factum est per notitiam & familiaritatem Ioannis cum pontifice. Tanta enim fuit mansuetudinis quod etiam ab hominibus, Christi inimicis amabatur. Et hoc est quod dicit [erat notus pontifici] *1. Cor. 10.* Ego per omnia omnibus placeo: non querens quod mihi vile est, sed quod multis ut salui fiant [& introiit ille alius Discipulus qui erat Ioannes. Sed propter humilitatem nomen suum non scribit, neque notitia tanti principis gloriari videretur [cum IESV] captiuo & ligato [in atrium pontificis] Tamen non intravit in penetralia domus in quam ducebatur Iesus examinandus: sicut dicitur *Luc. 22.* [Petrus autem stabat] quia non erat notus [ad ostium] atrij, hoc est, curiæ pontificis [foris] in platea: quia ad pontificem pauper & ignotus non potuit habere accessum. *Isa. 1.* Pupillo non indicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. *Isa. 69.* Corruit veritas in plateis, & æquitas non potuit ingredi ad eos.

Exiuit ergo Discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum.

Tangitur introductio Petri ad locum primæ negationis. Dicit ergo [Exiuit ergo] de atrio ad ostium ille [alius Discipulus] qui specialem familiaritatem habuit cum pontifice [qui erat notus pontifici] & etiam familie pontificis. Aliquando enim notitia malorum multa impedit mala [& dixit ostiariæ] quæ in exterioribus portis consistens portam custodiebat. Dixit autem forte quod ad se Petrus permitteretur [&] sic delicta ostiariæ [introduxit Petrum] in atrium. Iesus autem erat in superiori domus solario. Timebat enim Petrus, & ideo iam retrocedere incipiebat & trahere seorsum se. *Isa. 7.* Commotum est cor eius, & cor populi eius: sicut mouentur ligna syluarum à facie venti.

Dixit ergo Petrus ancilla ostiariæ: Nunquid & tu ex Discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem

serui & ministri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.

Hic tangitur Petri negatio. Dicuntur autem hic tria, scilicet, impellens Petram ad negationem siue negandum, negatio Petri, & dispositio infirmitatis eius in spiritu. Impellens est debile, negatio est quoddam culpabile, & dispositio est quoddam miserabile. De primo dicit duo: in quibus notat impellentis debilitatem, scilicet, sexum, & animi compassionem. De primo dicit [Dixit ergo Petrus] Apostolorum principi [ancilla ostiariæ] Mulier, non vir: Ancilla, non Domina quæ aliquid haberet potestatis, & ancilla quæ circumiens in curia, vilia fecit opuscula. *Leuit. 26.* Terrebis eos sonitus folij volantis. *Psal. 13.* Trepidauerunt timore ubi non erat timor [Nunquid & tu] cum alijs profugis [ex Discipulis es hominis istius?] Dicit: hominis, non, malefactoris. Quia hoc dixit, ut dicit *Chryf.* miserantis affectu. Et hoc voluit diuina dispensatio, ut minus timeret Petrus: ut quando ad vocem negaret miserantis, magis humiliaretur. *Isa. 64.* Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.

Dicit ille [Petrus] Non sum] Et sic prima negatio perfecta est in domo Annæ: quod quidem verum est secundum historiam. *Mat. autem & Marc. & Lucas* omnes tres negationes dicunt esse factas in domo Caiphæ: sed ipsi vt continentur historiam de triplici negatione Petri, per recapitulationem ponunt istam posterius cum alijs quæ factæ sunt in domo Caiphæ.

Stabant autem ministri & serui ad prunas Iesus in atrio, quæ ideo effuse sunt in atrio, vt ministri qui captiuatores fuerunt Domini nostri Iesus Christus, & in frigore noctis diu algerant: haberent eas ad se calefaciendos. Et hoc est quod dicit [quia frigus erat] non tam extra quam intus. *Mat. 24.* Quia abundabit iniquitas, refrigeret multorum charitas [&] ideo [calefaciebant se] quia extra se algeret intra significantes, quia corda eorum in soliditatem lapidis erant congelata. *Eccl. 43.* Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. *Psal. 147.* A facie frigoris eius quis sustinebit?

Erat autem cum eis & Petrus] Tangitur Petri dispositio miserabilis: quia de societate Christi & omnium Christi separatus est, cum illis in societatem superam, captiuatum agnum immolatum Christum. Et hoc notat cum dicit: Petrus erat cum eis [stans] *Gen. 49.* In concilium eorum non veniet anima mea *Prov. 1.* Filij mei ne ambules cum eis: pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocuum [& calefaciens se] Nam frigus intus plusquam extra. *Isa. 6.* Sicut frigidam facit cisterna: aquam: ita frigidum fecit malitia cor suum. Et ideo extra querant calor remedii qui intus calorem destituebatur.

Pontifex ergo interrogauit IESVM de Discipulis suis & de doctrina eius.

Tangitur examinatio Domini. Et tanguntur quatuor: interrogatio pontificis dolosa, respon-

sio Domini innocentia & excusatione plena, irrogata contumelia cum iniuria, & responso Domini patientissima & rationabilissima. De primo dicit [Pontifex ergo] non anni illius, sed qui potestatem cum Caipha emerat [interrogabat] dolose [Iesum de Discipulis suis] ut cum ipso trucidarentur : ne aliqua reliquia nominis eius remaneret. *1. Reg. 14.* Querunt extinguere scintillam meam [& de doctrina eius] ut eum ex peruersa doctrina si posset accusaret : sed sicut dicitur *Prov. 1.* Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.

Respondit ei Iesvs : Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt : & in occulto locutus sum nihil : quid me interrogas ? interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis : ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesvs, dicens : Sic respondes pontifici. Respondit ei Iesvs : Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo : si autem bene, quid me cædis ?

Respondit Iesvs] responsione sapientie, quæ ex publico probaret iustum & innocentem. Dicit etiam, scilicet, doctrinam fore manifestam, à se non oportere inquiri, de re manifesta testimonium accipere ab omnibus. Dicit ergo [Ego palam locutus sum mundo] hoc est, in proptulo : quia si etiam parabolas proposui, illas Discipulis exposui : ut omnibus ab ipsis exponerentur, & sic ad manifestum eis ipsas ordinavi, parabolas etiam publice mundo proposui. *1. in 45.* Non in abscondito locutus sum in loco terra tenebroso. *Ioan. 3.* Qui bene agit, venit ad lucem ut manifestentur opera eius, quoniam in Deo facta sunt [ego semper docui] hoc est, doctrinam proposui [in synagoga] vadens per provinciam ciuitates ad synagogas in terra vbi locus est publicus [& in templo] docui quando veni in Ierusalem qui est locus solennissimus [quo omnes Iudæi conueniunt] tribus vicibus per annum : sicut in antehabitis sæpe dictum est [& in occulto] quod in occultis debet remanere, & in abscondito [locutus sum nihil] *Matth. 10.* Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et *ibidem.* Non est opertum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. Quia si aliqua seorsum didicerunt Discipulis : ideo feci quia alij capaces non fuerunt aut digni quibus talia proponerentur. Non tamen hoc ideo factum est quod res esset in se occulta vel occultanda tanquam hæretica doctrina, sed publica & publicanda docui. *1. Cor. 4.* Quod si opertum est Euangelium nostrum in his qui percutiunt est opertum, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat in eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Aperta tamen semper docui, etsi talibus propter suam cæcitate erant occulta. Et sic soluitur quæstio quæ fieri potest, quod sermo parabolicus non est manifestus, & quod seorsum aliquando Discipulos docuit. Et ideo subiungit [Quid me interrogas] de publi-

co [interroga eos qui audierunt, &c.] quorum magna copia est apud te : sicut Nicodemus, & alij ministri quos ad me misistis capiendum. *Ioan. 7.* [Hi enim sciunt quid dixerim ego] *Prov. 8.* Iusti sunt omnes sermone mei, & non est in eis prauum quid atque peruersum.

Hæc autem cum dixisset] quia nihil mali fecit, vel dixit [vnus] vnus in malitia exceptus [assistens] pontifici [ministrorum] sceleris illius quod facere inceperunt [dedit alapam] ad maxillam dans palmam [Iesvs] *Thren. 3.* Dabit percussioni maxillam, saturabitur opprobrijs. *Mich. 4.* Percussit maxillam iudicis Israel dicens : Sic respondes pontifici] Voluit iste quod plane confiteretur vel negaret : quia videbatur pontifex mendacio argui (qui sæpe dixerat Christum peruersa docere) si testimonio omnium de falso conuinceretur. Sic *1. Th. 23.* Summus Sacerdos præcepit os Pauli alapis tundi. Sic fit ut quando Alehimus *2. Mach. 4.* nihil dignum habet summo Sacerdotio, animum vero crudelis tyranni & feræ beluæ : iram gerit in innocentes, & vult ut Sacerdotium (cuius potestate non vitur nisi ad malum) in ipso alij venerentur. Impius enim pontifex ministros omnes habet impios : sicut dicitur in *Prov. 29.* Rex qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.

Respondit ei Iesvs] Responsio patientiæ & sapientiæ eruditæ, & sic beneficium impendit eruditionis pro malefacto, iuxta dictum suum *Matth. 5.* Benefacite his qui oderunt vos [Si male locutus sum] quia constat quod non malum locutus sum [Si] ergo [male locutus sum] ipsum bonum, quod locutus sum. Et ideo hoc dicit quod etiam minister modum culpæ videtur, & non dictum quando dixit : Sic respondes] Si ergo male locutus sum [testimonium perhibe de malo] per poenam quam inflixisti, & sit tibi licitum alapam dedisse [si autem] non male, sed [bene] locutus sum. Quia vbi non est confessio rei in iudicio, si publicum haberi potest testimonium : tunc iudici magis conuenit ad absoluentem reum quam condemnandum. Et si ergo hæc locutus sum [quid me cædis ?] Impunis enim debet esse qui bene loquitur in iudicio. *Psa. 34.* Retribuebant mihi mala pro bonis.

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei : Nunquid & tu ex Discipulis eius es ? Negauit ille & dixit : Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscondit Petrus auriculam : Nonne ego te vidi in hortu cum illo ? Iterum ergo negauit Petrus : & statim gallus cantauit.

Secunda pars examinationis Christi, qualiter examinatur coram Caipha. Tanguntur autem hic breuiter duo, scilicet, ad Caipham Christi presentatio, & Principis Apostolorum in atrio Caiphe duplex negatio. Dicit ergo [Et misit eum Annas] antiquior in malitia : *Dan. 13.* In ueterate dierum malorum nunc uenerunt peccata tua quæ operaberis prius, innocentes opprimens, & dimittens noxios [ligatum] qui uincula omnium

nium soluit ad Caipham generum suum qui pontifex erat anni illius.

Erat autem Simon Petrus stans in atrio Caiphae, sicut frigidus fuit in domo Annae: & ideo calefaciens se prunis in atrio propter familiam fuis [Dixerunt ergo ei] Petro, ministri sceleris [Nunquid & tu ex Discipulis es hominis istius?] Pales fuerunt qui dixerunt *Mat. 9.* Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu Discipulus eius sis, nos autem Moysi Discipuli sumus [negavit ille] Petrus [& dixit] timore pauidus [Non sum] ex Discipulis eius. Multum destitit ex hoc quod dixit *Luc. 22.* Paratus sum tecum in carcerem & in mortem ire. Negat Petrus se esse Discipulum Christi, & in hoc negavit Christum: & in hoc instruitur, ut dicit *Aug.* quod etiam aliquis non negat Christum, negat tamen se non esse Christianum: quod hic reputandus est negasse Christum. Satis Christum negavit, qui se esse membrum Christi denegavit. *Ter.* Confitentur se nosse Deum, factis autem abnegant.

Dixit ei vnus ex seruis pontificis qui discretus cum nouerat: quia fuit cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam. *Mat. 14.* videtur hoc dictum esse plurimum: quia ibi ita dicitur: Rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere tu vnus ex illis es. Sed veritas est, quod iste prius excitabat alios ad dicendum: & ideo vnus fuit principalis qui dixit, alij autem concordabant cum illo. Dicunt autem quidam quod hoc coactus dixit: quia cum sanatus fuit cognatus eius, libenter tacuisset: quia sub poena preceptum fuit pontificum, ut omnes qui aliquid nouissent de Discipulis Domini, proderent ut damnarentur [Nonne] ego per ictum quem dedisti cognoui & [vidi te in horto cum illo?] hoc est, cum Iesu.

Iterum ergo [negavit Petrus] Dominum. Et sicut dicitur *Mat. 26.* Ccepit detestari & iurare quia non nouisset hominem [& statim gallus cantauit] hoc est, gallicinium perfecit: quia pro certo post secundam negationem gallus vocem dedit, sed gallicinium post tertiam negationem perfecit. Et tunc (ut dicit *Mat. 26.*) recordatus est verbi Domini quod dixerat: Antequam gallus canteret, ter me negabis. Et ibi Dominus respexit Petrum, spiritualiter in corde visitando: quia corporaliter ab eo videri non poterat: cum Petrus esset extra in atrio & inferius, Dominus autem in penetralibus & super, intrus & superius, ut dicit *Aug.* Et tunc Petrus egressus foras extra consortium malorum, dimisit habenas lacrymis & fleuit amare. Sic ergo negatio Petri in domo Annae perfecte erat inchoata, & in domo Caiphae consummata. Et hoc dicit *Hiero. & Beda.* Veritas est historiae. *Aug.* tamen dicit, quod tota completa fuit in domo Annae. Et quod dicitur fuisse completa in domo Caiphae, ideo dicitur: quia propter cognationem domus Caiphae domus Annae reputabatur: & conuerso. Primum autem secundum literam est verisimilius.

Adducunt ergo Iesum ad Caipham: (alias a Caipha) in praetorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha.

Istud est secundum de examinatione Christi, *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

quam breuiter transit hic Ioannes: quia scilicet quod per tres Euangelistas prolixius erat descripta, qualiter scilicet, habitum est contra Christum falsum testimonium in domo Caiphae, qualiter illusus, qualiter consputus, qualiter velati sunt sibi oculi, qualiter colaphizatus: quae omnia *Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22.* continentur. Et ideo breuiter ista pertransit.

Quaeritur autem hic, Quare etiam negationem Petri breuiter non pertransit: quia etiam illam alij diligenter descriperant? Dicendum autem est ab hoc, quod hoc fit propter Praelatos, qui praecipue admonendi sunt, ne de se presumptes alios condemnent: cum & ipsi infirmitate circumdanti sint sicut alij. *Hebra. 4.* Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine carnis absque peccato. Sic ergo adducunt Iesum ad Caipham.

In praetorium quod dupliciter exponitur: secundum *Chrys.* quidem sic, quod post galli cantum duxerunt primum Iesum ad Caiphae domum: ubi tota nocte quaesierunt falsum testimonium, & illudabant Christo. In mane autem praecessit Caiphas tanquam astutus & dolosus, ut experiretur voluntatem Pilati de Christo anequa Christus praesentaretur sibi: & persuaderet malefactoris esse. Et tunc mane facta, ut dicitur *Mat. 26.* adducunt Iesum de domo Caiphae in praetorium Pilati. *Aug.* autem vult, quod omnia facta sunt in domo Annae, & quod mane facta, Caiphas de domo Annae praecessit ad Pilatum, ut dictum est, & quod tunc persuaso Pilato, adductus est ad eum Iesus, Pilato praesentandus. Et hoc est in praetorium quod iterum dupliciter exponitur. Quidam enim dicunt, quod quia Pilatus alienigena fuit & romanus, quod in hoc gratiam fecit pontifici, quod in domo Caiphae de accusationibus legis praetorium tenuit: ut ibi consilium de accusationibus legis habere possit. Quidam autem dicunt, quod in veritate, sicut dictum est, Caiphas praecessit ad domum Pilati. Sed haec domus duplex erat: & vna pars habitacionis praedictis in quam omni tempore introibant Iudaei: & ibi Pilatus cum familia sua habitauit. Alia autem pars erat praetorium, in quo rei condemnabantur: & in illam partem domus in festis magnis non introibant Iudaei, ne contaminarentur propter sententias sanguinis quae ibi proferebantur. Et haec sententia est probabilior. Et hoc est quod dicitur.

Erat autem mane [quinta decima die Aprilis, quando solennitas Paschae erat celebranda altissimo Domino *Ioan. 18.*] Et ipsi non introibant in praetorium [hoc est, in illam partem domus quae praetorium dicebatur [ut non contaminarentur] conuictu Gentilium [sed manducarent pascha] hoc est, cibum paschalem, qui erat azyma, quem per septem dies manducabant: quia agnum paschalem praecedenti die ad vespertum manducauerunt.

Sed tunc qualiter Caiphas ingressus fuerat quaeritur, qui erat pontifex anni illius: & ideo maxime contaminatione carere debebat? Sed ad hoc dicendum est, quod neque Caiphas in praetorium intrauit, sed tantum in domum ad Pilatum: & illo ibi existente, Iesus a Caipha in praetorium est missus ad Pilatum. Haec est sententia literalis probabilior.

Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo IESU impleretur quem dixit: significans quia morte esset moriturus.

Hic in parte ista tangitur accusatio facta coram Pilato. Et habet duas partes, in quarum prima queritur accusatio contra Dominum ex parte accusantium: in secunda autem examinatio fit accusationum ex parte accusati Domini ibi [Introiuit ergo iterum in prætorium] In prima harum partium dicuntur duo, quorum unum est inquisitio accusationis. Secundum autem, quia inuenta accusatione, viso quod frivolum erat quod dicebatur: iudex se querit absolvere. Dicit ergo [Exiit ergo Pilatus ad eos] de prætorio, in quod noluerunt introire ne contaminarentur. *Augustinus*, O impia cecitas alienigenæ radice prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguine contaminari non timebant. Et hoc est quod dicit [foras] de prætorio [et dixit: Quam accusationem affertis] in iudicio [aduersus hominem istum?] non dicitur malefactorem, sed hominem, qui nihil inhumanum commiserat. *Dan. 13*. Innocentem & iustum ne interficias.

Responderant, & dixerunt ei] nihil habentes obijcere, sed sibi credi de sua auctoritate dicunt debere. Ipsi tamen procurabant iudicium vite innocentis [Si non esset hic malefactor] quem Deus *Exo. 24*. præcipit non pati viuere [non tibi tradidissemus eum] nos qui sumus tantæ auctoritatis & religionis: & tamen in facto nihil obijciunt. Similes adhuc Pontificibus summis nostris, qui ex sola auctoritate innocentes opprimunt, & credi sibi in sanguinem volunt innocentium. Est enim de nostra auctoritate tanta præsumptio quod nihil peccatum faciamus. *1/a. 1*. Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. *Gl.* tamen videtur dicere, quod accusationes ferebant inconuenientes, quæ habentur *Mat. 26*. Hic dixit: Possum destruere templum hoc manu factum, & post triduum illud reedificare. Et illud *Luc. 23*. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Et huiusmodi.

Dicit ergo eis Pilatus] Videns quia accusationes non erant conuenientes [Accipite eum vos] qui de talibus curatis accusationibus legis vestre [et secundum legem vestram] quæ iudicio Pilati frivola fuit [iudicate eum] intendens quod ultra legis præceptum nihil infligerent ei, & putabat ad hoc emendam verberum & flagellationis cortigere. Vnde etiam *Luc. 23*. Emendatum ergo illum dimittam.

Dixerunt ergo Iudæi] volentes interficere per alios [Nobis non licet interficere quenquam] lege Romanorum, quæ tunc habuit publicam honestatem, prohibentem. Et hoc quidem præter inten-

tionem aliud significandi dicebant: sed tamen Spiritus sanctus hos formauit sermones. Quia sicut prædixerat *Mat. 20*. A Gentibus erat interficiendus, & non ab eis. Et hoc est quod dicit.

Vt sermo IESU impleretur quem dixit] *Mat. 20. & Luc. 18*. Tradetur enim Gentibus ad illudendum, & flagellandum, &c. significans quia morte esset moriturus] hoc est, à quibus. *Gl.* Non quia mortem crucis in hoc significet, sed quia à Gentibus esset moriturus. Vel dicatur] Nobis non licet occidere quenquam] non quidem semper, sed nunc in festi celebratione, in quo captiui sunt absoluenti.

Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum: Respondit IESVS: A te metipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: Quid fecisti?

Hic agitur de examinatione accusantium à Pilato facta ex parte Domini accusati. Et diuiditur in duas partes, in quarum prima ponitur à Pilato, quantum potuit procurata Domini liberatio ibi [Et cum hæc dixisset, iterum exiit] in primo dicuntur quatuor, in quorum primo tangitur accusatio, quæ maxime ponderabatur inquisitio: in secundo per ordinem accusationis huius ostenditur elisio: in tertio ostenditur accusationis à Pilato remota suspicio: in quarto petitur Christi de se confessio. Dicit ergo.

Introiuit ergo Pilatus] recedens à Iudæis [item] in quod introductus erat Iesus, volens querere à Domino de his quæ à Iudæis audierat [et vocauit Iesum] in iudicio, ut sibi sua præiudicaret confessio [et dixit ei] examinando eum [Tu es Rex Iudæorum] Hanc enim accusationem magis ponderabat si se regem faciens, scilicet à romano imperio procuraret. Si autem audisset illud *1/a. 6*. quod cum quæretur ad regem fugit, non hoc quæsiisset.

Respondit Iesus] originem istius accusationis elidens [A te metipso hoc dicis] hoc est, quod tu hoc æstimes, qui nunquam me vidisti milites congregare, multitudines adducere, tumultum in ciuitatibus procurare, nec scissuras facere: quod tamen tu principaliter scire debebas qui procurator Iudææ es [an alij tibi dixerunt de me?] Et nunc cognosce radicem dicti, ex quo nullum signum talis accusationis in me unquam vidisti. Ac si dicat illud quod Paulus dixit *Act. 24*. Neque tibi probare possunt ea de quibus me accusant.

Respondit Pilatus] Domino de huius accusationis origine [Nunquid ego Iudæus sum?] Ac si dicat. Non sum Iudæus: & ideo de frivolis legis questionibus à me ipso non loquor: sed potius Gens tua, &c. qui sunt eiusdem gentis & legis tuæ & te defendere ab alienigenis debuerunt [tradiderunt te mihi] pro malefactore: quod ab eis inquirere non potui. Tu ergo dic [Quid fecisti?] *Iosue 7*. Da gloriam Deo, & confitere peccatum tuum, & indica mihi quid feceris? Respondit Iesus] sicut fuit mitis & humilis corde: sicut dicitur *Roma. 12*. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Ac si dicat illud *Matth. 11*. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Respon

Respondit Iesvs: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vique decertarent vt non traderer Iudæis: Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesvs: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?

Dat accusationis veram responsionem, & responsionis per signum probationem, & responsionis ad veritatem discussionem. Dicit ergo [Regnum meum] quo in meis regno [non est de hoc mundo] hoc est, de factu, & gloria, & dominatu huius mundi: quia, sicut dicitur 1. Ioan. ultimo. totus mundus in maligno positus est. Et ideo etiam *Matth. 6.* dixit, quod orandum est: Adueniat regnum tuum: vt regnum mundi & diaboli, & peccatum excludantur. Huius autem probatio est: quia [Si de hoc modo esset regnum meum, tunc ministri] regni mei terreni [vique certarent vt non traderer Iudæis] Ergo patet quod regnum meum non est mundanum. Et hoc est [Nunc autem regnum meum] quod est, completa regnandi potestas [non est hinc] hoc est, de mundo isto. Et si obicitur, quod Sancti in quibus regnat, sunt in hoc mundo. Respondendum est, quod intendit quod regnum suum non est de hoc mundo, hoc est, leges & iura regni sui: & hi in quibus regnat non sunt mundani, sicut dicit *Chryf. Ioan. 17.* De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. *Ioan. 15.* Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Sed quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Et hoc est quod dixit.

Dicit ei Pilatus] discutens rationem de ea quam maxime ponderabat accusatione [Ergo Rex es tu?] Ac si dicat: Quocumque ergo modo sine celestis sine terrenis [Rex es tu?] Et hæc est veritatis inquisitio [Respondit Iesvs: Tu dicis] & ego confentio, quia talis, vt dixi [Rex sum ego] *Ier. 23.* Suscitabo David germen iustum: & regnabit Rex & sapiens erit. *Luc. 1.* Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum [Ego in hoc natus sum] quod veritas de veritate natus sum [& ad hoc] à veritate missus [veni in mundum] per veritatem redimere mundum [vt testimonium perhibeam veritati] Veni enim constituere regnum illud. *Isa. 9.* vt confirmet illud & corroboret amodo, & vique in sempiternum. Lux enim vera non perhibet testimonium nisi veritati: quia falsum & mendacium fugiunt veritatem. Et ideo [omnis qui est ex veritate] Dei, informati forma veritatis [audit] hoc est, intelligit [vocem meam] quæ per verbi veritatem, temper in se demonstrat veritatem. *Ioan. 8.* Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et in hoc commendatur gratia, vt dicit *Glo.* Quia qui veritatem (quæ magis est in virtute verborum quam in significatis) atten-

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

dit: hic gratiam à Deo accipiens statim credit. Dicit ei Pilatus] auditu veritatis delectatus [Quid est veritas?] Et huius questionis responsionem non expectauit: cuius tres assignantur rationes à patribus. Dicit enim *Aug.* quod subito venit ei in mentem quod vnus vincens in festo dimitti consuevit: & ideo ante auditum rationis festinavit, ne alius nocens liberaretur: volens occasione festi Dominum liberare. *Chryf.* autem dicit, quod vidit questionem: Quid sit veritas, difficilem & longo tempore indigere. Et ideo timens dispendium temporis, ante auditum responsi, festinavit ad Iudæos redire, & Dominum si posset liberare. Alij dicunt, quod non meruit audire responsionem finale de veritate, sed questionem tantum facere: quia iudicium suum à veritate inchoauit, & non in veritate, sed in peruersitate finit. Secunda est probabilior inter alias.

Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt ergo rursus omnes, dicentes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas, latro.

Hic tangitur pars illa quæ est de liberatione Iesv postquam per examinationem inuenit frivolas esse accusationes. Et dividitur in duas partes, in quarum prima laborat simpliciter vt liberet Dominum: in secunda parte, videns quod hoc non poterat, flagellat eum vt mitiget furorem Iudæorum, & laborat vel vt sic liberet innocentem Dominum. Et hæc incipit in capitulo sequenti *ibi* [Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum] In prima dicuntur duo, scilicet, professio innocentie Domini, & allegatio liberationis. Dicit ergo [Et cum hæc dixisset] querendo, quid est veritas? [iterum exiit ad Iudæos] vt pro innocentia Domini loqueretur [&] hoc est quod [dicit eis: Ego nullam causam inuenio in eo] hoc est, contra eum. *Psal. 38.* Neque iniquitas mea neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi. *Job 16.* Hæc passus sum absque vlla iniquitate manus meæ, cum haberem mandas preces. Allegat etiam vtrius rememorationem antiquæ clementie festi propter liberationem patrum eorum ab Ægypto. Et hoc est.

Est autem consuetudo vobis] in rememorationem antiquæ liberationis [vt dimittam vobis vnum in Pascha] quando celebratis patrum vestrorum ab Ægypto liberationem & dimissionem [Vultis ne ergo] ex quo nulla causa est in eo [dimittam vobis Regem Iudæorum?] Ac si dicat. Sic enim honeste absoluam vos ab eo. *Aug.* dicit quod auelli à Pilati corde non potuit, esse Christum Regem Iudæorum: tanquam hoc in corde suo, sicut in titulo ipsa veritas fixerit, de qua quid esset interrogauit [Clamauerunt rursus omnes, dicentes] obstinato corde, & in malitia concepta perdurantes [Non hunc] innocentem & iustum dimittite [sed Barrabam] Et huius clamoris inconuenientia assignat Euangelista dicens [Erat autem Barrabas, latro] *Luc. 23.* Qui propter seditionem & homicidium, quod commiserat in ciuitate, missus fuerat in carcerem. Et hunc Christo præuulerunt.

Ce Caput

lege debuit mori [Et] ideo [ingressus est] Iudæos relinquens [in prætorium] cum Iesu [iterum] examinando cum de ista accusatione. Et dicuntur tria : examinatio Pilati, mansuetissima taciturnitas Christi, & iterata provocatio Pilati, qua Christum provocare voluit ad respondendum, per quod posset, non obstante tali occasione liberari [Dicit] ergo [ad Iesum : Vnde es tu ?] Cuius originis : diuina, an humana : Christus autem ad hoc responderat. *Ioan. 8.* Vos de deorsum estis : ego de superius sum. Vos de hoc mundo estis : ego non sum de hoc mundo. *Ioan. 3.* Qui de sursum venit, super omnes est.

Iesus autem responsum non dedit ei [Huius autem taciturnitatis triplex à Sanctis assignatur ratio, quarum vna est in *Glossa* quæ sic dicit : Hic & in aliis locis legitur siluisse Iesum, ut propheta impleteretur. Sicut agnus coram tondente se obmutescit sine voce : sic non aperuit os suum *Isa. 53.* Quæ similitudo data est de agno : ut in suo silentio, non ut reus sed innocens habeatur. Non enim ut conficius, sed ut mansuetus pro aliis immolareretur. Agniam enim in Passione demonstravit naturam. Secunda causa est : quia erat tempus Passionis in quo infirmitas humanitatis & non potentia diuinitatis erat demonstranda : quando etiam deitas humanitatem à Deo à Propheeta dereliquisse legitur : eo quod eam passionibus exposuit, & à peccatis non defendit. Si ergo respondisset se esse Filium Dei, statim per infirmitatem in conspectu infidelium, responsio falsa iudicata fuisset. Tertia causa est : quia tanta responsione & tam profunda impij indigni fuerunt. *Mat. 7.* Nolite sanctum dare canibus, & margaritas nolite spargere ante porcos.

Dicit ergo eis Pilatus [provocans ad responsum, per quod illa accusatio excluderetur [Mihi non loqueris ?] Ac si dicat : Loquendo mihi deberes captare benevolentiam meam ut amica de te sentiendo dimitterem : præcipue cum videaris me instare modis omnibus quibus possum, ad tuam dimissionem. Sed de hoc redditur ratio *Luce 22.* vbi sic dicitur : Et ait Iesus. Si vobis dixerit, non crederis mihi. Si autem interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimitteris. Provocat vterius ad responsum [Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo] publicam : quia præses sum [dimittere te] si volo. In hoc Pilatus seipsum condemnat. Si enim causam in eo non invenit, & potestatem dimittendi habuit quare non dimisit ? Sed huius causa fuit : quia propter ambitionem potestatis, favorem Iudæorum quibus præfuit, quæsit. *Psalm. 52.* Confusi sunt qui hominibus placent : quoniam Deus spreuit eos.

Respondit Iesus [Non de questione originis suæ, sed ad hoc quod dicit de potestate [Non haberes adversum me potestatem ullam] Hoc considera in tua voluntate, quod potestas tua non esset contra me : quia ex affectu non facis, quod facere cogis ex timore [nisi tibi datum esset desuper] hoc est, à Cæsare. Vnde tu es homo sub potestate constitutus : & si haberes potestatem liberam, non sub alio : bene considero quod non haberes illam adversum me, sed potius pro me tunc haberes potestatem. Nunc autem sub altiore potestate constitutus, Iudæorum apud Cæsarem times accusationem : & ideo

tuum adversum me & non pro me habes potestatem [propterea qui me tradidit tibi] quia hoc fecit illic ex libera voluntate & malitia, nullo timore coactus : ut Iudas, & Iudæorum pontifices [maius] quam tu [peccatum habet] quia illius peccatum nullum habet pallium excusationis per timorem. Iste est verus Iudas : & expositio est *Psalm. 109.* super hunc locum.

Sed secundum hoc obicitur : Quia sic Pilatus à peccato videretur excusatus, præcipue cum vinculus sit assignatus Iesu, & secundum allegata iudicare teneretur. Iudæi autem allegaverunt legem blasphemie, & blasphemiam ipsam : Quia Filium Dei se fecit. Ad hoc dicendum, quod pro certo Pilatus excusatur à tanto, sed non à toto : quia ipse satis percepit quod allegatio legis nulla fuit. Et ideo dicitur *Matth. 27.* quod sciebat quod per invidiam tradidissent eum. Et ideo de officio suo eum liberare debuit, sed propter mundanum timorem & favorem hominum non fecit hoc. *Glossa* tamen hic sic non exponit licetam hanc neque *Chrysostramus*, sed dicit sic : Nisi tibi datum esset desuper. Hoc est, à Deo : quia non est potestas nisi à Deo : & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. *Eccli. 10.* In manu Dei potestas omnis. Vnde *Glossa*. Tamen tibi talis potestas data est : ut sis sub alterius potestate. Et ideo maius peccatum est ei qui me tibi tradidit invidendo, quam tibi qui potestatem ex te metuetendo : non tamen Pilatus est sine peccato : & ideo addit [maius] Et hoc in idem reuertitur quod prius dictum est.

Et ideo quia hoc dixit Iesus [exinde] hoc est, propter hoc [quærebatur Pilatus intelligens quod per invidiam tradiderant [dimittere eum] absolutum. *Isa. 53.* Dimitte eos qui contracti sunt libertos. *Proverb. 24.* Erue eos qui ducuntur ad mortem : & eos qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Si dixeris : Vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit, & servatorem animæ tuæ nil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.

Iudæi autem clamabant, dicentes : Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum : & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lichostratos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem pasche Pasche, hora quasi sexta, & dicit, Iudæis, Ecce Rex vester. Illi autem clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus : Regem vestrum crucifigam ? Responderunt pontifices : Non habemus Regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.

Hic inducitur allegatio, simul & accusatio propter quod Pilatus mundano timore condemnat Dominum. Et ideo hic quinque dicuntur, in quorum primo ponitur comminationis allegatio : in secundo accusatio : in tertio Domini ad iudicium productio : in quarto iudicij pro tribunali sessio :

sessio : in quinto comminatio. In primo ostenduntur duo : clamor ex importunitate & rancore, & comminatio ex superiori potestate. Dicit ergo.

Iudæi [iudei & ceci] clamabant [Spiritu concitato, ordinem allegantium conturbantes. *Ier. 22.* Facta est hereditas thæ mihi quasi leo in sylva. Dedit contra me vocem. *Psalm. 21.* Aperuerunt super me os suum : sicut leo rapiens & rugiens] dicentes : Si hunc dimittis [modo manu præsentatam propter alienæ usurpationem potestatis] non es amicus Cæsaris [hoc est, non es fidelis amicus & minister Cæsaris, qui interpretatur possidens potestatem sine principatum : quia tu parci ei qui se in suum principatum vult intrudere : quod, non est fidelis amici & ministri. Ille enim debet custodire honorem Domini sui. Et allegat rationem [Omnis enim qui se regem facit] usurpata potestate [contradicit Cæsari] cuius solus est dare prælationem, regna, & dominatus. *Ioan. 6.* pater quod hæc allegatio nulla fuit : quia cum sciret quod turbe venturæ essent ut facerent eum regem, fugit, & abscondit se. Et ideo ante Pilatum respondit, quod regnum suum non esset de hoc mundo.

Pilatus ergo cum audisset hos sermones [ex timore accusationis apud Cæsarem. *Psalm. 13.* Trepidaverunt timore vbi non erat timor. *Proverb. 19.* Qui timet hominem, cito contuetur, adduxit foras Iesum] extra prætorium, in quod Iudæi pro religione festi non intrabant [& sedit pro tribunali] non postulante iustitia, sed timore compulsi mundano. Tribunal antiquitus dicebatur sinus maris, ad modum semicirculi factus : in quo sine pressura circumstantium, sedes iudicis collocata fuit : & omnes necesse fuit ante ipsum stare : quæ retro, muro semicirculari cinctus fuit : ut nemo accedere posset qui violentiam inferret, vel occulta delatione aliquid susurraret iudici. In tali ergo tribunali præsedet iudicio. Et describitur locus sessionis, & tempus. De loco quidem dicit [in loco] iudicij [qui] Græce [dicitur] Lichostratos : à Licho quod est iudicium. Stratos autem erat præmentata, veritate politorum marmorum, picturatum, & variatum, & stratum : in quo tota turba posset assidere Hebraice autem [idem locus sic ad sedendum dicitur] Gabbatha quod Latine sonat collis sine sublimitas : eo quod solus prædixit exaltabatur in sublime, in quibusdam altis basibus subiecta, ac si stare in colle. Dicit tamen *Psalm.* quod gabbath, interpretatur picturatio vel politio. Et sic signat idem quod Lichostratos. Et in talibus sedibus altis delectatur sedere ambitio.

Erat autem pasche [hoc est, preparatio] Pasche hoc est, ad magnam diem Sabbati. Erunt Iudæi parabant se mandando, & ab immunditijs se custodiendo. Pascha autem dicitur hoc totum tempus azymorum, in quo se maxime ab immunditijs custodiebant. *Ioan. 19.* Erat autem magnus ille dies Sabbati : quia & Sabbatum erat & Pascha : duo festa coniuncta. Erat autem miserabilis cæcitas quod cauebant immunditias prætorij, & non curabant vel potius procurabant immunditias homicidij. *Matth. 23.* Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Pasche autem erant sexta feria in qua se parabant ad Sabbatum celebrandum. Vnde & *Moyse Ex. 16.* præco-

pit manna colligere dupla ad præparationem sequentis Sabbati, in quo colligi non licebat.

Hora autem quasi sexta [*Matth. 16.* dicitur quod hora tertia Dominus linguis Iudæorum est crucifixus quando clamabant. Crucifige, crucifige eum. Sed ut dicit ibidem *Augustinus*, quod hora sexta Pilatus sedit pro tribunali, & dedit sententiam : & dum crucifixio ageretur, factæ sunt tenebræ usque ad horam nonam quæ perficiebatur crucifixionis mysterium. Et ideo Evangelistæ diversimodè nominant hanc horam : quidam nominantes extremas horas : quidam autem mediam. Et hoc est probabilis : quia *Dimysius* dicit quod hora quasi sexta vidit tenebras apud Iliopolim. Illa enim hora Adam cecidit : & Deus eum vocando clamavit. *Genes. 3.* Post meridiem clamavit, & dixit : Adam vbi es. Et ideo probabile est quod eadem hora clamavit in cruce, soluent *Adam* debitum.

Et dicit Iudæis [Pilatus] Ecce Rex vester [Allegabat enim eum esse Regem : ut magis perterrerentur quod nihil habebant obiceret contra eum. Et videtur quod iustissime dixit Pilatus. Ac si diceret : De regno eum accusatis, & ecce videtis quod nec cultus regius, nec defensus regalis militie, nec potestas regia apparet in ipso. Et ideo cessate ab accusatione. *Psalm. 21.* Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abieccio plebis. Omnes videntes me, deridebant me : locuti sunt labijs, & superaverunt caput. Et ideo miserandum erat & parcendum.

Illi autem [obliuati in malitia] clamabant [furorē concitati] Tolle [per sententiam] tolle [per finem executionis] crucifige eum [*Ier. 24.* Locuti sunt Sacerdotes & Prophete ad principes & ad omnem populum, dicentes : Iudicium mortis est homini huic. Sic ergo linguis populi Iudæi, tunc Dominus est condemnatus. Quæ sententia ad plurimorum dictam dabatur, contra dictum Domini *Eccli. 23.* qui dicit. Nec acquiesces sententiæ plurimorum : ut à veritate decitas [Dicit eis Pilatus] Adhuc quantum potest, volens eum liberare [Regem vestrum] qui se verbo iustitie Regem exhibuit, & potestate miraculorum Regem probavit [crucifigam] in vestram ignominiam. Confusio enim fuit Regem crucifigi. *1. Pet. 2.* Regem honorificat. *Rom. 14.* Qui honorem, honorem.

Responderunt pontifices [*2. Mat. 4.* nihil dignum habentes summo sacerdotio, animos vero crudelis tyranni & fera bestie habentes] Non habemus Regem [Ecce negant Christum Regem, & verificant Prophetam. *Deut. 9.* Non erat eius populus qui eum negatus est [nisi Cæsarem] qui erat alienigena principatum mundi possidens : & sic regnum eorum consistenter esse translatum. *Matth. 21.* Auferetur à vobis regnum Dei : & dabitur genti sciienti fructum [Tunc ergo] ex hac causa : quia Cæsarem, regem & dominum professi sunt [tradidit eis illum ut crucifigeretur] quia ex sententia extime quasi usurpantem potestatem Cæsaris condemnauerunt eum. *Matth. 3.* Iesum quem vos quidem tradidistis & ante faciem Pilati negastis, iudicante illo dimitti. Quare autem tam vehementer instabant ut crucifigerent, iam in præmissis dictum est. Hoc est ergo quod dictum est, ad Domini acessionem & condemnationem.

Sufceperunt autem IESVM: & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem: exiit in eum qui dicitur Caluariz locum, Hebraice autem Golgotha: vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem IESVM.

Agitur de Passione Christi. Et hæc pars diuiditur in duas partes, in quarum prima agitur de processu passionis: in secunda autem de consummatione Passionis *ibi* [Postea sciens Iesus] In priorum harum partium quatuor tanguntur, scilicet, Passionis ignominiosa vilitas: in secunda Patientis dignitas *ibi* [Scriptis autem] In tertia describitur crucifixionem crudelitas *ibi* [Milites ergo] In quarta assistentium Christo paucitas *ibi* [Stabant autem iuxta crucem] Adhuc autem Passionis vilitas describitur in quatuor: in antecedentibus crucifixionem, in ductu ad crucem, in loco, & in societate. De primo dicit.

Sufceperunt ergo] viles Sacerdotum ministri & conducti Gentiles. Sufceperunt ergo [IESVM] auctorem salutis à indice, quasi per sententiam condemnatum. Manibus autem sacrilegis susceperunt. *Psal. 16.* Sufceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditiis. Sic autem suscipere à indice traditum, potius fuit voluntati malignantium tradere, quam per sententiam condemnare. *Luce 23.* IESVM tradidit voluntati eorum. *Matth. 26.* IESVM flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Si enim per sententiam factum fuisset, crimen quod commisit debet poni in sententia. Nunc autem ordo iudicarius in Domino non est seruatus. Sicut enim in causa non fuit iniustitia: ita nec in iudicio seruatus fuit ordo. Vnde *Luce 23.* Videns Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret. Sic ergo susceperunt IESVM.

Et eduxerunt] tanquam latronem vilitate. *Thren. ultimo.* Cervicibus minabamur: & lassus non dabatur requies. Sic ergo tanquam immundum duxerunt extra ciuitatem: vt impleteretur quod dixit *Matth. 23.* Hic est hæres: venite occidamus eum, &c. Hoc tamen ad impletionem Sacramenti operabatur. *Leuit. 26.* Sacrificium, cuius sanguis in sancta portabatur, & cuius sanguis totum sanctificauit & populum & templum: extra castra præcipitur occidi. Vnde *Hebra. ultimo.* Quorum animalium sanguis infertur per pontificem, horum cremantur corpora extra castra: propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Excamus ergo ad eum extra ciuitatem, improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquiremus.

Et baiulans sibi crucem] quam adeo reputabant immundam quod nullus eam tangere voluit, sed ipsum maiestatis Dominum portare suum supplicium oportuit: quod tamen & ipsum dignum fuit (vt dicit *Augustinus*) spectaculum: quod si spectat impietas, grande ludibrium: si autem spectat hoc pietas, grande est mysterium & fidei munimentum. Si spectat impietas, videt Regem pro sceptro: regni sui lignum portare supplicij. Si spectat pietas, videt Regem baiulantem lignum signum, quod fixum erat in frontibus Regum,

& hoc in quo gloriatura erant omnium Sanctorum cordi. Vnde *Gal. 6.* Mihi autem absit gloria nisi in cruce Domini IESU CHRISTI. Vnde iterum per hæc, quamuis non intendentes prophetiam impleuerunt. *Isa. 9.* Factus est principatus super humerum eius. Et iterum *Isa. 22.* Dabo clauem David super humerum eius. Crux enim, & sceptrum est principatus, & clauis sacramentorum & regni celestis. Et ideo diuina sapientia ordinauit vt ipse Dominus primo crucem portaret, & portando nobis portandam præberet. Et ideo postquam ad tempus crucem portauerat: sicut dicitur *Luce 23.* angariauerunt quendam Simonem nomine, Cyrenæum, patrem Alexandri & Rufi Gentilem: vt tolleret crucem eius, & portaret ad locum supplicij: in signum eius quod dixerat *Matth. 16.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c.

Exiit] extra immundos & extra homicidarum ciuitatem. *Apoc. 18.* Exite ab ea populus meus: ne participes sitis delictorum eius. Sic ductus est Abraham de terra & de cognatione sua *Gen. 12.* Quia cognatio eius nequam fuit. Sic præceptum est Lot vt de ciuitate egrediens non staret in omni circa regione [in eum qui dicitur Caluariz locum] eo quod ibi multæ caluariz iacebant damnatorum. Et sic etiam loci horrore volebant Christi Passionem vilificare [Hebraice] enim dicitur [Golgotha] quod Latine sonat decollationis: vbi malefici puniri consueuerunt. Dicit autem *Chrysostomus* quod ibi Adæ caluaria iacuit, cuius debitum Christus persoluit. Hoc tamen *Hiero.* verum esse non probauit, quoniam in Mambrie sepultus legitur Adam: quod longe ab illo fuit: sicut *Isa. 14.* *Luce 23.* inuenitur à nobis.

Vbi crucifixerunt eum] per genus mortis iterum vilificare Passionem eius intendentes. Sed veritas, vt dicit *Augustinus*, huius naturæ est, quod veritas quæ per queritur obumbrari, magis clucescit. *Sap. 2.* Morte turpissima condemnatus eum. *Hiero.* [Crucifixerunt eum] vt doler clauorum, intima & nervosa tangens, acerbitate torqueret: & suspensio distenderet, & pondus corporis vulnera manuum & pedum laceraret, & asperitas ligni dorsum flagellatum affligeret, & sic nulla pars corporis eius dolore careret. *Psal. 21.* Dinumerauerunt omnia ossa mea, hoc est, per distensionem dinumerabilia fecerunt. Torto autem opprobrium supplicio addiderunt.

Et cum eo alios duos] vt ex societate punitorum, socius putaretur latronum [hinc & inde] hoc est, à dextris & à sinistris. Hoc autem etiam præter eorum intentionem prophetia fuit impletio: *Psal. 16.* Propter verba labiorum tuorum ego custodiui duras vias latronum. Cum his enim pati voluit pro quibus pati voluit & elegit. *Matth. 9.* Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. *Isa. 53.* Cum sceleratis reputatus est [Medium autem IESVM] qui mediator fuit ad reconciliandum. *1. Tim. 2.* Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. *Habac. 3.* In medio duum animalium cognosceris. *Eph. 2.* Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Sicut *Matth. 21.* separabit inter hædos & agnos, peccatores à iustis: peccatores condemnans, & saluans iustos.

Scriptis autem & titulum Pilatus: &

posuit super crucem. Erat autem scriptum, IESVS NAZARENUS REX IUDÆORUM. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est IESVS. Erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

Hic incipit pars secunda istius partis de tituli inscriptione, in qua notatur Patricis dignitas. Dicitur autem hic quatuor, scilicet, tituli inscriptio, inscripti publicatio, publicati conditio, & contradicti defensio & approbatio. Dicit enim [Scriptis autem & titulum Pilatus] Gentilis: quia & in Gentilibus regnatus erat Christus, & ideo triumphalem descripsit Gentilis. Pilatus autem hoc fecit: quia, sicut dicit *Augustinus*, à corde eius auelli non potuit, quin Christus vere esset Rex Iudæorum, & ex inuidia condemnatus ab ipsis. Hoc enim propheta prædixerat quod fieri deberet *Isa. 19.* In die illa erit altare Domini in medio terræ Egypti: & titulus ad terminum eius. Ierusalem enim spiritualiter se fecit Egyptum in Passione Domini: sicut dicitur *Apoc. 20.* Et ibi erectum est altare crucis, in quo Christus hostia salutaris, oblata est: & titulus honoris & triumphalis laudis, ad terminum eius est positus [Et posuit super crucem] tanquam causam eius. *Matth. 27.* Posuit super caput eius causam ipsius scriptam.

Erat autem scriptum] vt indelebile esset. *Habac. 2.* Scribe visum & exara diligenter super tabulam. Quia ad literam, in tabula de oliua superius per clauum cruci affixa, titulum istum descripsit [IESVS NAZARENUS REX IUDÆORUM] in quibus quatuor verbis, effectus Crucis notantur: quia per satisfactionem pro nobis & solutionem pretij, est [IESVS] author salutis nostræ. Per florem virtutis est nobis in exemplum honestæ conuersationis, & odor deuotionis, in sacrificio suauitatis, quod odoratus est Pater pro nobis: & spes æterni fructus qua fruemur dulcedine deitatis suæ. De primo dicitur *Matth. 1.* Vocabis nomen eius IESVS. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. De pulchritudine autem floris dicitur *Cantic. 1.* Lectulus noster floridus. Lectulus enim in quo cum dilecto animæ nostræ quiescendum est, crucis humilitas est. De odore autem *Gen. 8.* Odoratus est Dominus odorem suauitatis, & benedixit ei. *Gen. 27.* Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit Dominus. De fructu *Cant. 7.* Dixi: Conscendam in palmam, & apprehendam fructum eius. Ambrosius.

Nulla sylua sale proferi fronde flore, germine.

Rex] autem crucis dicit regimen. Regit autem in vita gratiæ, & dirigit in vitam gloriæ. *Isa. 37.* Dominus legifer noster, Dominus Rex noster: ipse veniet, & saluabit nos. *Psal. 44.* Virga directionis virga regni tui. Item *Psal. 2.* Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum

eius, prædicans præceptum eius [Iudæorum] autem dicit, quorum est Rex. Iudæus enim confitens vel glorificans interpretatur. Talium enim est Crucifixus. *Psal. 95.* Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctorum & magnificentia in sanctificatione eius.

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt] Ecce tituli publicatio. Multi ergo legerunt: quia fuit scriptum literis apertis: vt omnes legere possent & intelligere. *Habac. 2.* Exara diligenter super tabulam: vt percurrat qui legerit [quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus] & ideo facilis aditus fuit ad legendum doctrinam salutis. Omnibus enim, non tam loco quam corde & gratia, prope est Dominus etiam crucifixoribus si conuerti voluerint. *Matth. 17.* Non longe est ab vnoquoque nostrum *Sap. 1.* Inuenitur ab his qui fidem habent in illam: apparet autem his qui non tentant illum.

Et erat scriptum Hebraice] propter Iudæos [Græce] propter permixtos inter Græcos [et Latine] propter Romanos. Et hoc etiam facit & pertinet ad vniuersalem mundo faciendam tituli manifestationem. Hebræi enim excellere religione, Græci sapientia, Latini potestate. In signum quod omnis religio cruce confirmatur, & omnis sapientia cruce illuminatur, & omnis potestas subijcitur. *Phil. 2.* Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS CHRISVS in gloria est Dei Patris. *Isa. 34.* Requirit diligenter in libro Domini: vnum ex omnibus non de fuit: alter alterum non quaeruit.

Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum] qui legerant titulum. Et tangitur hic de tituli conditione [Noli scribere, Rex Iudæorum] isti perdidit, & Spiritu sancto (qui cum Regem esse prædixit) & sibi contradicant: qui eam de regno accusauerunt [sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum] Ac si dicant: Falsum dixit, & falso sibi nomen Regis usurpauit. Contra quod dicitur *Apoc. 19.* Habet in vestimento & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. Et quia hoc Pilatus audierat quod de semine David quidam regnare deberet, & sciuit istum esse de semine David: ideo à corde eius auelli non poterat quin iste verus Rex esset, & ideo ad confusionem Iudæorum talem posuit super crucem titulum.

Respondit Pilatus] Iudæis, volentibus corrumpere titulum [Quod scripsi, scriptum] & ideo indelebile permanebit. Nec aliud loco illius ascribetur quod vos excuset. Et hoc est quod in titulis quondam *Psal. 118.* dicitur. Ne corrumpas Domine David in tituli inscriptione. David enim manu fortis, & aspectu desiderabilis interpretatur. Quia Christus in cruce victor fuit manu fortis, & in titulo crucis fuit aspectu desiderabilis. Et ideo Spiritus sanctus titulum corrumpi non permisit. Vnde *Glo.* [Quod scripsi, scriptum] quasi dicat. Non corrumpo veritatem: et diligitis vanitatem & falsitatem.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dicebant ergo adinuicem: Non scindamus eam.

eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Vt Scriptura impleatur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Hic tangitur tertium istius partis in quo tangitur crucifigentium cupida crudelitas. Dicuntur autem hic tria, scilicet, vestimentorum partitio, super inconfutibile vestimentum sortis proectio, & ne aliquid casu factum circa Christum credatur, ponitur horum omnium per auctoritatem confirmatio. Dicit ergo [Milites ergo] conducti à pontificibus [cum crucifixissent eum] nudum: vt nuda veritas demonstraretur. *Iob 1.* Nudus egressus sum de ventre matris meæ, & nudus reuertar illuc. Ecce perfecta cupiditatis abiectio, paupertatis ostensio, & mundi detestatio. *Mat. 8.* Vulpes foveas habent & volucres cæli nidos. Filius autem hominis non habet, &c. [Acceperunt vestimenta eius] spoliantes eum. *Iob 24.* Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes [Et fecerunt quatuor partes] Et ideo probabile est quatuor Christum habuisse vestimenta, valore æqualia præter tunicam inconfutibilem. Nec fordida esse poterant quæ milites non abiecerunt, sed inter se diuiserunt [vniqueque militi partem] Et sic erant quatuor milites: quia genus militum semper de spolijs curam habet [& tunicam] supple, acceperunt. Describit autem tunicæ pretiosum opus, dicens.

Erat autem tunica inconfutibilis [quia acu non erat confuta [sed desuper contexta per torum] sic sunt bireti & chyrotheca, quodam opere textili. Ista autem quatuor vestes signant amictum corporis veri, in quo torum corpus fuit rectum candore virginalis castitatis, anima Spiritu gratiæ, diuinitas docore gloriæ, & conuersatio vitæ honestate virtutis. Tunica autem inconfutibilis, opertimentum signat corporis mystici, quod est vnitas Ecclesiæ, nullo modo scienda. *Isa. 61.* Induit me Dominus vestimento salutaris, & indumento iucunditatis, & lætitiæ circumdedit me. Et hoc est quod dicit.

Dixerunt ergo adinuicem [milites [Non scindamus eam] quia scissa inutilis esset. *Mat. cap. 9.* Peior scissura fit [sed fortiamur de illa cuius sit] quia ad litteram, miserunt sortes, quis quid tolleret *Prov. 20.* Secundum translationem *Lxx.* De spolijs eius sortem mittamus. Item *18.* Contradictiones comprimit fors, & inter potentes quosque diiudicat. Hoc tamen specialiter signat Ecclesiasticæ charitatis vnitatem. *1. Cor. 1.* Idipsum dicatis omnes: & non sint in vobis schismata.

Vt Scriptura impleatur [*Psal. 21.* [dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi] quatuor, partientes militibus quatuor [& super vestem meam] quintam inconfutibilem [miserunt sortem] quæ fors licet ab eis fortunæ exponeretur: tamen à Spiritu sancto ad Scripturæ impletionem fiebat. *Prov. 16.* Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. *Psal. 21.* secundum nostram translationem sic habet: Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem [Et milites quidem hæc fecerunt] vt videba-

tur: cum tamen omnia agerentur ad prouidentiam Spiritus sancti.

Stabant autem iuxta crucem Iesus mater eius, & soror matris eius, Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & Discipulum astantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam Discipulus in suam.

Hic quarta particula incipit istius partis. Notatur autem in hac parte compatiendum Domino paucitas. Dicuntur autem hic quatuor, scilicet, paucitas & infirmitas eorum qui Christo compatiabantur, & Christi fidelitas ad eos qui Christum fideliter sequebantur, naturalis affectus ad parentes qui in Christo commendatur, & Fidelitas quæ à suis Christo in morte exhibetur. Dicit ergo.

Stabant autem iuxta crucem Iesus [*Luc. 23.* videtur contrarium dici vbi dicitur. Stabant autem omnes noti eius alonge. Solutio. Dicendum est, quod primo quando crucifixus est Dominus, stabant alonge: sed iam incipientibus conuascare miraculis, accedebant prope, & sic stabant stantes iuxta crucem Iesus [mater eius] quæ sola perfecte stetit, ita quod nulla dubietate perplexa fuit mater eius: intus sustinuit, quod foris in corpore perfererat Filius. *Luc. 2.* Tuam ipsius animam pertransibit gladius, &c. Et ideo stabat vt dolores quos in partu tanti nati natura detinuit, nunc cum vlura persolueret. *Isa. 66.* Antequam parturiret, peperit: & antequam veniret partus tempus, peperit masculum. Hæc sic stabat quod recognosceret & mater esset in dolore non pariens, sed morientem videns Filium [& soror matris eius, Maria Cleopha] hoc est, Filia Cleopha. Et hoc ideo dicitur: quia Anna mater beatissimæ Virginis tres legitur habuisse viros, scilicet, Iochim ex quo genuit matrem Domini, Cleopham ex quo genuit matrem Simonis & Iudæ & Iacobi maioris, & Ioseph qui vocatur Barfabas, qui cognominabatur iustus. Et ideo dicitur, soror matris eius Maria, filia Cleopha [& Maria Madalene] quæ & cæteris ditior erat & ministrabat Domino de facultatibus suis: sicut dicitur *Luc. 23.* Erant autem plures (sicut dicit *Luc. 23.*) sed alonge steterunt. Sequebantur enim Dominum plangentes Dominum. Hæc autem tres signant tres status fidelium. Maria enim mater Domini, signat statum innocentie siue innocentium. Maria Cleopha quæ interpretatur conciones transcendens, signat statum in virtute proficientium. Magdalena autem signat statum penitentium & vincendum peccata & tentationes. Ista autem secunda muliercula sunt quæ Domino assistunt ex omnibus charis eius.

Cum vidisset ergo Iesus matrem [respectu naturæ cum gratia [& Discipulum quem diligebat astantem] respectu gratiæ *Sap. 4.* Respectus eius in electos eius [Dicit matri suæ] prius recommendans Discipulum quam matrem: vt ostendatur arctius esse astrictos, qui coniuncti sunt in gratia, quam omnes qui coniuncti sunt in natura

tura [Mulier] Dicit propter sexum [Ecce filius tuus] hoc est, qui loco filij sui, sibi debet obsequi & affectione coniungi [Deinde dicit Discipulo] Ipsi commendant mari [Ecce mater tua] hoc est, cui reverentiam debes vt mari. *Tit. 4.* Honorem habebis matri iuxta omnibus diebus vite tue. Hec autem Christus fecit, vt ostenderet quod coniunctus nobis in natura & gratia non deseramus. *1. Tim. 5.* Siquis suorum & maxime domesticorum curam non habet, &c. [Et ex illa hora] Quartum est, scilicet, curæ acceptatio [accepit eam Discipulus] quem diligebat Iesus [in sua] ita quod sit pater generis, accusarius pluralis. *Augustinus* autem [accepit in sua] que erant ab eo possessa, que nulla habebat: sed [in sua] que erant sub diligentia sua, scilicet, sub procuratoris quantum poterat. Tamen in historia que vocatur *Euphrosina* historia, legitur quod ex tunc accepit eam in domum suam, & cum puellis aliis de elemosynis fidelium eam sustentavit.

Quia autem hoc Evangelium saepe de Beata Maria Virgine in anno legitur, potest notari in eo quod dicitur: Stabant iuxta crucem Christi: quadruplex rectitudo: iustitia, pro qua patientum est: vicinitatis crucis, cui participandum est: & cuius est crux, cui configurandum est: & ipsa crux, cuius cruciarius sustinendus est. Status quidem recta positio est, ad signandum passionis causam laudabilem. Sic enim Dominus in cruce stetit. *Habac. 3.* Stetit, & mensus est terram, hoc est, omnibus patientibus propter se iustitiam commensuravit. *Matth. 5.* Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. *1. Pet. 3.* Siquid patimini propter iustitiam, beati. Item 4. Nemo patiarur quasi homicida, aut fur, aut maledictus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. Hec est enim ratio quod Christus stans, & non procumbens, vel inclinatus pari voluit: vt omnes patientes ad se traheret rectitudine.

Per hoc autem quod dicitur iuxta crucem, notat vicinitatem per communicationem. *1. Pet. 4.* Communicantes Christi passionibus gaudete: vt reuelationibus ipsius gauderis. *Gal. 2.* Christo confixus sum cruci. Communicare autem cruci est intrus sustinere crucem, & cum Christo pendere in cruce. *Job 7.* Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Christi autem cruci prope stat, qui se patienti Christo configurat, in hoc quod se Deo in cruce in sacrificium offert, & vitam à mundo abscondit, & Patri soli vivit. *Phil. 3.* Configuratus morti eius sicut modo occurrat ad resurrectionem eius, que est ex mortuis. *Col. 3.* Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Sic autem cruci Christi configuramur. Crux autem à cruciando dicta est: quia nos etiam cruciatum crucis experiri oportet. *Gal. 5.* Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis usque ad mortem. Ergo concupiscentia carnis debet crucifigi. De his autem alibi multa dicta sunt.

Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura dicit: Sitio.

Hic agitur de consummatione Passionis. Et hinc habet tres partes. Primo enim agitur de consummatione, quantum, ad Scripturarum testimonium: secundo autem, quantum ad factum ipsum. [Et inclinatio capite] Tertio autem quantum ad sequelam facti. [Iudai ergo] Circa primum dicit etiam, scilicet, iam factam sacramentorum consummationem, implendam esse Scripturæ impletionem, & Scripturam impleram esse perfectam in omni consummatione. Dicit igitur [Postea] omnibus his peractis [sciens Iesus] qui omnia sciuit antequam fierent [quia iam omnia consummata sunt] sacramenta, que erant de ipso. *Luc. 24.* Oportet impleri omnia que scripta sunt in lege Moyli & in Prophetis & in Psalmis de me [vt consummaretur Scriptura] que de ipso erat [dixit] vere, non fingendo [Sitio] desiderio salutis redimendorum. *Psal. 62.* Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: Vnde *Beatus Bernardus*, dicit. Domine quid sitis? Plus te cruciat tua sitis quam tua crux. De cruce files, de siti clamas. Sitio, inquam, vestram salutem, vestram gaudium, Scripturam autem quam impleri voluit, est *Psal. 68.* que dicit: Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Ideo ergo dicit: Sitio.

Obiicitur autem de hoc quod dicit, vt Scriptura impleteretur: quia non propter Scripturam Christus, sed Scriptura propter Christum facta est. Et ideo factum Christi non est factum propter Scripturam: sed è conuerso. Ad hoc dicendum, licet iam dictum est saepius & solutum, quod scilicet coniunctio, vt, non notat causam, sed consequentiam: vel, vt dicit *Chrysostomus*, adiunctionem. Tamen potest dici melius, quod in prophetia sunt duo, scilicet, enuntiatio que facta est Prophetis, & dependentia enuntiat de futuro, & respectu enuntiationis prophetice. Sed quia enuntiarum à futuro dependet: nihil prohibet enuntiationem aliquam, esse rationem facti vt Scriptura impleatur, que aliter impleri non posset. Et sic in omnibus talibus potest responderi.

Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obrulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinatio capite tradidit spiritum.

Consummatio est per factum. Dicit ergo hic etiam: aceto potus preparationem, & eius potus factam Christo oblationem, consummationis à Christo factæ professionem. Dicit ergo [Vas erat positum] quod secum ministri portauerunt in aceto & suis restrictionem: ad quem effectum acetum que mixturam singularem habet virtutem: & est vsus, acetum in via potandi incolis calidum temperatum. Quidam autem dicunt, quod portauerunt vinum quod calore solis acetum factum fuit. Alij dicunt, quod portauerunt sine potum in intentione hoc prouidentia diuina. Alij, quod ex industria acetum, quo linguam & palatum eius amari carerent, portauerunt: quia putabant ex hoc cum citius moriturum. Hoc autem minus probabile est. Prima autem opinio magis placet. Dicit ergo, Vas erat positum [ad sitis & situs restrictionem] aceto

[aceto plenum] quod multis sufficeret [illi autem] tortore. Christi [spongiam plenam aceto] quæ propter porositate[m] de aceto multum imberet [hyssopo] quæ est herba habens magnam amaritudinem, quamvis etiam habet quandam aromaticitatem, circumponentes [ut per hyssopum fugeret de spongia] obtulerunt [per arundinem quæ sambucus vocatur, ut diximus *Matth.* 27.] [ori eius] ut os amaricaret: & sic gustum eorum sentiret. *1. Cor.* 12. Vna eorum vna fellis, & botrus amarissimus. *1. Rem.* 2. Quomodo conversa es mihi in amaritudinem vinea aliena: [Cum ergo accepisset] ad gustum Iesus acerum [*Matth.* 27. Dum gustasset, noluit bibere [dixit] veritatem profutendo [Consummatum est] in opere, quod erat in prophetia. *Luc.* 24. Consummabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. *Heb.* 5. Consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis.

Attende, quod in veritate ante potum clamavit: Eloi, Eloi: sicut dicitur *Matth.* 27. & *Mar.* 15. & post clamorem datus est ei potus: & tamen gustans amaritudinem peccati synagoga dixit. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. *Luc.* 23. cap. 25.

Et inclinato capite tradidit spiritum [in cuius potestate est tradere spiritum, & iterum sumere eum: sicut dictum est *Job.* 32. *Heb.* 2. Decebat eum per quem omnia, & qui multos filios in gloriam adduxerat: per passionem mortis consummari. Tunc enim cum clamore valido & lacrymis, obtulit pro nobis hostiam salutarem: in qua oblatione consummatum est opus nostræ redemptionis. *1. Jo.* 10. Consummatio abbreviata consummabit iustitiam.

Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) vbi non remanent in cruce corpora Sabbatho (Erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.

Hic ponitur sequela passionis consummata. Dicuntur autem hic duo, scilicet, adiectio sequelæ, & restitio. Adiectio autem sequelæ continet tria, scilicet, ea quæ facta sunt ratione temporis, & ea quæ facta sunt in Domino crucifixo, & quod factum est circa Dominicum corpus. Dicit ergo de primo [Iudæi ergo] qui se dicit Iudæos esse: & non sunt sed sunt synagoga satana, ut dicitur *1. Cor.* 10. 2. [quoniam Parasceue erat] hoc est, ad Sabbathum celebrandum preparatio. Et hoc erat de preparatione ad Sabbathum, ut non remanent in cruce corpora Sabbatho [Hoc enim lex præcepit *Levit.* 23. quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus mortui, suspensus fuerit in patibulo: non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur [Erat enim ille magnus dies Sabbathi] propter duo festa coniuncta, sicut in antehabitis dictum est: & ideo non erat licitum illum diem prophannare horrore insepulorum [rogauerunt Pilatum] qui publicam administrabat potestatem. Circa tria corpora publice damnatorum nihil fieri li-

cuit [ut frangerentur crura eorum] suspensorum [& tollerentur] forte se mortuos simulantes, ne abire possent postquam de crucibus deponerentur. Vel si forte viui inuenirentur, ex dolore contractionis morerentur. Et hoc dicit *Chrysostomus* factum esse secundum Scripturam, *Exod.* 12. & *Nu.* 9. Non relinquatur ex eo quicquam vsque ad mane. Et hoc dictum est de agno paschali.

Venerunt ergo milites [a Pilato missi] & a sacerdotibus conducti [& primi quidem] latronis pendens in cruce a dextris frangerunt crura [forte in paribus locis ut citius moreretur, & inutilis ad recedendum redderetur] [& alterius] latronis [qui crucifixus est cum eo] *Psal.* 17. Constringam illos, nec poterunt stare: cadent sub pedibus meis. Nec mirum erat quod confrangerunt eos qui iniquitate seiplos confrangerant: de quibus dicit *Psal.* 3. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in vis eorum: & viam pacis non cognouerunt. Horum enim crura merito confringenda erant.

Ad IESVM autem cum venissent, vbi viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.

Terium est vbi dicitur id quod factum est circa Dominum. Et sunt quatuor, scilicet, quod iam mortuum inuenerunt, quod crura non frangerunt, quod latus aperuerunt, quod ex latere sacramenta Ecclesie profluxerunt. Dicit ergo [Ad Iesum autem venientes] & facere de ipso sicut de aliis volentes [ut viderunt eum iam mortuum] sicut eum qui in potestate habuit quando voluit ponere animam. *Psal.* 87. Qui solus fuit inter mortuos liber.

Non frangerunt eius crura [quia hoc dispensatio diuina præordinauit, dicens *Exod.* 12. Os non comminuetis ex eo. Vnde sicut interficere non poterant nisi quando & qualiter voluit: ita nec in mortuum deservire permitti sunt nisi quantum diuina dispensatio permisit.

Sed vnus militum [sicut dicitur, Longinus nomine, qui postea martyr effectus est] lancea latus eius aperuit [ut veritas vmbra responderet. Ut sicut de latere Adæ dormientis formata est spongia eius Eva: ita de latere Christi dormientis somno mortis in cruce, formaretur spongia eius Ecclesia. Vnde ipse dixit *Cant.* 2. Columba mea in foraminibus petrae & cauerna maceris. Hoc est enim puritas & simplicitas Ecclesie quæ quiescit in foraminibus clauorum per fidem Christi, qui est petra: & cauerna vulneris in latere, quod maceria est & macer murus. Ita Christi membra macerata per exanguinationem iam macerata & non murum prætegebant: in qua maceria cubat & quiescit Ecclesia Christi spongia. Et hoc est quod sequitur.

Et continuo exiit [de latere] sanguis & aqua. Non enim sic erat in corporibus aliorum, in quorum corporibus statim per mortis frigiditatem sanguis coagularatur & in talem conuertitur. Iste enim sanguis est quo portamur ad vitam, & aqua expiationis qua regeneramur ad gratiam & salutem. Vnde *Amb.* Licet corporis Christi natura fuit mortalis: dissimilis tamen alijs corporibus mortuis

mortuis fuit gratia. Nam post mortem in nostris corporibus sanguis congelascit. Ex illo autem incorrupto corpore omnium vita emanauit. Aqua & sanguis exiit, illa quæ abluat: iste qui redimat. Bibimus pretium nostrum ut bibendo redimamur. *Chrysostomus*. Sacramenta hæc nouerunt Christiani qui per aquam sunt regenerati, per carnem & sanguinem sunt nutriti. *Apo.* 1. Dilxit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. *Eph.* 5. Christus dilexit Ecclesiam, mundans eam lauacro regenerationis in verbo vite.

Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est eius testimonium. Et ille scit quia vera dicit: ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transixerunt.

Duplex hic affirmat testimonium: visus scilicet, & Scriptura. Dicit ergo [Et] Discipulus verax [qui vidit] fidelibus oculis [testimonium] veritatis [perhibuit] *1. Ioan.* 1. Quod oculis nostris conspeximus, quod audiuimus, quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vite: hoc annuntiamus vobis [Et] ideo [verum est] & indubitatum [testimonium eius] *Prover.* 12. Qui quod videt loquitur, iudex est iustitiæ [& ille scit] absque dobitatione omni [quia vera dicit] Et sunt quæ scripta sunt *Deut.* 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus. *Prover.* 8. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid atque peruersum [ut & vos] testimonio veritatis [credatis] Idem dicitur *Act.* 1. Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. *Chrys.* Nullus discredat neque verecandatus aspiciat. Quæ enim maxime probabilissima esse videntur: hæc sunt horum fundamenta nostrorum [Facta sunt autem hæc] sapientia Dei ordinante [ut Scriptura impleretur] secundum partem illam quæ à futuro dependet. *Exod.* 12. [Os non confringetis ex eo] Ossa enim Christi fortiora Ecclesie sacramenta signant, quæ non sunt minuenda, sed integra seruanda. *Psal.* 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem [Et iterum alia Scriptura dicit] loquens de vulneribus [Videbunt] in iudicio [in quem] secundum humanitatem [transixerunt] *Zach.* 12. Aspiciant ad me quem confixerunt. *Apo.* 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa (eo quod esset Discipulus IESVS: occultus autem propter metum Iudæorum) ut tolleretur corpus IESVS. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus IESVS. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad IESVM nocte prius, ferens primam, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt autem corpus IESVS, & ligauerunt eum

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est IESVS, hortus, & in horto monumentum aouum, in quo nondum quisquam posuisset. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt IESVM.

Hic vltimo tangitur de Domini sepultura. Et dicuntur hic tria, scilicet: de cruce corporis Christi depositio, Corporis cum aromatibus conditio & preparatio [Venit autem Nicodemus] & tertio in sepulchro corporis collocatio [Venit autem in loco, &c.] in primo dicuntur quatuor, scilicet, corporis petitio, petitionis ratio, petiti expressio, & petiti concessio. Dicit ergo [Post hæc] consummatis his quæ ad passionem & mortem pertinebant [rogauit Pilatum] audacter accedens: eo quod dicitur *Mar.* 15. nobilis decurio erat [Ioseph ab Arimathæa] quæ est Ramatha, vnde fuit Elcana & Anna parentes Samuelis [eo quod esset] Ratio est petitionis: quia fuit [Discipulus Iesus] & ideo curam de corpore eius habere voluit ut cum honore sepeliretur, & non ut damnati corpus projiceretur [occultus autem propter metum Iudæorum] *Ioan.* 9. Iam enim conspirauerant Iudæi: ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Si autem quis obijciat, dicens quod *Matth.* 20. dicitur: Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et sic videtur peccasse Ioseph quod non publice confitebatur. Dicendum, Quod Discipulus fuit, hoc fuit laudabile: quod non confitebatur publice, hoc fuit infirmitatis, & non peccati: quia status tunc fuit infirmitatis: eo quod nondum adhuc tunc fuerat datus ad robur Spiritus. Quamuis enim non publice confiteretur: tamen non negauit, & hoc pro statu illo sufficiebat.

Ut tolleretur corpus IESVS de cruce. Et hoc est petiti expressio, & pietatis erga Dominum ostensio. *Pro.* 17. Omni tempore diligit qui amicus est. *Ruth.* 2. Benedictus sit ad Dominum: quia eandem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis [Et permisit Pilatus] Alia enim insepulta abiecta sunt.

Venit ergo & tulit [de cruce] corpus IESVS & sicut dicit *Mat.* mercatus sindonem, inuoluit, & sic de cruce ad sepulchrum portauit [Venit autem & Nicodemus qui venerat ad IESVM nocte prius] quia non solum nocte, sed nocte primam: quia *Ioan.* 7. publice locutus fuerat pro Domino, quando dixit: Nunquid lex nostra condemnat aliquem nisi prius audiat ab ipso [ferens] secum [mixturam myrrhæ & aloes] hoc est, vnguentum mixtum ex myrrhæ & aloes [quasi libras centum] ad condiendum corpus Domini.

Si autem queratur, Ad quid tanta ambitio pretiosi vnguenti super corpus Domini facta est? Dicendum, quod hæc obiectio impia est: quia corpus consideratur tripliciter, scilicet, ut sanctitati animæ est comparatum, & sic debetur ei honor: & prout est ordinatum ad resurrectionem gloriæ, & sic debetur ei veneratio: & prout est diuinum, & sic debetur ei cultus diuinus. Et ideo dixit de muliere vngente se Dominus *Ioan.* 12. Opus bonum operata est in me. Et hoc mo-

do quæsitum est vnguentum pretiosum à sanctis mulieribus.

Et si dicitur, quod nos non debemus curare de sepultura, vt dicit *Augustinus*, Dicendum, quod hoc dictum falsum est: quin potius sancti patres curauerunt de sepultura, vt Abraham, Isaac, & Iacob, & Ioseph: ita & nos curare demus. Sed non sic quod aliquid de contingentibus vitam Christianam omittere debeamus propter hoc quia Iudas Machabæus ædificauit sepulchrum parentum & fratrum suorum, & Ioseph præcepit ossa sua ferri de *Egypto*. Et multis in libro regum impropertur quod non in sepulchris regum sunt sepulti. Quia corpori ordinato per gratiam ad gloriam veneratio debetur. Corpori autem diuino præter hoc cultus debetur diuinus. Et ideo ista voluit Dominus sibi fieri.

Et quod dicitur de libris centum, quod superfluum sit ad vnum corpus vngendum. Dicendum, quod sicut mulier non tam vngere intendit corpus, quam significare quod odor sanctitatis eius impleturus esset mundum: ita & Ioseph non tam intendit vngere corpus quod putrescere non potuit, quam significare quod gloria qua delibutum surrexit, à putredine delibutum fuerit omnia alia membra mystici corporis in omnibus sanctis: & ideo vnguentum superabundanter exhibuit. Hoc est ergo quod dicit [quasi libras centum] *Cam. 4.* Myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis.

Acceperunt ergo] ambo isti [corpus IESV] in quo diuinitas corporaliter habitauit [& ligauerunt illud linteis] de sindone [cum aromatis] vt fragrantiam diuinitatis eius omnibus significarent. Vnde etiam post Pascha in omnibus Ecclesijs cantatur: Ibi cinnamomum & balsamum odor suauissimus corpora eorum [sicut mos est Iudæis] venerabiles personas [sepelire] Hoc enim acceperunt à patribus *Genes. ultimo*, quod Ioseph cum mortuus esset, pater eius præcepit seruis medicis, vt aromatis condirent patrem. Et hanc reuerentiam pio Dominico corpori isti sancti impenderunt.

Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus] Describitur autem hic diligenter Dominica sepulture locus: & hoc ideo fit, ne alij corpori Resurrectio Domini attribuat. Dicit ergo [Erat autem vbi crucifixus est, hortus in quo nemo hominum sepeliri consuevit ne alius ibi sepultus dicatur] & in horro monumento nouum] in petra in monte excisum, vt dicit *Augustinus*. Vt sicut in vtero, in quo corpus assumpsit, nullus ante vel post conceptus fuit: ita nec in monumento in quo positus est, nullus ante eum vel post eum iacuerat. Et sicut prodijt ex vtero intacto signaculo pudoris: ita prodijt de sepulchro intacto signaculo custodum. Et hoc est quod dicit [in quo] monumento [nondam quisquam] mortuorum [positus fuerat] ne alter resurrexisset putaretur [Ibi ergo] in horro & monumento [propter Parasceuen Iudæorum] vt dicit *Augustinus*, Accelerata fuit sepultura, ne vesperasceret quando nihil tale licebat [quia iuxta erat monumentum] hoc est, prope. Et ideo cito poterat fieri monumentum iuxta locum crucifixionis] posuerunt Iesus v m] in sepulchro. *Matthæi. cap. 27.* Signantes lapidem cum custodibus, vt insuspiciabilis

esset resurrectio.

Attende autem, quod sapientia diuina nullum voluit adesse discipulorum, ne furatum esse à suis aliquis putaret, & alium loco eius collocatum. Et hoc ideo: quia dixerant *Matth. 27.* Sed actor ille dixit: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum: ne forte veniant Discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Sic ergo sepultus est Iesus, &c.

CAPVT XX.

VNa autem Sabbati, Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento.

Hic agit de Resurrectione, in qua ostenditur Verbum incarnatum esse glorificatum. Diuiditur autem hæc pars in quinque particulas, in quarum prima astruitur Resurrectio Christi, quantum ad manifestationem veritatis: in secunda, quantum ad collationem potestatis cum certitudine Resurrectionis *ibi* [Cum ergo sero factum esset] In tertia, iterum cum certificatione Resurrectionis, ostenditur manifestatio fidei & veritatis *ibi* [Thomas vnus ex duodecim] In quarta, iterum cum probatione Resurrectionis, ostenditur collatio officij prædicationis *ibi* [Postea manifestauit se iterum] In quinta, & vltima, cum ostensione Resurrectionis, manifestatur collatio curæ pastoralis *ibi* [Cum ergo prandisset, dixit Simoni Petro IESVS] Prima harum partium in duas diuiditur, scilicet, quod primo agit de eorum quibus manifestatur deuotione, & secundo de veritatis manifestatione *ibi* [Maria autem stabat] Adhuc prima harum diuiditur in duas partes, in quarum prima feminarum describitur diligens & feruens deuotio: in secunda eiusdem Mariæ Apostolis facta denuntiatio *ibi* [Cucurrit ergo, &c.] In prima harum dicuntur quatuor, scilicet, temporis ad deuote vngendum congruitas, personæ vngentis dignitas, temporis congruentis determinatio, sepulchri à remotione impedimenti oportunitas. Dicit ergo.

Vna autem Sabbati] hoc est, prima Sabbati. Hebræi enim & Græci nominibus numeralibus pro ordinalibus nominibus vtuntur: & ideo vnum apud eos in ordine dierum signat primum. Sabbatum autem apud Hebræos, & dies est principalis, & septimanam nominat. Vnde *Luc. 18.* Ieiuno bis in Sabbato, hoc est, in septimana. Sic ergo vna Sabbati est dies prima hebdomadæ, quæ apud nos Dominica vocatur. Hæc enim prima est post Sabbatum, à quo septimana apud eos inceptit. Nobis autem hoc festum in Dominicam conuersum est in gaudio Resurrectionis. *Isa. 66.* Erit sabbatum ex sabbato. Item *58.* Vocaberis Sabbatum delicatum. Eo quod Dominus oleo exultationis delibutus, resurgens, sanctitatis suæ Resurrectionis con-

consecrauit. Hoc ergo tanto gaudio congruum fuit tempus.

Maria Magdalene] quæ quamuis cum mulieribus venerit, sicut dicitur *Matth. 28. Marc. 17. Luc. 24.* Tamen hæc præ cæteris dignior: & fidei deuotione, & generis nobilitate, & amoris virtute, & obsequendi sollicitudine, & querendi Dominum indagatione, habebatur. Et ideo hæc alijs tacitis nominatur. *Ruth 3.* Scit ergo omnis Israhel mulierem te esse virtutis. Et hoc demonstratur per nomen Maria, quod amarum interpretatur: quia amaritudine lacrymis lauit, vt dicit *Grego.* maculas criminis. *Luc. 7.* Lacrymis cepit rigare pedes eius. Et sicut dicit *Grego.* Susceptoris sui terigit vestigia: ac praua sua delinquens itinera, huic post hoc affidebat, viuenti adhærebat, mortuum quærebat. Hæc ergo vna causa fletus fuit post Dominum: quia benigne poenitentem suscepit. *Psal. 29.* Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum latitia. Magdalena autem turrita interpretatur: quia fortis fuit, non horrens custodes. *Prover. vlti.* Mulierem fortem quis inueniet, &c. Hæc ergo de causa specialis dignitatis esse dignoscitur, cui primum Dominus resurgens manifestatur.

Venit mane] ferens vnguenta ex aromatis parata, sicut dicitur *Marc. 16.* Determinat autem mane [cum adhuc tenebræ essent ad monumentum] Videtur autem contrarium huius dici *Matth. 28.* vbi dicitur, quod Vespe autem Sabbati quæ lucet in prima Sabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Ergo videtur quod non venit mane. Ad hoc autem *Augustinus* responder dicens, quod si initium noctis intellexerimus per synecdochen totam noctem: tunc vespera ponitur pro nocte, præcedente lucem Dominicæ diei: & tunc non est contrarium. Sed *Ioann.* dicit horam aduentus, & *Matthæus*, dicit initium noctis in qua venerunt. Melius autem responderetur à quibusdam, quod vespe quidem venerunt: quia ad veniendum se parauerunt. Mane autem venerunt: quia tunc ad monumentum peruenerunt.

Sed adhuc obijcitur de hoc quod dicitur: Cum adhuc tenebræ essent: quia *Marc. 16.* dicitur, quod Valde mane veniunt ad monumentum, orto iam sole. Sed ad hoc dicit *Beatus Augustinus*, scilicet, quod bis venit Maria Magdalene, scilicet, primo in tenebris, & tunc discessit. Et orto iam sole redijt. Et primum tangit *Ioannes*, & secundum *Marcus*. Sic ergo valde mane venit ad monumentum, cum adhuc tenebræ essent, suæ inquisitionis ostendens diligentiam & amoris feruorem. *Prover. 8.* Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. *Isa. 26.* Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meo in præcordijs meis vigilabo ad te. *Psal. 62.* Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Congruit autem hora aduentus, vt dicit *Hiero.* vt quæ Dominum mortuum quærebant, in tenebris uenirent, quæ tenebras dubietatis earum significat. *Genes. 1.* Erant tenebræ super faciem abyssi, hoc est, cordis humani, per lumen fidei & certitudinem non suffulti. Quod enim ad monumentum venit, significat quod mortuum Dominum quærebat. Vnde & reprehensa fuit *Marc. 16.* ab Angelo dicente: Vt quid queritis uiuentem cum mortuis? Monumentum autem & mo-

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

nendo dicitur: quia monet transeuntes de mortuo. *Ecl. 38.* Memor esto iudicij mei: sic erit & tuum.

Et vidit lapidem] qui ad os sepulchre positus fuerat [sublatum] siue reuoluntum [à monumento] Hoc enim cito aspexit: quia hoc desiderauit. Vnde *Marc. 16.* dicitur, quod de hoc sollicita cum alijs dixit: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et parum post. Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem: erat quippe magnus valde, maior quam femina leuare posset: ideo lapidis reuolutionem libenter aspexit.

Sed queritur, Quis reuoluit lapidem? Vtrum Christus surgendo, lapidem abstulerit? Hoc enim videtur propter mysterium: quia *Iudic. 16.* dicitur, quod Samson media nocte surrexit, & portas cum feris apprehendit, & in verticem montis portauit. Portæ autem illæ ostium sepulchri significauerunt. Ergo & Christus lapidem ab ostio monumenti remouit. Sed in contrarium est, quod Christus in gloria corporis surrexit. Ergo sicut ianuus clausis intrauit ad Discipulos: ita & intacto signaculo sepulchri exiuit. Responso est ad hoc, quod dicit *Chrysostomus*, quia exiuit, & lapide, & signaculis manentibus, Iesus. Vnde sicut exiuit de virginis vtero intactis signaculis pudoris: ita etiam de sepulchro intactis signaculis sepulchri. Quia aliter putatum fuisset, extractum à Discipulis fuisse sepulchrum. Quia vero oportuit demonstrari quod surrexit: ideo coram custodibus Angelus post Domini Resurrectionem remouit lapidem, sicut *Marc. 28.* Et tunc primum venit Maria Magdalena.

Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium Discipulum quem amabat Iesus: & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

Hic incipit secunda pars primæ partis, in qua notatur facta à Maria Apostolis nuntiatio. Diuiditur autem pars ista in tres partes, in quarum prima fit denuntiatio: in secunda Discipulorum eius quod dixit per experimentum probatio: in tertia dubietatis & ignorantie ratio. Dicit autem in primo tria: velocitatem nuntiantis, & quibus nuntiavit, & quid. Dicit ergo [cucurrit ergo] festinando ne aliquid interim posset interuenire antequam consuleret Apostolos. Desiderium enim cursum imperabat. *Isa. 40.* Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: current, & non laborabunt: volabunt, & non deficient. *Iere. 2.* Cursor leuis explicans vias suas. Oblitus enim fuerat granitatis femine ex nimio desiderio festinandi ad consilium Apostolorum, quid in tanto facto videretur esse agendum [& venit ad Simonem Petrum] qui caput erat aliorum, de quo dixerat Dominus *Luc. 22.* Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ad omnium ergo confirmationem venit ad Petrum [& ad alium Discipulum] scilicet Ioannem [quem diligebat Iesus] & in signum dilectionis, ei pectus ad recumbendum præbuerat, & Matrem commiserat. Ab illis enim potissimum requirendum esse putabat. *Deut. 32.* Interroga Patrem tuum, &

Dd 2 annuntiabit

annuntiabit tibi : maiore & dicent tibi.

Et attende cautelam mulieris, qualiter non in cōmune in multitudine nuntiavit: ne rumor fieret, antequam quid agendum esset, ex consilio maiorum esset determinatum. Rumor enim & tumultus multum nocere poterat: quia si rumor exiisset, quod perditum fuisset corpus: statim Iudæorum fuisset applausus, nec postea creditum fuisset quod resurrexisset.

Et dicit eis] tristi vultu [Tulerunt Dominum de monumento] hoc est, abstulerunt. Qui autem abstulerint non determinavit: quia notum putat esse Discipulis, quod illi qui omnia mala contra Dominum attentauerunt, etiam hoc malum fecerunt, & corpus eius in aliquem inhonestum locum proiecerunt, invidentes honori sepulture eius. Et hoc est [& nescimus vbi posuerunt eum] Ac si dicat: Hæc est angustia causa, quod nescimus vbi eum inveniam: ut officium funeris ei impendam. Dicit autem: Nescimus: de se, & de alijs mulieribus secum venientibus.

Exijt ergo Petrus & ille alius Discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: & ille alius Discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina: non tamen introiit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiit & ille Discipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit: nondum enim sciebant scripturam, quia oportuit eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum Discipuli ad semetipsos.

Hic incipit Discipulorum per experimentum probatio. Et quatuor hic dicuntur quorum primum utriusque convenit Discipulorum, scilicet, cursus ad probandum. Secundum soli Ioanni, scilicet, maior velocitas ad perveniendum. Tertium, quod Petrus prior fuit ad intrandum. Quartum autem, quod neuter eorum paratus fuit ad credendum. Dicit ergo] Exijt ergo Petrus] Discipulorum habitationem ad mulieris nuntiationem [Et ille alius Discipulus] scilicet, Ioannes [& venerunt] hoc est, venire inceperunt [ad monumentum] probare intendentes dictum mulieris: utrum Dominus esset sublatus an non [Currebant autem duo simul] quoad cursus inceptionem. 1. Cor. 9. Sic currite ut comprehendatis. Dicit autem *Beatus Bernardus*, quod præ cæteris cucurrerunt qui præ cæteris amaverunt.

Sed si queritur, Quare alij non cucurrerant? Nam in ante habitis causa est assignata: quia eis non fuit nuntiatum, ne fieret tumultus inter eos. Et hoc cauebatur propter metum Iudæorum. *Psal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.

Et ille alius Discipulus præcucurrit] hoc est

Ioannes [citius Petro] Cuius causa forte fuit: quia iunior fuit & velocior. Tamen *Beatus Bernardus* dicit, quod qui plus dilexit, velocius cucurrit, & citius pervenit. De hoc autem notatum est à nobis in prologo istius operis, quod quamvis forte plus dilexerit Ioannes in gratia contemplationis, plus tamen dilexit Petrus in gratia actionis. Et quia hi præ cæteris gratiam dilectionis Christi acceperunt: ideo præ cæteris cucurrerunt [Et venit prior ad monumentum] Christi. Et huius causam allegoricam dicit *Glo.* quod Ioannes signat synagogam quæ præcucurrit: & tamen ad intima spiritus non intrauit. Petrus autem Ecclesiam signat de Gentibus, quæ posterior venit, & ad intima penetrauit: & synagogam in fine Christus introducet. *Rom.* 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet [Et cum se inclinasset] in speluncam, quo ad latus lapidis intrauit, ut aspicere posset [vidit linteamina] in quibus inuolutum fuerat corpus Iesu [posita] hoc est, de corpore posita & inuoluta. Ioseph enim mercator fuerat sintonem in quam inuoluerat corpus Domini Iesu [non tamen introiit] in monumentum: quia forte custodes extimuit.

Venit ergo Simon Petrus] post Ioannem [sequens eum] cursu tardior [& introiit in monumentum] causa experiendi, non veritus timorem custodum [& vidit] sicut & Ioannes [linteamina posita] hoc est, de corpore deposita & inuoluta [& sudarium] hoc est, pannum capitalem, in quo sudor faciei extergi consueverat [quod super] faciem [& caput eius positum fuerat] non cum linteaminibus positum fuerat, ac si ex industria ab alijs positum fuisset & separatim. Et hoc est quod dicit [sed separatim inuolutum] ad globum [in vnum locum] ab alijs distinctum. Et hæc omnia fuerunt argumenta Resurrectionis: quoniam qui abstulisset corpus, cum pannis abstulisset. Nunc autem quia surrexit in gloria, pannis non indigebat: quia iam regnavit Dominus, & decorè indutus est, indutus est Dominus fortitudinè, & præcinxit se virtutè. *Psal.* 103. Amicus lumine sicut vestimento [Tunc ergo] audaciam accipiens à Petro, hoc est, etiam [introiit & ille Discipulus] scilicet, Ioannes. Quamvis enim contemplatio, virtutem præcurrit velocitate considerationis: quia velociter currit sermo eius, qui est de veritate: non tamen ad veritatis limpida beatitudinem, & secreta Dei ingreditur, nisi per virtutis meritoriam exercitationem. Unde *Psal.* 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion, hoc est, in veritatis speculatione [qui venerat primus ad monumentum] *Psal.* 99. Introite portas eius in confessione [& vidit] non esse ibi corpus Iesu [& credidit] sicut Magdalenâ dixerat ablatum esse.

Nondum enim sciebant] Petrus & Ioannes [scripturam] quod ita oporteret Christum pati, & resurgere à mortuis. Et hoc est quod sequitur [quia ita oporteret] quia aliter opem non conferret concipientem [eum] Christum [à mortuis resurgere] *Luc.* 24. O stulti & tarde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophete! Nonne sic oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam? [Abierunt ergo] de monumento iterum Discipuli ad semetipsos] nihil sentientes de Resurrectione Domini] vel abla

ablacione. *Can.* 3. Per noctes quæsum quem diligit anima mea: quæsum illum, & non inveni.

Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fieret, inclinavit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu.

Hic agitur de Resurrectionis manifestatione. Et dividitur hæc pars in sex partes, in quarum prima huius mulieris mira tangitur deuotio, quæ meretur consolationem: in secunda tangitur Angelorum visio, per quaestionem faciens desolatæ instructionem: in tertia corporalis visio, presentialem sed incognitam Domini ostendens manifestationem: in quarta Domini allocutio, veritatis innuens expressionem: in quinta tactus prohibitio, vsque ad fidei perfectam ascensionem: in sexta admonitio inuincio, ad fratrum consolationem. Dicit ergo de primo, quod [Maria stabat] amaritudine plena *Ruth.* 1. Vocate me Mara, hoc est, amarum: quia amaritudine plena sum, & repleuit me Omnipotens. Stabat autem: quia vis amoris ad inquirendum, nec sedere nec iacere eam permisit. *Luc.* 7. Dimittantur ei peccata multa: quia dilexit multum. Dicit enim *Gregorius*, quod vis amoris multiplicabat in ea intentionem inquisitionis. Stabat autem [foris] nullis commodis domi intendens, sed in solitudine circumiens & quaerens. *Can.* 3. Surgam & circumbo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea [plorans] *Thren.* 1. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam: quia longe factus est à me consolator, coguertens animam meam. *Psal.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.

Dum ergo fieret] quaerendo Dominum [inclinavit se] corporaliter [& prospexit in monumentum] Dicit enim *Gregorius*, quod talis est vis amoris quod non sufficit sibi semel aspexisse. Et ideo quamvis primo sepulchrum vacuum videret: tamen ex incendio amoris iterum inspiciebat, & ideo in instantia consolationem accipere merebatur. *Luc.* 11. Etsi non dabit ei surgens, quia amicus eius sit: tamen propter improbitatem eius, surget & dabit ei quotquot habet necessarios. *Col.* 4. Orationi instate vigilantes in ea. *Augustinus*. Oculi qui Dominum quaerunt, & non inueniunt: iam lacrymis vacabant. Et plus dolet mulier, quod fuerat Dominus ablatum à monumento, quam quod occisus fuerat in ligno. Maria enim quicquid voluit, flendo obtinuit: veniam peccatorum. *Luc.* 7. Lacrymis cepit rigare pedes eius. Flendo obtinuit fratris resurrectionem de faucibus infernorum. *Ioan.* 11. Iesus ut vidit Mariam & Martham & Iudæos plorantes, lacrymatus est. Flendo obtinuit consolationem de Resurrectione ut hic. Lacrymas ergo effudit compunctionis, compassionis, & deuotionis. Et fuerunt ei lacrymarum fluxus panes die ac nocte dum dicebatur ei quotidie: Vbi est Deus tuus [Dum ergo] sic [fleret, inclinavit se] ad locum sepulchri, humiliando se. *Iob.* 22. Qui humiliatus fuerit in gloria [& prospexit in monumentum] ad locum unde sublatus putabat Dominum, ut vel ex loci visione reciperet consolationem. *Eccli.* 39. Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo.

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

lo ad Dominum qui fecit illum.

Et vidit duos Angelos] Videtur contrarium per hoc quod dicitur *Mat.* 16. quod introeuntes in monumentum, viderunt iuuentem sedentem in dextris, cooperum stola candida: & obstrupturum. Adhuc autem ibi dicitur, quod Maria intrauit: hic autem dicitur, quod tantum introspexit. Ad hoc respondendum est per *Augustinum*, in *tertio libro de Concordia Euangelistarum* sic. Prima Sabbati, hoc est, die Dominica, diluculo mulieres venerunt ad monumentum: sicut omnes concorditer narrant Euangelistæ. Ut viderunt lapidem sublatum, antequam diligentius inspicerent, cucurrerunt, & nuntiauerunt Petro & Ioanni: qui cucurrerunt ad monumentum, & postea reuersi sunt. Maria autem cum alijs mulieribus stabat ad monumentum foris plorans, hoc est, ante illum saxei sepulchri locum. Sed cum intrasset spatium iocundius, quod erat ante sepulchrum, ad modum cuiusdam cautæ, viderunt Angelum sedentem in dextris super lapidem, reuolutum à monumento, de quo narrant *Mat.* 28. & *Mar.* 16. Qui dixit: Nolite timere vos: sicut *ibidem* dicitur. Post hæc verba Maria dum fleret, inclinavit se & prospexit in monumentum: sicut hic dicitur. Et vidit duos Angelos, &c. Et intelligendum est, quod Angeli surrexerunt, & mulieres alloquebantur: sicut dicitur *Luc.* 24. quod viri steterunt iuxta illas & veste fulgenti. Et sic omnis soluitur contrarietas: quia quilibet Euangelistarum dicit aliquid de historia, & omnes dicunt totum: quia quod vnus omittit, alius scribit. Et hoc est quod dicitur.

Et vidit] oculis corporis [duos Angelos] *Luc.* 24. Mulieres quædam ex nostris ante lucem fuerunt ad monumentum, quæ se dicunt Angelorum visionem vidisse, qui dicunt eam viuere [in albis sedentes] *Mat.* 27. Erat enim aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius candida sicut nix. Et hoc, ut dicit *Gregorius*, blandimentum & decorem signat gaudij Resurrectionis. Unde *Mat.* 17. Vestimenta eius candida sicut nix. Et *Mat.* 9. Qualia fullo non potest facere super terram. Quia amictus lumine resurrexit sicut vestimento. Duos autem vidit, propter Angelorum duo opera: quæ sunt assistere, & ministrare. *Dan.* 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Sedere autem dicuntur: quia quiescit quisque qui est apud Deum.

Vnum ad caput & vnum ad pedes] Quod in mysterio magnam habet rationem. Dicitur enim 1. *Corinth.* 11. quod caput Christi Deus est. Angelus ergo ad caput, est reuelans diuinitatis arcana. Angelus autem ad pedes, est docens humanitatis eius, quæ impendit nobis, redemptionis obsequia. *Iste cap.* 6. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant caput suum, & duabus velabant pedes suos, & duabus volabant. Et in signum huius quidem, vnus Angelus sedit ad caput. Duabus alijs velat, æternitatis ante mundum, & diuinitatis eius sublimitatem. Quæ non nisi in vmbra alarum seraphim cognosci possunt, hoc est, charitatis Christi, qui hoc de se reuelauit. Duabus autem alijs velat alius pedum mysteria. Gratiæ enim plenitudinem, & humanæ naturæ cum diuina vniorem, iterum charitate duce cognoscimus, in quantum nobis ex charitate dignatur donare de gratia, & in quantum nos

Dd 3 vult

vult alligare suæ diuinitati. Et hoc est quod dicitur *Ioan. 1.* De plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia. Duabus autem alis volapus exemplo Angeli, modo ad caput ascendentes modo ad pedes descendentes: pennis duabus, scilicet, intellectu veritatis, & affectu virtutis. Hoc est ergo quod pennæ significant Angelorum [vbi positum fuerat corpus Iesv] in quo diuinitas corporaliter habitauit: quia etiam locus, sanctus factus est vbi positum fuit. *Exo. 3.* Locus in quo stas, terra sancta est. *Psal. 131.* Adorauimus in loco vbi steterunt pedes eius.

Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum.

Post Angelorum visionem describit desolatæ mulieris consolationem per questionem. Vnde dicit [Mulier quid ploras?] Quæstio est instructiua, & reprehensua. Instructiua: quia sicut dicitur *Luc. 24.* verba Christi reduxit ad memoriam, dicens: Recordamini quomodo prædixit. Et ideo etiam hoc dicendo: Quid ploras? idem est ac si dicatur. Recogita apud te metipsam, quid sit quod ploras: & in verbis eius quem ploras (quæ semper effectum habuerunt) inuenies consolationem. Reprehensua autem est, quæ si fidem firmam haberet, non esset tempus plorandi, sed gaudendi. *Ioan. 16.* Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tolleret à vobis [Dicit eis] tristitia causas exponens [Quia tulerunt Dominum meum] quem supra simpliciter Dominum vocauit, suum Dominum dicit, propter specialem quem ad ipsum habuit affectum. Dominum autem vocat consueto modo corpus Dominicum. Nec dicit: Tulerunt Christum, vt eum nomine designaret: quia, vt dicit *Gregorius*, hoc agere solet vis amoris, vt quem amans semper cogitat, nullum alium credat ignorare [& nescio vbi posuerunt eum] se connumerans Apostolicis: hic autem quos homines existimauit ignotos se non connumerat. Et ideo de se sola loquitur, dicens [nescio vbi posuerunt eum] custodes: vel ludæos arbitrans esse furatos, ad suæ malitiæ & erroris confirmationem. De talibus enim non præsumpsit nisi malum. *2. Timo. 3.* Mali homines proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes.

Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesv stantem, & non sciebat quia Iesv est. Dicit ei Iesvs, Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi vbi posuisti eum: & ego cum tollam. Dicit ei Iesvs: Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur magister.) Dicit ei Iesvs: Noli me tangere (nondum enim ascendi ad Patrem meum) vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene an-

nuncians Discipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

Hic tertio inducitur corporalis Domini visio, præsentialem sed incognitam Christi ostendens manifestationem. Tria autem dicuntur hic: visio incognita, allocutio piæ Domini, & effigies congrua mulieri quærenti. Dicit ergo [Hæc cum dixisset] ad Angelos quærentes [conuersa est] ab Angelis ad quos faciem direxerat [retrorsum] dorsum vertens ad Angelos.

Si autem queritur. Quare retrorsum ab Angelis conuersa est? Dicit *Chrysostomus* Christus silenter post ipsam apprensus, oblitusque Angelos: & illi motu & signo ostenderunt se aliquid magnum viderunt retrorsum. Et hoc est quod dicit *Thren. vi.* Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur. *Psal. 84.* Conuertere nos Deus salutaris noster, &c.

Et vidit Iesv [salutis auctorem] stantem [qui tunc stetit: quia curuati & inclinati per mortis infirmitatem non potuit. *Rom. 6.* Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors, &c. *Cam. 2.* En ipse stat post parietem vestrum, &c. [Et non sciebat quia Iesv est] *Gregorius*. Dubietas eum absconderat, & vis amoris ignotum quærere cogebat. *Bernardus*. O delectabile pietatis speculum! Qui quæritur & desideratur, occultat se, & manifestatur spectaculum: occultat se vt audentius requiratur, & requisitus cum gaudio inueniatur, & inuentus cum sollicitudine teneatur, & tentus non dimittatur, secundum illud *Can. 3.* Inueni quem diligit anima mea, tenebo, nec dimittam illum. *Genes. 32.* Non dimittam te nisi benedixeris mihi.

Dicit ei Iesvs] consolans simul & instruens, & reprehensens. Consolatur quidem in hoc quod eam tali allocutione de causa tristitiæ alloquitur. Hoc enim ex compassione procedere videtur, & ideo talis allocutio consolatio tristibus esse videtur. *Sap. 8.* Erit allocutio cogitationis & tædij mei. Instruit autem in hoc quod eam quærendo, ad se ipsam, & ea quæ vidit & audiuit reducit. Vnde *Luc. 24.* Recordatæ sunt verborum eius, & regressæ sunt à monumento. Reprehendit autem in hoc quod causam lætitiæ suæ dubitando ignorans, tristitia affligit. Ac si dicat illud *Ier. 31.* Quiescat vox tua à fletu, & oculi tui à lacrymis cessent: quia est merces operi tuo. Hoc ergo intendit quod dicit: Mulier quid ploras? Et adiungit aliam questionem, dicens [Quem quæris] Ac si dicat: Incongrue inter mortuos quæris eum qui Martiræ dicit: Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. *Ioan. 5.* Sicut Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. Et ideo vinculis mortis & inferni ligari non potuit. *Act. 2.* Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile, &c. Dicit ergo [Quem quæris?] & videbis quod cum mortuis non est quærendus.

Illam existimans quia hortulanus esset] eo quod mane primo vidit eum in orto. Sicut enim dicit *Philosophus in primo de som. & vigi.* Eis qui à ratione peruersi sunt per melancholiam vel aliam amentiam, modica iunctura linearum habet conuenientiam similitudinem. Sic ista tristi absorpta dubitatione, non cognouit Domini notam sibi faci-

ciem

ciæ, & ex modico vt hortulanum existimaret sumptit occasionem. Et est causa literalis. Spiritualliter autem: vere fuit hortulanus qui in hortis cordium aromata coluit & plantauit. *Can. 4.* Veni Auster, perfla horum meum, & fluent aromata illius. Vnde congrue de Magdalena dicitur illud *Can. 8.* Quæ habitas in hortis, amici auscultant te. Quia & Angeli & Christus auscultabant plangentem.

Dicit ei] sicut hortulano [Domine] Propter habitum reuerentiæ, & propter maturitatem quam in ipso vidit: aliquid altum in ipso existimauit, & ideo vocat Dominum. Et non addit, Domine mi: quia nullum sibi Dominum præter Dominum Iesv eligebat. *1. Cor. 8.* Nobis non est nisi vnus Dominus Iesvs Christus [si tu sustulisti eum] Hic iterum quæsitum proprio nomine non designat: quia vis amoris hoc fecit, quod illum quem quærebat, neminem ignorare putabat. Simile aliquid passa duobus Discipulis *Luc. 24.* qui inconueniens arbitrabantur si aliquid facta circa Iesv in Ierusalem ignoraret, dicentes: Tu solus peregrinas es in Ierusalem, & nõ cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Ac si dicant. Mirum & inconueniens esset, quod tui foliius notitia à tantis factis esset peregrina & aliena [dicit mihi vbi posuisti eum?] qui mihi singularis est thesaurus, etiam mortuus [& ego tollam eum] *Can. 8.* Si dederit homo omnem substantiam suam ad mercandam dilectionem, quasi nihilum despiciet ipsam. *Sep. 7.* Diuitias nihil duxi esse in comparatione illius, nec comparari illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena exigua est, & tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi eam. Et ideo cum omni desiderio tollam eum. Et ideo hoc desiderium videri affligi Dominus non finens.

Dicit ei Iesvs] aptam per vocationem nominis sui, declarans cognitionem [Maria] Nominis enim proprio nomine & vocare consuevit. *Ioan. 10.* Proprias oves vocat nominatim. *Exod. 23.* Te ipsum noui ex nomine: inuenisti enim gratiam coram me. [Conuersa illa] Sicut prius corpore: ita modo corde ad Christi interiorum vocationem est conuersa. *Psalm. 84.* Loquetur pacem in plebem suam, & super Sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Et ideo excitata nominis proprii vocatione [dicit illi] sicut bona ouis recognoscens pastorem [Rabboni] Et subiungit Euangelista nominis interpretationem, & dicit [quod dicitur magister] Maria enim illuminata vel illuminatrix dicitur: quam cum in ipso lux vera alloquitur, qui magister est, statim agnoscitur: quia per lucem intus notitia illius inspiratur. *Apoc. 1.* Conuersus sum vt viderem vocem loquentis mecum. Hoc enim nomine conuenit sibi vocare Christum. *Ioan. 11.* Magister adest, & vocat te.

Dicit ei Iesvs] Instruens ad reuerentiam sanctitatis [Noli me tangere] non præparata ad tangendum. Non enim tactum tuum exhorreo, qui te ante caput & pedes tangere permisisti. Sed quia sicut Moyses ad sanctum non accessit nisi deuotione præparatus: ita non tangas diuinum & gloriosum corpus, nisi prius deuotione & reuerentia sis præparata. Et rationem subiungit dicens.

Nondum enim ascendi] hoc est, in deuotione.

cordis tui eleuatus sum [ad Patrem meum] hoc est, ad æqualitatem Patris. Quia si in corde tuo ad illum eleuatus essem: sicut non quæris Patrem (qui vitam habet in semetipso) cum mortuis: ita me non quæres quasi mortis vinculis & seris in morte conclusum. Para ergo te cum hac reuerentia, & tunc tange. Et ideo post hæc accesserunt & tenuerunt pedes eius: sicut dicitur *Matt. 28.* Hæc lectura secundum omnem expositionem competit, & est *August. & Gregorij & Chrysostomi*. Hoc est ergo quod dicit. Accedens enim indigne ad figuram diuini corporis, id est, arcam, morte punitus est *Oza. 2. Reg. 6.* Accedens etiam non paratus deuotione, ad locum vbi corporaliter apparuit Dominus, prohibitus est *Moyles Exo. 3. & Isuc. 5.* Sic & Maria dubijs plena, lætæ iniqua: præparatione indiguit antequam ad tangendum tantam accederet sanctitatem. Infirmitas enim existimauerat quando hortulanum crederet. Accedat ergo ad cor altum, & Deus exaltet in corde eius: & sic tangat. Ecce quid fecit instantiæ periculerantia. Intuit enim quem diligebat, quem Discipuli abeuntes ad semetipsos non inuenierunt. Hoc tamen Sancti dispensatione diuinæ sapientiæ factum esse dicunt: quod Discipuli qui præ ceteris pollebant auctoritate, abirent apud semetipsos, & primi nuntij non essent vitæ æternæ & gloriolæ: vt sexus pleueretur feminæ: vt sicut mulier ad virum nuntium tulit mortis in paradiso, ita & nunc econtra mulier esset nuntia vitæ æternæ ad viros Apostolos. Et ideo sequitur.

Vade autem] iam lactifica [ad fratres meos] coheredes regni, acquisiti per triumphum mortis meæ. *Heb. 2.* Non confunditur eos vocare fratres, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Fratres sunt quos suo Spiritu adoptant in hereditatem. *Roman. 8.* Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater: si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Iam autem vocat fratres: quia iam eis beatitudinis demonstrat hereditatem [& dic eis] fratribus quorum primogenitus in forma gloriæ ego sum. *Rom. 8.* Vt ipse primogenitus sit in multis fratribus. *Apoc. 1.* Primogenitus mortuorum princeps regum terræ [Ascendo] continuis profectibus in fide vestra, & corde, & deuotione [ad Patrem meum] per naturalem generationem [& Patrem vestrum] per Spiritum adoptionis, in formam gratiæ & gloriæ vos formantem. Et quia sic diuersimode Pater est, ideo non dicit: Ascendo ad Patrem nostrum. Sed dicit: Ascendo ad Patrem vestrum, secundum Spiritum adoptionis. *1. Cor. 15.* Nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos [Deum meum] secundum humanitatem: ita quod me hominem diuinitati vnium, & ideo Deus meus est per gratiam vnionis [& Deum vestrum] per gratiam informariõnis, quæ non est gratia vnionis. Hic autem effectus est Resurrectionis, quod nos sic ascendere faciat. *Ioan. 3.* Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. Filius hominis qui est in celo. *Ioan. 6.* Si videritis Filium hominis ascendere vbi prius erat. Hoc enim aufert omnem dubitationem & tristitiam à cordibus omnium Sacerdotum suorum. Hæc ergo læta omnibus suis sunt nuntianda. Sic ergo obediens [venit] Maria

Magdalene] vt esset Apostolorum Apostola annuntians Discipulis] tristibus de morte & perditione Domini [Quia vidi Dominum] resurrexisset [& hæc] quæ dicta sunt [dixit mihi] vobis nuntiare : vt gaudium habeatis mecum. *Phil. 4.* Gaudete in Domino semper : iterum dico, gaudete. *Habac. 3.* Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesv meo. *Luc. 15.* Congratulamini mihi : quia inveni drachinam quam perdideram.

Cum ergo esset sero die illo, vna fab batorum.

Hic incipit secunda pars in qua continetur manifestatio veritatis Resurrectionis, & tangitur collatio spiritualis potestatis. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima agitur de argumentis diuinæ Resurrectionis : in secunda vero de collatione spiritualis potestatis *ibi* [Dicit ergo eis iterum] & apparitionis veritas Dicit ergo [Cum esset sero] Hoc dicit : quia illa hora conuertiens erat ad orationem vespertinam. *Psal. 140.* Vespertina oratio ascendat ad te Domine, & descendat super nos misericordia tua. *Dan. 8.* Tempore sacrificij vespertini venit vir Gabriel, & docuit Daniele de passione & liberatione. *Psal. 140.* Eleuatio manuum tuarum sacrificium vespertinum. Quia etiam in mundi vespere, & quando dies mundi in sero erat, passus fuit Christus. Hæc ergo est causa, quod talem elegit horam congregationis suorum quibus se manifestaret [die illa] Determinat diem. Et est sensus [die illa] hoc est, eadem die Resurrectionis, in qua Christus quinta vice iam apparuit. Primo enim mane surgens, apparuit Mariæ Magdalenz, sicut dicitur *Mar. 16.* Secundo mulieribus simul, quando tenuerunt pedes eius *Mar. 28.* Tertio apparuit Petro, sicut dicitur *Luc. 24.* Quia surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Quarto apparuit duobus euntibus in Emans castellum, in via iungens se illis, sicut legitur *Luc. 24.* illis autem redeuntibus in Ierusalem, cum iam esset sero & narrantibus qualiter cognouerunt Dominum in fractione panis : tunc venit iterum in medium eorum. Et quinta vice apparuit, sicut & hic legitur & *Luc. 24.* Hoc est ergo dicit [die illo] in quo Christus cumulauit apparitionem suæ lucis & Resurrectionis. *7. psal. 117.* Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Item, Deus Dominus & illuxit nobis. De qua die dicit *Fulgentius.* Quia & ipsum solem hac die clarius lucere existimo, quando sol versus lucem suæ Resurrectionis gloriose radijs corporalis immisecit.

Vna sabbatorum] Tangit istius diei inter dies ordinem. Diximus quod vna sabbatorum est prima sabbatorum : quia prima est, & ordine, & celestis solis virtute, & dignitate. Ordine quidem : quia si vltima dies sabbatum post mundi perfectionem : tamen prima est à qua mundi incipit reformatio. Et hæc est dies ista. Vt sicut mundi constitutio incipit à luce, quando dixit Deus : Fiat lux, & facta est lux : ita mundi reformatio incipit à luce surgentis solis Domini Iesv Christi. *Malac. 4.* Vobis timentibus nomen meum orientur sol iustitiæ : & sanitas in penis eius & 2. *Matth. 1.* Tempus affuit, quo sol

refulsit, qui primum erat in nobilo. Hæc est ergo causa quod iste est primus dies in ordine dicitur.

Iste etiam dies, celestis solis habet primam virtutem : quia qui etiam sequitur ordinem Gentilium : tunc hæc dies, solis dies vocatur : quia sol in principio eius dominationis habet virtutem, & omnes stellas ad suam trahit operationem. Quod vere soli nostro competit : quia radijs & splendore suæ Resurrectionis demonstrauit. *Psal. 142.* Audiam fac mihi mane misericordiam tuam : quia in te speraui. Hæc est dies de qua dicitur *Rom. 13.* Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Pudor enim est cum rege anicto lumine solis sicut vestimento, in habitu tenebrarum ambulare *Matth. 17.* Facies eius erat sicut sol in virtute lucens. Hæc de causa dies est luminis.

Tertia autem : quia etiam dignitate est prima dies. Sicut enim dicitur *Exod. 11.* quod mensis ille principium mensum est : primus dignitate, in mensibus anni, in quo sanguine agni, liberati sunt ab exterminatore, & ab Ægyptiaca seruitute fideles. Ita pro certo prima & principium dicitur est, omnem dignitatem dierum præcellens, in qua plene libertas gloriæ à diabolo, & peccato, & à morte, demonstrata est in capite Christo. Et hoc signatur *Esther 8.* Iudæis noua lux orti vifa est, gaudium, honor, & tripudium, apud omnes populos vrbes atque prouincias &c. Iudæi autem dicuntur qui spiritualiter Iudæi sunt, quorum laus non ex hominibus : sed ex Deo est, vt dicitur *Rom. 1.* Hæc est ergo causa, quod dicitur Vna sabbatorum.

Et fores essent clausæ, vbi erant Discipuli congregati propter metum Iudæorum : venit Iesvs, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo Discipuli viso Domino.

Tangit hic loci dispositionem, ex qua Resurrectionis Dominicæ acciperetur argumentum, & dicit duo, scilicet, ostiorum clausuram, & clausuræ causam. De clausura dicit [Et fores] hoc est ostia, quæ fores dicuntur : quia de domo ducunt foras, secundum Grammaticam, ideo sic vocata. Huius autem clausuræ, quamuis vna in litera causa dicatur : tamen quatuor causæ à patribus traditæ inueniuntur. Prima quidem, vt tempore deuotionis & orationis, tumultus spiritum non inquietaret orantium. *Matth. 6.* Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum, & clauso ostio ora Patrem tuum. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet. *Isa. 58.* Secunda causa, vt strepitu vanitatum in sensibus à contemplatione veritatis non auertatur animus. *Isa. 26.* Vade popule meus, intra in cubacula tua, & claudere ostia tua super te, abscondere modicum, donec pertranseat indignatio mea. Tertia causa est, ne exploratores libertatis Discipulorum Christi, ad secreta penetralium intrare valeant. Vnde. 2. *Reg. 4.* Interfectus est Isboseth : quia ostiaria non clauserat ostium *Gen. 7.* Clausit de foris ostium Dominus. Tales enim exploratores libertatis filiorum Dei, fures sunt, qui non sunt admittendi. *Ier. 2.* Domos conscende-

runt, per fenestras ingredietur quasi fur. Quarta causa tangitur in litera [propter metum Iudæorum] qui hostes erant Discipulorum Christi. 4. *Reg. 6.* Videre eam venerit hostis nuntius, qui missus est ad præcedendum caput meum, & claudite ostium, & non sinatis eam introire. Sic clausas domus & sinatas signo sanguinis agni, protexit Dominus, non sinens Angelum ingredi percussorem *Exo. 12.*

Vbi erant Discipuli congregati] Semper enim adest Deus congregationi Sanctorum. *Psal. 130.* Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in cœcilio iustorum & congregatione. Ibi enim sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius : quæ non sunt in vno sicut in alio. Vnde bene dicitur, Congregati : quia præpositio notat ordinem, quod in vnum referuntur : quia omne gregale est ad modum gregis, ordinatum ad pastorem vnum. Sic ergo & in vno erant corde, ordinati per mysteria ad vnum. Sic ergo congregat Christus *Matth. 12.* Qui non colligit mecum, dispergit. *Psal. 49.* Congregate Sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Si Dominus suos congregat consolando sub aliis suæ protectionis. *Matth. 23.* Volui congregare filios quemadmodum gallina pullos sub alas suas. Sic ergo erant congregati. Alij autem per vanam & peruersa desideria sunt dispersi. *Psal. 105.* Saluos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus. Illi enim veri sunt discipuli qui studio veritatis sunt in corde congregati, & non in omnium ventum vanitatis sunt dispersi, nec à tempestatibus aeris in quo demones tentant, impulsu. *1. 3. 2.* Erit vir quasi qui absconditur à vento, & celat se à tempestate. Quod autem dicit [propter metum Iudæorum] Non vere Iudæi sunt. *Apoc. 2.* Probasti eos qui se dicunt Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanz. *Eccli. 21.* Scrupa collecta synagoga peccantium [venit Iesvs] sermonem suum verificans *Matth. 18.* Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio illorum sum.

Venit ergo ad suos, ex desiderio suorum vocatus. *Agg. 2.* Venit desideratus cunctis gentibus. *Ioan. 14.* Iterum veniam & assumam vos ad meipsum : vt sicut ante passionem fui dox & pastor vester : ita etiam sum post Resurrectionem. Sic ergo venit ad desiderantes præsentiam Christi [Iesvs] author salutis : vt à dubietate & pusillanimitate suos releuaret. *Isa. 51.* Ego ipse consolabor vos. *Luc. 24.* Stetit Iesvs in medio Discipulorum suorum, & dixit eis : Pax vobis [& stetit] qui nunquam à restitidine se deslexit. Et de hoc sunt multa moraliter notata supra *Ioan. 1.* Medius vestrum stetit. *Can. 2.* En ipse stat post parietem nostrum. Modo autem post Resurrectionem stetit : quoniam nostram mortalitatem ne desueret stare fecit. *Rom. 14.* Sabat autem. Potens est enim Dominus statuere illum [in medio] vt omnibus in communi videretur, & omnibus solarium suæ præsentia exhiberetur. *Luc. 24.* Venit autem Iesvs ianuis clausis, sicut ex ipsa litera istius circumstantia intelligitur.

Et queritur, Qualiter hoc esse potuerit : Sicut enim in litera statim patet, palpabile corpus Dominus Discipulis exhibuit. Hoc autem est quod obstat & resistit obuianti & tangenti corpo-

ri, & hoc ianuis clausis. Obstat autem parieti tangenti, & sic clausis ianuis intrare non potest. Ad hoc quidam dicunt, quod hoc est argumentum corporis gloriosi : quia subtilitatem & spiritualitatem habet pro dote. Er huius corporis, vt dicunt, natura est quod non obstat tangenti, sed intrat per ipsum. Hoc autem videtur esse non posse : quia tale corpus non est palpabile : quia non est palpabile, quod tangenti non obstat palpando.

Adhuc autem, Duo corpora in eodem loco esse non possunt. Quia probatur, quod si sunt duo corpora sunt essentialiter vnum corpus, & quod distantia vnus & dimensiones sunt eadem essentialiter cum dimensionibus alterius.

Ad hoc autem, quidam non intelligentes seipsum, dicunt quod corpus dicitur dupliciter : à corporeitate, & à corpulentia. Et dicunt, quod corpus à corporeitate dictum, potest esse cum alio in eodem loco. Sed hæc distinctio omnino ignorantium est : quia à corpulentia non habet aliquod corpus quod ipsum est corpus : sed corpulentia accidit ei. Accidit enim in quantum est hoc grossum corpus. Et ideo à corpulentia non refertur corpus ad locum, sed ex corporeitate.

Adhuc autem, Geometrice demonstratur in Philosophia, quod si duo corpora mathematica sunt in eodem loco, quod sequitur necessario quod duo corpora essentialiter & secundum omnes dimensiones sint vnum corpus. Hoc autem est inconueniens. Ergo nec duo gloriosa corpora, nec aliqua alia duo corpora possunt esse in eodem loco.

Adhuc autem, Nullus Sanctorum dicit, quod corpus gloriosum intrare possit ianuis clausis. Nec aliquis auctor dicit, quod hoc sit de gloria gloriosorum corporum.

Ad hæc autem & similia sine præiudicio videtur esse dicendum, quod non est corporis gloriosi intrare ianuis clausis, sed corporis diuini potius quod ex diuinitate habet posse faciendi quod vult. Et tale corpus diuinum intendit ostendere Discipulis, ex quo Deus verus ostenderetur, & homo verus : & ideo ostijs clausis intrauit. Et hoc est quod dicitur *Augustinus.* Moli corporis vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstituerunt. Ille quippe non apertis ostijs intrare potuit, quo nascente virginitas inuolata permansit. *Grego.* Quid mirum si clausis ianuis intrauit post Resurrectionem, qui antea non aperto virginis utero per natiuitatem exiit?

Quod autem dicitur, quod palpabile præbuit. Dicendum, quod hoc habuit in quantum fuit corpus, & non in quantum est diuinum. Diuinum enim corpus quædam habet in quantum est corpus, & quædam habet in quantum est diuinum.

Quod autem dicitur de distinctione corporeitatis & corpulentie, bene concedo quod nullius sit rationis illa distinctio : nec in aliquo inuenitur auctore, sed quorundam sophistarum, qui talibus figmentis delectantur, & ex illis volunt sapientes videri & apparere.

Et dixit eis] Ecce colloquium consuete sibi salutationis [Pax vobis] Sicut enim imperauerat *Matth. 10.* In quocumque domum intraueritis, primum dicite : Pax huic domui. Ita & ipse hoc primum ad Discipulos congregatos intrans, pacificum

ficum suum ostendit ingressum, dicens [Pax vobis] Hoc est, quando Episcopus primo se conuertit ad cōgregationē in Missa dicit: Pax vobis. Inducit autem in ipso quadruplicem pacem: in ipso, in gratia, in conscientia, & in gloria. In ipso enim manens pacem habet conuersionis à malo: in gratia autem manens, reconciliationem à peccati culpa: in conscientia manens, pacem habet à mundani belli impulsu: in gloria manens per speciem pacem habet à miseria. De primo dicitur *Ioan.* 16. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. *Psal.* 4. In pace in idipsum, &c. *Eph.* 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. De secundo *Rom.* 1. Gratia vobis & pax à Domino Deo nostro. *Luc.* 2. Pax hominibus bonæ voluntatis. De tertia pace *1ob.* 5. Scies quod pacem habet tabernaculum tuum. *Psal.* 75. In pace factus est locus eius. De quarta pace dicitur *Phil.* 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.

Et cum hæc dixisset de eulogio salutis, securos à Iudæorum reddens pauore [ostendit eis manus & latus] visibiliter loca vulnerata ostendens: ut idem corpus resurrexisse ostenderet, & cognoscerent quod clavis & lancea viderant perforatum.

Si autem queritur, Quare pedes non ostendit: Dicendum quod pro certo etiam pedes ostendit. Vnde *Luc.* 24. dixit: Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Sed Ioannes ostensionem pedum transtulit causa breuitatis. Et quia idem argumentum est in manibus & pedibus crucifixis clauorum. Causa autem huius ostensionis *Luc.* 24. describitur: quia Discipuli conturbati & perterriti existimabant se spiritum videre. Et ideo ostendit magis ossata membra vulnerata, dicens: Palpate, & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Hæc est ergo causa secundum literam. Spiritualliter manus ostendit in quibus virtus operationis fuit, propter operationem virtutis: latus autem sub quo cor latuit, propter contemplationem veritatis. *Can.* 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum. Vel manus ostendit quibus opera viuus perfecit, & pedes quibus ambulando nobis saltetis ingessit, latus autem ex quo iam dormiens sacramenta expiationis & redemptionis profluere fecit. *Isa.* 49. Ecce in manibus meis descripsi te: anni tui in conspectu meo sunt semper. Et ideo in latere contra cor characterem suscepit, ut sciamus nos à conspectu cordis sui non debere recedere. *Can.* 2. Columba mea in seraminibus petra, hoc est, Christi in manibus & pedibus. Et in caerna maceræ, hoc est, in caerna vulneris lateris, in quo columba Ecclesia victum suum collocavit. *Isa.* 2. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo. Ibi enim tute sedet Ecclesia. Humus autem fossa, est corpus lateris Christi in terreno corpore vulneratum.

Gauii ergo sunt Discipuli [qui ante tristes erant de morte & amissione Domini] [viso Domino] Visus enim consolantis Domini, omnem abstulit tristitiæ causam. Hoc est quod dicit *Ioan.* 16. Iterum videte vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Quis enim sine magno gaudio videret tantum pietatis spectaculum: Ostendit manus, quibus operatus est salutem in medio terræ: & manus,

clauorum acumine perforatas, clauorum fortitudine in cruce conixas, clauorum distensione corpus distendentes: ut vere diceret illud *Cantic.* 5. Manus meæ distillauerunt myrrham, hoc est, amaritudinem: & digitus mei pleni myrrha probatissima, quia hæc amaritudo effecit redemptionem. Ostendit pedes, quibus prædicando discurrebat, quibus in itinere lassus fuit, quibus cruci affixus fuit: & hos ipsos quibus apparuit mulieres deosculatas fuerunt. *Psal.* 131. Adorauimus in loco ubi steterunt pedes eius. Ostendit latus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi *Colos.* 2. quod vulneratum nostra fuit charitate, antequam vulneraretur lancea mucrone. *Lanic.* 5. Vulnerata charitate ego sum. In quibus omnibus, ut dicit *August.* ad dubitantium corda sananda vulnerum sunt seruatæ vestigia. Et ideo in talibus signis pietatis gauisi sunt Discipuli viso Domino: quia iste visus non potuit esse sine magna & maxima lætitia. *Isa.* 60. Tunc videbis & affluēs, & mirabitur & dilabitur cor tuum. *Exod.* 4. Videns te latabitur corde.

Dicit ergo eis iterum, Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt.

Hic tangit de collatione potestatis. Dicit autem quinquæ hic. Primo enim ante magnificentiæ doni, præmittit pacis salutationem. Deinde mittendo eos, confert eis auctoritatem. Tertio, modum exprimit qualiter confert Spiritus sancti potestatem. Quarto, ipsam tangit Spiritus sancti collationem. Quinto, & ultimo, ostendit in collatione Spiritus sancti propriam operationem. Dicit ergo [Dicit eis iterum Ies.] ut iteratio noceat confirmationem. *Psal.* 67. Confirmata hoc Deus quod operatus es in nobis. *1. Cor.* 1. Confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Ies. Christi [Pax vobis] Concordia fruendi Deo (ut dicit *August.*) pax vocatur. Quæ concordia est duplex, scilicet, fruendi in gratia, & fruendi in gloria. Frui enim dupliciter dicitur. Vno modo frui, est cum gaudio vti: & sic fruimur in gratia, ut dicitur *Gala.* 5. Fructus autem Spiritus, sunt gaudium, charitas, pax, &c. Pax autem illa est, pacato corde, dulcedinem Spiritus in donis gratiæ degustare. *1. Pet.* 2. Si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. *Psal.* 33. Gustate & videte quoniam suavis bona est negotiatio illius. Pax autem qua fruimur in gloria, est concordia omnium eorum quæ in nobis sunt, ad inherendum per amorem in gloria: sicut beati faciunt. *Psal.* 75. In pace factus est locus eius. Item *121.* Ierusalem quæ edificatur ut ciuitas, &c. Visio enim æternæ pacis est Ierusalem, quæ participat concorditer in idipsum quod est solus Deus. *Num.* 6. Conuertat cor suum ad te, &c. Hanc pacem duplicem nemo scit nisi qui accipit. *Isa.* 57. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Non est pax impijs: dicit Dominus Deus.

Sicut

Sicut misit me Pater] auctoritatem suam in me hominem per missionem deriuando. *Ioan.* 10. Quem Pater sanctificauit & misit in mundum [& ego mitto vos] auctoritatem meam vobis dando: ut qui vos audit, me audiat: & qui vos sepeperit, me spernat *Luc.* 10. Ideo dicit Apostolus *2. Corin.* 5. Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. *Mat.* 10. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Sic ad missionem exhibuit se *Isa.* 6. Ecce ego, mitte me Domine. *Gen.* 37. Veni & mitte te ad eos. Hæc enim missio confert auctoritatem: sicut dicitur *Rom.* 10. Quomodo prædicantur nisi mittantur. Aliiter enim diceretur de eis illud *Iere.* 23. Ego vero non mittebam eos, & ipsi curabant: & prophetaabant, & ego non loquebar ad eos.

Hæc cum dixisset] de consolatione missionis, & auctoritate collata suæ missionis [insufflauit] hoc est, Spiritum à se procedere significauit per statum quem in Discipulos direxit. *Isa.* 4. Spiritus à facie mea egredietur, & flaram ego facio. Sicut enim *Gen.* 2. in Adam inspirauit spiraculum vitæ, & ex hoc factus est in animam viuentem: ita nunc inspirat in corda Apostolorum: ut sint in spiritum viuificantem per collationem sacramentorum. Hoc ergo significauit insufflando exterius: quod conferendo Spiritum faciebat in cordibus intrus. Et hoc est quod sequitur.

Et dixit eis] instruendo quid flaram exteriori significaret [Accipite Spiritum sanctum] ad vestre potestatis quam dedi confirmationem: quia in vestra potestatis ministerio conferetur Spiritus sanctus. *Eze.* 36. Dabo vobis Spiritum nouum & cor nouum ponam in visceribus vestris. Hæc collatio Spiritus sancti tantum in cordibus Apostolorum & in ministerio præualuit: ut cuiusque imponerent manum in sacramentorum collatione, acciperet Spiritum sanctum, sicut dicitur *Act.* 8. Videns autem Simon, quod per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, &c. Iam ergo bis datus est Apostolis Spiritus in terra, ante Passionem, & post Resurrectionem. Ante passionem *Mat.* 10. & *Luc.* 9. Et hæc collatio est contra contrariam potestatem. Dedit enim eis potestatem super omnia dæmonia, & ut langores curarent. Hic autem dat ad hoc ut à peccatis soluant. Quæ duo retinuit Ecclesia in ministris suis. Primum quidem in inferioribus ut exorcistis, qui per exorcismum impediunt vim dæmonis, ne in catechumenis impedire possit ne gratiam consequantur sacramentalem. Aliam autem potestatem retinet in ministerio sacrorum ordinum in collatione sacramentorum, per quæ dimittuntur peccata. Et quia illæ duæ potestates sunt membris necessaria quæ super terram sunt: ideo has duas sancti Spiritus collationes Dominus fecit in terra. Quia autem prima potestas est super catechumenos qui nondum à morte suscitati: ideo primam collationem fecit ante Resurrectionem adhuc mortalis existens. Quia autem sacramentorum se sacramentorum, nulli conferuntur nisi qui suscitati, vel qui iam surgit: ideo illam collationem fecit post Resurrectionem. Et hoc est quod sequitur.

Quorum remiseritis peccata] Est enim in clauibus remissio peccatorum. Duæ enim sunt clauēs, scilicet, auctoritas discernendi peccatum à peccato, & pondus peccati à ponderibus peccati,

in circumstantijs peccatorum. Et secunda clavis est auctoritas ligandi & soluendi, quem discretio clauis anterioris ligandum & solvendum esse iudicauerit. Aliiter enim, si clavis erret, ligatum inuoluit, & non absoluit. Vnde *Ioan.* 11. Soluite eum, & finite abire. *Mat.* 21. Soluite, & adducite mihi. Sic dicit *Psal.* 145. quod Dominus soluit compeditos. Et hoc quod hæc dicitur, quorum remiseritis peccata, hoc est, penas peccatorum. Quia sicut dicitur *Mat.* 2. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus: Deus ergo primo soluit vincula peccatorum, & per hoc suscitatur hominem de congerie peccatorum: sicut Lazarum primo suscitauit, quod Discipulis suis non præcepit. *Psal.* 87. Nunquid medici suscitabant, & constabatur tibi: Ac si dicat: Non suscitatur. Medici autem sunt Discipuli, & Sacerdotes, successores Discipulorum. Sic ergo suscitatur à Domino, ad Discipulos mittuntur, ab institis penas absoluenti. Et si Discipulus, ut dicit *August.* mortuum solvere presumpserit, scetorem excutabit & non medicinam. Sic ergo: quorum remiseritis peccata [remittuntur eis] à Deo, hoc est, à pena debita peccato. *Mat.* 16. Quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælis [& quorum retinueritis] clauis iudicij discretionis non errante [retenta sunt] quia non absoluit Deus quos ligat Ecclesia in suis ministris. *Mat.* 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis.

Hic autem de potestate istarum clauium multe sunt quæstiones. Dicitur enim *Isa.* 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. *Psal.* 50. Tibi soli peccavi. Ergo solus Deus peccata dimittit: & sic ista potestas non potuit communicari ministris. Adhuc autem, *Mat.* 9. dicitur: ut sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, &c. Ergo Christus homo dimittit peccata. Adhuc, Et si hæc ministris conferatur potestas, queritur, quomodo differenter dimittitur peccatum? Adhuc, Obijciunt quidam quod si in potestate Sacerdotum est dimittere peccata: tunc etiam in potestate sacerdotum est claudere nobis regnum cælorum quando volumus.

Sed ad hoc dicendum est, sicut iam tactum est in præhabitis, quod solus Deus deleat & dimittit peccatorum culpam, & de non esse gratiæ reducitur ad esse gratiæ. Hoc enim est infinitæ virtutis, quam non habet nisi solus Deus. Deus autem homo in remittendo reatum penæ, potestatem habet excellentiæ. Vocant autem potestatem excellentiæ, etiam dimittere reatum penæ purgatorij absque eo quod liget penam satisfactionis: sicut fecit Magdalene, *Luc.* 7. Dimittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Et non ligatur eam ad penam satisfactionis aliquam. Sacerdos autem & Discipulus Christi, cuius Sacerdos est vicarius, non absoluit nisi prius liget ad satisfactionis penam. Et hunc ordinem significat Christus *Mat.* 12. præmittens in officio Sacerdotis, ligationem ante solutionem, dicens primo: Quodcumque ligaueris super terram, &c. Subijungens: Quæcumque solueris super terram, &c. Ac si dicat. Absolutum peccati macula, mitto ad te ligatum pena purgatoria, sicut vitibus improprietate: dans tibi virtutem clauium, ut ligatum pena satisfactoria, ad arbitrium discretio

discretionis clauium moderata, abfoluas à pœna improporionata purgatoria. Sic ergo differenter Deus, & homo minifter ligant & abfoluunt. Et hæc est fententia. *Richard. de fando Victore*. Ad id autem quod iuxta quaritur, pater refponfo: quia ex quo vfu clauis directionis ligat & foluit Sacerdos: tunc non est in potestate eius nobis claudere & aperire regnum cœlorum, fed potius in potestate clauium.

Vterius autem quaritur, Quia hic omnibus dicit: Accipite Spiritum fandum. Et fic videtur quod omnes acceperunt potestatem clauium. *Matthæi* autem 16. dicit tantum Petro. Tibi dabo claus regni cœlorum. Adhuc autem, Hi quibus dicitur: Accipite Spiritum fandum: fuerunt (vt dicit *Dionysius*) Hierarchæ, quorum locum tenent Epifcopi. Videtur ergo, quod Sacerdotes fimplices hanc ligandi & foluendi non habent potestatem. Ad hæc autem non est difficile refpondere: quia in plenitudine potestatis, folus accepit Petrus: in parte autem follicitudinis, omnes acceperunt alij. Et primum fignatur. Ad aliud autem dicendum, quod caput Petrus & membra nobiliora, nihil accipiunt pro fe tantum: fed accipiunt vt alij membris infuant, tam in corpore naturali quam in corpore myftico. Et fic ad inferiores Sacerdotes hæc gratia deriuatur. Tamen vt dicit *Hugo de fando Villo*. Alia est ligatio qua ligant minifteri Ecclefie veraciter poenitentes, debito iniunctæ fatisfactionis. Et alia qua ligantur intolerabiliter delinquentes, vinculo anathematis. Prima est ordinis facerdotalis, & fluit à capite in eos qui fufceperunt ordinem. Alia est iurisdictionis, & remanet in fuperioribus qui fuper alios habent iurisdictionem.

Adhuc vterius obijcitur pro errore hæreticorum, qui Manichæi dicuntur. Dicitur enim hic primo. Accipite Spiritum fandum. Et poftea fubinfertur. Quorum remiferitis peccata. Ex quo ordine videtur, quod peccata non dimittit qui Spiritum fandum non habet. Et cum nemo fciat fe habere Spiritum fandum, videtur quod factum Ecclefie totum fub dubio fit. Ad hoc refpondet Magifter Vuilhelmus, quod collatio præcedens Spiritus fandi, non fignificat fanctitatem minifteri, in qua fanctitate peccata remittuntur, fed potius fanctitatem Ecclefie cuius ipfe Sacerdos minifter est: quia non nifi in fanctitate Ecclefie peccata remittuntur. Et hæc folutio est vera. Et ideo quando dicitur: Accipite Spiritum fandum: hoc non dicitur illis hominibus prout fingulares homines funt: fed dicitur eis prout funt minifteri Ecclefie, qui pro Ecclefia & non pro fe recipiunt quod recipiunt. Vnde *Auguft.* Quid faciet tibi minifter malus, vbi bonus est Dominus? Et fic factum Ecclefie certum est: quia certum est de Ecclefie fanctitate.

Alij tamen dicunt, quod est remiffio ex minifterio, & est remiffio ex vite merito. Prima quidem non exigit, quod minifter habeat Spiritum fandum per inhabitantem gratiam. Secunda autem exigit. Hæc folutio penitus nihil facit ad propositum, & nihil continet nifi verba: quia nulla est remiffio ex vite merito: quia fic etiam verula poffet remittere peccata magis quam Papa.

Alij iterum dicunt, quod quedam funt dona, quæ funt à Spiritu fando, & femper fine ipfo, vt timor feruilis: quedam ab ipfo, & cum ipfo aliquando, & aliquando fine ipfo, vt characteres sacramentales. Dicunt ergo, quod potestas ligandi & foluendi, quæ in caractere ordinis exiftit, est vna de donis illis. Et hæc folutio continet vera. Sed nihil est ad propositum, quia non foluit dubitationem. Prima autem est vera, & Sanctorum folutio.

Vterius autem hic quaritur, Quia videtur Chriftus non tenere fuum dictum. Dixit enim *Ioan.* 16. Nifi enim abiero Paracletus non veniet ad vos. Et intendit de Afcenfione. Hic autem ante Afcenfionem fua in cælum fe fignat dare Spiritum fandum. Ad hoc dicendum, quod ficur iam diximus, bis in terra dedit Spiritum fandum: ad inuendum dilectionem proximi, in impedimento virtutis dæmonis, & in abfolutione à peccatis. Et ideo in his duabus collationibus non est perfectio. Semel autem dedit de cælo: & ad robur perfectæ charitatis Dei, quæ foras mittit timorem: & ad genera linguarum in fipientia eruditionis omnium. Et in hoc erat perfectio Apoftolorum ad apoftolatam. Et de hac collatione loquitur *Ioan.* 16. Vnde duæ collationes funt ad perfectionem potestatis. Tertia autem est ad perfectionem apoftolicæ dignitatis. Et fic patet folutio eorum quæ hic dicuntur.

Thomas autem vnus ex Difcipulis duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit IESVS. Dixērunt ergo ei alij Difcipuli: Vidimus Dominum.

Hic incipit iftius partis tertia particula, in qua ponitur manifefatio fidei, cum certitudine veritatis Refurrectionis. Dicuntur autem hic tria, fcilicet, Apoftoli abfentis incredulitas, fidei Refurrectionis indubitata veritas *ibi* [Et poft dies octo] & probatz iam fidei vtilitas *ibi* [Dicit ei IESVS: Quia vidifti me, &c.] In primo autem horum tria dicuntur, fcilicet, Apoftoli abfentatio, Difcipulorum aliorum de vifo Domino relatio, & non credentis de incredulitate obftinatio. Dicit ergo [Thomas vnus de duodecim] quos elegit Dominus *Matth.* 10. & *Luc.* 6. [non erat cum eis] hoc est, cum Apoftolis in fero congregatis [quando] apparens eis vt dictum est [venit IESVS]

Huic autem contrarium videtur effe quod dicitur *Luc.* 24. quod reuerfi in Ierufalem duo Difcipuli, quibus apparuit in via, inueperunt congregatos vndecim. Et dicitur ibidem, quod dum referrent ea quæ viderant in via, venit IESVS & ftetit in medio. Cum ergo Thomas fuerit vnus ex vndecim, videtur quod fuerit cum eis quando venit IESVS. Ad hoc autem dicit *Auguft.* quod pro certo Thomas fuit cum alijs Difcipulis quando duo Difcipuli venerunt de via: fed antequam venirent, & appareret illis IESVS, Thomas de medio congregationis exiuit, vt quippiam operis faceret: & tunc eo abfente, apparuit Dominus quando Thomas non erat cum eis: ficur hic dicitur. Et hoc factum est difpenfatorie, vt Refurrectio Chrifti fortioribus ex fua dubitatione formatetur.

maferetur argumentis. Et hoc est quod dicit. *Bernardus* autem dicit, quod ideo non vidit alijs apparentem Dominum: quia fuit extra congregationem Sanctorum. Et hæc funt eius verba. *Falleris* Thomæ fande fi putas te inuenire IESVM extra congregationem Sanctorum; qui femper est cum millibus Angelorum. Iudas in epiftola fua. Venit Dominus cum millibus Sanctis.

Dixerunt ergo ei alij [decem] Difcipuli [et alij qui cum ipsis erant. Secundum est, fcilicet, apparitionis Dominicæ relatio [Vidimus Dominum] Hoc autem læto animo dixerunt. *Gen.* 32. Vidi Dominum facie ad faciem, & falua facta est anima mea.

Ille autem dixit eis: Nifi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius: non credam.

Tertium est in incredulitate Apoftoli obftinatio. Dicit autem hic etiam, per quæ vult certificari fi credere debeat, fcilicet, fimplicem vifum, & duplicem tactum. De vifu dicitur [Nifi videro in manibus eius fixuram clauorum] hoc est, vulnerum loca, quæ tam breui fpatio tridui conuuliffe fecundum naturam non potuiffent, nec potuiffent fuiffe obducta [et mittam digitum meum] in quo viget tactus fubtilitas [in locum clauorum] vt fi vifus decipiatur, tactus digitorum nuntiet veritatem [et mittam manum meam in latus eius] hoc est, in vultus lateris eius: vt fi tactus vnus digiti decipiatur, omnes digiti fimul infallibile nuntient tactus experimentum [non credam] Tanta enim viderat mortis fupplicia, quod vite per verba aliorum non poterat credere experimenta, nec recipere Refurrectionis argumenta quæ à Difcipulis referebantur.

Vterius autem obijci contra hoc, quod vt videtur, Thomas fuit infidelis & mortaliter peccauit. Ad huc autem, Quare Dominus hoc permisit vt Thomas abfens fic dubitaret?

Ad hoc dicendum, quod reuera vt dicit *Chryf.* Thomas alijs tardior fuit ad credendum ea quæ erant de potentia diuinitatis Chriftificæ patet ex fuperius inductis. Et ideo oportuit eum fortioribus argumentis ad fidem reduci.

Quod autem quaritur, Vtrum tunc mortaliter peccauit? Dicendum videtur fine præiudicio, quod non: quia multa figna infirmitatis videtur. Et quamuis refurrexiffet non crediderat: tamen nec contrarium afferbat, nec vni nec alteri firmiter adharens. Et tales funt tardi ad credendum: & quando credunt, firmiter credunt. Sicur enim dicit *Chryf.* Laudabile est rem non probatam non cito credere. Quia, ficur dicit *Salomon Eccli.* 19. Qui cito credit, leuis est corde. Vnde Dominus talibus dicit *Luc.* 24. O ftulti & tardi corde ad credendum! Et *Matth.* 16. Exprobrauit incredulitatem & duritiam cordis eorum. Quia his qui viderant eum refurrexiffet, non crediderunt. Tales autem ad fidem funt iuuandi, & non pro incredulitate damnandi.

Ad hoc autem quod quaritur, Quare Dominus permisit vt Thomas dubitaret? Dicendum vt virtus Refurrectionis Thomæ probata, alijs indubitata efficeretur. Vnde *Greg.* Minus mihi contulit Maria Magdalene quæ cito credidit, quam Thomas. *D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.*

mas qui diu dubitauit. Ille enim dubitans eicitrices vulnerum tetigit, & de noftro corde vulnera infidelitatis amputauit. Sicur ergo Pharo in dicitus, & Petrus in negationem lapfus est: ita difpenfata vtilitate etiam Thomas ad credendum tardus fuit.

Et poft dies octo, iterum erant Difcipuli eius intrus: & Thomas cum eis. Venit IESVS ianuis claufis, & ftetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Hic inducitur contra tarditatem Thomæ probata Refurrectionis veritas. Habet autem duas partes, in quarum prima veritatis præmitteuntur argumenta: in fecunda autem fubinfertur veritas confefsa *ibi* [Refpondit Thomas] in primo funt duo argumenta, fcilicet, generalia ad omnes, & fpecialia ad Thomam *ibi* [Deinde dicit Thomas] Adhuc autem in primo duo funt, fcilicet, ex loco, & tempore, & Difcipulorum congregatione, ad aftruendam Refurrectionem, oportunitas: & modus quo vfus est ad probandam Refurrectionis veritatem. Dicit ergo.

Et poft dies octo [quod tempus Refurrectioni competit: quia Octaua pertinet ad Refurrectionem. Septenarius autem ad virtutis operationem. Vnde *Eccli.* 11. Da partem feptem, nec non & octo. Septem partes dantur operationi meritorie operationis virtutis. Octo autem dantur beatitudini Refurrectionis [iterum erant Difcipuli eius] Chrifti, qui dixerat eis *Luc.* vlti. Sedete in ciuitate, & orate quoadufque induamini virtute ex alto. Et ideo fimul manserunt promiffum Patris Spiritum expectantes in domo oftij claufis. *Eccli.* 51. Appropinquate ad me in docti, & congregate vos in domum difciplinæ [intrus] enim adhuc fuerunt inclufi, vt non impediens ftrepitus, memorarentur verborum & sacramentorum. *Eccli.* 2. Vt transferrem animam meam ad fipientiam, cogitavi à vino abftahere carnem meam, hoc est, ab ebrietate & vanitate mundi. Hæc ergo de caufa tenebant fe intrus. Hæc est caufa quod *Prou.* 9. fipientia vocat ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Oportet enim eos qui fipientie ftudent intra mœnia virtutum confiftere, & ad arcem fpiritualis intelligentiæ confcendere, & non in plateis euagari cū muliere vaga garrula, quæ in domo non potest pedibus confiftere *Prou.* 7. quæ illecebrosam carnalium defideriorum fignificat vanitatem. Sic ergo erant intrus [et Thomas cum eis] congregationi eorum coniunctus corde cogregato, & non per fpectacula platearum difperfo. *Gen.* 24. Ingrederet benedictæ Domini, cur foris ftas? *Matth.* 5. Vade in domum tuam, item *Ioan.* 5. Fiet vnus ouile, & vnus pafcor. *Iofue* 2. Omnem cognationem tuam cogregaueris in domum tuam.

Venit IESVS [Tangitur hic probata Refurrectionis modus, aduentu, ftatu, locutione. Aduentu: quia venit in domum IESVS [ianuis claufis] quod meo iudicio non competit nifi corpori diuino. Alij tamen dicunt quod non competit nifi corpori glorificato, ficur dictum est fupra. Et attende quod illud est de magnis. Domini factis: ficur etiam in ante habitis notauimus fupra 6. fuper illud. Viderunt eum ambulantem fupra mare. Item hic duo funt: vnum, quod non fibi obftat corpus continuum, remanente continuitate, quæ est caufa obftandi. Hæc autem dixi-

E e mus

mus maiora miracula quam illa in quibus miraculose quidem confertur potentia ad actum: & illa potentia completa, postea agit. Hic enim remanente continuate claustrorum ponitur introitus. Et talibus videtur Christus ad probandum se Deum, sicut sepe diximus. Hoc enim modo iudicio alicui corpori non comperit, nisi virtus diuina hoc faciat in ipso, quæ semper in se & in alijs potens est facere quæ vult. Sap. 12. Subest tibi cum volueris posse. Ezecb. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur: quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Non enim oportet aperire portam Domini: quia etiam illabitur in animam.

Et stetit erectus solus, nulla curvitate depressus, omnes alios ad statum rectitudinis erigens. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui [in medio] ut omnes se mensurent in eum, & videant quid & quantum rectitudinis habeant, & in quo deficiant. Eph. 4. Donec omnes occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et ideo signatur Ezecb. 40. per virum qui habebat in manu funiculum, scilicet mensuram: quia ipse est mensura in medio posita, ut ad ipsam mensuratus quilibet sciat quid deficit ei.

Et dixit eis: Pax vobis. Tangitur argumentum locutionis [pax vobis] Et pax dicitur hic dulcedo pacis, quæ gustata pacat hominem ut de cætero à nullo inquietur. Eph. 13. Ut optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Hæc ergo pax est fructus & gustus æternæ dulcedinis, quæ etiam inter tormenta martyres seruauit in dulcedine sui spiritus Isa. ultims. Ecce ego declinabo in vos sicut flumem, pacem. Isa. 9. Pacis non erit finis.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & asser manus tuam & mitte in latus meum: & noli esse incredulus sed fidelis.

Tangit hic specialia Resurrectionis argumenta contra Thomæ duritiam. Tangit autem tria, & supponit quartum, scilicet, tactus subtilitatem, tactus generalitatem, & quarto interdicit incredulitatem. Dicit ergo [Infer digitum tuum huc &c.] in quo est tangendi subtilis discretio. Potuit dicere Thomas illud Cai. 5. Digni mei pleni myrrha probatissima: si rimatus fuisset clauorum vulnerum secreta, quæ in Passione Christi fuerunt amarissima [& asser manus tuam] ut generaliter tota manu sicut petisti tangas. Ne forte putes in tactu digitorum esse deceptionem, apprehende & tange per manum [& mitte in latus meum] in vulnus, quod in latere muerone fixum est. Act. 17. Querite Deum si forte antecedat cum aut inueniant. Et præmisit de visu [& vide] sic [manus meas] cum signis vulnerum, hoc est, intus perspice cum Propheta Zach. 13. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et responder. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me, hoc est, qui me diligere debuerunt, hoc est, Iudeorum. Sic enim dicitur Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerunt. Talibus signis pietatis cognoscere me debes qualia passus

sum pro te. Hæc enim retinebo in corpore, ad conuincendum omnes de incredulitate & ingratitude. Num. 17. Refer virgam in tabernaculis foederis, ut sit ibi in signum rebellium filiorum Israel. Hæc est enim virga summi sacerdotis, qui seipsum obtulit, & gemmas vulnerum in corpore retinuit, ut omnes conuincat, vel de incredulitate si non credant, vel ingratitude si indecote tantis beneficijs existunt [Et noli esse incredulus]. Hoc autem Thomas apudicit, & se distulit, & hoc nullus Christa absenti poterat nuntiare, & sic Deum esse sciuit, quem nihil latet. In ultimo Nulla te latet cogitatio. Sap. 1. Auris æli audit omnia. Noli ergo esse incredulus, hoc est, ad credendum tardus [sed fidelis] hoc est, fide firmus. Ioan. 3. Qui incredulus est filio, ira Dei manet super eum. Isa. 21. Qui incredulus est, infideliter agit. Tob. 2. Vitam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Est autem hic valde gravis questio. Dicit enim Greg. quod omne corpus palpabile, est corpus corruptibile. Si ergo Christus suum corpus palpabile præbuit passibilibus adhuc Discipulis tunc ipse veram in se Resurrectionem non probauit: quia corpora resurgentium sunt impassibilia.

Adhuc autem, Gravius est, quod vulnera tangenda exhibuit: quia aliter non diceret, Mitte manum tuam in latus meum. Vulnus autem est diuisio continuitatis corporis. Cuius autem continuitas diuiditur, illud non tantum corruptibile est, sed iam est corruptum: ideo videtur quod iterum gloriosum corpus suum esse non probauit.

Adhuc autem, Quod ianuis clausis intrauit, videtur potius probare quod phantastica fuerit sua apparitio quam vera: quia vera corpora sibi obstant ex continuitate, nisi tangentia diuidant eam quæ tangunt.

Ad hæc autem & similia sine præiudicio dicendum videtur, quod multiplex est tactus, ut dicit Philosophus. Est enim tactus metaphoricus, qui non est verus, sicut dicitur: Frigus me tetigit. Et de tali tactu non loquitur Euangelium. Est iterum tactus qui dicitur à Philosopho mathematicus, qui est illorum quorum vltima sunt similia: ita quod vltimum vnius obuiat & contingit vltimum alterius absque eo quod vnum immutat alterum, vel immutetur ab illo. Et talis est tactus quo gloriosa & cælestia corpora se contingunt. Et corpus quod sic tangitur non oportet, quod sit corruptibile. Est iterum tactus verus ut dicit Philosophus, qui vocatur tactus physicus: & est illorum quorum vltima sunt similia: ita quod vtrunque agit in reliquum, & paritur ab ipso: sicut calidum tangit, vel simile, scilicet, calidum: vel dissimile, frigidum, vel tepidum: vel sicut molle tangit durum, vel asperum, lene, vel aliquid huiusmodi. Et de hoc verum est, quod omne quod sic tangibile est, corruptibile est, ut dicit Grego. Dicitur ergo sine præiudicio, quod corpora gloriosa etiam tanguntur à non gloriosis, non tanguntur nisi vsque ad contactum vltimorum: & non sic, quod pariantur aliquid a tangente: quia si pateantur ab eis, sequeretur necessario quod infirma essent ad illa: quia omnis passio magis facta, abicit à substantia passii, & transmutat eam.

Sed

Sed hac solutione sic posita, surgit questio grauior. Cum enim Thomas tetigit Christum, tactus aliquid renuntiauit in anima Thomæ. Constat enim quod renuntiauit durum vel molle in carne & ossibus: ergo corpus Christi tale fuit, quod agebat in manu Thomæ actione primarum qualitarum & earum quæ causantur ab illis. Et sic redit quod tangibile fuit tactu physico, & sic tenet dictum Gregorij, quod sit corruptibile. Ad hoc iterum sine præiudicio responderi potest, quod quamuis corpus gloriosum retineat complexionatum esse ex qualitatibus primis, & qualitatibus causatis à primis: tamen primæ qualitates in ipso & alijs, sunt in medio esse complexionati sic ligatæ, quod in se inuicem de cætero agere & pati non possunt, nec aliquam ab extrinseco recipere impressionem. Et sic in complexione medijs sensuum Thomæ, veritas corporis Christi tactum Thomæ immutauit, absque eo quod aliqua passione immutaretur ab eo. Et id est quod verius dici potest in hac questione. Tamen Gregor. dicit, quod Dominus duo contraria in corpore suo ostendit. Quia enim ianuis clausis intrauit, impassibile fuit. Et quia tangi poterat, non impassibile fuit, sed passibile. Et in talibus dicit, quod in rebus mirabilibus fidem præstant facta mirabilia. Et intendit dicere, quod talia opera Dei mirabilia, per rationem disscuti minime possunt. Nec fides habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Quamuis ergo factis Dei, ratione quadam alludamus: tamen rationem sufficientem assignare non possumus. Et ideo hoc potius fide accipimus, quam per probationem rationis.

Ad hoc autem quod de vulneribus dicitur, communiter tenetur quod Dominus cicatrices vulnerum & non vulnera retinuit, & adhuc in celo retinet in signum pietatis. Et quod obijciatur per hoc. Mitte manum tuam in latus meum. Non ideo dicitur, quod ad interiora rimanda lateris, manus esset mittenda. Hoc enim esset temerarium in Apostolo, & infirmum in Domino, sicut probat obiectio. Sed ideo dictum est, in latus: quia mitti potuit ad latus: sicut communiter dicitur, quod tactus est in latere, quod ad latus est tactus. Et quod sic tangendo cicatricem, cognosceret per rationem veritatem vulnerari corporis.

Ad id autem quod obijciatur de cicatricibus: quia illæ etiam indicat videntur corruptionem & consolidationis indecentiam. Ad hoc autem dicendum est, quod in veritate, si cicatrix vel variat corporis, vel membri figuram: generat indecentiam. Et hoc non est, si non remaneat, nisi sicut lineæ radiales, indiuisibiles, ad modum vulneris sint protractæ: tunc enim & indicat bellum & strenuitatem, & tamen nullam inducit figuræ varietatem. Et hoc est quod dicit Augustinus contra paganos. Sciant qui has questiones proposuerunt, Christum non vulnera, sed cicatrices Discipulis proposuisse & demonstrasse: quæ tunc falsæ essent si nulla vulnera præcessissent. Nec ex impotentia sunt: quia diuina dispensatione & arte optimi medici sunt relicte. Exemplum autem est de milite strenuo propter rempublicam vulnerato, qui non vult ita à medico sanari nisi signa remaneant lætæ strenuitatis.

Ad hoc autem quod obijciatur quod videtur D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

phantastici corporis indicium, quod intrauit ostijs clausis. Quidam dicunt, quod hoc est subtilitatis corporum gloriosorum, quod possunt penetrare sine obilitentia & diuisione, quantumcumque spissa corpora. Sed quia ego hoc non intelligo: ideo non viderat mihi sic esse dicendum. Vna enim hæresis Manichæorum & Eutichetis est, quod corpora resurgentium dogmatizabant aere & ventis fore subtiliora. Et contra hanc hæresim missus fuit Beatus Gregorius in minoribus adhuc officijs constitutus, ab Ecclesia Romana apocrifarius, ad urbem Constantinopolitanam. Et illam hæresim ibi contulit, sicut legitur in vita Beati Gregorij. Et sicut ipse Beatus Gregorius mentionem facit in quadam epistola ad Leandrum Sibiensem Episcopum: quia tantæ subtilitatis corpora, nec figuram humanam retinerent, nec carnem & ossa & nervos & venas, & alias huiusmodi partes distinctas haberent. Et ideo talia reputo fabulosa, & de doctrinis Iudeorum sumpta. Et ideo dico subtilitatem gloriosorum corporum non esse futuram per raritatem, sed potius per ignobilitatem & grossitatem & grauitatis subtractionem, eadem tamen consistentia corporis humani remanente (sicut subtilis & spiritalis substantia dicimus solem & lunam & stellas) cum tamen secundum humanam naturam sint corpora spissa, propinquas partes habentia, & retinentia suas figuras, & proprias habitudines & consistentias. Hoc autem dico sine præiudicio, non asserendo: sed ut sic opinando quamdiu nihil probabilius inuenitur. Et ideo dixi superius, quod pertransire aliud corpus sine illius corporis diuisione, nec est alicuius corporis, nisi eius quod vnitum est diuinitati: nec illius est in quantum est corpus, sed potius ipsius est in quantum est diuinum. Hæc ergo de causa hæc sufficiant.

Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus vs, Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus vs in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus vs Christus vs est Filius Dei: & ut credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Et hic tangitur huius apparitionis vtilitas. Tangitur autem hic triplex vtilitas: particularis in Apostolo, vniuersalis in credentibus, & vniuersalissima hanc scripturam legentibus. De primo dicit duo: fidei confessionem, & commendationem. Confessio est enim in hoc quod dicit [Dominus meus] secundum humanitatem, in qua me sanguine tuo in seruum sempiternum comparasti. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione. 1. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno, &c. Ideo dicunt in Psalm. 115. Danid, & Salomon Sap. 2. Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ [& Deus meus] secundum diuinitatem. Psalm. 117. Deus meus es tu, & exaltabo te. Ex. 15. Iste Deus, Ecce 2 meus,

meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Et sic & humanitatem prius, quia sibi prior innotuit: & diuinitatem quam posterius per humanitatem cognouit, Thomas est confessus. Et hæc est veræ fidei confessio [Dicit ei Iesus] beatificando confessionem [quia vidisti me Thoma, credidisti] supple, hoc ipsum bonum est, & beatum. 3. Reg. 8. Bene fecisti hoc ipsum mente pertractans.

Obicitur autem de hoc quod fides est inuisibilium, sicut dicitur *Hebra. 11.* Fides est argumentum non apparentium. Ergo videtur non bene dictum: Quia vidisti me, credidisti. 2. Cor. 4. Quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna.

Ad hoc autem multipliciter responderunt. Et de singulorum opinionibus longum esset reddere rationem. Mihi antiquorum placet solutio, quod scilicet in ipso credere, duo sunt. Dicit enim *Gregorius*, quod credere est cogitare cum assensu. Et ideo ex parte assensus (in quo perfectio fidei est) credere simpliciter donum Dei est, nec surgit ex visu nec ex auditu: sed simpliciter lumen est, collocans in credentibus primam veritatem, & ipsos in veritate: ut assentiant ei propter se, & super omnia, ut dicit *Dionysius*. Et ex illa parte fides est immobile credentium & veritatis fundamentum. Ex parte autem illius, quæ credere est de articulo cogitare, nihil prohibet quin ipsa cogitatio ex visu vel auditu accipiat generationem. Et sic dicitur *Rom. 10.* Fides ex audita: auditus autem per verbum Christi. Et sic dicitur hic: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Cum enim dicit: Vidisti: non accipit videre, prout est actus visus, in quantum est sensus particularis super proprium obiectum. Nec accipit in quantum ipse est in ipso sensu communi super figuram, vel aliud obiectum sensus communis: sed potius prout visus est actus rationis, se super sensum reflectentis: sicut communiter & usualiter dicitur, Video esse Deum eum qui intrat ostijs clausis, Et talis est mortis & inferni triumphator. Et sic sumitur videre *Ioan. 4.* ubi dicitur: Domine ut video, Propheta es tu. Tamen *Glo.* dicit, quod aliud vidit, & aliud credidit: quia hominem vidit, & Deum qui videri non potest credidit. Sed hoc in idem redit: quia ex hoc quod hominem, in quo talia signa diuinitatis ostensa sunt vidit, inductus est quod illum eundem credidit esse Deum.

Beati qui non viderunt, & crediderunt [Commendans fructum generalem fidei in his qui fidem habent & talia argumenta fidei non habuerunt: tamen illis ad fidem incredulitas Thomæ cooperata est: quia dum Thomas, ut dicit *Gregorius*, sic dubitando veritatem probauit, nostris cordibus infidelitatis vulnus amputauit. 1. Pet. 1. Quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes, creditis. Illi ergo sunt qui corporalibus oculis non viderunt: & tamen propter fidei deuotionem crediderunt. Sed hoc exemplum quod est in Thoma, factum est attestatio in omnibus. Quia etiam in Abraham aliquæ visiones cogitarum fidei præcesserunt. Vnde *Luc. 10.* Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Quia videntes ista, ministri fuerunt sermonis: & alij illa non videntes, non sunt indoctas fabulas secuti quando crediderunt illis. *Heb. 2.* Sola qui-

dem ab his qui viderunt & audierunt in nos contestata est. Et ideo etiam in prologo *Luc.* dicit: Sicut tradiderunt nobis illi qui ministri sunt sermonis.

Attende autem ad quid dicit: Quia vidisti me? Et non dicit: Quia tetigisti me? Ex hoc dicunt quidam, quod quamuis Dominus manes & latus exhibuit ad tangendum: quod tamen Apostolus propter reuerentiam tangere non fuit ausus. Et hoc quidem dubitando dicit *Augustinus*. Quid autem de hoc verum sit, ignoratur, nisi quod pie credi potest, quod Dominum tetigit, in maius argumentum Resurrectionis.

Multa quidem & alia signa [Tangit hic fructum hæc legentium in scriptura [fecit Iesus] probans sibi diuinitatem unitam esse [in conspectu Discipulorum suorum] quos præcipue ad fidem confirmare intendit. *Act. 10.* Pertransiit beneficiendo, & sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cum illo [quæ non sunt scripta in libro hoc] quia nullus liber continere posset. *Apoca. 10.* Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Tonitruum enim est quod facit Deus: quia de sublimi tonat supra vires hominis. Signandum ergo est, & non scribendum: quia contineri in aliquo non potest per scripturam.

Hæc autem [pauca, & non debito stilo] scripta sunt [*Rom. 15.* Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Et hoc est [ut credatis quia Iesus est Filius Dei] viu. Hoc enim per totum librum istum astruitur. 1. *Ioan. 5.* Quis autem vincit mundum, nisi qui credit quia Iesus est Filius Dei viu? Et hic est finis proximus huius libri [Et ut credentes] hoc [vitam] æternam nunc in spe, & in futuro in re [habeatis in nomine ipsius] hoc est, in fide & deuotione nominis ipsius. Et hic est finis remotus & vltimus. 1. *Ioan. 5.* Hæc scribo vobis ut sciatis quoniam vitam æternam habeatis qui creditis in nomine Filij eius. *Act. 4.* Non est aliud nomen datum sub celo hominibus, in quo oportet eos saluos fieri. *Matt. 1.* Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hic est ergo finis vltimus istius scripturæ, qui est vltimus & intentus.

CAPITULUM XXI.

Postea manifestauit se iterum ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant autem simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilee, & filij Zebedæi, & alij ex Discipulis eius duo.

Hic incipit pars quarta istius tractatus, in qua cum manifestatione Resurrectionis, confertur officium prædicationis. Et hoc fit non aperte, sed sub figura piscationis. Diuiditur autem ista pars in duas partes, in quarum prima à tempore, & loco, & personis, & negotio personarum, accipitur manifestationis opportunitas. In secunda, sub typo piscationis, à manifestato Domino, prædicationis

confertur facultas *ibi* [Mane autem facta] Adhuc in prima harum quatuor innuuntur, à quibus opportunitas accipitur, scilicet, tempus, locus, personæ, & personarum negotium. Tempus autem tangit indeterminate, cum dicit.

Postea] hoc est, post octauam Resurrectionis, & ante diem Ascensionis. Et non determinatur qua die, quamvis hora determinetur inferius, quod mane ante horam prandij Et forte hoc quod dicit [postea] notat ordinem in causa manifestationis: quia illæ manifestationes de quibus habitum est, sunt ad instruendam Resurrectionis fidem. Et ista est ad officij prædicationis instructionem. Prius autem est constructio fidei in quolibet Prædicatore, quam iniunctio officij prædicationis. Et forte hoc notans dicit [postea] tangens ordinem, & non determinans. 1. Cor. 14. Omnia secundum ordinem fiant in vobis. Vnde etiam regina Saba 3. Reg. 10. videns ordinem ministrantium Salomoni, non habebat ultra spiritum. Can. 2. Ordinavit in me charitatem. Sic ergo postea [manifestaui se iterum Iesus] iteratio notat adiunctionem manifestationis in potestate: sicut sæpius se manifestaui in fidei veritate: quia & potestatem de se intendit astruere. Propter quod dicitur *Matth. ultimo*. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes docete omnes gentes. Hoc est ergo quod dicit [iterum] Tantæ enim benignitatis est quod charitati suæ non semel sufficit ad suos venisse, nisi præsentiam suam iteret quotiescumque vtile foret. *Prover. capit. 8*. Deliciae meæ esse cum filiis hominum.

Ad mare Tiberiadis] Tangit hic manifestationis opportunum locum, in quo generalis prædicationis officium poterat designari. Mare autem Tiberiadis sicut in ante habitis sæpe dictum est, lacus est Galilææ qui Genazareth vocatur. Dicitur autem mare, non ab amaritudine, quia aqua dulcis est: sed à magnitudinis & diffusionis quadam similitudine, quia in latum & longum more stantis aquæ diffunditur: more Hebræorum qui quamlibet aquam sic diffusam mare appellare consueverunt. *Genes. 1*. Congregationes aquarum appellavit maria. Genazareth autem, ut *Beda* dicit, dicitur: quia vapore vel fumo de fundo elevato, crispantes habet undas, quæ quotidie de se auram ad modum venti respirantis generat. Vnde Genazareth, auram generans sonat. Galilææ autem vocatur: quia in prouinciam Galilææ diffunditur. Tiberiadis autem vocatur pars eius quæ ad moenia Galilææ ciuitatis diffunditur, quæ Tiberias vocatur. Plures enim ciuitates huic mari adiacent, sicut Tiberias, Bethsaida, & Capharnaum, & quædam alie. Ista autem manifestatio iuxta Tiberiadem facta est. Et hoc bene conuenit: quia Tiberias, videns testimonium, aut bonitas testificationis interpretatur: quia ibi Verbum in carne gloriosa resurgens, suam in doctrina prædicationis manifestaui potestatem. *Psal. 118*. Mirabilia testimonia tua Domine: ideo scrutata est ea anima mea. Ibi enim manifestaui se testibus præordinatis à Deo: sicut dicitur *Act. 10*. His qui in loco illo manducauerunt & biberunt cum illo. Hoc est ergo quod dicitur de huius manifestationis loco.

Manifestaui autem sic] Tangit huius manifesta-

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

tionis modum ex parte personarum quibus facta est sumptum, verificans quod *Ioan. 14*, dixerat. Ego diligam eum, & manifestabo ei in seipsum. *1. ad. 28*. Tunc locutus es in visione Sanctis tuis, & dixisti: Posui adiutorium in potestate. Hoc enim omni in verbo & officio prædicationis, ponit adiutorium, ut ex fluctibus huius procellosi maris ad solidum trahantur æternitatis. Et hoc est quod dicit.

Erant simul] in vno corde & in vna anima: quod in vno loco signabat istorum congregatio [Simon Petrus] scilicet, caput & princeps illorum, qui clauis sibi commissas habuit. Et ideo optime ex obedientia & agnitione & firmitate vocatur: quia Simon obediens, Petrus autem Hebræa lingua agnoscens, Syra autem lingua, & Græca vocatur rupes: sicut & Latine Petrus à petra derivatur. Obedientia autem facit Dominum subiectum & fidelem, agnitione prudentem: ut sicut dicitur *Matth. 24*. Fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam. Petra autem firmitatem qua omnes alij fundari debent, ostendit. *Luc. 22*. Ego pro te rogavi ut non deficiat fides tua: sed tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. *Matth. 16*. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Et Thomas qui dicitur Didymus] Thomas autem abyssus, & Didymus dubius vel geminus interpretatur. Qui sine petra non fundaretur in quantum Petrus à petra dicitur: quia abyssus non fundatur: quia abyssus quasi sine basi vocatur. Dubius autem sine geminis sine agnitione Petri secundum quod Petrus agnoscens sonat, non ad certitudinem veritatis reduceretur. Et ideo Thomas Didymus cum Petro optime sociatur. *Gen. 1*. Tenebræ erant super faciem abyssi. Dixitque Deus: fiat lux. Quia per lucem agnoscendum, & illuminantur & fundantur corda dubitantium & fluctuantium.

Et Nathanael] qui quem donauit Deus, interpretatur: quia omnis sacri verbi Doctor in dono Spiritus diuini, & non in sapientia mundi perficitur. *Matth. 10*. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri. Et de hoc bene subditur [qui erat à Cana Galilææ] Cana enim zelus interpretatur, & Galilææ transmigratio. Qui ex zelo animarum suscipit officium, omnis eius intentio ad hoc dirigi debet, ut animæ à vitijs ad virtutes transigrent & murentur. De primo dicitur in *Psal. 68*. Zelus domus tuæ comedit me. Sic Phinees meruit pactum sacerdotij *Nume. 25*. & *Matth. 3*. De secundo dicitur in *Psal. 67*. Dixit Dominus: Ex Basan, hoc est, de confusione, conuertam, conuertam in profundum maris, hoc est, in profundum amaritudinis penitentis.

Et filij Zebedæ] Iacobus maior, & Ioannes: quia Ioannes humilem partem nominis, & nomen proprium & fratris facit propter humilitatem. Zebedæus autem doctus interpretatur, & signat eos quos docet gratia & virtute Deus demonstrare esse dignos tanto officio. *Hebr. 5*. Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Dote enim Dei sponsus Ecclesie debet demonstrari: ut Iacobus sit, lector contra vitia per virtutis firmitudinem *Gen. 31*. & *Osee 12* in fortitudine sua directus est cum Angelo. Et inuoluit ad angelis, & confortatus est fleuit, & rogauit eum. Sic autem Ioan. in quo est gratia

Et 3 per

per contemplationis puritatem. *1.º. ult.º. Qui*
& recubuit supra pectus eius.

Et alij ex Discipulis eius duo] qui non nominantur : quia duo mandata signant charitatis. *Mat. 22.* Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem est simile huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sic ergo opportunitas sumitur à personis : quia omnia quæ dicta sunt, debent esse in his qui prædicationis officium accipiunt, & quibus prædicationis potestas officium committitur.

Dicit eis Simon Petrus : Vado piscari. Dicunt ei : Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim : & illa nocte nihil prendiderunt.

Hic tangitur opportunitas à personarum sumpto negotio. Et habet partes duas : negotij per superiorem decretum determinationem, & negotij per superiorem decretum executionem. Talis enim est auctoritas omnis officij Ecclesiastici, quod à capite descendit ad inferiores. Et in figura huius dicit Petrus princeps Apostolorum [Vado] per profectum subditorum [piscari] Quod mundi piscaturam signat per rete prædicationis faciendam. *Mat. 4.* Venite post me, faciam vos fieri pisces hominum. Vnde *Luc. 5.* dicitur Petro. Noli timere. Ex hoc enim eris homines capiens. Nec Petrus dicit quo piscari est iturus : quia designat quod totum mare, hoc est, mundum totum in piscandi potestatem sit accepturus. *Psal. 103.* Hoc mare magnum & spaciosum nauibus, illic reptibilia quorum non est numerus [dicunt ei] alij Apostoli sex, in partem sollicitudinis vocandi [Venimus & nos tecum] quia piscatio aliorum sine Petri auctoritate non valet. *Iere. 16.* Mittam eis pisces multos, & piscabuntur eos. Dicit autem : Tecum. Quia nisi sit cum Petro facta piscatio, schisma inter piscatores heret, & non proficiet. Vnde *Gal. 2.* Paulus ascendit Ierusalem videre Petrum & alios Apostolos, & contulit cum eis Euangelium, ne forte in vacuum curreret aut cucurritet. *1.º. Cor. 1.* Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.

Et exierunt] Ecce executio per actum sicut ex decreto Petri determinatum est. Quod autem dicit] & exierunt] notat exitum ad profectum piscationis spiritalis à quiete contemplationis. *Can. 7.* Egrediamur in agrum, commoremur in villis. *Luc. 5.* Duc in altum, & laxate rete in capturam piscium. In altum autem ducere, est ad mundi profunda, quæ in delicijs, diuitijs, & honoribus sunt, rete prædicationis tendere. Sic ergo exierunt] & ascenderunt in] cathedris dignitatum & potestatum Ecclesiasticarum [nauim] quia nauis significat Crucifixi fidem humilem, sicut alibi dictum est. *Sap. 14.* Exiguo ligno credunt homines animas suas, & transientes mare per ratem liberati sunt] & illa nocte] quando lux vera diuinæ manifestationis mare illuminauit. *Luc. 5.* Per totam noctem laborantes nihil cepimus. *Ioan. 9.* Veniet nox in qua nemo potest operari. Et hoc est quod sequitur. Et illa nocte] nihil prendiderunt] quæ nox tempus ante aduentum Christi significat, & est in omnibus cordibus in

quibus Iesus suæ apparitionis radios non diffundit : quæ nox, vere nox à nocendo dicitur, quoniam mens in ea tenebris testetur ne veniat ad veritatis lucem. *Sap. 17.* Ignis quidem nullâ vis, nec siderum limpida flamma poterant illuminare noctem illam horrendam. *Teb. 5.* Quale mihi gaudium qui in tenebris sedeo & lumen cali non video : *Thren. 3.* Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. *Iob 3.* Viro cuius abscon-ta est via, & circumdedit eum Deus tenebris.

Mane autem facta stetit Iesus in litore : non tamen cognoucrunt Discipuli quia Iesus est.

Hic incipit in argumento Resurrectionis Christi manifestatio. Et diuiditur hæc pars in duas partes, in quarum prima describitur manifestatio : in secunda autem istius manifestationis cum alijs quæ ante ipsam factæ sunt, connumeratio *Ibi* [Hoc iam tertio manifestauit se Iesus] Adhuc autem prior harum diuiditur in quinque, secundum quinque in quibus Dominus suam manifestauit Resurrectionem, in quorum primo suam manifestat æternitatem, per locum in quo stetit. In secundo suam manifestat potestatem, per rete quod in dextera nauis piscibus impleuit *Ibi* [Dicit eis Iesus] In tertio suam manifestat Passionem & Passionis utilitatem, per piscem quem prunis impositum demonstrauit *Ibi* [Ut ergo descendissent] In quarta officij prædicationis dat auctoritatem, & conuersionum salutem describit per rete quod ad terram trahi præcepit *Ibi* [Dicit eis : Afferte de piscibus] In quinta & vltima suæ Resurrectionis ostendit veritatem, per prandium quod cum Discipulis fecit *Ibi* [Dicit eis Iesus : Venite, prandete] Adhuc in prima harum duo sunt, scilicet, quod Iesus quidem perfecte secundum proprietates æternitatis est Discipulis manifestatus, & quod tamen à Discipulis sub his signis non est agnitus. In primo dicit tria scilicet, quando, qualiter, & vbi factus est manifestatus.

Quando quidem : quia Mane iam facta] quando scilicet nox tenebrarum huius vitæ terminata fuit ad lucem surgentis auroræ in Resurrectione immortalitatis & æternitatis. Habet enim Christus quatuor dies, scilicet, diem luminis, gratiæ, & gloriæ : qui nunquam habuit mane nec vespere : quia nec initium habuit nec finem : de quo *Psal. 19.* In splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferam genui te. Habuit diem lucis nature, qui illuxit in operibus creationis, dispositionis, & ornatus : in quibus cognoscibiliter lucet in vestigio & imagine. *Psal. 4.* Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et in hoc lumine lucet lumen suum rationi. *Ioan. 1.* Quod factum est in ipso vita erat, &c. Hæc dies mane habuit initium mundi, & vespere habebit mundi finem. *Ecl. 1.* Oritur sol, & occidit. Tertia dies est gratiæ secundum præsentiam eius in mundo. *Ioan. 9.* Me oportet operari opera eius qui misit me dum dies est : veniet enim nox in qua nemo potest operari. Hæc dies habuit mane natiuitatis ex vtero Virginis, quando in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam viam. *Psal. 18.* Vespere autem habuit mortem quam sustinuit, scilicet, quando sol huius

ius mundi suos radios abscondit. *Psal. 29.* Ad vespere demorabitur stertus, & ad matutinum latititia. Quarta dies habuit splendorem Resurrectionis, de qua dicit *Apostolus Rom. 1.* Nox præcepit, scilicet, tenebrarum mortis : dies autem appropinquauit, scilicet, Resurrectionis. Hæc dies mane latum habuit, & vespere nunquam habebit. *Isa. 60.* Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non imminuetur : quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam. Mane autem facta huius dicit.

Stetit Iesus in litore] In luce primæ diei exultant Angeli, & beati. *Psal. 83.* Melior est dies vna in aruijs super millia. In luce secundæ diei ambulant homines ratione vtentes, & Deum in suis operibus cognoscentes. *Psal. 88.* Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo extabunt cum potentia, & in iustitia exaltabuntur. In luce tertiæ diei ambulant & gaudent in Christo renati. *Ioan. 8.* Ego sum lux mundi : qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. In luce quartæ diei perficiuntur ad immortalitatem glorificandi. *2.º. Cor. 3.* Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Hoc est autem quod dicit.

Mane autem facta] depulsis tenebris mortis. *Psal. 138.* Nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Lux enim vera sicut nec in morte à tenebris comprehenditur : ita nec in morte, à tenebrarum claustris detinetur. Sed oportet quod mane fiat, per surgentem gloriosi corporis nostri animam solis : de qua gloriatur Ecclesia *Can. 6.* Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora confurgens. Hæc dies est mane, de qua dicitur *Prov. 4.* Semita iusti quasi lux splendet, & crescens vsque in perfectam diem, quæ nunquam tendit ad vespere. Sic ergo mane facta] stetit Iesus] Qui enim surrexit, non iterum sedit in puluere, sed immortalis stetit. *Iob 7.* In puluere sedeo, & in puluere dormio : & si mane me queris, non subsistam. Sic ergo stetit qui nunquam de cætero per terræ pondus inclinabitur. *3.º. Reg. 17.* Viuit Dominus in cuius conspectu sto. *Rom. 14.* Stabit autem : potens est enim Dominus statuere illum.

In litore] quod, vt dicit *Beda*, finis est maris (hoc est, amaritudinis & instabilitatis fluctuum) Christus. *Iob 18.* Vsque huc venies, & non proce-des amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Amaritudo enim mortis & instabilitatis, immortalitatis ad litus est (quod est hora mortis) soliditatem significans gloriolæ Resurrectionis, non operetur amplius. *Apost. 2.º. 1.* Iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra : quæ prima abierunt. Sic ergo hora, & statu, & loco, proprietates suæ Resurrectionis demonstrat. Et sic soluitur questio quam fecit *Gregorius*, Cur Dominus ante Resurrectionem coram Discipulis super vias ambulauit *Ioan. 6.º. Mat. 14.* Post Resurrectionem autem non in vijs sed in solido litore stans apparuit : In vitroque enim qualis tunc fuit, præsignauit, scilicet, immortalis, quando in vijs ambulauit : immortalis quando in litore stetit.

Non tamen Discipuli] septem qui superius dicti sunt] cognoucrunt quia Iesus est] in tantum

enim stupefecerat eos infirmitas mortis, quod vix attollerere mentem poterant ad vitam Resurrectionis. Ita etiam iidem cum apparentem viderunt, spiritum se videre putabant. *Isa. 54.* Quasi absconditus est vultus eius, & despectus : vnde nec reputamus eum. *Malach. 3.* Quis poterit cogitare diem aduentus eius ? & quis stabit ad videndum eum ? Maxime post tot tormenta, post tot vultura, post tot probra quæ sustinuit.

Dicit ergo eis Iesus : Pueri, nunquid pulmentarium habetis ? Responderunt ei : Non.

Hic incipit secundum in quo suam manifestat potestatem, per hoc quod rete quod in dextera nauis missum est, piscibus impleuit. Dicitur autem hæc particula in duo, in quorum primo ponitur manifestatio : in secundo autem manifestati cognitio *Ibi* [Dicit ergo Discipulis ille] Adhuc autem in primo duo dicuntur, scilicet, manifestationis accepta occasio, & per signum potestatis manifestatio. In priori autem duo dicit quorum primo, vt accipiat manifestandi occasionem, facit interrogationem. Et in secundo conuenientem occasionem quam querit, accipit responsum. Dicit ergo.

Pueri, nunquid pulmentarium habetis ?] Pueros vocat à puritate, & subiectione, & à sensus simplicitate. A puritate quidem : sicut dicitur *1.º. Reg. 3.* Samuel ministrabat coram Domino puer accinctus ephor lineo, quod innocentiam & candorem significabat castitatis. A subiectione autem : quia quod pueri subiecti sunt, patet *Gal. 4.* Quanto tempore heres paruulus est, nihil differat à seruo suo, cum sit Dominus omnium. De sensus simplicitate *Rom. 16.* Volo vos simplices esse in malo, & sapientes in bono, & *1.º. Corin. 14.* Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti sitis. Illi sunt pueri, de quibus dicitur *Isa. 8.* Ecce ego & pueri mei quos mihi Dominus dedit in signum & potentiam Israel, &c. Ab his ergo queritur.

Nunquid pulmentarium habetis ?] Pulmentarium dicitur quod pani ad ducorandum adiungitur. Pulmentarium autem hoc vocat pisces ad edendum dulces & delectabiles : quia anima ex aquis voluptatum & concupiscentiarum extracta, dulçe Deo parat conuiuium. *Luc. 15.* Epulari & gaudere oportebat : quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit : perierat, & inuentus est. *Gen. 27.* Cumque venatu aliquid attuleris, fac mihi inde pulmentum vt comedam, & benedicat tibi anima mea. Piscatio enim & venatio secundum mysterium ad idem referuntur.

Responderunt ei] non ignorant, sed vt occasionem suæ manifestationis ex responso acciperent] Non] quia quæ humanis laboribus sunt sine gratiæ Dei, insipida & inutilia sunt. *Sap. 4.* Fructus eorum inuitiles & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

Dicit eis : Mixite in dexteram nauigij rete : & inuenietis. Miserunt ergo : & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

Hic tangitur per signum potestatis Christi manifestatio

nifestationem, & signi inuentam veritatem. Dicit ergo [Mittite in dexteram nauigij] Ac si dicat. Quicquid in seculo laboratis: sinistra est & ad sinistram pertinet. Sed nunc in dexteram mittite: ut intentione æternorum quæ per dexteram intelliguntur, laboretur à vobis. *Matth. 6.* Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. *Prov. 4.* In dextera illius longitudo dierum, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Qui enim pro gloria & diuitijs laborat, quæ temporalia sunt, nihil capit pulmentarium. Qui autem in dextera rete proicit, multum facit æternitatis fructum. Et hoc intenditur: quia ibi est longitudo dierum immortalitatis, quam Christus resurgendo perfecit. Hoc ergo quod dicit [rete] quod filius connectitur & maculis componitur, officium significat prædicationis, habens fila subtilium rationum ex quibus complectitur, & maculas diuersas quibus diuersis auditoribus coaptatur *Matth. 13.* Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare ex omni genere piscium congreganti. *Matth. 4.* Vidit alios duos fratres, reficientes retia sua. His ergo dicitur: Mittite in dexteram nauis rete [Et inuenietis] Illi enim qui intentione æternorum, lucris animarum inuigilant, multum inueniunt. Isti sunt etiam de quibus dicitur *Ioan. 15.* Ego posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester manet.

Miserunt ergo [rete in verbo Domini. *Luc. 5.* In verbo tuo laxabo rete] & iam non valebant illud trahere [Trahere autem est ad litus deducere. Et hoc fit, quando in multiplicatione fidelium, ille qui curam gerit sollicitudine multitudinis cui præest, deficit, & auxilium requirit. *Luc. 5.* Annuerunt socijs suis qui erant in alia naui, ut venirent & iuuant eos. Vnde *Num. 11.* In tolerabilis Moysi res visa est donec spiritum suum Dominus in septuaginta propagauit: quibus adiutoribus ille innumerabile multitudinē gubernauit [præ multitudine piscium] Et ideo dicit *Chr.* quod Dominus non statim se ostendit: donec per miraculū quod tantum in se continebat mysterium, cognosceretur. Vnde *Matth. 8.* Multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum.

Est autem hic questio, Cum Dominus dicit *Luc. 9.* Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum. Quomodo Petrus relicto naui & retibus quorum visa ante viuebat, iterum ad ea reuersus est? Adhuc queritur, Quare *Matth.* ad telonium non est reuersus?

Soluit autem hoc *Beatus Gregorius*, quod negotium quod ante conversionem agere peccatum non fuit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit: maxime cum adhuc Apostoli ad agenda spiritualia non fuerunt sufficienter præparati: & tempus fuit necessitatis, quando aliunde non subueniebatur. Quod autem de *Matth.* dicitur, dicit *Gregor.* quod talia negotia publicanorum sunt, quæ vix aut nunquam sine peccato & violentia rapinæ, & sine iniurijs fieri possunt. Et ideo ad illa post conversionem redire non est licitum.

Adhuc queritur, Cum *Luc. 9.* dicatur: Sedete in ciuitate, & orate quoadusque induamini virtute ex alto. Quomodo Petrus cum istis exire de ciuitate fuerit ausus contra mandatum Domi-

ni? Ad hoc dicendum, quod in veritate non sederunt semper in ciuitate: quia etiam ierunt in montem in Galilæam, vbi constituerat illis Iesus, & ad alia loca diuersa ierunt. Et ideo quod dicitur: Sedete: refertur ad hoc, quod se ab inuicem non separarent, nec in diuersas terras se spargèrent, nisi prius virtute ex alto consumarentur: nec interim quam in Ierusalem mansionem alibi stabilem quærent. Et ideo exeuntes quinque de Ierusalem, iterum redierunt ad ciuitatem, promissum Patris ibidem expectantes.

Dicit ergo Discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro. Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem Discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

Ponitur hic manifesta Domini recognitio. Tanguntur hic tria, scilicet, amanti recognitio, Petri ad Dominum festinatio, & aliorum Discipulorum matura peruentio [Dicit ergo Discipulus quem diligebat Iesus] noscens Dominum: quia vbi amor, ibi oculus. *Cant. 4.* Vulnustasti cor meum in vno oculorum tuorum, hoc est, in concordia oculorum tuorum ad me conuersione. Ioannes enim, ut dicit *August.* contemplationem signat, quæ acutius videt. Petrus autem actiuam signat, quæ Domino in trahendis & colligendis & eligendis piscibus occupatur, ad plura distrahitur, nec limpide vnum quod tamen desiderat subtiliter considerat. Hoc est ergo quod Ioannes citius videt quam Petrus. Tamen vnum & idem diligit: Ioannes familiarius, Petrus autem feruentius: & vnus in contemplatione veritatis, & alter in effecta virtutis: sicut in principio huius libri determinatum est [Dominus est] quia Dominus est nomen potestatis, ut dicit *Ambro.* per potestatem in miraculo piscium hic est manifestatus. *Esber. 13.* In ditione tua cuncta sunt posita, Dominus vniuersorum tu es.

Simon Petrus] autem semper feruidus in his quæ Domini sunt [cum audisset quia Dominus est] & per miraculum piscium, aduertisset signum potestatis diuinæ [tunica succinxit se] quæ significat fidem, & conuersionem Ecclesie [Erat enim nudus] hoc est, nudatijs, interula, & femoralibus vestitus: quæ virtutes naturales signant [et misit se in mare] ut citius veniret: quia nauigium pondere retium tardiores habebat motum. *Matth. 14.* Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. Ille enim qui plenitudinem habet potestatis, non vna naui vitatur, hoc est, Ecclesia vna: sed totum mundum gubernat, & ideo sine aliqua naui venit.

Alii autem Discipuli] cum in matura festinatione [nauigio venerunt] designantes quod hi qui in partem sollicitudinis vocati sunt, singulares & limitatas habent potestates, & non super totum mare ambulant. Huius autem tangit causam, dicens [non enim longe erant à terra] vbi piscabantur: signantes quia in prædicatione non profunda, exaltata à terrenis intellectibus, dicenda sunt: propter quod etiam Dominus terrenis rebus cælestia

comparavit. Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquam parulis in Christo fac vobis parum dedi, non escam. Rom. 10. Prope est verbum, in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei quod predicabatur. 1. Pet. 30. Iuxta est verbum, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud sed quasi cubitis ducentis. Cubitus est mensura humani brachij. Brachium est super quod signatur dilectus. Cant. 8. Pone tue sicut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum. Brachium etiam est quo nos amplexatur Ecclesie sponsus. Cant. 2. Leva eius sub capite meo, & dextera illius amplectitur me. Et ad id significat mensuram virtutis charitatis in dilectione Dei & proximi, extensam in decalogum preceptorum, & deductam ad quadratum quatuor virtutum cardinalium. Quia centenarius est quadratus numerus, surgens ex denario: Trahere ergo receperit ducentos cubitos, est trahere per duo mandata charitatis, in denario operationis, & quatuor virtutibus. Hec enim de faciendis precipue sunt predicanda. Pisces precipue sic trahi, sunt qui spiritum vitalem accipiunt in aquis baptismi. Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Alia translatio habet: fovebat aquas. Quia Spiritus sanctus vim suam super aquas effudit, ut vitalem spiritum conciperet in regenerandis. Ezech. 47. Omnia ad quae pervenerit torrens, vivunt.

Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

Hic tertio suam demonstrat Passionem, & Passionis utilitatem. Et hoc est quod dicit [Ut ergo] hoc est, postquam [descenderunt] de maris altitudine [in terram] soliditatis aeternae per mentis considerationem. Eccl. 1. Generatio praeterit, & generatio advenit: terra autem in aeternum stat, stabilitatem significans aeternae vitae caelestis in virtute & veritate Ecclesie. Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius. Quicquid enim aliud est in mundo, instabilitate fluctuat, & natat submersum in voluptate. Et dicitur. 1. Facies homines quasi pisces maris, & velut reptilia non habentia ducem. Sic ergo mentis spiritualis consideratione, in fluctibus instabilis seculi descendentes, ad Ecclesiam in fide & veritate & virtute stabilitatem [viderunt] sancti Spiritus illuminatione [prunas]. Adhuc miraculo Dei facta sunt ibi prunae ardentes, & piscis assus superpositus est. Et hoc est quod dicit [viderunt prunas] calorem charitatis: Christi signata. 1. Pet. 2. 5. Rom. 12. Carbones ignis congerunt super caput eius, hoc est beneficium & charitatis impensa: quae etiam inimicos ad charitatem accendunt accendunt. Psal. 119. Quid dicitur tibi aut, quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolatoris. Hi carbonem valent & desolantur tunc, quod est charitatis constantiam. Cant. 8. Aqua vivens non potest extinguere charitatem Dei. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur? [positas] hoc est, ordinatas ad calcificationem. Psal. 18. Non est qui se abscondat a calore eius.

Et piscem [dulcissimum de aquis baptismi,

quas sanctificavit, & quas vim regenerationem contulit, Christum videlicet ex Charitate pro nobis passum, & ex calore charitatis in eum excosum, & Passione excosum. Psal. 101. Ossa mea sicut cremum aruerunt. Alia translatio. Ossa mea sicut in confixorio confixa sunt. Fritta autem & cremata in suis intrinsecis humoribus sunt assata. Sic Christus in humore pietatis suae & misericordiae in Passione, & calore pietatis assus est. Luc. 12. Non comedetis ex eo cradum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Hic est piscis dulcissimus quem Pater caelestis filijs se petentibus porrigit. Luc. 11. Si petierit piscem a Patre caelesti, nunquid pro pisce porrigit ei serpentem? Quasi dicat. Non: Sed potius dabit suipsius in Passione assati per charitatem dulcissimam preparationem. Hunc ergo piscem viderunt [superpositum] hoc est, ad summum dispositum & exhibitum. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit michi Pater meus, ut edatis & bibatis supra mensam in regno isto. Psal. 9. Sapientia posuit sibi mensam.

Et panem [Sacramenti, qui cor hominis confirmat. Psal. 77. Panem Angelorum manducavit homo. Item 147. Ex adipe frumenti satiat se. Et de hoc supra. 13. plura dicta sunt.

Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, ceptum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete.

Hic quarto officij predicationis dat auctoritatem, & conversionem describit salutem. Litera autem omnibus patet [Afferte] ad beatitudinis gloriam [afferte] ad refectionis Angelorum sanctorum letitiam. Psal. 28. Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius [de piscibus] dulcissimis, aqua lotis, & ad carbonem charitatis excosum. Ezech. 47. Erant pisces multifaris [quos] sagena predicationis [prendidistis nunc] tempore gratiae. Item. 16. Mittere eis piscatores multos, & piscabuntur eos. Sicut ante imperavit Dominus.

Ascendit [super altitudinem maris, & se & suos potens in petulo] Simon Petrus [vertex & summus Apostolorum qui piscari venerat, & omnes alios ad piscandum sua vocat auctoritate. Psal. 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Hic nihil horum veritas [traxit] labore suo [rete] predicationis & doctrinae [in terram] soliditatis & stabilitatis vitae aeternae [plenum magnis piscibus], qui virtute magni & sanctitate. Rom. 8. Quos iustificavit, illos & magnificavit [ceptum quinquaginta tribus] quia centenarius ex denario in se ipso confluxit, ut primo quodlibet mandati formetur forma virtutis, & secundo consilio divino diffundatur, & tertio ad legem Dei regulentur, & quarto fiat subordinata potestate caelesti, & quinto invincibili perficiatur vigore, & sexto dignitatem altitudinis retineat, ita ut in nulla parte cervicibus, & scapularibus concalcandis appropinquet: & septimo cum omni tranquillitate per intentionem Deus illi infuset, & octavo splendor veritatis in ipso resulget, &

non

nono ardor charitatis illud Deo offerat, & decimo ab ipso Deo odorem & formam gratiæ accipiat. Et sic per omnia bona cæli multiplicatus denarius, operum centenarij accipiat quadraturam. Quinquagenarius autem remissionis numerus est, dum nostri quinque sensus omnia secundum sua delectabilia ad decalogum referuntur: ut sicut dicitur *Baruch* 4. sicut fuerunt sensus nostri ut prouocarem Deum, decies tantum iterum conuertentes requiramus eum. Sic enim in omni precepto nihil videmus nisi decorem diuinæ pulchritudinis, nihil audimus nisi sonum diuinæ laudis, nihil olfacimus nisi odorem opinionis, nihil gustamus nisi dulcedinem bonitatis diuinæ, nihil tangimus nisi soliditatem diuinæ veritatis. Tria autem ad fidem referuntur diuinitatis: quia etiam in diuina & humana natura & eadem manente, tres inuocamus personas: & in vnicō Dominō nostro Iesū Christo tres veneramus substantias. Et sic rete plenum est magnis piscibus centum quinquaginta tribus.

Et cum tanti essent numero & quantitate [non est scissum] per hereses & schismata [rete] veritatis, doctrinæ, & vnitatis Ecclesiasticæ.

Sed contra hoc dicitur *Luc.* 5. vbi dicitur: Rumpebatur rete eorum. Adhuc autem, Omnes isti pisces electi sunt. Et *Mat.* 13. dicitur, quod simile est regnum cælorum saganæ in mari missæ. Adhuc autem *Luc.* 5. dicitur, quod annuerunt socijs qui erant in alia nauī ut inuarent eos. Hoc autem hic non dicitur.

Ad hæc & similia dicendum est secundum *Glo.* quod piscatio quæ determinatur *Luc.* 5. & *Mat.* 13. signat prædicationem fidei ad Ecclesiam præsentem, ad fidem, quantum ad numerum fidelium. Et quia multi sunt de hoc reti exenutes per schismata & hereses quas procurant: ideo ibi dicitur quod rumpebatur eorum rete. *1. Cor.* 11. Oportet hereses esse ut hi qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. *Mat.* 18. Necessè est ut veniant scandala. Vt autem homini per quem scandalum venit. Et quia etiam contra tales sæpe fit indigentia literarum & potentum in seculari potentia: ideo annunt socijs in alia nauī gubernatis ut inuarent eos: vel ut disputatione literaria conuincantur: vel potentia seculari comprimantur. Literati enim & potentes quasi in alia nauī sunt: quia Ecclesia humilitate & simplicitate Christi gubernat subiectos. *1. Cor.* 1. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes inter vos, non multi potentes, non multi nobiles. Illa enim *Mat.* 13. ad numerum fidelium colligit bonos & malos fideles. *Ti.* 1. Constatent se nosse Deum, facti autem negant. Et ideo in vltimo examine iudicij, multi de sic captis foras mittuntur & eiciuntur. Boni autem in vasa æternæ beatitudinis tanquam in mansiones Patris colliguntur. Ista autem piscatio finalis, captos signat ad perpetuam gloriæ stabilitatem, & ad litus æternitatis extractos. Quia post hanc piscationem nullus vnquam Apostolorum ad piscandum redijt: & ideo omnes electi, & nulli reiecti sunt, & nullæ scissuræ post hæc penitus procurandæ erunt. Nec egent adiutoribus: quia omnes securi sunt, in beatitudine confirmati. Hoc est ergo quod dicit: Centum quinquaginta tribus. *Istorum* autem dicit, quod in

mari illo non sunt nisi centum quinquaginta tria genera piscium, & de quolibet genere piscium aliquis fuit comprehensus. Sed hoc probare esset difficile. Et hoc ideo non approbatur.

Dicit eis **IESVS**: Venite, prandere. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit **IESVS**, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter.

Hic & in quinta & vltima particula suæ Resurrectionis ostendit veritatem, per prandium quod cum Discipulis suis fecit. Dicuntur autem hic tria, scilicet, ad prandendum inuitatio, discretio Domini cognitio, & Domini in argumento Apostolis consueto secundum veritatem demonstratio. Dicit ergo [Venite, prandere] Prandium enim quasi parandum dicitur: quia iam parauerat & refectioem de se & de gaudio conuersorum.

Mat. 22. Ecce prandium meum paratum. Tauri mei, & altitia mea occisa sunt, & omnia parata. Tauri caelestia ruminantes, siue tauri caelestes, colentes rura caelestia, martyres signant occisos pro virtute. Altitia, contemplantes in veritatis contemplatione. Et omnia parata, vniuersitatem signant electorum, quæ parata sunt ad refectioem Sanctorum. Venite ergo, prandete. *Psal.* 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. *Apo.* 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. *Can.* 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Et nemo audebat [Tangitur discretio Domini cognitio. Quod autem dicit [nemo audebat] Non fuit propter austeritatem, sed propter reuerentiæ auctoritatem, & propter cognitionis certitudinem. *Ier.* 31. Non docebit vnusquisque proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognitione Domini [discumbentium] ad prandium [interrogare eum] quia non oportebat. Vbi enim est veritas benigne & aperte exhibitæ, nulla opus est interrogatione. *Iuan.* 16. Ecce nunc pascam loqueris, & prouerbum nullum dicitis: nunc scimus quia scis omnia, & non est tibi opus ut quis te interroget [Tu quis es?] Cum silentio & reuerentia multa sedebant, attendentes in eum [scientes] certa cognitione [quia Dominus est] cui cum metu & reuerentia oportet intendere. *Heb.* 12. Seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. *Phil.* 2. Cum reuerentia salutem vestram operamini.

Et venit Iesus] Signum est consuetum, in quo suæ Resurrectionis demonstrat veritatem. Dicit ergo [Et venit] postquam alios in discubitu mensæ disposuerat & ordinauerat. *Luc.* 22. Transiens ministrabat illis. Tunc ergo ut Dominus & patrefamilias [venit] ad mensæ discubitum in capite [et] modo consueto [accepit] in manibus deitatis coniunctis [panem] quem suo ibidem miraculo præparauerat. *Sap.* 16. Panem de cælo præstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis [et dedit eis] fractum distribuendo. *Mat.* 25. Dedit vnicuique secundum propriam virtutem [et piscem similiter] in dulcedine refectioem, sicut patet per ante dicta: & comedit cum eis, sicut

sicut dicitur *Luc.* 24. quod postquam cum eis comedit & bibit, sumens reliquias dedit eis. Hac ergo potest esse comedendi suæ Resurrectionis demonstratio veritatem.

Sed obiicitur hic, quod cibus egere, est corporis animalia. Sed in Resurrectione non erunt corpora animalia, sed gloriosa, cibus non egentia. Videtur ergo quod veritatem non demonstrat Resurrectionis, sed potius vitam cuiusdam refectioem postquam iterum esset mortuus. Ad hoc autem dicendum, quod in manducatione, ut dicit *August.* duo attenduntur, scilicet, potestas naturæ, & indigentia ad deperditionem restauracionem ordinata. Potestas ergo manducandi de veritate naturæ est: & hæc Dominus demonstrauit manducando. Indigentia autem ad animalitatem corporis pertinet: & illam Dominus non habuit post Resurrectionem. Sed tunc queritur, Quid de cibo illo est factum, ex quo corpori ad restauracionem non est vnitus? Ad hoc autem iterum respondet *August.* dicens. Aliter absorber aquam terra sitiens, & aliter radius solis calens. Illa indigentia, iste potentia. Et sic vult quod animalia corpora cibosantantur ex indigentia ut terra sitiens: spiritualia autem & gloriosa faciunt ea euaporare in æterem, sicut radius solis calens. Et de hoc *Luc.* 24. & *Mat.* 20. satis dictum est.

Hæc iam tertio manifestatus est Iesus Discipulis suis cum resurrexit à mortuis.

Hic tangitur istius apparitionis ad alias comparatio. Et hoc est quod dicit [Hæc iam tertio] dicit *Glo.* Ad numerum dierum in quibus est manifestatus refertur. Vnde licet primo die pluries manifestatus est, tamen vna dicitur apparitio illa: quia eodem die ad consolationem Discipulorum est facta. Secunda autem fuit post dies octo, quando manifestatus est ad fidei & veritatis confirmationem. Et hic tertio quando manifestatur in plenitudine potestatis. Et licet pluries apparuit, tamen Iohannes in his Euangelium terminat: quia sufficit ista triplex manifestatio ad consolationem, veritatem, & potestatem. *Deut.* 19. In ore duorum vel trium stabit omne verbum. Sic ergo iam tertio [manifestatus est Iesus] ut Saluator consolans, & veritas fidem fundans, & potestate plenus suis potestatem & auctoritatis plenitudinem conferens [Discipulis suis] qui testes eius essent ad omnes. *Mat.* 10. Dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, id est, à nobis, qui manducamus & bibimus cum eo postquam resurrexit à mortuis [cum resurrexisset à mortuis] sicut præmisit *Mat.* 26. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Sed queritur, Quare resurgens Dominus non continuo mansit cum Discipulis, sed modo se manifestauit, modo aspectum suæ præsentis subtraxit? Et ad hoc dicit *Cery.* sic. Quia subtraxit se aspectum illorum aliquando, ut audius quereretur, & queritus ardentius amaretur, & amatus insignius & deuotius veneretur. *August.* autem dicit, quod subtrahendo se paulatim, aliam vitam esse quam istam docuit, quæ spiritu esset querenda, & non in præsentia corporali perficienda, sed in charitate spiritus ad Deum qui vbi-

que est. Vnde *1. Cor.* 16. Expedit vobis vti ego vadam; nisi enim abiero, Peractus non veniet ad vos. *2. Cor.* 5. Nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non cognouimus. Spiritus enim dilectio, etsi quandoque præsentia corporali Sanctotum generatur & fouetur: tamen salibus non perficitur: & ideo à talibus remouetur, omnia transcendens, ut in solo Deo perficiatur: dicens cum *Psal.* 77. Quid enim mihi est in cælo: & à te quid volui super terram?

Cum ergo prandissent, dixit Simoni Petro Iesus.

Hic istius tractatus incipit de argumentis gloriose Resurrectionis pars quinta, in qua cum manifestatione Resurrectionis, conferatur officium curæ pastoralis. Diuiditur autem hæc pars in duas partes, in quarum prima agitur de collatione potestatis. In secunda autem omnium narrarum ostenditur immobilitas veritatis *ibi* [Hic est Discipulus ille, &c.] Adhuc prima subdividitur in quatuor, in quarum prima agitur de collatione curæ pastoralis: in secunda autem de Passione pro grege *ibi* [Amen amen] In tertia quælibet pastor sequi habet vestigia summi Pastoris & Redemptoris *ibi* [Sequere me] In quarta & vltima ostenditur qualis est distinctio in sequendo Petri & Iohannis *ibi* [conuersus Petrus] In prima harum tria dicuntur temporis cognoscencia eius cui pastoralis cura committenda est, examinatio debita, & pastoralis cura commissa. Dicit ergo.

Cum ergo prandissent [In prandio enim querere noluit, ne de amicitia mensæ loqui videretur Petrus, quod de dilectione sponderet. *Eccl.* 6. Est amicus socius mensæ, & non permanet in tempore tribulationis. Adhuc autem hoc vltimo fecit, ut artius memorie commendaret. *Psal.* 136. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. In memoria enim pastoris gregem esse voluit pro quo tot & tanta sustinuit. Hæc ergo de causâ post prandium [dixit Simoni Petro Iesus] Simonem autem vocat: ut etiam Petrus obedire Deo se obligatum esse sciat. *1. Pet.* 5. Non ut dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Petrus autem dicit: ut immobilem in fidei veritate se esse debere cognoscat. *Mat.* 16. Super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei. Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iohannis, diligis me? Air illi: Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Iohannis amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio: amas me? & dixit ei. Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas.

Hic ponitur eius cui committenda est cura pastoris

pastoralis examinatio. Et non examinatur in scientia, quia scientiam per Spiritum sanctum erat accepturus: sed examinatur de dilectione, quæ est mensura vitæ, & meritorum, & præmiorum, & causa fidelitatis ad gregem. Tribus autem vicibus queritur: quia in dilectione proximi tria attenduntur, quorum vnum est dilectionis seruator, vt ardentur & ex zelo diligant. *1. Cor. 13.* Lampades eius lampades ignis atque flammularum. Secundum autem est discretio dilectionis, vt discrete diligat quis, & ad quid, & qualiter est diligendus. Et hoc ipsius dilectionis nomen sonat. *Ecclesi. 14.* Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Tertium est dilectionis ordo, vt sciat quo ordine quemlibet de grege diligat. *1. Cor. 13.* Ordinavit in me charitatem. *1. Cor. 14.* Omnia secundum ordinem fiant in vobis. Similiter in charitate tria sunt: quia *Deuteronomio. cap. 10.* Deus ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima præcipitur diligere, hoc est, ex tota cordis voluntate ne illiciat, ex tota mentis intentione ne decipiatur, ex tota anima ne abstrahatur diligere. Quod enim additur: Ex omnibus animæ viribus: hoc idem est, quia vires sunt animæ, ex qua tota diligere præcipitur. Diuiditur autem hæc pars in tres interrogationes, & in tres responsiones, & tres pastoralis curæ iniunctiones. Dicit ergo.

Simon Ioannis, hoc est, fili Ioannis, qui interpretatur, in quo est gratia: quia tota dilectio fundari debet in gratia, & nihil habere debet in affectu carnis. *1. Cor. 13.* Beatus es Simon Bāria nona vel Ioannu: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus quis est in calis. *Gal. 1.* Continuo non acquieui carni & sanguini. *1. Cor. 15.* Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. [Diligis me?] ex toto corde, hoc est, ex tota voluntate, ne illiciaris ab illecebrosis [plus his] aliis Apostolis & Discipulis.

Sed cum hoc Petrus scire non posset, vtrum plus aliis diligeret: videtur frustra hoc Dominus quaesuisse. Sed ad hoc dicendum, quod Dominus hanc quaestionem ad instructionem fecit successorum: vt scirent gregem Domini non debere commendari ei qui Deum tantum diligit: sed potius esse inquirendum eum qui Deum præ cæteris diligit. Et hoc signatum est *Numer. 17.* vbi Aaron ideo constitutus est summus sacerdos: quia virga sui solius floruit, & frondit, & fructum protulit: signans quod pastor singularis esse debet in rectitudine quæ per virgam, singularis in scientia instructionis quæ per frondes, singularis in fructu operum dulcissimæ conversationis quæ per fructum amygdali designatur. Ad hoc ergo dicit [plus his]. Et hoc dicit *Augustinus*. Sic in dignitatibus Ecclesiasticis non sufficit instituere bonum, vbi melior possit inueniri. In hac autem dilectione intelligitur seruator dilectionis proximi. *Luce. 14.* Nomen cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur nobis in via? *Ierem. 20.* Factus est in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis: & laboravi, ferre non sustinens.

Dicit ei [Petrus iam firmus vt petra, non vacillans ad vocem ancillæ. Etiam Domine] hoc est, ita Domine. Non audet Petrus inuocare con-

scientiam propriam in qua prius deceptus fuit: sed Domini conscientiam inuocat, dicens [Tu scis] Domine [quia amo te] Ac fiduciat: Tu nosti plus quam ego. *1. Cor. 13.* Tu Domine, quia nosti corda singulorum, ostende quem elegeris [Dicit ei] Iesus officium pastorale committens. Hoc autem ter facit: quia tribus modis pascere debet. Ex seruore enim dilectionis debet præbeti virtutis exemplum. Et hoc intendit hic quando dicit [Pascite agnos meos] *Ioann. cap. 20.* Cum proprias oues eduxerit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur.

Dicit ei iterum [quia non sufficit Deum diligere, & gregem seruentur diligere: nisi etiam Deum diligat totamente, & gregem diligat discrete. Et hoc est [Simon Ioannis] vt obedientia sua in gratia sit fundata. *Hebr. 13.* Optimum est gratia stabilire cor [Diligis me?] tota mentis intentione ne decipiari, & gregem discrete: vt scias quid cibi distribuere debeas, & quid eligendum vniqueque præponas. Et ideo oculi sponsi commendantur *Canti. 4.* Oculi tui columbarum. Discreti autem columbæ oculi dicuntur, qui accipitrem vndique venientem declinare sciunt [Ait illi: Etiam Domine] Et inuocat testem ipsum qui conscius est secretorum [Tu scis] qui interiora consideras [quia amo te] discrete, & non decipior amplius. *1. Cor. 13.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Omnibus enim anteponitur, & in grege suo non nisi ipse diligitur [Dicit ei: Pascite agnos meos] Pascite autem ex mentis sapientia, doctrina, & discretionem, verbo sacre prædicationis. *Psal. 77.* Pavit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum.

Dicit ei tertio [vt ordinem dilectionis etiam experti doceret] [Simon] obediens. *1. Cor. 14.* Siquis diligit me, sermonem meum seruabit [Ioannis] vt in gratia natus & formatus sit *Ioan. 1.* De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia [amas me?] Idem est hic amare quod diligere. Et querit de charitatis ordine: vt sciat quilibet in grege suo quo ordine sit diligendum; animam scilicet proximi plus quam corpus tuum, & corpus proximi plus quam res tuas esse diligendum. Et hunc ordinem tota anima & totis viribus esse tenendum. *1. Cor. 12.* Ego libentissime impendans, insuper & ego ipse impendat pro animabus vestris. *Phil. 3.* Quæ mihi fuerunt iurata, hæc arbitratus sum vt stercorea.

Contristatus est Petrus quia dixit ei [Domine Petro] tertio, amas me? [timens quia aliquid de causa futuro iterum præsciret de ipso] & dixit ei [Petrus Domine] Domine tu omnia nosti. *Heb. 4.* Omnia nuda sunt oculis eius [tu scis] intima cordis considerans [quia amo te] ante omnia, secundum ordinem charitatis, omnes vires meas ad te diligendum extendens: vt nihil me de cæteris de tua abstrahat dilectione. *Romano. 8.* Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu [Dicit ei] Domine Petro [Pascite oues meas] perfectos, qui sunt oues, spiritualia illis ministrando. Et hoc sufficit. *1. Cor. 12.* Sapientiam loquimur inter perfectos. Dupliciter autem committit agnos pascendos, hoc est, paruulos & imperfectos: vt illi & spiritualibus & temporalibus, quantum Ecclesiæ

facultates permittunt, pascantur. *Isa. 40.* In brachio suo congregabit agnos pascendo, hoc est, in virtute: & in sinu suo leuabit, hoc est, in solatio temporali fouebit.

Amen, amen dico tibi: Cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cingat, & ducet quod tu non vis. Hoc autem dixit, significans quæ morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me.

Hic tangit qualiter pastor bonus, boni pastoris formam tenens, pro grege debet animam potere: & tangit duo, in quorum primo hoc quod dictum est sub metaphora determinat. In secundo Euangelista metaphoram explanat [Hoc autem dixit] In primo duo dicit, scilicet, iuuentutis lasciuiam, & senectutis restrictionem. Dicit ergo [Amen, amen] Dupliciter confirmat. Quia & dura prædicit quæ sunt contra carnis voluptatem, & futura quæ secundum inferiores causas, nullam habent certitudinem vt credantur, & contra carnis voluptatem, & contra presentium mobilitatem. *Matth. 24.* Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Ac si dicat. Sicut tibi trinam prædixi negationem, quæ triplici confessione dilectionis purgata est: ita nunc prædico tibi ea quæ pro me confitens & non negans sustinebis. *Augustinus*. Ille negator præsumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo est coronatus. Dicit ergo.

Cum esses iunior [non tam ætate quam sensu & virtutis imbecillitate, qua me negasti. Sicut enim dicitur in primo] *Eth.* Non differt ætate, vel moribus puertilis. Non enim ab ætate, sed à passione defectio est. *Sap. 4.* Senectus venerabilis est, non diuturna nec numero annorum computata. Cui enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. *Dan. 13.* Sede in medio nostrum. Tibi enim dedit Deus honorem senectutis [Cum] ergo sic sensu & imbecillitate [esses iunior] *1. Cor. 13.* Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus, sapiebam vt paruulus [cingebas te] Hæc cinctio vocatur concupiscentiarum & voluptatum ligatio: sicut *Arifto.* inducens Homærum in *7. Eth.* dicit, quod cingulum Veneris furatur mentem valde sapientium. *Osa. 4.* Ligauit eum spiritus in alis suis. *Glo.* exponit de spiritu fornicationis, qui ligat ad concupiscentias. Et ideo à ligando dicitur lex membrorum. *Rom. 7.* Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Hoc ergo cingulo lasciuie quæ mulieribus petulantibus improperatur *Isa. 3.* Cingebas te ad carnis illecebras & mundi vanitates [et ambulabas vbi volebas] secundum carnis desideria ibunt in adiuuationibus suis. Et ex tali illicito amore vitæ carnalis me veritatem negasti. *Ecclesi. 18.* Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si enim præstes animæ concupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis.

D. Alberti Magni in Euang. D. Ioan.

Cum autem senueris [non tam ætate quam sensu & virtutis stabilitate] sicut iam confessione tua demonstrasti. *Iob. 12.* In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia [extendens manus tuas] tortori ad ligandum, quas ante intus ligauit timor Domini, ne extendantur ad illicita. *Isa. 45.* Vincit manibus pergent, teque adorabunt, & te deprecabuntur. *Psal. 149.* Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Membra enim domat veritatis alligatio ne effluant ad illicita [Et alius te cingat] tortor vicem trahens ad supplicia. *Matth. 22.* Erat Petrus dormiens vincus carnis duabus. *Isa. 22.* Dure ligati sunt [et ducet] hoc est, violentè trahet. *Thuc. 4.* Ceruicibus nostris minabamur, lassus non dabatur requies. Sic ergo ducet [quo tu non vis] quia moti omnibus molestum est, secundum naturæ voluntatem: quamuis martyribus pretiosum, secundum rationem qua gratiæ & veritati & legi consentiunt. Vnde *Augustinus*. Petrus nolens ad mortem venit: volens autem mortem vitæ, & reliquit humanæ infirmitatis affectum naturalem, quo nemo vult mori: vsque adeo quod eum Beato Petro nec senectus auferre poterit. Vnde & in Domino hic fuit demonstratus affectus, cum dixit *Matth. 27.* Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et paulo post. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Hoc autem dixit [Verbum est Euangelistæ exponens ea quæ per metaphoram dicta sunt. Dixit ergo hoc Dominus] significans sub vinculorum & cingulorum similitudine [qua morte] hoc est, quali genere mortis [esset] Petrus [Deum clarificaturus] quia sicut ne cingeretur vinculis cum Domino, Christum obscurauit in cordibus audientium negatione: ita extendendo manus in simili cruce sicut Christus, glorificabit Christum per exemplum constantiæ virtutis, in confessione crucifigentium tortorum. *Phil. 1.* Magnificabitur Christus in corpore meo siue per vitam, siue per mortem. Quamuis enim Christus non clarificetur in se ab hominibus infidelibus: tamen clarificatur continuo per exemplum patientiæ Sanctorum. Hoc est ergo quod dicit.

Et cum hæc dixisset [Iesus] Petro. Et tangitur hic tertio qualiter pastor debet sequi vestigia summi Pastoris & Redemptoris. Et ideo [dicit ei] hoc est, Petro, non quidem soli, sed signanter præ alijs: quia ipse præ omnibus pro grege debet animam ponere. Hoc est quod dicit [Sequere me] *1. Pet. 2.* Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. *1. Cor. 11.* Imitatores mei estote filij, sicut & ego Christi. *Matth. 16.* Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Heb. 13.* Excipiamus ad eum improperium eius portantes.

Conuersus Petrus vidit illum Discipulum quem diligebat [Iesus] s, sequentem, qui & recubuit in cœna super petrus eius, & dixit Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit [Iesus] Domine, hic autem quid? Dixit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere.

Hic

Hic quarto & ultimo tangit qualis est discretio in sequendo Christum. Diuiditur autem hæc pars in duas partes, in quarum prima ostenditur discretio. In secunda ostenditur occasionati erroris correctio *ibi* [Exiit ergo sermo] in prima harum tria dicuntur. Ioannis commendatio, Petri qualiter sequi deberet Ioannes inquisitio *ibi* [Hunc ergo cum vidisset] Et Domini ad interrogationem Petri responsio *ibi* [Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere, &c.] In prima dicuntur quatuor, scilicet, conuersio Petri ad Ioannem secundum respectum, & triplex Ioannis commendatio: in speciali dilectione, in ea quæ fuit in cena in finem Christi reclamatione, in specialis ausus familiaritate. Dicit ergo.

Conuersus Petrus] quia vultum direxerat ad Dominum, & tunc torquebat ad demonstrationem Ioannis [vidit] oculos dirigens ad Ioannem. 2. Reg. 25. Ponam oculos meos super eum. Dicit enim *Chryf.* quod valde diligebat Petrus Ioannem. Et audiens tam magni amoris indicia à Domino, quod videlicet simili genere mortis securus esset Dominum, quo Dominus præcellerat Petrum: cupiebat tam magnorum munere Ioannem habere focium. Et ideo direxit oculos ad ipsum, & vidit.

Illum Discipulum quem diligebat Iesus] Ecce commendatio Ioannis prima. Dilixit autem siue propter castitatis privilegium vt dicit *Chryf. & Beda*, siue propter sibi ingentiam mansuetudinem, vt dicit *Cory.* siue quia vice versa Christum ipse dilexit, vt dicit *August.* Et de hoc satis super prologum *Hiron.* super hunc librum à nobis dictum est. Amplius autem ibi determinatum est, qualiter plus dilexit Ioannem, & qualiter plus Petrum: & ibi requiratur. Hunc ergo cum videret Petrus [sequentem] Secunda commendatio ab imitatione: quia securus est mandata, consilia, & exempla Domini. *Dan.* 3. Sequimur te in toto corde nostro. *Matth.* 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

Qui & recubuit in cena supra pectus eius] sicut supra 12. cap. expositum est: vbi, sicut dicit *Beda*, fluente Euangelij ab ipso sacro Domini pectoris fonte præ cæteris altius potauit. Quia sicut dicitur *Col.* 2. in ipso sunt omnes thesauri sapientie & scientie Dei absconditi. Et de omnibus his supra multa dicta sunt.

Et dixit] Ioannes Domino. Et est tertia commendatio: quia familiarior ausum habuit ad interrogandum Dominum. Dixit ergo interrogando [Domine quis est qui te tradet?] Et hoc ipsum innuit ei Petrus, sicut supra 13. est expositum.

Hunc ergo] Redit hic ad ponendum Petri questionem, dicens [Hunc ergo talem & tam dilectum coapostolum [cum vidisset Petrus] quia princeps erat aliorum, & iam curam incepit habere in commissis [dixit ad Iesum] volens illuminationem accipere de sequela charorum [Domine] in cuius ditione cuncta sunt posita: quia nostri omnia antequam fiant. *Sap.* 16. Tu es Domine qui mortis & vitæ habes potestatem & imperium [Hic autem] quem vt meipsum diligo [quid] supple patietur, in quo est te clarificaturus?

Dicit ei Iesus] illuminans dubitationem, & arguens curiositatem, & præcipiens infectio-

nem. De primo dicit [Sic eum volo manere] custodias à persecutoris passione: quæ inferat mortem. *Matth.* 26. Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis in regno suo [donec veniam]

Quidam autem propter hoc] dixerunt Ioannem non esse mortuum, sed vsque ad diem nouissimum victurum, & in sepulchro dormientem donec veniet Christus excitans eum. Quod fabula est. Quia Christus tam dilectum sibi Apostolum, non tandem, hoc est, toto tempore vsque ad extremum iudicium suspenderet à sui visione & fruitione. Hi autem qui hanc opinionem inducunt, non habent aliquid rationis, propter quam dicant hoc quod dicunt: nisi quia fabulantur, quod terra & pulvis in superficie sepulchri ipsius, moueri videntur: sicut si spiritus alicuius spirantis suffleret. Et hoc ego puto esse fabulam. Ideo alij dicunt, quod reuera mortuus est Ioannes, sed non per martyrium: sed quod statim post mortem surrexit, & cum corpore & anima translatus ad locum beatorum. Et hi accipiunt argumentum opinionis suæ: quia in sepulchro eius non inuenitur: sed de fundo sepulchri dicunt quod manna scaturit & ebullit, in signum eius quod populum dum viveret, cælesti pane pavit.

Adbuc autem dicunt, quod non est credibile quod corpus tam dilecti Apostoli, Deus sine veneratione in celo & in terra reliquerit. Et cum non inueniatur in terra ad venerandum: pius est credere, quod in celo beata vita & immortalitate sit vestitum. Adducunt autem ad suam opinionem assercionem, quod sicut pius est credere quod corpus quod vnitum est cum diuinitate, est in gloria Resurrectionis: ita & corpus vnde corpus Christi assumptum est (quod est beatissima Virginitas) sit in gloria: sicut dicit *August.* Ita pius est credere quod corpus eius qui corpus quod templum Dei fuit custodiuit, sit in gloria vestitum. Resurrectionis. Custos autem templi Dei fuit Ioannes Apostolus.

Tertij tertiam ferunt opinionem, quæ est *Hierony.* dicentis, quod Ioannes mortuus est: sed ita fuit à dolore mortis extraneus, sicut à concupiscentia carnis inuenitur alienus. Quid autem de corpore eius factum sit, & vbi repositum, vel an resurrexit, nouit solus ille qui cognitor est secretorum. Sic ergo dicit [Sic eum volo manere] quod persecutoris supplicium eum ab hac vita non præcidat. Quia enim venenum bibit, non nocuit. *Matth.* 23. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocet. *Sap.* 3. Non tanget illos tormentum malitiæ. Et si aliquid aliud passus fuerit ad pœnam mortis, non cruciabit. Et ideo dicit *Dionysius Areopagita ad Ioannem Apostolum.* Sic abit à me vt dicam vos aliquid patifed & ipsas corporis passiones secundum solum sentire ipsas experiri. Et ideo passiones persecutorum quas sustinuit, dolorem qui rationem angustiaret vel animam tolleret, non in eum inciderunt.

Donec veniam] vel in seculi consummatione secundum aliquos, vel in morte: & hoc est probabilius. Vnde legitur in vita sua, quod in vltima senectute apparuit ei Dominus, dicens: Veni dilecte mi: quia tempus est vt cum fratribus tuis tecum epuleris. Et ipse respondit. Inuitatus ad epulas tuas lætus venio, gratias agens quia me dignatus es ad epulas tuas inuitare. Et tunc descendit

condit in defossam suæ sepulture locum, & resolutus per mortem migravit ad Dominum: sicut in prologo istius libri à nobis est expositum. Et ideo dicit: Sic eum volo manere donec veniam. Et hoc est illuminatio questionis quam quæsiuit Petrus.

Quid ad te?] Ecce redargutio curiositatis. Curiositas enim est inuestigatio superflua rerum ad nos non pertinentium. *Eccli.* 3. In pluribus operibus eius te facis curiosus: sed quæ præcepit tibi, hæc cogita semper [Tu me sequere] quia hoc ad te pertinet. *Matth.* 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Exiit ergo sermo iste inter fratres quia Discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur: sed, sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Hic tangitur correctio erroris. Et tanguntur hic duo: scilicet, error, & erroris correctio. De errore dicit [Exiit ergo] per narrationem vnius ad alteram [exiit] in publicum [inter fratres] *Iob.* 4. Comceptum sermonem tenere quis poterit *Psal.* 147. Velociter currit sermo eius [quod Discipulus ille] à Christo. & Petrus dilectus [non moritur] quia in isto intellectu sermo recitabatur: qui tamen fuit erroneus. Et ideo 2. *Tim.* 2. dicit Paulus Discipulo suo: intellige quæ dico. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. *Dan.* 10. Intellexit sermonem. Est enim opus intelligentia in visione. Isti autem fuerunt de quibus dixit Dominus *Matth.* 5. Adbuc & vos siue intellectu estis?

Et non dixit] Hæc est erroris correctio [Et non dixit Iesus ei] hoc est, Petro [non moritur] quia sententia mortis in omnes in originali peccato natos prolata est *Gen.* 2. Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Item 3. Terra es, & in terram ibis. *Psal.* 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi? *Eccli.* 9. Nemo est qui semper viuat. 2. *Reg.* 14. En omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram [sed] dixit [Sic eum volo manere] à dolore persecutoris alienum [donec veniam] vocando eum per resolutionem naturalem ad cælum. *Iob.* 14. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram [quid ad te] Remissius legendum est: quia recitat hoc quod ante dixit. *Rom.* 9. O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se fixit: Quid fecisti me sic? An non habet potestatem figulus lutum, &c. *Eccli.* 3. Alciora te ne quæseris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, hæc cogita semper. *Eccli.* 16. Plurima eius opera sunt in absconditis.

Hic est Discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & sciuit quia verum est testimonium eius.

Hic vltimo omnium eorum quæ dicta sunt inducit confirmationem. Dicit autem duo: dictorum in veritate confirmationem, & intellectus in dictis. In primo horum dicit quædam: scilicet, auctoritatem, scripturæ certitudinem, scriptorum perpetuitatem, & eorum quæ scripta sunt veritatem. Dicit ergo [Hic est Discipulus ille] Hic (inquam) tam dilectus, vt specialiter dilectus vocetur: & ideo nihil est ab eo absconditum. *Ioan.* 15. Vos dixi amicos meos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nomen feci vobis. Hic (inquam) qui in pectore recumbens secreta pectoris diuini perstravit. *Sap.* 7. Omnium artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentie sanctus. Hic (inquam) qui per omnia vsque ad mortem securus est: & ideo vidit omnia occulta fide. *Ioan.* 1. Quod vidimus, quod audimus, quod manus nostræ contractauerunt de verbo vite: hoc annuntiamus vobis. Hic iterum qui assis familiari de omnibus audebat interrogare. *Iob.* 5. Ecce, hoc vt inuestigamus, ita est: quod audimus, mente pertracta. Hic ergo est Discipulus ille summi Magistri discipulus intus & perfectus. *Ioan.* 8. Si manseritis in sermone pro, vere Discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et sic à Magistro veritatis cognoscens veritatem, auctoritate Magistri describit. *Psal.* 44. Lingua mea calamus scribæ. Ille enim verus est Discipulus, per cuius linguam sicut per calamum verba Magistri describuntur: & quicquid dicit, habet veritatem. Hic ergo est Discipulus ille.

Qui testimonium perhibet de his] Ecce certitudo gestorum: quia testimonium tam auctoritatis Discipuli confirmata sunt. *Iob.* 2. Ab his qui audierunt, in nos confirmata sunt hæc, constantem Deo signis, & prodigijs, & varijs, & quibus & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. His ergo auctor certificauit quod scripsit: quia miraculis (quæ ostendit omnia) testificatus est in eodem Spiritu conscripta, cuius virtute gesta sunt à Magistro veritatis. *Psal.* 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, &c.

Et scripsit hæc] ad gestorum perpetuitatem. Vnde dicit *Maxim. Episcop.* Nihil aliud est auctoritas quam rationis reperta veritas, ad vtilitatem posteritatis scripto commendata. *Ips.* 8. Sume tibi librum grandem, hoc est, grandia continentem, & scribe in eo stilo hominis, hoc est, ad hominis intellectum & vtilitatem. *Habac.* 2. Scribe visum & exara eum super tabulas, vt percurrat qui legerit.

Et scripsit] omnes quia verum est testimonium eius] quia ab omnibus est approbata & comperata scriptorum veritas. Vnde *Chryf.* Qui multa certitudine scripsit, non refutat testimonium suipsum in medium ferre, prouocans vniquemque examinare & scrutari quæ dicta sunt. Consuetudo enim nobis est cum valde vera dicimus, neque nostrum in talibus testimonium denegare. *Matth.* 3. Nos testes sumus omnium verborum horum. Item 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi. Et gratia magna erat in omnibus illis.

Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt, libros.

Hic tangit scriptorum altitudinem secundum

intellectus capacitatem. Tangit autem hic tria: factorum pluralitatem, scribendi impossibilitatem, & quod secundum intellectum omnem excedunt capacitatem. Dicit ergo [Sunt & alia multa] in multitudine incomprehensibilia existentia. *Ecclesi. 1.* Arenam maris quis dimenius sit? Et dat similitudinem ad ea quæ facta sunt per sapientiam diuinam, tam in mentibus quam in in cordibus, tam in Christi cogitationibus quam affectibus, & rationibus, & factis, & dictis, quæ multitudinem arenæ maris superant [quæ fecit Iesus] in se, & in alijs: tam actibus cordis, quam oris, & operis [quæ si scribantur per singula] Tangit scribendi impossibilitatem: quia si per singula scribantur, oportet ab æterno cognita, & in tempore spientia Dei dicta vel facta describere: quod est impossibile. Vnde dicitur *Dani. 12.* Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque in tempus statutum: illud scilicet æternitatis tempus, quo ista in facie Dei legentur & reuelabuntur: quia ibi parebunt, quantum ea sapientia, per seipsam ostendere dignabitur [nec ipsum arbitror mundum capere] hoc est, mundi capacitatem non [posse] sufficere ad describendum facta Verbi & rationes: quia si super quemlibet punctum cuiuslibet creaturæ scribatur ratio sapientiæ in qua factum est, mille millia punctorum non continebunt quod scribendum erat super vnum. Et sic mille millia mundorum non capient [eos qui scribendi sunt libros] de vno mundo. Et adhuc remanebit scribendum infinitum pelagus de diuinitate verbi omnia illa fa-

cientis. *Fecit. vlti.* His amplius sibi mi ne requiras. Faciendi enim libros plures non est finis. Et hoc est quod dicit: Eos qui scribendi sunt libros.

Hoc tamen quidam non referunt ad facta gesta a Christo, sed ad capacitatem spiritualis intelligentiæ, qua mundus non potest capere profunditatem mysteriorum. Vnde *August.* Nos scientes quod intelligentia nostra non caperet de Christo quæ scribi possent, curamus recta fide credere & intelligere quæ scripsit, recta operatione exercendo implere quæ docuit: vt ad dona sempiterna peruenire valeamus quæ Dominus promittit. Hæc autem Ioannes ipse in tanta altitudine posuit: vt studendi desiderium excitet, & querendi sacramenta mysterij & Verbi incarnati in omnibus feruorem accendat. *Psal. 14.* Querite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper. Sic enim, vt dicit *Richard. de sancto Viatore*, & corda nostra libri sapientiæ efficiuntur, in quibus Verbum cum suis sacramentis describitur, & Spiritus sapientiæ se in nos transfert, *Sap. 7.* Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus nisi qui hoc modo cum sapientia Dei inhabitat. Conemur ergo pulsare & querere: quia tunc aperietur fons mysteriorum. *Eccl. 1.* Fons sapientiæ verbum Patris in excelsis. Ad hæc autem mystica nobis viam sapientiæ Spiritus aperiat, qui cum Patre Verbi, & ipso Verbo, Deus trinus & vnus regnat per omnia secula seculorum. Amen.

F I N I S.

INDEX



INDEX

Rerum, & verborum notabilium, quae in
Commentariis in Ioannem
continentur.

Littera a designat primam columnam, b, secundam.

A



ABRAHAM, Moyses, & alii Prophe-
tae antiqui quomodo essent in statu
venustatis, tamen pertinebant ad
fidem nouae gloriae in Iesv factae.
pag. 149. col. b

Abraham quid viderit in conuallē Manbre.
173. b

Abraham filius quid. 174. a

Absentia Christi est plurimis causa infirmitatis.
204. a

Abstinentia ciborum delicatissimi laudatur.
110. a

Abyssus quid, & Dydimi interpretatio. 219. b

Accusantes mulierem adulteram, interius adul-
teri fuerunt, nec desiderabant puniri adu-
teriam, sed solum vt Christus in sermone repe-
teretur. 155. a

Accusatores in iudicio plurimum erunt. 106. b, &
107. a

Aceti virtus quae: Acetum Christo quare obtula-
runt. 311. b

Actiue vite plus competit curam habere conuer-
sionis animarum, quam contemplatiue.
217. a

Admiratio quid, & quae faciat. 37. a

Adorator quis, & oratio quid sit, quomodo ad ve-
ram adoratorum requirantur, & quae ad oratio-
nem. 97. a, b

Adulterae mulieris historia, an à Ioanne Euange-
lista primo inserta sit, an veto postea ab apocri-
pho addita. 152. a

Adulterium in lege tribus modis deprehendi po-
testat, vel in iudicio, vel conuictione idonei te-
stimonij, vel lege aeternae. 111. a

Adulterorum puniatio. ibid.

Dolosa fuit interrogatio accusantium adulteram
iustitiam. ibid.

Christi sua responsione iudicium dedit, & ve-
rum, & manifestum, & iustum. ibid.

Adiutori officium triplex, Spiritus sanctus hac
tria pro nobis praestat. 114. a

Quomodo Spiritus sanctus pariter tenet advoca-
tus dici possit, cum non sit mediator, sed filius.
114. b

Artes Hebraei Latine aqua dicuntur. 61. b

Aeternitatis natura quae. 174. a

Affectus naturales quatuor, & quinam sunt.
166. b

Afflicti, condolerere debemus, & eos in tribula-
tionibus consolari. 209. b

Agri quos Christus dupliciter committit Pe-
tro pascentis, sunt parui, & imperfecti,
& in sunt pascenti in spiritalibus & tempo-
ralibus in quantum permittunt Ecclesiae fru-
cturam. 336. b, & 337. a

Agri à quo sic dicti, & quomodo sequi de-
beant pastorem, & eius agnoscere vocem.
191. a

Agri etymologia, & quid denotat. 190. b

Ad agrum bonum multa requiruntur conditio-
nes. 262. a

Ager pinguis, & ager indigens quis, ibi-
dem.

Alienam à pastore debent oues ingerere, nec
cum sequi, ne quis dolo errent. 191. a,
& b

Aliud est ferendum iudicium de mandato dile-
ctionis, & aliud de preceptis ceremonialibus
& moralibus. 311. a

Altilia, iusti, & alia parata moraliter quae.
334. b

Amantissimum verus affectus est cum amico viuere,
& mori. 209. a

Amato timorem accusit Pilato, ne absol-
uendo Christum, peccatam amitteret.
101. b

Ambitio, deliciae, & amicitia mundi nonquam sa-
uunt. 172. a

Ambulare in die quid. 207. b

In tenebris ambulare & manere, malorum est.
107. b

Artem Artem quid designat, ad artem gemmarum
Ioannes Ioannes non sine ratione inter alios
Euangeticos habet. 117. b

Amethicum frequenter ponit agula, inter quae
vt eo lapide serpentes à mado coacta, in
proloq.

Amicitia quid, & eius legem quomodo sit.
103. a

Amicitia commentariorum vitanda. 311. b

Amicos verus affectus ubique in iustis amicit.
311. b

Index rerum,

- Amicorum idem est velle, & nolle. 208.a
 Auribus de bono amici sui gaudet, & de malo tristatur. 270.a
 Amor præsertim in corde præ cæteris passionibus profundatur, & languorem (causat, vires destituendo, & aliquando sensum. 266.b
 Amor amariora quæque dulcorat, semper exigit amandi debitum. 267.a
 Amor accendere & inflammare debet. ibid.
 Amor Magdalenz extollitur. 317.a
 Dolor eius de ablato corpore Domini è sepulchro. Quid steribus suis obtinuerit. ibidem.
 Amor cum dono vult donari, alias non est amor, item vult esse liber, & non coactus. 267.a
 Verus amor semper debet fundari super honestum. ibid.b
 Anadocus ad percipienda Sacramenta necessarius. 225.a
 Andreas erat virilis, interpretatur respondens pabulo, ratio talis interpretationis. 29.b
 Andreas maiorem habuit fidem quam Philippus, licet insufficientem habuerit. 110.a
 Andreas erat familiarior Domino, quam Philippus. 225.b
 Hi duo Apostoli mysticè quid: duorum societas bona. ibid.
 Vtriusque laudes. ibid.
 Ancilla æstiatia Petrum interrogans num esset ex discipulis Christi, miserantis affectu locuta est, vnde Petrus potius humiliari debuit, quam si prauo affectu locuta esset de Christo. 299.b
 Angeli non cognoscunt infinitatem essentia diuina. 19.a
 Angelorum duo sunt opera, assistere, & ministrare: Angeli cur sedentes in sepulchro Domini dicuntur. 317.b
 Candor vestimenti Angelici decorem notat gaudij resurrectionis. ibid.
 Cur vnus ad caput, alius ad pedes dicatur sedere. ibid.
 Angeli semper se exhibuerunt Christo ad ministrandum, & præsertim in agonia passionis. 229.a
 Angustia Pharisæorum circa Lazari suscitacionem à Christo factam, à tribus proueniebat. 216.a
 Anima plus æstimanda quam caro. 227.b
 Animam pro omnibus ponere quid. 195.a
 Anima Christi capax est gratia totius spiritus, quia non est simplex creatura, sed creatura vnita diuinitati. 65.b
 Et an receperit anima Christi spiritum ad mensuram. ibid.
 Anna mater Deiparæ, legitur habuisse tres viros, scilicet Ioachim ex quo genuit matrem Domini, Cleopham ex quo genuit matrem Simonis & Iudæ, & Iacobi maioris, & Ioseph qui vocatur Barfabas, & qui cognominatur infusus, & ideo dicitur foror matris eius Maria, filia Cleophæ. 310.b
 Anna & Caiphæ sacerdotum euentium scelus declaratur. 298.b
 Antichristus quoniam signa facturus sit: credentes modo cur semper signa non faciunt. 252.b
 Antichristus cur dicatur coluber, cæcates, &c. nascitur de tribu Dan, ad ipsam Iudæi primi conuertentur. 105.b, & 106.a
 Antiqui patres escam spirituales non in re, sed in figura manducauerunt. 118.a
 Apostoli sunt quasi semen salutis. 287.b
 Apostolis ad prædicandum missis prohibitum erat ferre secum aliquid in via, secus autem de prædicatione reuerlis. 110.a
 Apostoli sunt fundamenta Ecclesie. 290.a
 Apostoli filium Dei perfecte non cognouerunt. 251.a
 An Apostoli fecerint maiora signa quam Christus. 252.b
 Apostoli sunt testes signorum & prodigiorum, quæ fecit Christus. 224.a
 Apostoli sunt præseruati à malo per Christum, & in intellectu, & in affectu. 291.b
 Apostoli, & piè viuentes ideo persecutionem à malis hominibus patiuntur, quia à mundo sunt segregati. 291.a, & b
 Apostoli ante Spiritus sancti receptionem, erant quasi quedam membra stupida. 149.b
 Apostoli ante receptum Spiritum sanctum imbecilles erant, postea vero fortissimi. 246.b
 An præsentia corporalis filij impediret aduentum Spiritus sancti ad Apostolos. 279.a
 Et an ipsamet præsentia aliquem discipulorum impediret à charitate, & dulcedine diuina. 279.a
 Apostoli an fuerint baptizati ante lotionem pedum, necne: in baptismo homo conspeltur Christo. 258.a
 Apostoli magis fuerunt clarificati quam olim Moyses, dum eis collata est potestas super demonia. 293.a
 Item clarificati sunt claritate sapientiæ ad defendendam veritatem, claritate virtutis in opere, & claritate immortalitatis. 293. a, & b
 Apostoli cognouerunt per reuelationem ea omnia quæ filius habet, esse à Patre tanquam ab auctore ipsius generationis. 288.b
 Fuerunt ministri Christo fidelissimi, & per virtutem verbi in effectu cognouerunt æternam processionem, & consequenter crediderunt missionem filij temporalem ad creaturarum sanctificationem. 289.a
 Nullum affectum mundanum habebant Apostoli. ibid.
 Christus an plus orare debuerit pro Apostolis quam pro mundo. ibid.
 An Christus petierit clarificari in Apostolis. ibid.
 Aqua è latere Christi exiens regenerat nos, caro vero & sanguis eius nutrit nos. 213.a
 Aqua gratia à solis siccitatibus desideratur. 147.a
 Aquæ tres proprietates. 147.b
 Aqua vius quid ex August. 70.a
 Aquam petit Dominus & allicit ex dignitate doni & dantis. ibid.b
 Aquæ humanarum consolationum non sedant sitim

litim humani ingenij, sed sola aqua gratie
 Spiritus sancti. 71.b
 Aqua comparatur doctrina sacra propter quatuor.
 148.b
 Actus testamenti persona Domini fuit. 36.a
 Architrictinus sobrius fuit, & vinum prae aliis
 melius probare gustu potuit. 40.a
 Arguere quid. 276.b
 Arguitur iniquorum iudicium, qui Christum in-
 nocentem ad turpissimam mortem condemna-
 runt. ibid.
 Ratio cur Christus non dicitur arguere mundum
 sicut Spiritus sanctus. ibid.
 Argumenti etymologia quae. 276.a
 Aromata impendere solebant patrem in defun-
 ctorum sepulturis. 314.a
 Artij error, & eius condemnatio, circa filium Dei.
 5.a
 Atrius negans identitatem substantiae in patre,
 & filio, condemnatur. 252.a
 Arrogantiae vitandae causa non est neganda veri-
 tas. 172.b
 Ascendit Christus in caelum secundum perso-
 nam diuinam in natura humana assumpta.
 130.a
 Ascensio Christi ostendit dignitatem, potesta-
 tem, & conformem voluntatem ad patrem.
 129.b
 Aena & pullus quibus insedit Christus in suo
 triumpho, quid mystice non est verisimile
 quod aliqui dicunt, pullus cui primo Chri-
 stus insedit calcitrasse. 223.b
 Atria erant quatuor in templo, vnum interius
 in quo erat altare holocaustorum, aliud munda-
 rorum in quod laici intrabant, aliud munda-
 rum mulierum ad supplicationem venien-
 tium, aliud inmundarum, in quod etiam
 gentiles aliquando intrabant, & in isto
 iussu Sacerdotum vendebantur animalia. 41.b
 & 43.a
 Avaritia Sacerdotum & Ecclesiasticorum vitio-
 satur. 48.b
 Auctoritas quid. 339.b
 Audire Deum bonorum est, sicut malorum est
 aures a Deo auerere. 171.a
 Audire est ab alio percipere. 65.a
 Auditus duplex est, interior & exterior, utroque
 Deum docentem audire debemus. 123.a
 Auditus in Deo proprie non est, sed metaphoricè.
 101.a
 Auris non audiens quid. 28.a
 Aures diuersimodè à diuersis possunt contingi.
 233.b

B

Baptismus passionis Christi est Sacramentum,
 & duo dicit, scilicet figuram passionis &
 mysterium fidei. 54.a
 Baptismus quando institutus & promulgatus sit.
 49.a
 Quid sit in nube & in mari baptizati. 67.a
 Baptismus Christi gratiam conferbat, non ille
 Ioannis. 61.a
 Cur Christus per seipsum non baptizaret, cum
 Ioannes de ipso praedixisset, quod baptizatus
 esset: in qua forma discipuli Christi baptiza-
 uerunt. 61.a & b

Quomodo Iesus praedicante, & baptizante,
 Ioannes baptizaret, & praedicaret, cum Christus
 non aperte praedicauerit, nisi post Ioannis in-
 carcerationem. 62.a
 Barrabam Christo Iudaei culpabiliter praeposue-
 runt. 305.b
 Beati quamuis Deum videant, tamen ipsum non
 comprehendunt, & quot modis aliquid com-
 prehendi dicatur. 9. & 10.a
 Beatitudinis via certissima est. 249.a
 Beatus Benedictus in quodam globo luminis vidit
 totum mundum. 128.b
 Beatiudo designatur per domum Patris in qua
 multae mansiones, & quid illae mansiones. 247.
 b. & 248.a
 Benignitas Christi tanta est, ut non sibi semel
 ad suos venire sufficiat, sed etiam iteret suam
 praesentiam quoties eam esse utilem indicat.
 229.a
 Bestia terribili de qua Daniel 7. comparatur Iudas.
 240.a
 Bethaniae interpretatio. 219.b
 Bethsaida domus peccatorum interpretatur, & quare.
 89.a
 Blasphemia in Christo nulla fuit, cum Deus pater
 eum Dei filium genuerit, non vero Christus
 Deum se fecerit. 301.b
 Blasphemiae grauitas, & poena quae. 93.b
 Bona opera exercenda sunt dum tempus habetur,
 cum post haec vitam nulla sit ratio meriti.
 176.b
 Boni sunt lux illuminata, Christus vero lux illu-
 minans. 215.b
 Boni, & mali qua morte moriantur. 210.b
 Boni extra malorum societatem abire debent.
 308.b
 Bonus à quo dicitur. 396.b
 Bonus Praelatus valium pecoris sui cognoscere
 debet. ibid.
 Boves ad magna sacrificia pertinebant, oves ad
 minora, & columbae ad pauperum sacrificia.
 254.a
 Boves & oves unam dicuntur, & quid sit boves,
 & oves vendere. 254.a

Cassare interpretatio quae. 307.a
 Caphas quo spiritu prophetauit, & an
 propheta fuerit. 217.a & b
 Quo spiritu prophetae prophetauerunt. ibid.
 Caphas interpretatio, & eius astutia mala.
 216.b
 Caphas quibus de castis praeter ceteris ne-
 cessitatem motus Christi praesignauerit.
 217.a
 Calceamentum de quo Christus fuit humanitas,
 per autem deitas, & corrigia fuit ipsa vnio.
 22.a
 Canis & Galilea interpretatio. 329.b
 Canis fuit deus, & in quibus istantibus.
 386.b
 Carnales Iudeorum cogitationes impediebant
 ne Christo crederent. 215.a
 Castitate praedixit debet esse Praelatus castitate,
 fortitudine, et ditione. 186.a
 Causa quid. 206.b
 Cauda est impatiens. 205.a

Index rerum,

Celebritas septem dierum quæ: isti autem septem dies mysticè quid. 146.b
 Celeuma de quo Hierem. 48. quid sit. 36.b
 Centenarius est quadratus numerus surgens ex denario. 333.a
 Centurio in fide perfectus fuit, existimauit enim quod in omnibus creaturis esset ad Christum ratio obedientialis. 95.b
 Cephas Græcè, Latinè, & Syriacè, quid, & cur electo in Papam nomen mutatur. 30.a
 Charitas quadruplicem habet quantitatem, intensiuam, extensiuam, operatiuam, & perfectiuam: charitas intensiua est quædam magna, quædam maior, & quædam maxima, & extensiuam pariter, quæ magna, quæ maior, & quæ maxima dicatur. 268.a, & b. Perfectissima, seu consummatiuua est triplex, magna est incipiens, maior proficiens, & maxima est perfecta. ibid.
 An maior sit charitas ponere animam pro inimico, quam pro amico. ibid.b
 Charitatis & dilectionis vis quanta sit. 253.b
 Charitas est radix, forma, & nutritrix aliarum virtutum. 265.b
 Charitas perpetua non præuenitur dono vel merito, nostra autem est debita. 266.a
 Charitas inter patrem & filium mutua est, & est nexus quo sibi inuicem connectuntur. ibid.
 Charitatis effectus diuersi à Dionysio assignantur. 266.b
 Charitas est affectus transiens & transtentiuus, primus, intimus, dulcissimus, & ignitus. ibid.
 Charitas distinguit bonos à malis: talis quisque est, qualem habet charitatem. 246.a
 Charitas facit vt in Christo maneamus. 264.a
 Charitas ad Deum appropinquare facit. 246.a
 Est finis & regula omnium bonorum. 266.a
 Christus propter peccata nostra, & prothoparentum nostrorum, non propter sua punitus est. 175.b
 An Christus multiplicauerit panes, nouam materiam creando, vel materiam elementarem in formam panis inuisibiliter inducendo, vel in seipsis nihil penitus creando. 115.a
 Christus passus non est, nisi quando noluit, & saluti nostræ congruebat. 143.b. Principes Iudeorum falsam existimationem habebant de Christo, & non veram scientiam: quam si habuissent, ipsum non crucifixissent. 143. b. & 144.a. Orum eius terrenum non nouerunt in toto, sed in parte, non enim nouerunt quod filius esset virginis. ibid. Clamor Christi quid. ibid.
 Christus ambulando supra mare, ostendit dominum quod habebat supra elementum liquidum, & supra aërem. 114. a. Tunc assumpsit duas dotes, spiritualitatem, & agilitatem ad tempus, sicut in monte transfigurationis claritatem assumpsit, & impassibilitatem in die cenæ, quando corpus suum ad manducandum exhibuit. 114.b
 Quamuis Christus suis non procurer iucunditatem temporalem, tamen in iucunditatibus deseruit. 39.a
 Christus sine omni verbo sola sua voluntate hydrias impleuit: cum tamen alia miracula verbo aut tactu corporeo perfecterit, rationes

huius ponuntur. 39.a, & b. Cur extra vasa non fecit aquam vinum. ibid. Et cur non fecit vinum de nihilo in vacuis vasis. ibid.
 Christus cur Ioannem specialius dilexerit. 338. a.
 Quis duorum, scilicet Petri & Ioannis magis dilectus. ibid. Ioannes Euangelij sui fluentia ebibit dum supra magistri pectus recubuit. ibid.
 Fabulosum est dicere Ioannem Euangelistam non esse mortuum. ibid.b. Ratio aliorum enucleatur dicentium ipsum esse mortuum, sed non per martyrium. ibid. An fuerit exemptus à dolore mortis, & quid de eius corpore factum sit. ibid.
 Christus præter miraculum factum in nuptiis, nullum aliud fecit nisi ad necessitatem. 37. a.
 Non dixit (quid tibi & mihi mulier) ex ira, vel ex indignatione, vel ex contemptu: ibidem. Cur matrem suam mulierem vocarit. ibid.
 Christus cur illum panem hordeaceum de quo tot viros saturauit, non fecerit triticeum, sicut in Cana aquam mutauit in vinum. 112.a. Item cum illud miraculum quinque panum Eucharistiam principaliter significet, quare Christus non dedit panem de frumento, sicut Eucharistia non fit nisi de pane frumenti. ibid.
 Christus non frequentauit scholas, ridiculum est quod de eo in libro de infantia Saluatoris dicitur, scilicet quod in schola existens magistrum conuinceret de virtute & ordine literarum. 141.a
 Christi doctrina quo sensu sua, & non sua dicitur. ibid.
 Christus vt quid turbas fugiebat. 94.a
 Christus in Eucharistia nos sibi vnioit, & spiritui vitæ coniunxit, vt omnes spiritu vitæ viuificentur. 124.a
 Quidam ex Iudeis verba Christi benigne & mansuete suscipiebant, quidam impossibile reputabant quod dicebat. 124.b, & 125.a
 Christus dupliciter clarificatur, & in se, & in suis membris. 243.b
 Christus vocans discipulos filios, hoc nomen licet diminutio familiaritatem & amorem designat. 244.a
 Christus non eodem sensu Apostolis & Iudeis dixit, Quo ego vado, vos non potestis venire. 244.a
 Christus non utebarur vectura in itinere, sed pedibus incedebat, ne grauis esset his ad quos declinabat. 68.b
 Omnia quæ infirmitatis nostræ sunt absque peccato suscepit, vt nos à peccato liberaret, propè fontem ob duas rationes sedit. ibid.
 Christus in veritate Propheta non fuit, sed comprehensor & Dominus Prophetarum. 113.a
 Turbæ non credebant Christum esse Deum, sed aliquem diuinum, & Prophetam, per quem Deus tot magna faciebat. ibid.
 Christus vt quid in montem Oliueti perrexit, & quid designet mons Oliueti. 152. a. Vacabat nocte quieti, & contemplationi, die autem prædicationi & doctrinæ intendebat. 152.b
 Christus lumen mundi esse perhibetur. 156.b
 Christus secundum quam naturam orauerit, & an congreueret ipsum orare. 285. a, & b. Petiuit à patre

& verborum.

patre plenariam potestatem in omnes homines. *ibid.* Cur ei dedit Deus potestatem carnis potius quam animæ. *ibid.*
 Christus voluntarie in cruce seipsum obtulit, sanctificavit autem seipsum quando pro omnibus suis oblatus est. 197.b. Non coactè sed voluntarie mortuus est, & non solum horam mortis, sed etiam modum mortis elegit. 198.a
 Christus aui & vulturi comparatur. 249. b. Tria sunt per quæ via cognoscitur, & hæc Christo appropriantur. *ibid.* & 250.a
 Christus quo sensu via, veritas, & vita dicatur. 250.a. Patris cognitionem habere non possumus nisi per Christum. *ibid.*
 Christus in vita sua omnia perfecit quæ ad patris gloriam concedere poterant. 287. a. Quæritur tamen cum hæc omnia perfecit, cur eam claritatem perficiendam orat à patre. *ibid.*
 Christus non egebat aliquid petere pro se, sed pro nobis. 287.b
 Christus dicendo se orare pro Apostolis, & iterum se non orare pro eis, non sibi contradicit. Cur orat pro Apostolis, cum ut prædestinati non indigeant orationibus. 288.b. Tribus de causis filius Dei pro Apostolis orat. *ibid.*
 Christus elegit mortem in quantum mors fuit via vite, & per suam mortem, duplicem mortem nostram, culpæ scilicet & pœnæ curavit. 198.a. Mortuus est etiam ut patris mandatum exqueretur. 198.b
 Christum videre visione corporali non prodest ad fidem. 120.a
 Christus in plena potestate divina miracula faciebat, non per supplicationes, vel exorcismos. *ibid.*
 Christus clarificationem à patre petiit, ut mundus sciat quantum pater ipsum dilexerit. 294.a. Et in oratione sua petiit à patre ut discipuli sint consortes suæ beatitudinis. *ibid.*
 Christus noluit iudam prodere, sed potius eum inducere ad hoc ut ad seipsum reduceret. 241.a
 Quando Christus iudæ dixit, Tu dixisti, etiam tunc eum non indicavit aperte. *ibid.*
 Christus cum dixit Matth. 6. Nolite solliciti esse, &c. interdicit sollicitudinem suffocantem spiritualia, non verò sollicitudinem provisionis necessariorum. 126.b
 Christus iudæis dicendo se esse Deum, blasphemus non fuit. 201.a
 Christus tripliciter venit de sursum. 64.b
 Christus tantum descendit ab Adamo secundum corpulentam substantiam, non secundum legem concupiscentiæ. 64.b
 Christus quare aliquando se ab oculis discipulorum subtraxit post resurrectionem. 335. a. & b
 Christus quo pacto corpus suum exhibet in cruce, in caelo, & in altari. 130.b. & 131.b
 Christus in Sacramento altaris indivisus manet. 131.b
 Christus cur iudam non interrogavit potius quam Philippum, cum ipse loculos haberet. 110.a
 Christus fuit rex terrenus, omnia tamen terrena contempsit. 113.b
 Christo magis sunt adstricti ij qui ei sunt coniuncti in gratia, quam in natura. 310. b. Quo

sensu Christus loquens de Ioanne dixit, Ecce filius tuus, & Ioanni, ecce mater tua. 311.a
 Christus nullum in corpore curavit, quem in anima non sanaverit: sancti vero licet corpus sanent, tamen remissionem non conferunt peccatorum. 141.a
 Christus Angelam aquam moventem significat, omnes nostras infirmitates baptismo & passione curans. 91.a
 Christus ut pastor nos cognoscit, ea cognitione, qua pater ipsum cognoscit. 197.a. Qui notitia modus est spiritualis, & non carnalis. *ibid.*
 Christus ut Sacramenti sanctificator debuit visibili signo demonstrari. 26.b
 Item Christus Dei patris character intus characterem baptizatis imprimi, & in Spiritu sancto peccata remitti. 27.a
 Christus animam posuit in pretium redemptionis, & homo ut bonus Prelatus eam ponit in exemplum moriendi. 197.a
 Christus est pastor & gentium & Iudæorum. *ibid.*
 Christus quamvis inferioris rex appelletur à iudæis, corona tamen & vestis purpurea hunc esse regem demonstrant. 304. b. Ut quid non potest alteram maxillam una percussa. *ibid.*
 Christus Apostolos suos à malo servavit, in bono custodivit, & ne in peccatum laberentur impedivit, maximamque eorum curam habuit. 290.b
 Christus propriam domum non habuit in terra, sed sicut peregrinus receptus est ab aliis hospitalio gratiæ hospitalitatis. 28.b
 Christus adhuc ignotus antequam baptizaretur, solitus erat ad Ioannem venire. 17.a. Eius perfectiones à Ioanne predicantur. *ibid.*
 Christum imperfectè in via cognoscimus, plenè vero in patria. 256.a
 Christo ut viri vivimus per fidem, spem, & charitatem. 256.b
 Ad Christum tribus modis venit, & quibus. 120.b
 Christus descendit de caelo secundum sex. 121.b
 Christus secundum quod homo ascendit, & secundum quod Deus descendit, quia in formâ humanâ visibilis apparuit. 53.a
 Christus mortuos iudicaturus formidabilis erit, qui iudicandus ita turbam fatentem stupescit, ut ipsum solum inuadere non ausa fuerit. 297.a
 Christus cur Philippum per se vocavit, cum simplex, & rusticus fuerit, & per Philippum Nathanaëlem, qui sapiens fuit & literatus. 31.b
 Christus post resurrectionem specialiter ostendit Apostolis suis pedes, manus, & latus ob plures rationes. 322.a. Manuum, pedum & laterum laudes describuntur. 322.b
 Christi sapientia & potestas quanta sit. 238.b
 Christus est exemplum quod debent homines imitari: humilitas à Christo commendatur. 239.b
 Christus lavando pedes discipulorum an à prodiore, an à minoribus, aut à maioribus inchoaverit. 238.b
 Christus Paralyticum sanando in die Sabbathi, non est legis transgressor, sed impletor. 142.b
 Christus an poterit ianuis clausis intrare ad discipulos. 321.b
 Christus

Index rerum,

Christus post nuptias non secum matrem suam circumduxit, quia foeminarum non est circumire, sed domi manere. 42.a
 Christus cur in Samariam ferit, cum Iudaei non concenterent Samaritanis; 67.b. Samaritae interpretatio. 68.a
 Commendatur Christi patientis mansuetudo comparatue ad agnum cuius exprimentur utilitates & proprietates. 24.a
 Christus quando egressus ciuitatem nocte post cenam exiit, non intendebat latere, aut fugere, sed in oratione pernoctare, & discipulos familiariter docere. 296.a
 Christus ut sol exaltatus in omnes suos diffudit spiritus veritatis lucem, & eiusdem spiritus calorem. 150.a
 Christus omnia dixit discipulis conuenientia eorum statui, & quaedam alia celauit. 278.a
 Aeternam Christi originem ignorauerunt principes Sacerdotum. 144.b. Mendacium in eo nullum fuit. ibid.
 Christus quomodo vitem esse se dicat. 260.b. Vitis duplex vna masculina, alia foeminina, vtraque quid. ibid.
 Christi ascensus in Hierusalem fuit in primo anno antequam Ioannes incarceraretur, eodem anno quo & baptizatus fuit. 42.a
 Christus ab aeterno sanctus fuit. 202.b
 Christus est virtus patris, & brachium Domini dicitur. 202.b
 Christus post suam resurrectionem omnis prorsus infirmitatis & casus expertus est, & immunis. 318.b
 Christus resurgens quo pacto exiit de sepulchro, Eius hac in re cum Samfone comparatio. 315.b
 Christus prior est Ioanne aeternitate, dignitate, & efficacia gratiae redemptionis. 24.b
 Christus Iudaeos alloquens & dicens eos in peccatis morituros, non coegit eos desperare, sed eos noluit admonere, vt agerent poenitentiam. 160.b
 Christus ad patrem venisse dicitur per resurrectionem, ascensionem, & triumphum suum. 291.a
 An Christus virtute propria, vel virtute orationis ad patrem, suscitauit Lazarum. 214.b
 Christus quantumuis voluntarie ad mortem ierit, non tamen Iudaeis occasionem dedit in se peccandi. 297.a
 Christus mortem à Iuda sibi intentatam poruit euadere, sed non euasit ob plures causas. 217.b
 Christum publice confiteri debemus, nec eum abnegare, sciendum quemlibet timorem. 232.b
 Christus sibi facta protestatur beneficia praestita membris suis. 240.b. Nihil in Christo fuit, quod non esset ordinatum rationabili voluntate. 241.a
 De Christo diuerse erant inter Iudaeos opiniones. 140.a
 Christus scientia diuina sciebat, quis eum traderet. 238.b
 Christus in quibus moriatur, & in quibus resurgat. 227.a
 Christi doctrina, & magisterium commendatur. 47.b

Christus maxime se manifestavit in festiuis diebus & locis, vt pluribus prodesset. 94.a
 Christus extra sanctorum congregationem non inuenitur. 325.a
 Christus mulierem adulteram absoluendo nihil contra legem fecit. 155.b
 Christus instar luminosi solis vniuersum mundum illuminat. 160.a
 Christus cur mendicis plus gratiae impendat quam aliis. 177.b
 Christus quid in nobis dilexerit. 267.a
 Christus quanta pro nobis fecerit. ibid.
 Christus visu gratiosissimus fuit. 225.b
 Christus quare dicitur primogenitus mortuorum. 210.b
 Christus vt Philippo de patre quarenti dure locutus est. 252.a
 Christus quo sensu à patre suo derelictus dicitur. 164.a
 Christus per discipulos iuit ad gentes, & eas docuit. 146.a
 Christus iudiciariam potestatem meruit de congruo. 100.a
 Christus cur voluerit curare Lazarum praesens non absens. 212.b
 Christus ob varias rationes nudus voluit crucifigi. 310.a
 Christus non subuertit aut eiecit columbas, sed eas auferendas voluit. 43.b
 Christus quo sensu continet sanctos in manu sua. 201.b
 Christus non erat morti tradendus nisi per gentes. 302.a, & b
 Christus cur proditorem Iudam Petro quarenti quis esset non indicauerit. 241.b
 Christus vbi inuenitur & tenetur. 91.b
 Christi naturae & rectitudini debent omnes tanquam regulae primae commensurari. 326.a
 Christus cur non negauerit esse Samaritanum. 171.b
 Christus homo factus assumpsit quod non erat, nec diuinitatem amisit. 99.b
 Christi paupertas depingitur. 57. a. Eius mors omnimode fuit amara. ibid.
 Christus cur ligatus, & primo ad domum Annae ductus fuerit. 298.b
 Christus & Sacerdotes absoluunt à peccatis, & quomodo. 215.a
 Christus non respexit corporaliter Petrum negantem, sed spiritualiter. 301.a
 In Christo nihil potuit esse praeter ordinem rationis. 213.a
 Christi in cruce positi cum Dauide comparatio. 309.b
 Cur Christus tres mortuos suscitauerit. 97.b
 Vt quid Christus Mariae Magdalene familiaris fuerit. 205.a
 Chrysostronus de Maria Magdalena quid senserit. 204.b
 Cibos à Lazaro sumptus in cena cum Christo, duo nobis indicat. 220.a
 Cibos dulcis generat somnum suauem, & somnus reclamationem, seu recubitum. 241.b
 Circa corpora publice damnatorum quid praecipuum esset. 312.a, & b
 Circumcisio spiritalis & corporalis quando, & quomodo faciendae. 142.b, & 143.a
 Omnes

& verborum.

Omnes circumstantiae nuptiarum diffinitionem requiritur enumerantur. 35.a
 Per cisternas dissipatas quid nobis representetur. 72.a
 Clamor vis Denotat intentionem deuotionis. 132.b
 Clarificari Deum in homine, ab homine, & per hominem quid. 102.b
 Claritatem beatitudinis nemo potest videre nisi gaudeat. 294. b. quomodo oculus noster spiritalis poterit sustinere tantam claritatem in beatitudine fulgentem. ibid.
 Claritas duplex ex Chrysostrono, vna quae est per signa, alia per documenta. 293.b
 Claritas quam Christus toties petiit, quoniam sit. 287.a, & b
 Claritas Christi manifestatur. 226.a
 Claves ministris datae duae sunt, vna est auctoritas discernendi peccatum à peccato, alia est potestas ligandi & soluendi eum quem discretio clausi anterioris ligandum aut soluendum esse iudicauerit. 322.b
 Caeci cur sedent & mendicent. 178.a
 Caecis, claudis, & aridis subueniendum, eorum defectus. 90.a
 Caecus natus vt quid luto curatus est, & ad syloë iustus ire. 178.b
 Caecus natus non disputauit aduersus Phariseos amore Christi, sed amore veritatis. 184.a
 Coelum est principium vitae in vniuersis, panis coelestis etiam vniuersi dicitur, & viuificans, cum singulis ipsum gustantibus vitam inspirat. 124.b
 Coena quid, & quomodo Christus à nobis cenandus sit. 219.b
 Cogitationes, & consilia Iudeorum aduersus Christum frivola. 222.b, & 223.a
 Cognati Christi non mala sed bona intentione nolebant ipsum mundo manifestari per miracula. 138.b
 Cognitionis vitae & patrie differentia. 286.b
 Cohors militum cum Iuda venientiam vt Christum caperent, quid intenderet. 296.a
 Collectio fragmentorum ab Apostolis facta quid representet. 212.b
 Color albus inter alios colores plus habet luminis. 238.b
 Columba est avis innocens, & sine felle amaritudinis. 262.a
 Columbae quid, & quid sit: est vendere. 43.a
 Comestio tria dicit, desiderium, refectionem, & incorporationem. 90.a
 Comparatio inter somnum & mortem Christi. 45.a
 Comparatio honorum & malorum, cum ape, & scarabeo circa odors. 198.b
 Comparatio furum ac latronum cum praefatis quomodo libet se intromittentibus ad officia Ecclesiastica. 193.a
 Comparatio Eliae ad Ioannem. 20.a, & b
 Comparatur serpens zneus Christo in cruce elevato, & vtriusque similitudines ostenduntur. 54.a
 Compassionem exhibere debemus proximo. 38.a
 Compunctio quatuor habet momenta, & quae. 96.b
 Concordia malorum pessima est. 179.b

Concordia ex Augustino duplex, & vtraque explicatur. 322.b
 Concupiscentiae regnum in omnibus paruum & debile. 94.b
 Confessio debet esse vera, simplex & integra: veritas autem quatuor habere debet momenta. Confessio simplex quoniam dicitur. Confessio debet esse sine plica hypocrisis, sine vanitate, & dolo, integritas eius quatuor etiam momenta debet habere & quae. 87.a, & b
 Confidentia est fortitudo animi, cum spe vincendi pericula. 284.a
 Confirmatio Petri, & interpretatio Ioanna & Iona commendatur. 30.b
 Congruentius dicitur, erat apud Deum, quam erat apud substantiam, vel essentiam Dei. 3.b
 Consolans afflictum qualis esse debeat. 261.b
 Consolationes diuinae & spirituales ad homines carnales non perueniunt. 276.a
 Conspiratio est obligatio in malum. 181.a
 Consubstantialitas verbi cum patre denotatur his verbis, Deus erat verbum. 4.a
 Continentia corporis Christi sub specie sacramenti perficitur ex duobus, scilicet ex continentia signati sub signo, & ex continentia locati in loco. Corpus Christi est in qualibet parte speciei sacramentalis totum, & in toto totum. 131.a
 Deus & corpus Christi quomodo sint in loco. ibid.
 Contumelie grauitas qualis. 171.a
 Cophinus quid. 112.b
 In eo significatur Eleemosynam crescere in incrementum. ibid.
 Cor est principium vitae, motus, sensus, & omnium aliorum. 247.b
 Corpus licet durum sit, est tamen flexibile, & significat auctoritatem pastoris. 190.b
 Corpora gloriosa quid possint. 327.a
 Manichaei, & Euclyches docebant corpora resurgentium esse subtiliora aere & ventis. 327.b
 Multa à beato Gregorio Constantinopolitani misso ab Ecclesia Romana, damnata sunt circa materiam corporum gloriosorum. ibid.
 Corpori Christi mortuus ob tres considerationes debetur honor, veneratio, & cultus diuinus, laudanturque ij qui idcirco Myrrham & aloes attulerunt. 215.b
 Corpora animalia, & corpora gloriosa aliter, & aliter cibos attrahunt. 335.a
 Corporis dominici coena, & legalis coena non idem effectus. 237.a
 Corporis gloriosi dotes, & proprietates tanguntur, & an duo corpora possint in eodem loco esse. 321.b
 Corpus Christi quomodo sumendum, & quid eius sumptio efficiat. 132.a
 Corpus & sanguis Christi non debent dici duo sacramenta, sed vnum. 233.a
 Corpus Christi vegetat nos ad vitam diuinam, quae est gratiae & gloriae. 127.a, & b
 Creatio nihil supponit per quod operetur. 7.a
 Creaturarum mutatio vt quid fiat. 130.b
 Crederes potestatem habetis faciendi signa, & prodigia. 251.a, & b
 Et quae fides ad faciendae signa exigitur. ibid.
 Credentium praerogatiuae quae. 113.b
 Gg 4 Credere

Index rerum,

- Credere nulli negatur volenti, licet fides sit Dei donum, in nostra enim voluntate est consistere, vel discredere. 162.a
- Credere scripturis, & sermone Dominico quid sit. 46.a
- Et quid in nomine Dei credere. ibid.
- Credere an sit opus & actus fidei. 117.b
- Credere in Christum, quid: fides vias, & facta, & mortua describuntur. 54.b
- Crimen factum, & crimen futurum quomodo puniendum, & reuelandum. 242.a.&b
- Crucifixio poena erat abominatione digna antiquitus. Cur Iudaei bis dicunt, crucifige. 305.a
- Supposito quod blasphemia vera fuisset quam imponebant Iudaei Christo, potius erat lapidandus secundum legem quam crucifigendus, sed non sine causa Christus hoc elegerat supplicij genus. 305.a
- Crucis Dominice encomia exaltantur. 308.a.&b
- Cur ipsemet propriam crucem portare iussus fuerit. 308.a
- Crux à quo sic dicatur: Cruci communicare, & stare prope crucem debent Christiani. 311.a
- In cruce Christus nostram sinit salutem. ibid.
- Cubitus est mensura humani brachij. 333.a
- Cur frangebatur crura damnatorum. 312.b
- Cura spiritualium proponenda est temporalibus. 42.a
- Curiositas non semper est mala. 222.b
- Curiositas Petri reprehenditur. 339.a
- Cursus & recessus Christi ad patrem cum solis motu comparatio. 275.a.&b
- Cyri interpretatio. 150.a
- D**
- D**emon demoni non contrariatur. 199.a
- Damnatae plurimae hereses contra verbum, & spiritum Sanctum. 6.b
- Damnatur Manichei dicentes materiam creatam esse à malo Deo. 39.b
- David interpretatur manu fortis, & aspectu desiderabilis. 309.b
- Depositio vestimentorum à Christo quid: Christus quatuor vestimentum deposuit, sed tribus vicibus resumpsit, haec quatuor depositiones vestimenti quid. 238.a
- Descendit Christus Capharnaum post nuptias, non quidem statim, sed aliquo tempore interiecto. 41.b
- Desertum quid significet. 21.a
- In deuotione sacrificij spiritus contribulati quatuor sunt necessaria. 38.a.&b
- Deum non esse causam mali contra Manicheos multis rationibus ostenditur. 7.b
- Deus est nomen incommunicabile, & deitatis natura nulli conuenit nisi vni secundum substantiam. 251.a
- Deus diligit mundum dulciter, sapienter, fortiter. 55.b
- Deus dupliciter facit opera sua perfecta. 183.b
- Deus in nullo cogit. 70.a
- Deus & ministri diuersimode remittunt peccata. 323.b
- Nec absoluit eum Deus quem Ecclesia in suis ministris ligauerit. 323.b
- Item Deus homo, & sacerdotes non eodem modo absolunt, Deus enim homo per potestatem excellentiam quae etiam remittit peccata purgatorij absque eo quod liget poena satisfactionis, sacerdos vero seu vicarius Christi non absoluit nisi prius liget ad satisfactionis poenam. ibid.
- Deus non misit filium in mundum ut ipsum iudicet iudicio discretionis, sed ly gr notat terminum aduentus eius. 184.b
- Deus excæcat, lumen non immittendo, vel aliis modis. 231.b
- Quem velit Deus indurare & excæcare. ibid.
- Deus dupliciter dicitur, & secundum substantiam, & secundum opinionem, seu nuncupatiuè. 286.a
- Deus peccatores qui eum non audierunt, etiam non audit, cum ad eum clamauerint. 146.a
- Deus quadrupliciter est in creaturis. 48.a
- Deus & à Gentilibus & à Iudaeis non tantum in templis, sed vbiq; adorandus. 75.a.&b
- Deus in hac mortali vita non potest videri. 104.a
- Ly, Deus de natura proprii significati supponit substantiam. 4.b
- Deus 4. modis apparet in creatura. 26.a
- Deus magis dilexit mundum quam filium suum. 56.a
- Deus semper praesens est Sanctorum congregationibus: bonorum est simul congregari & malorum dispergi. 321.a
- Deo ex hominum laudibus nihil adiicitur ad suam gloriam. 102.b
- Dextra & sinistra manus quid. 332.a
- Diabolus est antonomastice peccator, & cur. 242.b
- Qua possessione Iudam possidebat. 242.b
- Diabolus meruit omne ius suum amittere, eo quod Christum inuaserit, in quem nullum ius habebat. 260.a
- Diabolus quorum respectu dicitur princeps. ibid.
- Diabolus non est creatus malus, sed bonus, euasit autem malus propria culpa. 170.a
- Dictum Christi ad Iudaeos de eorum morte in peccato, nullam imponit necessitatem, sed eorum in malo obstinatum declarat voluntatem. 162.a
- Diei & lucis perfectio, & excellentia. 320.a
- Dierum quos habet Christus, quatuor genera enumerantur. 330.b. & 331.a
- In horum dierum luce quid fiat ab Angelis & hominibus. ibid.
- Dies tres in 2. cap. Ioann. lumen legis naturae, & scripturae, & legis gratiae, & etiam alia designant. 5.3. dies. 34.a
- Differentia inter fontem & puteum, item inter altum & profundum. 71.a
- Differentia inter orationem peccatoris, saluatoris, & viri iusti. 284.b
- Differentia inter virtutem finitam, & infinitam. 39.b
- Differentia circa Caypha introitum in praetorium. 301.b
- Difficultas circa haec verba, nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. 62.a.&b
- Digirus Dei est demonstratio diuinæ potestatis. 171.b
- Digirus, terra, & scriptura fragilis qua Christus adulterae sententiâ scripsit, quid denotent. 154.a
- In

& verborum.

In dignitatibus Ecclesiasticis non sufficit iustitiae bonum, ubi melior potest inveniri.	336.a	Dolores inferni qui.	198.a
Dij in scripturis multi dicuntur per participationem, & aliis modis.	202.a	Dolosa interrogatio Iudeorum ad Christum condemnatur.	199.b
Dilectio Christi erga Lazarum, & quare usque ad quartum diem expectaverit ad eum suscitandum à mortuis.	206.b	Dolus ex Augustino, quid sit, & quid vir dolosus.	32.b
Dilectio Christi erga suos quanta fuerit: quinam sui esse dicantur.	236.b	Domini gentium qui dicantur.	263.b
Dilectionis verbum transivum est, & importat transitionem spiritus, quæ à patre procedens transit in mundum, ut ipsum sanctificet.	36.a	Donorum Spiritus sancti multa sunt genera, & quæ.	324.b
Dilectione spiritus Sancti mundus afficitur, docetur, repletur, & perficitur.	ibid.	Quibus rationibus ostenditur mundum Dei cognitione indignum fuisse.	294.b
Dilectionem mutuam esse oportet.	245.b	Dux erat Bethaniz, alia iuxta Hierosalem, alia trans Jordanem: item Bethaniz interpretatio.	23.a
Deus creat in nobis spiritum dilectionis, qui suo iure comparatur, & diligendi exemplum nobis exhibet Christus ipse.	ibid.	Ducere in altum quid.	330.a
Dilectio mutua est eorum qui ab vno procedunt, & in illo vno filij diligunt se invicem.	169.a	Duo gradus discipulorum mysticè quid.	297.b
Dilectio proximi commendatur.	245.a	Duo sunt cibi in vitam æternam permanentes, & qui.	116.b
Dilectionis fortitudo quanta.	ibid.	Duo pisces mysticè quid.	110.b
Dilexit præ aliis Ioannem Dominus ob varias causas, in prolog. Hieron.	ibid.	Duo sum in corde, intellectus & affectus, vtriusque turbatio quæ.	247.a
Describuntur congruentie scribendi in Ioanne.	ibid.	Duo prima mandata charitatis de dilectione Dei & proximi, duorum discipulorum nomine non expresso designantur.	330.a
Diligere nos invicem, quomodo, & quo ordine debeamus.	267.a	Duo vocant ad Christum: vnum est intellectus supernaturalis veteris legis, aliud est revelatio veritatis.	27.b
Diligere suos in finem quor modis possit intelligi.	236.b	Duplex intellectus vnus purus, & alius obtenebratur, quid sit vterque.	18.a
Dilectio discreta esse debet & quomodo.	336.a	E	
Dilectio Dei quanta esse debeat.	ibid.	E xaminatorum & iudicum Christi daturus malitia.	298.b
Dilectio debet tota fundari in gratia, & nihil in affectu carnis habere debet.	ibid.	Ecclesia qualiter est ouile particulare ouium.	185.b
Discipulorum diuersa sententia de Christo.	150.a	Ecclesia è latere Christi in cruce dormiens, sicut vna è latere Adæ dormientis formata est.	312.b
Discipuli ignorantem resurrectionem Christi futuram, dubitabant de verbis eius, dum dixit eis, modicum, &c.	279.b	Ecclesiasticas dignitates quinam usurpauerint.	187.a
Discipulus verus, & homo liber quis.	165.a	Ecclesiastici non debent pro terrenis seruire, vel timore inopie iustitiam deserre.	243.a
Hominem quid constituat.	ibid.	Effectus per causam cognoscitur, & destructa causa destruitur effectus.	203.a
Discipuli hæsitantes de sermone Christi dicentis aliquem ex ipsis fore traditorem, quid senserint.	241.a	Efficacia sermonis & verbi diuini circa constructiones, & viuificationes creaturas.	272.b
Discipulus magistro in corporalibus ministrare debet.	79.b	Electio paucorum est.	239.b
Dissentio quid, eius auctor Deus non est.	198.a	Electio duplex, diuina & humana.	240.a
Dissimilia ad inuicem odio se habent, & pugnant.	267.a	Electi sunt fasciculos Christi.	313.b
Diuersa Christi apparitiones post resurrectionem ad quid fierent.	335.a	Electio triplex est genus.	270.b
Diuersa opiniones circa mortem Ioannis. In prolog. Hieron.	ibid.	Electio ad predestinationem non fit aliquo nostro merito precedente.	270.b
Diuersi modi intrandi in ouile aliunde quam per ostium, quibus conueniant.	187.a	Elemosyna duplex est, spiritualis & corporalis, quales esse debeant elemosynæ.	271.b
Dies Lucæ 16. quomodo Lazarum in gloria uiderit.	48.b	Encenia quid denotent, & quando instituta, & quomodo in veteri lege præfigurata.	119.a
Diuina præscientia non est causa humane malitiae per eam præscita.	239.b	Enim in forma Eucharistia ad quid ponatur.	132.a
Diuinus amor est extrinsecus patiens.	56.a	Ephrem vel Ephrata terra quid.	218.a
Docere quid.	128.a	Epikta ex Philosopho quid.	91.a
Doctor verbi sacri non perficitur in mundi sapientia, sed in dono spiritus diuini.	329.b	Episcopus, quando se conuertit ad congregationem in missa dicit, pax vobis, & hoc verbo dicit quadruplicem pacem, in ipso, in gratia, in conscientia, & in gloria.	322.a
Doctrina Christi non in occultis, sed in apertis & solemnibus locis fuit publicata.	300.a	Equus est animal superbum & ambitiosum.	286.b
Dolor parturientium pressus dicitur.	28.a	Error Nestorij, Euychis, & Pauli Samocethi, circa spiritum Sanctum.	271.a

Index rerum,

- Esse de hoc mundo quid. 161.b
 Esse cum Christo quomodo possimus, cum dica-
 tur inaccessibleis. 294.a
 Essentia diuina propter suam summam simplici-
 tatem diuidi non potest. 256.a
 Esuries spiritualis ex duabus causis prouenit.
 113.a
 Euangelistæ non sibi contradicunt in vno loco
 dicentes mulieres in sepulchro dominico vi-
 disse Angelum, & in alio duos Angelos. 317.b
 Eucharistia Sacramentum cur de grano frumenti,
 & non alio conficiendum. 226.a
 Eucharistia institutio testamentum est, & æter-
 num, & quo sensu. 132.b
 Eucharistia est etiam veritatis sacramentum, &
 quomodo. 135.a
 Eucharistia sacramentum communionem dans
 Sanctorum dicitur Sacramentum communi-
 nis. 134.a
 Quo sensu multi in hoc Sacramento vnum cor-
 pus efficiantur. A communionem huius se se-
 parare periculosum. 134.b
 Eucharistia etiam amoris & charitatis Sacramen-
 tum dicitur. ibid.
 Ex vi Sacramenti supra formam calicis non est
 nisi sanguis, & supra panem non est nisi cor-
 pus, huius ratio assignatur. 132.a
 Excellentia gratiæ Christi declaratur. 16.b
 Excitati nullatenus inuenire possunt solem ius-
 titiæ, quantumcumque ipsum querant. 160.a.
 & b
 Exemplum bonum maxime prelato necessarium.
 190.b. & 191.a
 Explicatur ab Augustino absentia Thomæ Apo-
 stoli à consortio discipulorum cum Christus
 eis apparuit post resurrectionem, hæc absentia
 Thomæ fidem certificat mysterij resurrectio-
 nis. 324.b
 Explicatio horum verborum, sine ipso factum
 est nihil. 7.a
 Explicatio horum verborum, in principio erat
 verbum. 2.a
 Explicatio quarundam visionum Isaie 6. capite.
 232.a
 Explicatio stature seraphicæ de qua Isa. 6. fit
 mentio. 317.b
 Explicatur sensus horum verborum, Deus meus,
 quare me dereliquisti. 284.a
 Expositio Augustini, super Iy mulier. 37.b
 Extra synagogam esse aut fieri quid. 274.b
- F**
- F**alsi fratres quinam dicantur. 46.b
 Falsi fratres quantum periculosi. 215.b
 Fato non subiacebant facia Christi. 139.a
 Fauus mellis quis. 135.a
 Febris quid: qua febti laborabat filius reguli.
 94.b
 Feriæ quæ de causa in Ecclesiâ præcipiuntur.
 95.a
 Fetiario de iure naturali non est. ibid.
 Fictio fugienda. 242.a
 Fides Apostolorum maior & minor fuit secun-
 dum diuersa tempora. 259.b
 Fides est supra hominis rationem in via, & infra
 veritatis intelligentiam in patria. 252.a
 Fides formata est fundamentum omnis boni in
 nobis. 174.a
 Fides & demonstratio sibi contrariantur. In prol.
 Hieron.
 In fide duo sunt consideranda, & quæ. 184.a
 Fides Marthæ aduersus ipsam mortem potens
 fuit. 311.a
 Fidelitas testimonij Ioannis demonstratur. 16.b
 Fides in partem est confortatiua, fides in filium
 est promissorum omnium verificatiua. 247.b
 Fidei magnitudo exaltatur. 253.a
 Fides quid, & quæ differentia inter ipsam & opi-
 nionem. 78.b
 Fides formata non informis ad vitam æternam
 habendam exigitur. 66.a
 Fides cum sit rerum non visarum, cur Thomæ di-
 citur, Quia vidisti me Thomæ, credidisti. 328.a
 Quibus Thomæ incredulitas profuerit. ibid.
 Fides digna exaudiri qualis esse debeat. 283.a
 Fides initium est libertatis. 164.b
 Fides est earum rerum quæ non videntur, & est
 etiam visibilibus & sensibilibus sub diuersis
 respectibus. 120.a
 Fidei cognitio articulum cum suis propriis deter-
 minationibus præsequitur. 183.b
 Fidei est illuminare, & cetera veritas cui innititur,
 non permittit confundi. 113.a
 Fides quid. 147.b
 Filia Sion mysticè quid. 224.a
 Filius pro patre, & pater pro filio interdum à Deo
 puniuntur, & qua ratione id contingat. 175.a
 Filius Dei secundum naturam diuinam non potest
 esse clarior, & secundum naturam assumptam
 fuit plenus claritate gratiæ ab instanti con-
 ceptionis. 285.a
 Ipse filius propriam clarificationem petens, eam
 etiam petebat pro suo patre. ibid.
 Item non querit gloriam vanam, nec huma-
 nam, sed eam querit claritatem qua Deus ab
 hominibus glorificetur. ibid.
 Filium audire à patre, quid. 163.a
 Quomodo filius videt à patre, & audit ab ipso.
 ibid.
 Filius Dei quo sensu sit æqualis patri. 95.b
 Eius potentia à quo sit. 96.a
 Qua dilectione diligatur à patre. 96.b
 Filius Dei secundum conditionem nature diui-
 næ & proprietatem patri non potuit. 163.b
 Filius est certa via ad patrem. 159.a
 Filius est demonstratio & digitus patris. 233.a
 Filij adoptionis adoptiui in cælo efficiuntur per
 formam filij naturalis. 53.b
 Filij dissidentia qui dicantur. 162.a
 Filius à patre egreditur per essentialem genera-
 tionem. 169.a
 Filius Dei quo sensu à patre signatus intelligatur.
 117.a
 Filius à patre semper auditus est, & huius ratio.
 214.a
 Filius minor patre quo sensu intelligendum.
 259.b
 Filius vt quid vnigenitus patris æterni dicitur.
 277.b
 Filius & Spiritus sanctus diuersimodè arguent
 mundum de peccato, & iniustitia, &c. 277.b. &
 278.a
 Filius incarnatus est, non Pater, aut Spiritus san-
 ctus. 14.b. & seq.
 Filius Dei non est creatura. 8.a
 Filij

& verborum.

Filij Dei per quid efficiamur. 165.a
 Filius Dei ab omnibus glorificatur. 16.a
 Osenditur excellentia gloriæ eius. ibid.
 Filij arietum quinam dicantur. 30.a
 Filius quid possit à seipso facere, & quid à patre. 101.a
 Eius iustitiarum est. ibid.
 Filius à patre quor modis exire dicitur. 158.a
 Finis proximus, & remotus Evangelij à Ioanne scripti quis. 368.b
 Finis incarnationis & legationis Christi fuit ut ad eum omnes veniant. 109.a
 Firmitas terræ mysticè quid. 353.a
 Quor, & quænam sint peccatorum flagella. 43.b
 Fletus magdalene iuxta monumentum Domini minus rationabiles ostenduntur. 318.b
 Flumina paradisi moraliter quid. 143.a
 Dorix fluij interpretatio. 147.b
 Fœnum mysticè quid. 171.
 Fœtor mysticè quid. 214.a
 Fons ascendens de terra, de quo Genes. 1. mysticè quid. 145.a
 Fontes duodecim de quibus Exodi 15. qui secundum diversos scripturæ sensus. 147.b
 Fons Iacob mysticè quadruplicem fontem significat. 68.a & b
 Fontes gratiæ ad humilia & profunda cordis defluunt. ibid.
 Forma Eucharistiæ non operatur nisi circa id quod intendit sacerdos. 133.a
 Forma hæc licet sit diuisa in dictiones, & syllabas, tamen operatur indiuisibilibiter. ibid.
 Formatio prima vniuscuiusque rei, & eius reformatio si deprauetur, sit ab eodem principio naturali & efficiente. 178.b
 Formido quid iusti formidare nihil debent. 247.b
 Fractio corporis Christi quomplex, & exempla aliqua circa hanc materiam. 131.b
 Argumenta & eorum solutiones contra has veritates. ibid.
 Fractio panis, collyrida panis, & similia fixa oleo quid. 133.a
 Frater quis potest dici quatuor modis, & quibus. 118.b
 Frater noster Christus quomodo intelligatur, & æternus pater quomodo nostri respectu pater dicatur. 319.b
 Fratres Christi dicuntur Iacobus minor, Simon Chananzus, Iudas, & Ioseph iustus, quia erant consobrini. 138.a
 Fremere, turbare, & lachrymari debet peccator ad peccati expiationem. 213.a
 Fructus exaltationis Christi in cruce quis fuerit. 54.b
 Frui quid. 322.b
 Furis cum simoniaci comparatio, à quo fur sic dicatur. 194.a
 Fur tria mala facit. ibid.
 Furis & latronis differentia quæ. 187.a
 Furor hostilis pro tempore declinandus exemplo Christi fugientis à volentibus lapidare ipsum. 174.a & b
 Futura secundum causas inferiores nullam habent certitudinem, ut credantur. 337.a

G

Galilæa transmigratio interpretatur, & moraliter quid. 137.b

Galilæi erant plures è discipulis Iesv, in ea provincia Christus inchoauit suæ prædicationis initia. 67.b
 Gastrimargi qui, eorum vituperatur gulosis. 116.a
 Gaudium Christi quodnam sit. 265.a & b
 Gaudium mundanorum est vanum, & de rebus temporalibus, & turpibus, impurum, permixtum & breue: gaudium vero spirituale est pulchrum, æternum, purum, & verum. 280.b
 Generatio carnalis transfundit peccatum originale, & generat carnalem in peccato originali existentem. 50.b
 Genesareth quid, & eius significatio, multis verbis circa hanc situatæ sunt. 329.a
 Gentiles quid adorauerint. 75.b
 Glorificatio Domini duplex est, in se scilicet, & in corde credentium. 149.a
 Potissimum in die Pentecostes Christus glorificatus dicitur. 149.a
 Golgotha est locus decollationis, vbi puniri solebant malefactores, ibi secundum Chrysostom. iacuit Adæ caluaria, cuius debitum Christus persoluit. 308.b
 Grabbarum quid. 93.a
 Grani frumenti præ aliis granis perfectiones describuntur. 226.a & b
 Gratiæ sacramentalis ut sacramentalis in quo differat à gratia virtutis ut virtutis. 133.a
 Gratuita est de ratione doni. 254.b

H

Hæreses, & schismata non possunt tollere veritatem, doctrinam, & vnitatem Ecclesie. 334.a
 Hæretici, dolosi, & simoniaci per quæ ostia intrent in ostium Christi. 185.b
 Hebræi excellabant religione, Græci sapientia, & Latini potestate. 309.b
 Hebræi & Græci nominibus numeralibus, pro ordinalibus vniuntur, & ideo vnum apud eos in ordine dierum significat primum. 314.b
 Vna Sabbati est prima dies hebdomadæ, ut apud nos Dominica. ibid.
 Hierusalem in passione Domini, spiritualiter se fecit Aegyptum. 309.a
 Homicida ab initio quo sensu dicatur fuisse diabolus. 170.a
 Homines animales non percipiunt Christi præclara opera sed ea vituperant. 200.a
 Homines de parte carnali gloriari non debent. 168.a
 Per homines & iumenta quid intelligendum. 171.b
 Honor patri & matri est exhibendus. 171.b
 Honor Prælati est exhibendus, & cur. 225.a
 Hora suscitandi mortuos duplex est. 99.a
 Hora faciendi miracula quæ sunt. 37.a
 Hora decima est hora quasi vespertina. 129.a
 Hora de qua loquebatur Sabbatica, quando impleta fuerit. 76.a
 Hora septem mysticè quid representent. 98.a
 Hora prima post meridiem omnis æget peius habere incipit, & huius ratio. 96.b

I. Iacob

Index rerum,

I

- I**acob, & Bethel mysticè quid. 283.a
Idololatria est spiritualis fornicatio, Deo odibilis. 168.b
Ieiunium, oratio & elemosyna sanant pestes corporis, mentis, & cordis, vel operis. 97.b
IESVS quor modis stare dicitur. 147.a
IESVS Christus vnctionem denotat quam in hominibus vt medicus summus fecit. 286.b
IESVS ad mortem quæsitus non fugit, aut delinuit, sed sponte se obtulit querentibus. 297.a
IESVS cur in montem abiicit, & quid ille mons designet. 108.b
Cur **I**ESVS in signum mortis ac resurrectionis suæ Ionam posuerit. 45.a
IESVS nomine saluatio intelligenda. 93.a
IESVS non diu apud Samaritanos mansit, ne scandalum Iudæis daret. 93.b
IESVS in 1. aduentu in Galilæam, honorem non habuit. *ibid.*
Ignea lex quid. 245.a
Igni comparatur auaritia. 194.a
Ignorantia Iudæorum erga Christum quæ, & vnde proueniebat. 272.a & b
Ignorantia culpabilis maximè periculosa. 157.b
Ignorantia duplex, & quæ. 184.b
Ignoratum non potest fieri notum, nisi per aliquid quod notum est. 92.b
Imagines adorandæ, & templa veneranda. 77.b
Imprecabilis nullus purus homo est. 238.b
Imprecabilitas Christi comprobatur. 181.b
Imprecata esset sacra Scriptura, si à verbo Dei non inchoaret. *In prolog.*
Imprecationes omnium Patriarcharum & Prophetarum veteris legis ostenduntur in comparatione ad Christum. 62.a
Impiorum cæcus, & concilia fugienda sunt. 299.b
Impiorum concilia & congregationes perniciose sunt. 216.a
Impotentia ad credendum duplex est, vtraque quid. 231.a
In fidem & in scientiam alicuius rei per quid intratur. 185.a
In Christo **I**ESVS tres veneramus substantias, & in diuina natura tres inuocamus personas. 334.a
Duo fecit verbum incarnatum. 1. per inuisibile deduxit ad inuisibilem Dei notitiam, 2. per dolores passionis sanauit infirmam naturam. 15.a
In incarnatione verbi nature non sunt confusæ, aut permixtæ. 15.b
Inclinare se deorsum quid. 154.a
Infidelitas est antonomasticè peccatum inter alia. 276.a
Infirmis, & fragilibus condescendere debemus. 42. a. & b
Infirmorum quatuor sunt genera. 205.b
Iterum aliarum infirmitatum quatuor genera, & earum quædam appetendæ, & quædam detestandæ. 205.b. & 206
Infirmare spiritu quid. 212.a
Inimici Christi neque in ipsum viuam, neque in ipsum mortuum sanire potuerunt, nisi in quantum permissum est eis à diuina dispensatione. 312.b
Inimicus homo quis, & quid in corde Iudæi reperit. 237.b
Innascibilitas filio non conuenit, sed patri, at vero æqualitas ei conuenit. 101.a
Innocentes semper piè interpretantur omne dictum quod non est expressè malum. 243. a
Innocentia Christi etiam ab inimicis cognoscitur. 303.b
Innocentium lapidatio frequens in scriptura legitur. 201.b
Insipida sunt, & inutilia quæ sicut humanis laboribus sine gratia Dei. 331.b
Instructio per verbum non proficit, sine exemplo. 185.a
In intellectus vnus relatiuorum est in altero. 240.b
Inter duos latrones non sine causa pariter voluit Dominus. 308.b
Interficere seipsum illorum est qui turpes apud alios & amari sunt complexione & moribus. 161.a
Interioribus corruptis non est aliqua possibilitas ad vitam. 214.a
Intinctus panis fueritne corpus Christi intinctum cum sanguine. 242.a
Opiniones circa id. *ibid.*
Inuitus corporalis significat amorem cordis. 30.a
Inuidia ducti Iudæi nec filium nec patrem cognouerunt, quantumuis per opera & scripturas eos cognoscere facile potuissent. 159.b
Inuidorum malitia designatur. 224.b
Ratio quare inuidia Iudæorum potius mota est contra Christum quam contra Ioannem, cum vterque baptizaret. 67.a
Ioachim Abbatis damnatur error, & aliorum docentium, quod idem seipsum generat. 251.b
Ioannes responsione sua tria de se negat, nobilitatem dignitatis & potestatis, magnitudinem virtutis & sanctitatis, & excellentiam sapientie & illuminationis. 222
Intelligentia horum verborum; Illam oportet crescere, me autem minui. 64.a
Introuxit Ioannes consuetudinem baptizandi in materia, & actu baptismi, non in forma quæ conferebat sanctificationem. *ibid.*
Ioannes præcellit inter alios Euangelistas, & eius Euangelium inter alia. *In prolog.*
Eximum ordinem seruauit Ioannes in Euangelio. *In prolog.*
Ioannes cur inchoauerit Euangelium per id verbum, in principio erat verbum. *In prolog.*
Ioannis Euangelium nulli humane sapientie supponitur. *In prolog.*
Variæ interpretationes nominis Ioannis. *In prolog. Hieron.*
Ioannes singulariter præ aliis se exhibuit discipulum Domini. *In prolog. Hieron.*
Eius virginitas commendatur, simul & electio. *ibid.*
Ioannes Euangelista à sex in scribendo Euangelium commendatur in quibus præcellit. *In prolog.*

& verborum.

Ioanni appropriantur aquilæ proprietates. *ibid.*
 Ioannes quasi aquila per medium cæli volare
 dicitur, vestigiū in infimis non tangens, in me-
 diis cætaris spiritualibus ætignā transcen-
 dens, & vsque ad cælum Trinitatis se extollens.
 In prolog.
 Non sibi soli tenuit suam doctrinam, sed Episco-
 pis, & Ecclesie doctoribus communicauit. *ibid.*
 Ioannes Euangelista adeo erat mansuetus, ut etiam
 ab inimicis Christi diligeretur. 299.a
 propter suam humilitatem tacet nomen suum,
 ne gloriari videatur de nomine pontificis. *ibid.*
 Ioannes non omnia scripsit quæ de Christo sciri
 poterant. 340.a & b
 Ianuis clausis intrare eum corpori competat:
 Istud fuit unum ex magnis Christi factis quod
 ianuis clausis intraverit, hæc & similia facit
 miracula ut ostendat se Deum. 326.a & 325.b
 Ioannes breuiter agit de falso testimonio in Chri-
 stum prolato, de colaphis, & cæteris huiusmo-
 di, quia tres alij Euangelistæ prolixius agunt
 de illis omnibus. 301.b
 Ioannes dupliciter est propheta, & ab inspiratio-
 ne prophetica, & ab enuntiatione prophetica.
 20. b
 Humilitas eius. *ibid.*
 Ioannes Baptista fuit & propheta, & plusquam
 propheta, & terminus prophetarum. 113.a
 Tria sunt prophete essentialia, & quæ. *ibid.*
 Quomodo cum Ioannes dixerit se non esse di-
 gnum soluere corrigiam calceæ menti Christi,
 dicat tamen se amicum sponsi. 64.a
 Ioannes confessus est se non esse quod non erat,
 & non negauit se esse quod erat. 101.a & b
 Ioannes ut iunior citius Petro cucurrit, quis ho-
 rum duorum plus Christum dilexit. 316.b
 Ioannes ratione non probauit verbi diuini pro-
 cessionem. 4.a
 Ioannis Baptiste encomia exaltantur. 203.b
 Quo sensu Ioannes Christum nesciebat. 25.a
 Iordanis interpretatio. 98.a
 Ioseph ab Arimathæa excusatur ab eo quod pu-
 blicè Christum non confitebatur, cum esset
 eius discipulus occultus. 313.b
 Ioseph & Magdalena centum libris vnguenti
 corpus Christi vngentes, ne dum corpus vnge-
 re intendebant, verum etiam alia mysticè de-
 signare. 314.a
 Ite Dei nomine quid intelligatur. 66.b
 Isaac, Rebecca, & Sara mysticè quid. 248.b
 Iudex non debet esse quis in crimine simili ei
 quod in altero condemnat, si ipsummet pete-
 trauerit. 154.b
 Iudex alium iudicando, debet seipsum, & suam
 fragilitatem considerare. 155.a
 Iudicandorum quatuor ordines ostenduntur. 58.b
 Iudicans de aliquo crimine, huius criminis debet
 esse expertus. 154.b
 Et cuius criminis iudices & testes debent exper-
 tes esse. *ibid.*
 Iudicare mundum duplici sensu filio conuenire
 potest. 163.a
 Si iudicati lucem non agnouerint, culpa in Chri-
 stum non est refundenda. 59.b
 Iudicia temeraria, & acceptio personarum sunt
 illicita. 143.a & b
 Iudicij castro fidei attribuitur. 39.a
 Quid iudicium & quid beatitudo. 59.a & b
 Index in Ioannem.

Iudicium quod Christus sustinuit, non fuit male-
 factoris, sed redemptoris. 129.b
 Iudicium Dei & hominis diuersa sunt. 135.b
 Iudicium triplex, vnum discretionis, aliud de-
 fensionis, aliud iritationis. 68.b
 Item iudicium infirmitatis, & iudicium discul-
 sionis. *ibid.*
 Iudæ cum Caino comparatio. 241.a
 Iudæ malitia in sumptione corporis Christi in-
 cerna. 240.a
 Iudæ furæ declarantur, & eius mala imitationes
 ij qui facultates Ecclesie & loculos Christi
 habentes, furantur, cur Dominus sciens Iudam
 esse furum, tamen commisit ei loculos, cur
 eum cæcū sciens non corripuit, cur non pro-
 didit eum, cum latitatio in tantum mergeret
 damnatum. 221.b
 Iudæi averti sunt à Christo, cum Ioannes eum di-
 xit esse filium Dei, & sponsum Ecclesie, &
 eum de cælo venisse. 196.a
 Iudæi Christum afficiunt iniuriis, existimantes
 eum loqui de morte temporali, dum dixit eum
 non visurum mortem in æternum, qui Domini
 sermonem seruaret. 172.b
 Non querebat Christus gloriam à Iudæis, sed
 eam à patre suo expectabat. 175.a
 Iudæi Deum ut creatorem cognouerunt, sed
 Deum ut patrem in filio operantem non cog-
 nouerunt. 173.a
 Iudæi & Samaritani non conturbantur manducan-
 do & bibendo, sed amendo vel vendendo
 quosdam cibos. 69.b
 Qualiter Iudæi cum multi essent, & in potestate
 constituti, permittunt vni homini humile eos
 flagellis verberare, non insurgendo in eum. 44.b
 Iudæi petentes à Pilato ut non scriberet rex Iudæo-
 rum, sibi contradicunt, unde Pilatus ad eorum
 maiore confusionem hunc scripsit titulum. 109.b
 Iudæi quare petunt à Christo, vbi sit eius pater.
 159.a
 Iudæi Christum vilificare volebant & per locum
 mortis, & per genus mortis, quæ turpissima
 fuit, & acerbissima ex omnibus circumstantiis.
 308.b
 Iudæis mos erat multa habere baptisimata ob
 multa immunditias, quas incurrebant. 38.a
 Iudæi magis curabant obseruare sabbatum,
 quam adulterium, & homicidium fugere. 379.b
 Iudæi nomen Iesū putabant esse terrenum, & ab
 hominibus impositum, non ab Angelis annun-
 tatum, & ab æterno sibi innatum. 122.a
 Iudæi arbitrabantur esse inhumanum, fetidum,
 & impossibile manducare corpus Christi. 8.b
 Iudæorum ea fuit malitia, ut de lege sua nihil
 curauerint, nisi in quantum contra Christum
 videbatur facere. 305.b
 Iudæorum cæcitas minima vitans, grauiora cri-
 mina faciebat. 207.a
 Iudæi & Samaritani in eo errabant, quod cultum
 Dei localem existimabant. 74.b
 Iudæi spiritus Christum cotinantes, spiritus compa-
 rantur. 304.b & 305.a
 Iudæorum in Christum mala intentio, & cotinatio
 aduersus eum contumelia. 142.a
 Iudæi tribus de causis Christum vocabant Sama-
 ritanum. 171.a & b
 Iudæorum mala voluntas causa fuit ne ad Chri-
 sti cognitionem venirent. 105.a
 Iudæus

Index rerum,

Iudas interpretatur confitens, & glorificans. 309.b
 Iudas cur dicatur filius perditionis. 291.a
 Iudas Apostolus à proditore Iuda fecerit. 257.a
 Iudas non quaesivit Christum in domo, sed in horro post cenam ob varias rationes. 296.a
 Iudas Dominum non inuasisset nocte, si in tenebris & nocte sui peccati non fuisset. 296.b
 Iudas, & Iscariotes quid, cur Christum vendiderit. 221.a
 Solusne murmurauerit de effusione sanguinis, an etiam alij Apostoli cum eo. ibid.
 Iulianus Apostata Christi fideles vocabat Galileos, & simplices, & rusticos. 151.b
 Iuramenti virtus ostenditur. 49.b
 Iusti viuunt vita Christi. 156.a
 Iusti moriuntur temporali morte, non aeterna. 100.b
 Iustitia à Spiritu sancto reprehensa in mundanis quæ. 276.b
 Iustitia patris aeterni ostenditur. 294.b
 Eius notitia creuit in mundo per filium. ibid.

L

Labor est exercendus cum intentione relata ad spiritalia. 117.a
 Labor, actus, & opus, quid & quomodo differant ab invicem. 117.b
 Langor quid. 90.a
 Erga Languentes mafosi vtendum est misericordia. ibid.
 Lapis regens mortuum Lazarum cur tolli iubetur à Christo. 213.b
 Lazarus quid, & languor quid in corpore languentis praestet. 204.a
 Lex membrorum à ligando dicitur. 337.a
 Lex verus mortuorum cadauera, vel suspensorum sepeliri iuebat. 312.a
 Legis nomine quid intelligendum. 230.a
 Leoni & vrfio tyranni comparantur. 188.b
 Leo, & vrfus moraliter quid. 267.b
 Leprosi nouem cur Deo gratias post curationem suam non egerunt, sicut Samaritanus. 93.b
 Leuiathan cur additamentum interpretetur. 169. b
 Libertas secundum carnem nihil prodest, si ferui sumus demonum & vitiorum secundum spiritum. 167.b
 Libra est pondus duarum marcharum. 220.a
 Ligatio duplex est, vtraque quid: vna est ordinis sacerdotalis, & alia est iurisdictionis. 324.a
 Linteum quo Christus cenam facturus se praecinxit, mystice quid. 238.a
 Lites & proteruia euitandæ sunt. 125.a
 Literalis interpretatio Cana & Galilææ. 35.b
 Littore quid. 273.a
 Littus maris quid designet. 331.a
 Longinus Martyr ipse est miles qui lancea latus Christi in cruce mortui perforauit. 312.b
 Loquela Dei ex quo cognoscitur. 169.a
 Loquimur frequenter de eo quod amamus. 161.b
 Loto aquæ baptismalis internam denotat ablu-tionem. 50.a
 Lucis tres effectus & qui. 156.a
 Lucem Christi non debent homines praecedere, sed subseq. 156.b
 Lux illa mixta est, & omnes abiecit tenebras.

156.b

Lucis actus duo sunt, vnus illuminare, alius manifestare sibi & alijs ea super quæ cadit lux. 60.a
 Lucis proprius actus est spargere, & diffundere lumen. 162.b
 Lucis tres proprietates, & quæ. 233.a
 Luctator contra vitia dicitur Iacobus, & Ioannes contemplator. 329.b. & 330.a
 Multiplex est lumen, scilicet lumen naturæ, lumen gratiæ, lumen reuelationis secretorum, & lumen gloriæ. 12.a
 Lumina quatuor ad messem gratiæ ducentia quæ sint. 90.b
 Lupus ad oues veniens est diabolus, hanc praclatus fugere non debet, sed ouibus praesens esse, & eas fortiter defendere, lupus itam tyrannos designat. 196.a
 Lux amanda, fugienda tenebræ sunt. 230.b
 Lux quando nam spargitur. 150.a
 Lux vera omnes omnino expellit tenebras. 331.a
 Lux est duplex, prima, & secundaria. 11.b
 Lux cum sit suis ipsius manifestatiua, non indigebat testimonio propter se, sed propter nostram infirmitatem. 11.a
 Lux spiritualis non manifestat se nisi voluntariè & deuotis. ibid.
 Lychostrathos, & gabbatha quid. 307.a

M

Maceria circa vineam foreth, & turris in ea edificata moraliter quid. 262.a
 Magdalene interpretationes, & eius præ ceteris mulieribus egregia laudes. 315.a
 Magdalena quare primo adijt Petrum & Ioannem, dum resurrectionem Christi esset annuntiatura. 315.b
 Cautela huius mulieris capitibus priusquam communi Apostolorum hanc nuntiare resurrectionem. 316.a
 Forfan existimauit corpus Christi inuidia iudeorum è sepulchro fuisse ablatum. ibid.
 Magdalena cur dominum suum vocet Christum, in monumento eius plorans. 318.a
 Vt quid reuersum conuersa est loquens ad Angelum. 318.b
 Mala quæ quis præuidit, tolerabiliora sunt ei. 275.a
 Mala Deus non permitteret, nisi sciret bona quæ eliciuntur ex malis. 163.b
 Maledictionibus & conuitijs proximum afficere malum est. 182.a
 Differentia inter malè, & malum agere, & quomodo peccatores quærant tenebras. 60.a
 Mali bonis præferuntur à malis. 303.b
 Mali sunt filij diaboli per imitationem. 169.b
 Mali sæpe infanos vocant piissimos & sapientissimos homines. 198.b
 Mali gloriam Dei vident, vt magis confundantur & torqueantur. 66.a
 Mali bonos à sua societate semper reiciunt. 183.a
 Malorum notitia multa mala interdum impedit. 299.a
 Malchus literaliter Rex eorum interpretatur. 297.b
 Mandatum Christi de dilectione ad inuicem nouum dicitur ob sex causas. 244.b
 Mandati etymologia. ibid.
 Christus

& verborum.

Christus nedum imperat mandatum dilectionis, sed etiam dat. 245.a
 Manducantes cenam Domini quinam esse debeant. 112.b
 In manducatione duo sunt considerata & quæ. 335.a
 Manere debemus in sermone Christi, perseveranter, intelligibiliter, & obedienter. 164.a
 Manichæorum hæresis refellitur, qui dicebant eum peccata dimittere non posse qui Spiritum sanctum non haberet, hic error egregia ratione dampnatur. 324.a
 Manifestatio Christi nobis facta triplex, & quæ. 257.a
 Manus, & cæca Angelorum quid. 90.a & b
 Manus, quid, & unde super terram dixerit. 118.a
 Mansuetæ & leniter fieri debent correctiones fraternæ. 73.a
 Marcus & Mattheus, non sibi contrariantur dum unus Mariam venisse mane, & alius vespere asserit. 317.a
 Mare moraliter est mundus, navicula poenitentia, vel crux Christi, motus maris sunt motus tentationum ex statu demonum. 115.b
 Mare Tyberiadis quid, & cur mare nominatur. 329.a
 Mare Galilææ quodnam, quare mare dicatur. 108.a
 Maria magdalena ut quid domi sedebat, dum martha Christo in domum suam occurreret festinanter. 219.a
 Per Mariam Magdalenam quid intelligendum: vnguentum ab ea allatum & odoriferum & lenitium fuit, & penetratum, & vaporatum. 220.a
 Maria mater Domini, Maria Cleopæ, & Maria Magdalena prope Crucem stantes significant tres diversos status. 316.b
 Inter eas ditior fuit Magdalena. ibid.
 Maria Magdalena secundum Augustinum venit bis ad sepulchrum. 315.a
 Mariæ interpretatio quæ. 319.a
 Maria Magdalena est Apostola Apostolorum. 320.b
 Maria Magdalena cur capillis, & lachrymis rigavit pedes Christi. 220.b
 Difficultas enucleatur circa tempus quo Christum vixit. ibid.
 An caput, & pedes vixit. ibid.
 Maria non Christotocos solum, sed & Theotocos ex statuto Synodi Nicenæ dicitur. 16.b
 Maria perfecte cognovit quid posset filius eius. 36.b
 Per Martham quid intelligatur, & quam charo affectu Christum domi receperit. 220.
 Martha, Mariæ Magdalenz, & Lazari concordia, & quomodo bona paternæ inter se dividerunt. 204.a & b
 Hi tres spiritualiter quid. ibid.
 Martha in sua petitione pro defuncto Lazaro, erat adhuc in fide modica, putans filium Dei postulatione egere, ut virtute patris perficeret, quod à seipso non posset. 210.a
 Mattheus principaliter intendit ostendere regalem Christi dignitatem, Marcus eius vicariam, Ioannes deitatem, & Lucas Sacerdotium. In prolog. Hieron.
 Mathematicus omnia agit ad electionem horarum, dicitque Christum horas observare, quâdo

Index in Ioannem.

stellarum adiutorio miracula facere posset 37.a
 Mater Christi præ cæteris perfectissime stetit prope crucem filij. 310.b
 Mater filiorum Zebæi in sua petitione existimavit Christum illico regnaturum in humano regno, ideoque sic oravit. 182.a
 Maximum prodigium quod Christus fecit, est quod virtute propriæ deitatis resurrexit. 163.b
 Mendacia perniciosissima tria sunt, & quæ. 170.a
 Mendacium fuit ea persuasio quam diabolus fecit homini in paradiso. ibid.
 Mendacium loqui propriè quid. 170.b
 Mentiri Deus non potest. 241.b
 Mercenarius quis propriè, duo sunt mercenarium genera. Mercenarij Menelao comparati. 195.b & 196.a
 Mercenarius solus querens quæ sua sunt, non querens onium, pastor non est, sed pastoris idolum. 196.a
 Meritum Christi ab instanti sæ conceptio non impedit eius merita in prædicatione, & morte sua. 287.a
 Messias Hebræicè, Græcè Christus est, Latine vinctus. 78.a
 Messis in mense Iunio vel Iulio fit in tertia primillionis, quæ est mediæ climatis. 90.b
 Messores sunt Apostoli, seges in Ecclesiam congreganda fideles, horrea congregationes Ecclesiarum. 91.a
 Metis duplex. ibid.
 Metreta quid sit. 38.a
 Milites qui Christi vestem sunt pariter erant quatuor, milites semper spolia quarunt. 110.a
 Minister inutilis quis. 228.a
 Ministri opera Dei nosse debent, nec ullam querere gloriam. 40.b
 Ministros impios habere solent Præfides & Iudices impii. 300.b
 Miracula quæ Christus operabatur, in duplici erant differentia, quædam minora erant, & quædam maiora: utraque quæ sunt. 115.a
 Miracula ad quid & propter quid fiant. 47.b
 An miraculæ mutationis aquæ in vinum Christus perfecit in die quo baptizatus fuit. 24.a & b
 Miraculum in quo differat ab eo quod paulatim fit per naturam. 215.a
 Misericordia nulla potest esse illi qui sunt cum Deo ubique præ sente. 294.a
 Misericordiam facientes pauperibus, futuri iudicij examen evadunt. 90.a
 Missio discipulorum à Christo confert eis auctoritatem. 323.a
 Mitens & missus in Trinitate quis. 251.a
 Miti ex Augustino quid. 273.b
 Modi describuntur generationum diversarum. 14.a & b
 Mons in quo patres adoraverunt, quibus fuerit. 17.a
 In montibus cur potius orandum quam alibi. 72.b
 Monumentum Christi novum mysticè quid. 112.a
 Cur signatur lapis monumenti à custodiibus. 314.a & b
 Monumenti etymologia. 315.a & b
 Morbus nullus Deo incurabilis. 259.a
 Mori quibusdam molestum est, & quibusdam periosum. 317.b
 Mori in vulnè, & regressu ex victo mori quid. 409.a
 Mors Christi transitus dicitur & cur. 236.b
 Mors est certa & infallibilis omnibus. 319.a
 Mors quid sit. 206.a
 Mors Christi quare dicatur exaltatio. 219.b
 H h a Mors

Index rerum,

Mors Christi tanta tristitia discipulos afficiebat, vt consolationem vix admitterent. 275.b
 Mors cur filij Dei exaltatio esse dicatur. 163.b
 Mortem impiorum simplici visione boni videbunt. 172.a
 Mortem Sanctorum patrum vt quid plorari voluerit Deus. 211.b
 Mortis inceptio in quo consistat. 95.a
 Mortis hora & qualitas nobis incerta. 89.6
 Quomodo mortui audient vocem Archangeli, & tubam sonantem ad iudicium. 99.a
 Mortui esse debemus concupiscentiis, vt animam nostram lucratur. 127.b
 Mortuus spiritualiter detinetur in sepulchro obstatz voluntatis. 213.b
 Mortua diuersa eorum qui Christum predicantem sequebantur. 108. a. & b
 Motus aqua mystice quid significet. 90.b
 Mulieres non debent vagari, & discurrere per plateas. 205.a
 Mulieres clamosas esse dedecet. 211.a
 Quid nomine mulieris immundz in sanguine intelligendum. 72.a
 Multi gentilium deuoti erant antiquitus, nec ad idola se conuertebant. 224.b
 Mulus & equus quz duo hominum genera designent. 186.b
 Mundani qui, & quibus rebus dediti. 271.b
 Mundi dispositio ostendit sapientiam, mundi conseruatio continentem deitatem, & mundi perfectio bonitatem. 13.a
 Mundi nomine quid intelligatur. ibid.
 Mundi denominatio a quo sumatur. 56.a
 In mundo esse quid. 216.b
 Mundus quinque modis sumi potest, & quibus. 289.a. & b
 Mureculz, & vermiculi mystice quid. 200.a. & b
 Murmuratio quid, & quantum fugienda. 122.a
 Mutua charitas vnitatem in nobis facit similem vnitati quz est in personis diuinis. 293.8
 Mutuus voluntatis consensus amicitiam facit. 268.b
 Mysterium regni Dei in aeterna beatitudine nobis reuelabitur. 282.b

N

Nardus literaliter, & mystice quid. 220.a
 Nathanael quid de filio Dei sua responsione senserit. 33.a
 Et cur Christus istam confessionem non remuneravit in Nathanaele sicut in Petro. ibid.
 Narratoria Siloe quare sic dicitur. 178.b
 Nathanaelis interpretatio. 329.b
 Nati sumus primo in statu innocentiz, & mortui sumus morte culpaz. 48.a
 Quomodo denuo nascamur natiuitate diuina. ib.
 Natiuitas duplex est, vna naturz, altera gloriar. 49.b
 Natura humana in quo fuerit in summo, & in quo ceciderit. 161.b
 Naturarum haberi nequit cognitio, nisi propria accidentia cognoscantur. 183.b
 Natum generatione primi Adz est caro, Renatum regeneratione secundi est, spiritus. 30.b
 Nauicula quid moraliter significat, & qui sint in ea, & quomodo per eam transitur mare. 115.b
 Nauis significat fidem humilem Crucifixi. 330.a

Nazareth propter tria interpretatur flos. 32.a
 Nazareus quoque flos: Nathanaelis modestia in hoc quod non simpliciter negat, sed iurrogando dubitat. ibid.
 Negari Christus pluribus modis potest. 301.a
 Negatio Petri fuit in domo Annz inchoata, sed in domo Caiphaz consummata. ibid.
 Negotia quaedam & ante & post conuersionem fieri possunt legitime, quaedam vero non. 332.a
 Negotiatores clerici grauiter reprehenduntur. 43.a. & b
 Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, quomodo intelligitur. 53.a
 Nemo vnquam vidit Deum, exponitur. 18.a
 Nemo est sine peccato, & id multis auctoritatibus probatur. 175.b
 Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit. 255.a
 Nicodemi & Ioseph ab Arimathza charitas in Christi corpore sepeliendo honorificet. 313.b
 Nicodemi laudes a dignitate, & nomine. 47.a
 Cur nocte, & secreto ad Christum venerit. 47.b
 Nicodemus verbis Christi non contradicit, neque insultat, sed vt studiosus modum inquirat. 52.a
 Nicodemus figuram catechumenorum agebat. 49.a
 Nicodemus Christum amans, manebat tamen cum eius inimicis, vt impediret consilia & machinationes eorum. 151.b
 Nihil factum est sine ipso, quomodo intelligitur. 7.a. & seq.
 Nihil sit homo per peccatum. 162.a
 In nomine Christi baptizauerunt Apostoli. 61.b
 In nomine Christi intelligitur Trinitas. ibid.
 Nomen nouum quare imponitur electo in Papat. 30.b
 Nomen filij & verbi quomodo differunt, & quomodo dicunt diuersos respectus. 4.b
 Nomen patris quomodo Christus manifestauit hominibus & quibus. 287.a. & b
 Nomen plerumque usurpatur pro notamine, & eandem implicitet facit notitiam quam diffinitio facit explicitet. 287.b
 Nomen Domini plerumque sumitur pro notamine. 223.b
 Nomen quid sit, & quid denotet nomen Emanuel. 14.a
 Nominis Christi laudes commendantur. 59.b
 Nox a quo dicitur: in nocte nihil boni fieri potest. 330.b
 Nox quid designet. 176.b
 Numeri quinarij, denarij, & millenarij significatio. 111.b
 Numularij dicuntur sedentes, hoc est, in lucris suis quiescentes. 43.a
 Numularij quinam dicantur, eorum simonia & vicia condemnantur. 43.a
 Nuntij ad Ioannem missi, inuidia & calumnia ducebantur. 27.b
 Nuptie diuersa sunt, aliz hominis & hominis, aliz Dei & hominis in naturarum coniunctione ad fidei foundationem, quem consensum habeant hae nuptie. 41.a. & b
 Aliz etia sunt nuptie Dei & hominis in gloria. ib.
 Nuptie dicuntur nuptiarum solemnitates, & societates ciuilibus facit ad populationem patrie, danantur Manichei nuptias condemnantes. 35.a
 Ad nuptias vocare amicos & viciniis mos erat antiquis. 35.a

O. Obla

& verborum.

P

Oblatio Christi in altari quor modis vna sit. 188.b
 Ipse Christus est Sacerdos & hostia, & ipse in nobis hostiam offert, quando Sacerdotis vicem agentes eam offerimus. 134.a
 Octo sunt in Sacramento Eucharistiae, quae non sunt nisi in potestate diuini Spiritus. 130.a
 Oculi columbae sunt discreti, & in quo. 336.b
 Oculorum subleuatio deuotionem in orante praetendit, & fiduciam impetrandi, & directionem intentionis. 284.b
 Oculus secundum Platonem & Aristotelem ex quo conficiatur. 179.b
 Odium est inueterata ira, ex Greg. 273.a
 Operationes Dei, & prodigia ab humana ratione penetrari non possunt. 178.a
 In operibus Christi, & factum & modus debent considerari. 182.b
 Oppressio innocentum saepe ab opprimentibus iusta reputatur. 302.a
 Opus & labor quomodo differunt. 116.b
 Opus duplex est, operans & operatum, vtrumque quid. 117.b
 Oratio ex August. quid: ad ipsam quatuor requiritur. 97.b
 In oratione quid perendum, qualiter & a quo. 182.a
 Oratio debet fieri in abscondito, & non in aperto. 320.b
 Orationis condiciones quae. 270.b. & 271.a
 In orationibus nostris quomodo, & quid petere debeamus. 253.a
 Ordo in omnibus laudabilis. 329.a
 Ordo eorum declaratur quibus Christus post suam resurrectionem apparuit. 320.a
 Ordo in dilectione seruandus. 336.b
 Ofanna quid, & ex quo componitur. 223.b
 Ofores non facile veritatem recipiunt. 372.b
 Olla Christi non comminanda significant fortiora Ecclesiae Sacramenta, quae integra sunt seruanda. 313.a
 Ostarj Ecclesiae tres. 189.b
 Ostariorum diuersa genera, & quae. 192.a
 Diuersis etiam modis Christus ostium dicitur, per quod omnes debent intrare. ibid.
 Oues Christi semus creatione, emptione, & laboris in pastu impensionem. 190.a
 Oues inter caetera animalia ob diuersas causas, plus indigent pastore. 189.a
 Oues bonae audiunt vocem pastoris, & cum sequuntur. 319.a
 Ouille commune ouium est Ecclesia Catholica, sub vno pastore Christo. 183.b
 Ouille ad hoc vt vtile sit ouibus, debet cognosci ex septem, & quoniam illa sunt. 185.b. & 186.a
 Ouille vnum est Ecclesia fidelium; huius ouilis pastor Christus est, & Papa in terris vicarius Christi. 197.b
 Ouis naturaliter fugit lupum vt inimicum, non vero canem, eiusdem tamen coloris & quantitatibus cum lupo. 191.b
 Ouis laudes & commoda enumerantur. 186.b. & 187.a

Index in Ioannem:

Palea de qua granum excutitur, & fennum viride mystice quid. 186.a
 Palmites in vite inutiles sunt in duplici differentia, & vtrique quid designent in Ecclesia. 262.b
 Paganorum etymologia quae. 211.b
 Panis caelestis quadrupliciter dicitur verus. 124.a
 Ipsum manducare spiritualiter quid. ibid.
 Panis doloris quis. 238.a
 Panis de frumento facit quatuor opera vite 123.b
 Panem sumere non debemus sine orationis verbo, & gratiarum actione. 111.b
 Panes penitentiae quinque, & qui hordeacei. 110.a. & b
 Panis caelestis non ideo nobis datur vt otio vacemus, sed vt laboremus. 119.a
 Panis vitae ex corpore viuifico habet refectio-nem, ex anima redemptionem, & ex deitate habet saporem vitae beatae. ibid.
 Quis cinis sub quo ille panis est coctus. ibid.
 Panis caelestis & Sacramentalis quid in nobis operetur. 118.b
 Sex cause assignantur propter quas dicitur panis verus. ibid.
 In pane caelesti cur omne delectamentum esse perhibeatur. 135.b
 Acceptabilis est hic panis ad omnium viuorum finem. 135.b
 Habet etiam hic panis gratiae delectationem, & virtutem illuminatiuam. 135.b. & seq.
 Panes quinque anagogice, & allegorice totidem. 120.b
 Panis caelestis non descendit de caelo aereo, sed de caelo trinitatis. 128.a
 Paracletus idem quod consolator, & aduocatus: tam filius quam Spiritus sanctus paracletus dicitur. 254.a
 Paralytici in piscina sanati aetas mystice quid. 91.b
 Paralytis quae mala causet in aegro. ibid.
 Tria sunt quae hunc instrumentum sanant. ibid.
 Paralytici illius commendatur patientia, humilitas, longanimitas, & spes. 91.b
 Paralyticus ille quid de Christo ipsum sanante nouerit. 91.a
 Parascenc est praeparatio ad diem festum Pasche. 307.a
 Quid fiebat in eo die a ludais. + ibid.
 Parentes non libere consentiant turpia filiorum. 180.a
 Pastua ouibus a Pastore administranda, quatuor sunt, & quoniam. 193.b
 Passus est Christus in mundi vespera. 320.a
 Opiniones variae circa horam qua Christus crucifixus est, & qua hora Adam ceciderit. 307.b
 Pastor bonus quibus officiis ad regimen, & dignitatem Ecclesiasticam intrare debeat. 187.b
 Pastor peras, fanda, baculo, & cane gregem minas, & quid haec mystice. 188.b
 Sub quali pastore greges percunt. 189.a
 Debet habere pastor sollicitudinem custodiendi, virtutem congregandi oues, & scire se obligatum ad oues, & ad numerum earum reddendum. ib.
 Pastor debet proprias oues signare, vt ab aliis discernantur. 200.b
 Pastorem suum oues debent sequi per imitationem, sicut exemplo suo eas pastor praecedit. ib.
 Oues debet pascere, non ab eis pasci bonus pastor. 200.b

H. 3 Pastor

Index rerum,

Pastor tribus modis oves debet pascere. 336.b
 Pastor bonus ad oves venit in lumine veritatis, & malus in tenebris malitiæ, & falsitatis. 194.b
 Bonus pastor debet esse superintendens, fortis, & non pauidus. ibid.
 Malus pastor, & mercenarius condemnantur. 195.a. & b.
 Pastoris corporalis, & spiritualis differentia. 196.b
 Pater trahens non apparet exterius, sed interius reuelans veritatem. 123.b
 Patrem docere filium quid. 164.a
 Omnia quæ fecit filius Dei, à patre se habere probavit. ibid.
 Pater trahit nos ad filium intus apertendo, & disponendo cor nostrum ad intelligendum. 288.a
 Pater autoritate iudicat, sed ministerio filij hominis. 158.a
 Pater quo sensu est in filio, & filius in patre. 251.b
 Pater dedit mundo filium in preteritum redemptionis, Spiritum sanctum in pignus adoptionis, & seipsum in hereditatem beatitudinis. 295.a
 Pater est principium diuinitatis non de principio. 274.a
 Pater duplici dilectione diligit filium. 264.b
 Pater in Iudæa vmbrales solum notus erat, sed per filium est manifestatus ut pater, & ut author diuinae generationis. 287.b
 Filius non manifestauit patrem omnibus, sed solis rationalibus. 288.a
 Pater dulcedinis & gratiæ omnes nostras petitiones conuertit ad filiorum vtilitatem & voluntatem. 284.b
 Pater dedit homines filio suo tanquam semen futuræ Ecclesiæ, ut crescerent in magnam frugem fidelium. 288.a
 Patris iudicium cum suo filio nullam ingerere debet suspicionem, quamuis in causa humana id locum non habeat. 158.b
 Patris æterni voluntas pro bono nostro fuit in missione filij. 121.b
 Patris & filij vna est essentia, & vna conformitas consensus. 164.a
 Patres in deserto mortui sunt, nedum carnali morte, sed & spiritali. 124.a
 Pater æternus per indiuisiorem essentiam & virtutis manet in filio, & in eo facit opera. 103.b
 Pater & filius iudicare dicuntur, sed diuersimode. 98.a
 Patris æterni ad filium quantus amor & dilectio. 120.b
 Patris & filij indiuisa sunt opera, item indiuisa eorum virtus & substantia. 250.a
 Pauci sunt qui possunt intrare, ut decet, in ostium oculis Christi. 189.b
 Pauperibus & afflictis subueniendum est. 174.b
 Panperum genera sunt quinque. 89.b
 Pax Christi data Apostolis quæ. 259.a
 Pax à Christo data est intus & vera, ea autem quæ à mundo datur, est ad extra, & falsa. 259.a
 Pax à Christo data discipulis post resurrectionem est fructus & gustus æternæ dulcedinis. 316.a
 Peccatum facere, & peccatum pati sunt diuersa. 166.a
 Peccatum quid. ibid.
 Peccatum libertatem tollit. ibid.

Peccator lege diuina, & virgini feruus efficitur. 166.b
 Licet peccator feruus sit peccati, peccatum tamen non est dominus. ibid.
 Peccator est feruus feruorum, sed non feruus alicuius domini. 166.b
 Peccatum adz in generatione corruptæ carnis clausit regnum, iustitia Christi in generatione spiritus aperit regnum. 51.a
 Peccatorum genera duo sunt, vnum est conuersio infidelium, & aliud contritio peccatorum fidelium. 90.b
 Peccatores à peccatis recedentes Deus exaudit, non vero in peccatis manentes. 182.b
 Peccatum in homine tollit communionem Sanctorum, & vulnerat naturam. 92.a
 A peccato excitationis quomodo surgeret, lectum tollere, & ambulare debeat. 92.b
 Peccatum ex mala voluntate vt à radice procedit. 94.a
 Peccatum est prima causa peccati, licet non proxima. 175.b
 Peccatum maximum est non credere in Christum, post tot visa miracula. 129.b
 Peccatum annihilat homines. 162.a
 Pedes & manus Lazari in sepulchro ligati, & sudarium eius mysticè quid. 215.a
 Pedes, manus, & caput lauare mysticè quid. 238.a
 Peluis in quam missa est aqua ad lotionem pedum Apostolorum quid. 238.b
 Pentecostes solemnitas cur festum amoris dicatur. 266.b
 Perditum non est id omne quod Deo in oratione, vel contemplatione impenditur. 221.a
 Perfecta dies quæ. 160.a
 Periculum fugere, & vitare debemus, quando quarimus ad mortem sine periculo gregis nobis commisi. 138.a
 Permittit Deus homines peccare, vt gratiam saluatoris & virtutem eius in eis ostendat. 176.a
 Persecutio hostium exemplo Christi sustinenda est. 272.a
 Perseuerantia, & præceptorum effectiua obseruatio laudantur. 256.b
 Peruersio iudicij, quot & quibus modis fiat. 151.b
 Petrus cur se ad vindictam parauit, cum dicitur in Euangelio, si quis percusserit te in vna maxilla, &c. 298.a
 Eius zelus vt diuino decreto contrarius reprehenditur. ibid.
 Petrus & Ioannes duas vitas designant, Ioannes familiariter diligit, & Petrus feruentius. 332.b
 Petrus morte sua Christum clarificauit. A quibus Christus clarificetur. 317.b
 Petrus valde diligebat Ioannem, & tali dilectione cupiebat eum habere in morte socium. 338.a
 Petri Hebraicè, Syriacè, & Græcè interpretatio, eius laudes enumerantur. 329.b
 Petrus & Ioannes fidelius præ aliis Christo adhererunt, longè Petrus Christum sequebatur, timens notari si propinquè sequeretur. 299.a
 Petri confessio in quo laudabilis, præ aliis eiusdem de Christo confessionibus. 136.b. & 137.a
 Petrus & Ioannes præ aliis discipulis erant Christo familiarioris, & suis Christus aliquos plus, alios minus diligit. 241.b
 Petri

& verborum.

Petri negatio Prælatos admonet, ne præsumentes de se, condemnent alios, cum tamen multis infirmitatibus subditi sunt. 301.b
 Petri zelus in magistri defensionem quantum fuerit. 297.b
 Petrus vires suas inexpertus plura pro Christo se facturum animosè protestatur. 246.b
 Pharisei credebant futuram animarum retributionem post mortem. 47.a
 Pharisei querentes Christum ad mortem, timebant ne in aliam formam arte necromantica, se transformeret, & sic ab eorum manibus euaderet. 219.a
 Phase idem est quod transitus, quia in illo festo celebrabatur commemoratio transitus de Agypto. 42.a
 Philippus quid de diuinitate cognouit. 257.b
 Cor Philippo potius quam aliis Apostolis Christus interrogacionem hanc fecerit, vnde emittimus panes, &c. 109.a
 Philippi vocatio, & laus. 31.a
 Pilato Christum vnde esset interroganti, propter tres causas nihil respondit. 126.a
 Pilatus his verbis, nescis quia potestatem habeo, &c. semetipsum condemnauit, si enim dimittere potuit, certus de accusati innocentia, cur non dimisit? 306.a
 Quam potestatem Pilatus habuerit in Christum. ibid.
 Pilatus sententiã suã non excusatur à toto, sed à tanto, ob mundanum timorem, & humanum fauorem. 306.b
 Pilatus à Christo præsertim scire volebat an se esse regem diceret, vt potestatem Romani Imperij iura violantem cupiens condemnare. 302.b
 Pilatus erat Romanus. 301.b
 Existimauit frivolum esse legem Iudæorum. 302.a
 Pilatus non irrisorie sed seriò supra caput Christi titulum regie dignitatis scripsit. 309.b
 Pilatus in morte Domini fuit culpabilis. 304.a
 Aliquam tamen habuit voluntatem liberam in Christum à Iudæorum manibus. ibid.
 Pilatus ob tres rationes questionis à se factæ de veritate responsum non expectauit. 303.b
 Pilatus fortiter estimabat Christum esse regem Iudæorum. ibid.
 Pilatus qua intentione dixit Iudæis, ecce Rex vester. 307.b
 Pilatus Iudæos alloquens, eos redarguit iniustitiã. 305.a
 Piscatura prædicationem significat, quæ per totum mundum fieri debet: prædicatorum officium à superioribus in Ecclesia deriuatur, nec possunt recte prædicare prædicatoris sine auctoritate superiorum. 330.a
 Pisces duo significant corporis edulium, & animæ pretium. 212.a
 Pifcis superpositus super prunas moraliter quis. 333.a. & b.
 In passione sua Christus fuit assus per chatiratem. ibid.
 Piscina à quibus acceperit reuerentiam. 90.b
 Piscina tres erant in Hierusalem, & quæ fuerint, & vbi collocatæ. 89.a
 In piscinam quis prior dicatur descendere. 91.a
 Cur in piscina non omnes in omni tempore stabantur. ibid.

Pœna octo de causis alicui infligitur. 175.b
 Pœnitentiæ locus post mortem non erit. 89.b
 Pœnitentiã quid. 115.b
 Pontifices sua malitia Iudaicam regnum in Casarem alienigenam transulerunt. 307.b
 Porticus quinque quid denotent. 89.b
 Quinque sunt quæ porticum receptionis pauperum faciunt. ibid.
 Porticus ad pauperum receptacula factæ erant. 90.a
 Porticus Salomonis quid. 199.b
 Potentiã maximè cognoscitur in duobus, scilicet in suscitatione corporum de puluere, & in viuificatione per spiritum. 97.b
 Potestas triplex est, auctoritatis, cooperationis, & innocationis. 25.a
 Potestas duplex Apostolis collata est, vna contra demonia, alia ad soluenda peccata: cur vna data ante passionem Christi, & alia post resurrectionem. 323.a
 Potestas Christi quæ regnat super sanctos, non est in mundanis affectibus, hoc est, in fastu, & gloria. 303.a
 Potestatem clauium ad ligandum vel soluendum omnes discipuli receperunt, dum dicitur. Accipite Spiritum sanctum, &c. solus quidem Petrus in plenitudine potestatis eam accepit, in parte autem sollicitudinis omnes alij receperunt: circa id explicatur mens Dionysij, exemplo corporis tam naturalis quam mystici. 324.a
 Potus corporalis quinque habet, & ea quinque in spirituali etiam potu Eucharistiæ reperiri debent. 126.b
 Præceptum Apostolis factum, quod sedent in ciuitate donec recipiant spiritum, quomodo intelligendum. 312.b
 Præcepto Pontificum statutum erat, vt omnes qui aliquid nouerant de Christi discipulis, proderent eos, vt damnarentur. 301.a
 In præcepto de Sabbatho duo significantur. 94.b
 Præceptum charitatis Christus suum vocat, ob tres causas. 266.a
 Præceptis Domini obtemperandum est, vt Christi sanguine sanctificemur. 219.b
 Præcepta Dominica, quomodo multa, & quomodo vnum. 265.b
 Præcepta legis iustitiarum quare sic nominentur. 17.b
 Aliud est ferendum iudicium de mandato dilectionis, & aliud de præceptis ceremonialibus. 245.a
 Prædestinatio adiuuatur precibus Sanctorum, quod à Gregorio exemplis declaratur. 238.b. & 293.a
 Prædestinatio nullam arbitrio creato necessitatem imponit. 201.b
 Prædicatores prius sunt in fide construendi quam eis prædicationis officium iniungatur. 323.b
 Quomodo prægustate debeamus æternam dulcedinem. 38.b
 Prælati mali in omnibus pessimi. 193.a
 Prælatorum introitus ad Ecclesiastica munia vtilis non est nisi per Christum fiat. ibid.b
 Eius ingressus, & egressus qualis esse debeat. ibid.
 Malorum Prælatorum seu pastorum quatuor genera. 195.b
 Prælati largi, gratis, & inuitando debent Ecclesiæ Sacramenta communicare. 192.b
 H h 4 Debe

Index rerum,

Debet esse vocatus ad tale officium, electus, & praeuifus vtilis Ecclesiae. *ibid.*
 Praelatus bonus semper tenetur animam ponere pro ouibus, quando quaeritur grex ad fidei lubricationem, secus non. 197.a
 Praelatorum officium quodnam. 111.a
 Eorum est ordinare discumbentes. *ibid.*
 Praesentia Christi nobiscum duplex est. 222.b
 Praesentia Christi cum discipulis, eos ab omni tribulatione praeseruabat. 275.a
 Praesentia lucis tria in nobis praestat. 176.b
 Praeseruare à morte eum qui viuit, minus est quam restituere membrum quod iam perit. 212.b
 Per peccatorum quid sit intelligendum ex mente Aug. & Chryost. 301.b
 Præantij etymologia vnde sumatur. 334.b
 Primi hominis casus totam infecit posteritatem, & se undi hominis humilitas resurgere fecit genus humanum. 239.b
 Primus factus viuificans tam in luce spiritali, quam in corporali sit per immersionem celestis luminis. 8.b
 Princeps huius mundi quis, quando, & quomodo iudicatus est à Christo. 229.b
 Principes Sacerdotum & Scribae quomodo filium Dei cognouerunt. 120.a
 Per principes Israël quid intelligendum. 267.b
 Peccatum ignorantiae Scribarum remedio penitentiae purgati poterat. *ibid.*
 Principij ratio conuenit Patri, Filio, & Spiritui sancto, & quo sensu. 162.b
 Principium omnis nostri meriti à Christo est. 17.b
 Profectio Spiritus sancti à Patre & Filio enucleatur. 273.b
 Profectus impiorum & malorum pessimus. 224.b
 Prophetæ nomine quid intelligatur. 74.a
 In prophetia duo sunt consideranda, & quæ. 211.b
 Prophetarum verbis adhibenda est fides. 75.a
 Proverbij diuersæ diffinitiones Patrum. 191.b
 Proverbium est sermo aliud sonans, & aliud intendens. 282.b
 Prouidentia diuina non permisit aliquem discipulorum Christi adesse, cum signarent Iudæi lapidem, ne existiarent discipulos furatos fuisse corpus. 314.b
 Proximis nostris debemus exemplo Christi corpus & sanguinem nostrum exhibere. 168.a
 Et quamuis pro eis miracula facere non possimus, debemus tamen multa mirabilia facere. *ibid.*
 Prunæ quid. 333.a
 Pueri à quo dicantur aliqui, & quo sensu pueros vocet Christus Apostolos post resurrectionem. 331.b
 Pulli hyrundinis & columbæ clamor quis. 147.a
 Puluentum sit ad dulcorandum panem. 331.b
 Punitio eorum qui temerè res sanctos audent tangere. 319.b
 Punitur plerumque à Deo, etiam sine perpetrato crimine. 175.a
 Pupillus & vidua mysticè quid. 255.b
 Putcus iuxta quem erat Iesus, quid significet. 71.a

Quadrivium esse in monumento quid. 214.a
 Quinquagenarius remissionis numerus. 334.a
 Quis quandoque quaerit substantiam, quandoque nomen, quandoque personam. 20.a

R

Rabi verbum Hebraeum est: habitationem autem quarunt discipuli à magistro, ut scita habitatione sapè venirent ausu familiari; & discerent ab eo viam salutis. 28.b
 Racemus, vna, & botri mysticè quid. 261.b
 Rachel mysticè quid. 267.a
 Rami palmarum sunt signa victoriae: Rami ligni denfarum frondium, & fructus arboris pulcherrimæ mysticè quid. 223.a, & b
 Ratio dicitur vir sensualitatis. 73.a
 Ratio vir superior dicitur, & ratio inferior mulier. 73.b
 Recubuit Ioannes supra pectus Domini, quatuor de causis. 241.b
 Redemptio hominis quam mirabilis sit. 56.b
 Reditus ad veterum matris qua ratione possit fieri. 49.b
 Refectio turbæ facta est circa festum Paschæ, quod erat in mense Aprili. 137.b
 Regem crucifigere, maxima confusio. 307.b
 Regio ornata Christus in triumpho apparere voluit. 224.a
 Regnum Dei quid sit. 48.b
 Regnum celorum terrenis rebus assimilatur. 52.b, & 53.a
 Regulus, filius eius, & febris eum tenens mysticè quid. 96.b
 Regulus à Christo increpatur, quia existimabat ipsum sanare non posse filium nisi corpore praesens esset. 95.a
 Regulus debilis erat fidei, in eo quod praesentem Deum exigebat. 94.b
 Regulus à paruitate iustitiae qua seipsum regebat, talis dicitur. 95.b
 Intellectus vnus relatiuorum est, in altero. 240.b
 Inter accipere à Patre & accipere à Filio non est aliqua relationis oppositio. 277.b
 Remissio peccatorum est duplex, vna est ex ministerio, & alia ex merito vitae. 324.a
 Reprobatorum poenæ. 100.b
 Res desiderata facile auditur. 209.6
 Res spirituales intelligere non possumus, nisi per corporales ad earum cognitionem manducamur. 107.a
 Resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis. 221.b
 Qua resurrectione mali, & qua boni resurgunt; & an omnes debeant resurgere. 100.b
 Resurrexit Christus virtute latentis in se diuinitatis, & nos ex Sacramento Eucharistiae potentiam habemus ad vitæ resurrectionem. 127.a
 Per mortem; resurrectionis futuræ spes concipitur. 220.a, & b
 Resurrectionis dies maxima lætitiæ dies est. 320.a

Et

& verborum.

Et est dies luminis. 320.b
 Resurrectionis diei præ aliis diebus dignitas. *ibid.*
 Post resurrectionem cur fores clausæ dicantur. *ibid.*
 Retrogredi in via Dei malum est. 136.a
 Reuerentia parum indiscreta Petrus dixit Christo, Non lauabis mihi pedes in æternum. 239.b
 Reuerentia & stupor Petri erga Christum lauantes pedes. 239.a
 Rex bonus debet suis benefacere, & eos viuificare. 286.a
 Rex fuit Christus & quomodo. 309.a, & b
 Risus Saræ spiritualiter quid. 282.b

S

Sabbatum in nobis conuersum est in Dominicam in gaudium resurrectionis Christi. 314.b
 Sabbatum secundum quam considerationem possit solui. 91.a
 Sabbatum diuinæ quietis observationem designat. 93.a
 Sabbatum quomodo sanctificandum. *ibid.*
 Seruile opus in Sabbatho quale uitandum. *ibid.*
 Sabbatum in veteri lege tripliciter violabatur. 91.a
 Sabbatum apud Hebraeos dies est principalis, & nominat septimanam. 314.b
 Sabbatum & Pascha erant duo festa coniuncta. 307.a
 Sacramentorum omnium varietas à Ioanne describitur in diuersis. in prolog.
 Sacrificium altaris, cum quibus vnionem habeat. 134.a
 Sal symbolum est sapientiae. 177.a
 Salim oppidum est vitra Iordanem situm, in quo regnavit Melchisedech. 61.b
 Salua, lutum, & vnguentum in capite quid significent. 177.a
 Salomoni difficilia cognita, mysticè quid. 249.b
 Saluator reformauit, quidquid peccatum difformauerat. 178.b
 Dum Christus alloqueretur Samaritanam, quare discipuli recesserunt. 70.a
 Samaritana nesciuit quod nullam penitus vim faceret Christus de traditionibus Iudæorum. *ibid.*
 Cur discipuli non quaesierunt à Christo, cur tandem cum Samaritana loquutus esset. 73.b
 Quo sensu Christus dixit Samaritanæ, *vna vitrum tuum.* 72.b
 Samaritani non peccabant contra veritatem adorationis, sed contra spiritualitatem eius qui adoratur. 77.b
 Samaritanorum mores, & idololatria depinguntur. 69.b
 Samsonis dormientis ad Christum in cruce dormientem comparatio. 164.a
 Sancti quo sensu maiora signa possunt facere quam Christus. 97.a
 Sancti patres antiquitus plurimum curauerunt de mortuorum sepultura. 314.a
 Sancti quadruplici tristitia afficiuntur. 280.b

Sanctificati sunt Apostoli quando in bono confirmati, & ab erroribus mundati. 292.a
 Christus quo sensu sanctificatum se dicit pro discipulis. *ibid.*
 Sanctitas quid. 253.b
 Sanguis Christi per se remissionem peccatorum operatur, Sacramenta autem aliquo modo. 132.b
 Sanguis vitæ quid. 264.a
 Sapientia in sensibus praesertim lucet. 174.a
 Sapientiae amatores debent intus & inclusi commorari, nec discurrere per plateas. 325.b
 Satanah quo sensu in Iudam introriter. 242.b
 Scandalum quid, & an Christus Iudæos scandalauerit loquens eis de sui corporis manducatione. 129.a
 Scenopægia quæ solemnitas, & quid denotet. 138.a
 Scientia Dei omnia penetrat. 46.b
 Scientia Christi omnes occultas cogitationes penetrat. 283.b
 Scientia Christi secundum quod Dens, & secundum quod homo quæ & qualis fuerit. 174.a
 Scientia sanctorum quænam sit. 48.b
 Scientia agens de verbo est vnica, & non discursiva, seu diffusa, sicut aliae seculares scientiae. in prolog.
 Item est libera & liberat. *ibid.*
 Scribae erant Doctores legis, quasi principes in populo. 153.a
 Tres modi scribendi. in prolog.
 Scriptura sacra comparatur aquæ vitæ propter quatuor. 148.b
 Scripturas scrutari debent homines ad Dei cognitionem habendam. 104.b
 Seductor ex Augustino dupliciter quis dicitur. 140.b
 Quo tempore, & quomodo seminandum. 92.b
 Semen proprie & communiter accipitur. 91.b
 Quinam dicantur semen Abrahæ. 165.a, & b
 Senectus venerabilis est, in quo senes deficiant. 337.a
 Quatuor dies quibus Lazarus fuit in sepulchro quid. 209.a
 Quanto tempore Christus in sepulchro manserit. 45.a
 Septenarius dies ad virtutis operationem spectat, octauus autem ad resurrectionem. 325.b
 Sequi Christum non possunt firmati & radicati in infidelitate. 160.b, & 161.a
 Sequi non debebimus alium præter Deum. 136.a
 Sequi Christum quid, & an statim post baptismum ductus fuerit in desertum. 31.a
 Sermo, seu verbum Dei ex Augustino quid. 263.a
 Sermonis Domini custodia à morte æterna liberat. 172.a
 Sermonem Christi serbare quid. 237.b
 Sermo Christi est sermo Patris. *ibid.*
 Sermo quo sensu brevis esse debeat. 73.b
 Sermo Domini hamo, & gladio comparatur. 167.b
 Sermo Domini à quo liberet. 165.a
 Serui occurrentes, & narrantes citationem filij, mysticè qui. 96.b
 Seruile opus fieri in Sabbatho prohibetur: opera corporalia pro legis defensionis facta, non reputantur seruilia. 243.a
 Seruitus peccati alius seruitutibus peior est. 167.b
 Quæ seruitus bona, & quæ mala. 166.b
 Seruus

Index rerum,

- Seruus simpliciter dictus ob sex causas in malam partem sumitur. 167.a
 Seruus duplex, & vtrique quid. 167.b
 Seruus quis. 166.a
 Seruorum triplex est genus. 269.b
 Seruis cur secreta non committuntur. 270.a
 Sessio quid, & predicator quare debeat stare. 152.b
 Signaculum cur ponendum dicatur super brachium. 245.a
 Signorum & prodigiorum fugienda est curiositas. 95.a
 Signum vanum est, cui non responder signatum. 240.a
 Siloë est fonticulus ad radices montis Sion non ingibus aquis fluens, sed certis horis, vt quid vocatur natoria in plurali. Aquæ illius vnde prorumpant, & quid mysticè. 177.b
 Similitudo medici ad Christum peccatis subuenientem. 55.a
 Similiam in voluntate, voto, & opere non est odium, sed amor. 159.a
 Simon primò dictus fuit Petrus ob varias rationes. 29.b
 Simoniacorum pœna. 44.a
 Sitis triplex & quæ. 113.b
 Sitis est desiderium rei habitæ, & non habitæ, diuersimodè tamen. 71.b
 Sobrietas commendatur. 36.a
 Societas Petri Thomam ad fidem reducit. 329.b
 Solemnitas primitiuorum in veteri lege quid in nouâ designet. 88.b
 Solus effectus qui. 147.b
 Solitudo mundum significat cum insidiis diaboli serpentibus comparati. 54.a
 Sollicitudo temporalium quænam fugienda. 222.a
 Somnus, seu dormitio quid. 298.a
 Comparatio dormitionis ad mortem. ibid.
 Somnus infirmo utilis est. ibid.
 Sorores Lazari an fuerint scandalizate de verbo Christi afferentis fratrem eorum non moturum, qui tamen reuera mortuus fuit. 106.a, & b
 Sorores Lazari ægrotantis quid de Deitate, & potentia Christi senserint. 205.b
 Soror quam miserunt milites super Christi vestimentum, secundum ordinem Spiritus sancti fiebat. 310.a
 Species Sacramenti quæ in hostiis videntur, sunt ibi sine omni subiecto. 130.b
 Species Sacramenti non sunt in circumfuso aëre, vt quidam dixerunt, nec in substantia panis & vini. 130.b
 Spinarum tortens quid. 178.b
 Spiritus sanctus diuersimodè à nobis potest recedere. 254.b
 Spiritus sanctus charitatem in nobis diffundit, inspirat Prophetas, & ad veritatem illuminat, in quibus maneat, & à quibus recedat, cæcitas nostra impedit ne cognoscatur à nobis. Certus nemo potest esse an Spiritus sancti gratiam habeat, per quid in nobis cognoscitur Spiritus sanctus. 254.b, & 255.a
 Quomodo per gratiam optantem, prouenientem & sequentem maneat in nobis. 255.b
 Spiritus sanctus vt quid datus est ante passionem, post resurrectionem, & post ascensionem Christi. 149.b
 Spiritus spirat, vivificat, illuminat, occultus est, & non percipitur à carne, & sanguine. 258.b
 Spiritus nonnunquam sumitur pro corporea substantia spiritali & inuisibili, sicut est ventus. 51.a
 Spiritus sanctus in Apostolis fuit & recessit quasi fluvius. 249.a
 Spiritus sanctus fuit motor linguæ asinæ Balaam vt annuntiaret de futura gratia, fuit etiam motor linguæ Caiphæ. 217.b
 Venti ad Spiritum sanctum similitudo, & eius diuersi effectus narrantur. 51.b
 Spiritus patris carnalis ad Spiritum Patris celestis comparatio enucleatur. ibid.
 Spiritus sancti est viuificare per Sacramentorum collationem. 323.a
 Spiritus sanctus bis in terra datus est Apostolis, & ante passionem, & post resurrectionem. 323.a
 An Spiritus sanctus fuerit huic columbæ vnitus, & cur potius columbæ speciem elegerit quam alterius animalis. 26.a
 Spiritus cur vadens dicatur & non rediens. 92.a
 In spiritualibus in quibus substantia non subiacet sensibus, per opera venit ad virtutem, & per virtutem ad essentiam. 159.a
 Spiritus sanctus quo sensu suggerat nobis. 258.b
 Spiritus sanctus vim regeneratiuam aquis tribuit. 333.a
 Spiritus sanctus quo sensu audiat à filio & à patre. 278.a
 Per splendores Sanctorum quid sit intelligendum. 103.b
 Sponsus nuptiarum in Cana fueritne Ioannes Euangelista, vel alius. 40.b
 Sponsus nequit aliquis esse si potentiam generandi non habeat. Potentiam generandi filios spirituales Christus habuit. 63.b
 Sputum salivæ capitis mysticè quid. 178.b
 Stadium est octava pars miliarij. 209.b
 Stans & non recumbens ob multas rationes voluit pati Christus. 311.a
 Stare semper tribuitur Christo post suam resurrectionem. 321.a
 Quinam stellæ dicantur. 136.a
 Studia liberalia hominem liberant. 165.a
 Stupor & infirmitas mortis impediēbat discipulos, ne IESVM in littore stantem agnoscerent. 331.a
 Summum Sacerdotium primo fuit vnus, & successu temporis crescente ambitione multorum fuit. 216.b
 Patris & filij vna substantia. 259.a
 Superbia, & vana gloria sunt impedimenta fidei, quantum fugienda hæc vitia. 106.a, & b
 Superborum est aliorum dicta, vel facta deprimere, & vituperare. 217.a
 Superfluum conuertere ad utilitatem pauperum, indicium est largissimæ virtutis. 112.b
 Supplantare quid. 240.a
 Sychem & Sychar interpretatio. 68.a

T

- Tactus subtilitas viget in digito. 325.a
 Tangitur finis & utilitas aduentus Ioannis Baptistæ, qui venit tanquam mundi super, & nature miraculum in ostensione Spiritus & virtutis. 11.a
 Tauri

& verborum.

Tauri mystice quinam dicantur. 179.a
 Thabor interpretatio, & situs huius montis. 140.a
 Theophania est lumen maius lumine gratie, in quo intellectus videt diuina. 18.b
 Thomas inter alios Apostolos maxime pauidus, & in fide dubius, cur Dydimus vocetur. 209.a
 Thomas Christi diuinitatem & humanitatem confessus est. 328.a
 Thomae incredulitas quanta fuerit: hac incredulitate non peccauit mortaliter: vituperantur qui leuiter & citius credunt. 325.a
 Cur Dominus permisit huius discipuli dubitationem. 325.a & b
 Thomas ante & post resurrectionem in fide dubius fuit. 249.a & b
 An Thomas Christum tetigerit. 328.b
 Temerarium est in his que aperta sunt, signum querere. 44.b
 Templum a temptatione, siue contemplatione nomen habet. 41.b
 In templo nihil agendum quod negotiationem redoleat, sed quod sanctitatem deceat. 44.a
 Tempora gratie quot secundum Hogenem a S. Victore. 48.b
 Tenebrae quomodo intelligende cum dicitur, Cum adhuc tenebrae essent. 335.a
 Tenebrae cur sic dicantur, & quoniam sit spiritualis tenebra. 60.a
 Tentationes quas patimur, vires nostras non superant. 201.a
 Tentationum tria genera, & que. 109.a
 Terra Austri que, & quinam eam habitantes. 118.b
 Qui de terra est, de terra loquitur. 64.b
 Terra medulla quid. 216.b
 In quam terram, & quo tempore granum spargendum. ibid. & 217.a
 Terra bona, calida, & aquata que. ibid.
 Testimonium vnius persone pro seipsa veram testimonij rationem non habet. 157.a
 Illud de seipso Christus poterat ferre. ibid.
 Testimonium de seipso an aliquis possit ferre. 101.b
 Iura & leges precipiunt, vt testes non deponant, nisi iurati. ibid.
 Testimonium Christi non est acceptum, quia cum suis pauper apparuit, & veritas ipsius contempta fuit. 52.b
 Testimonij Christi, & humane cause testimonij diuersitas ostenditur. 157.b
 Testimonium Dei verissimum. 102.a
 In testimonio sunt quatuor consideranda. 105.a
 Testimonium operis maxime pre aliis commendatur. 103.a
 Timendi non sunt occidentes corpus. 130.a
 Timor humanus condemnatur. 307.a
 Tintinnabulum mystice quid. 189.b
 Quatuor effectus crucis designantur per hanc quatuor verba tituli, Iesus Nazarenus, Rex Iudeorum. 309.a
 Titulus crucis cur tribus linguis, & apertis scriptus. 309.b
 Tonitrus, hoc est, signa que facit Deus supra vires hominis, sunt signanda, & non scribenda. 313.b
 Torrens Cedron, quis, & quomodo sic dicitur. 197.b

Christus hanc torrentem transiens a Davide fuit prefigurans. ibid.
 Tractus interior sit duplici fine, veritatis scilicet, & delectationis: veritas trahit intellectum ad consensum, & delectatio trahit voluntatem per amoris vinculum. Pater eternus quomodo trahit ad filium, quomodo per filium, & Spiritus sanctus & filius quomodo vicissim trahunt ad patrem. 122.b
 In hominum culpa est, quod trahi a patre non veniunt ad Christum, quia obicem Spiritui sancto ponunt. 123.a
 Tribunal antiquitus pro iudicibus quomodo ordinabatur. 307.a
 Triclinium quid, & quid Architrclinus. 40.a
 Tristitia duplex est, vna passio, altera propassio est, vtraque quid. 272.b
 Timor superbie nostre curari non potuit nisi per maximam reuerentie humilitatem. 239.a
 Tunica inconsutilis qua arte facta, quid designet, & quid per quatuor partes vestis diuise notetur. 310.a
 Tunica qua succinxit se Petrus vt obuiam iret Domino super aquas, significat fidem, & conuersionem Ecclesie. 332.b
 Tunica inconsutilis Christi quid designet. 132.a
 Turbatio propassio quid efficiat in anima. 212.b
 Turbe non audebant in Christum mittere manum, quia videbant in facie eius diuinum quoddam micare. 150.b
 Eloquentia etiam eius in dicendo Iudeos impediebat ne eum arripent. ibid. & 151.a
 Turbae aut saltem aliqui e turba putabant Christum ducere vitam otiosam & resolutam. 113.b
 Tyberias ciuitas a quo sic dicta. 107.a
 Tyberias literaliter, & moraliter quid. 339.a

V

Vana gloria, minime querenda. 172.a
 Vas suum in honore & sanctificatione possidere quid sit. 35.b
 In ventre tria efficiuntur, & que. 148.a
 Veracitas Dei comprobatur. 65.a & b
 Verbum dicit rationem principij proximam creature. 161.b
 Quomodo verbum Dei ab aliis verbis differat. 2.b
 De verbo diuino agit Ioannes, & secundum quod in se est, & secundum quod ad creaturas refertur. 7.a & b
 Quare Ioannes potius vtitur nomine verbi quam filij. 4.b
 Verbum multa signat, & rationem, & supputationem, & causam vniuersalemque rei. in prolog.
 Verbum est operationum potestate dignum, & est illuminatum, & est salutaris cecitatis conclusum. 14.a
 Verbi potestas sex modis consideratur. ibid.b
 Verbum Dei quoniam operetur. 169.b
 Verbum ad quid factum sit caro. 184.a
 Verbum apud quem maneat. 104.a
 Veritas commendatur. 151.a
 Veritas omnino ad salutem necessaria docetur a Spiritu sancto, non autem plures alie veritates, aut potius veritates. 277.a
 Veritas magis est in virtute verborum, quam in significatis. 303.a
 Veritas

Index rerum, & verborum.

Veritas ex duplici parte omnibus amabilis est.	171 a	Fons vitæ est verbum incarnatum.	ibid.
Veritas quid.	77.b. & 60.a. & 292.a	Vitam æternam quæ cognitio consistit.	286 a
Veritas prima quo sensu flex dicatur.	in prolog.	Diversæ qualitates cognitionis patriæ.	ibid.
Veritas per ea potior fit, per quæ intenditur obumbrari.	180.a	Vita æterna quid.	98.b
Veritas semper dicenda.	ibid b	Vita ad animam pertinet, non ad corpus.	99.a
Veritatem diligens paratus est eam ab omnibus audire.	183.a	Vita contemplatiua & actiua per Petrum & Ioannem representantur.	316.b
Veritas responsionis Ioannis laudatur.	20.a	Vites nobiliores moraliter quid.	262.a
Veritatis cognitio quæ.	165.a	Vitis foreth vera est vitis secundum omnes vitis proprietates.	260 b
Verum opponitur falso, vano, phantastico, & mixto.	12.b	Vitis proprietates describuntur.	ibid. & 261.a
Vespera quid sit, & quænam horæ dici iuxta Gregorium.	29.b	Vitis proprietates Prælo moraliter adaptantur.	ibid.
Vestis purpurea quid.	304.b	Viti comparatur beatissima Virgo.	ibid.
Veteris legis agricolæ, & irrigantes, & seminantes qui.	92.a	Item Sanctorum Martyrum constantia.	ibid.
Vetus lex prohibebat ne quis immundus auderet comedere Pascha.	218.b	Vitta coccinea pendens in domo Raab mysticè quid.	246.a
Distinguuntur diuersa lumina ad videndum Deum.	18.b	Vnguentum quo corpus Christi vinctum fuit, siue viuum, siue mortuum, perditum non fuit.	222.a
Viam Domino parare quomodo debeamus.	21.a	Vniur Christo per incorporationem, & per sumptionem tam sacramentalem, quam spirituales Christus nobis vnitur.	133.b
Villam Gethsemani omisit Ioannes, de qua Marcus & Matthæus loquuntur, ratio huius redditur.	296.a	Vnitatis inter Patrem, Filium, & Spiritum sanctum declaratur, & etiam vnitatis fidei, concordie, dilectionis, & doctrine quæ fuit in Apostolis.	290.a. & 292.b
Vineam putare, & torcular fodere mysticè quid.	262.a	Vnitatis spiritus est magna charitas quæ nos ligat adinuicem.	271.a
Vinum ex vinea fortich expressum quale sit.	262.b	Vocatio Ioannis præ aliis Apostolis commendatur.	in prolog. Hieron.
Vini effectus varij.	263.b	Voluntas Christi vt hominis, omnino cum diuinâ voluntate concors fuit.	101.b
Vinum aqua factum non fuit mixtum, sed tota aqua ad vini speciem & saporem transferat.	40.a	Voluntas patris iniusta esse nequit, sicut nec iudicium ad ipsam commensuratum.	ibid.
Vinum cur in nuptiis Cana defecerit, & cur pauperum nuptiis Iesus adfuerit.	36.a	Voluntas patris æterni est regula omnis dicti, vel facti recti.	129.b
An bonum vinum primo apponi debeat conuuantibus necne.	40.b	Voluntas passionem exprobat quamuis ipsam abhorreret sensualitas.	228.b
De vino quid Empedocles senserit.	39.b	Voluntate tota Deus querendus & expectendus.	225.a
Vinum iucunditatis quid.	135.a	Voluntatis conformitas, dilectionis conseruariua est.	265.a
Virga Aaron florens quid designet.	336.a	Vox patris quomodo interius in aure reuelata sonnerit, & quomodo exterius aliis modis.	104.a
Virga pastorum mysticè quid.	187.b	Vox Dei imperantis ab omnibus mortuis auditur.	214.b
Virginitatis definitio.	40.b	Vox in baptismo Christi cui tribuatur.	26.a
Viri tabernaculi quinam esse dicantur.	125.b	Vox pastoris est grata ouibus.	190.a
Viri quinque mulieris Samaritanæ qui mysticè.	73.b & seq.	Eius est eas educere.	190.b
Virtus quæ est secundum Deum, est virtus intellectus qua homo est homo.	47.b	Vt, aliquando causam finalem notat, aliquando terminum, &c.	231.a
Virtus infinita nequit communicari alicui creature.	257.a	Vulnerum suorum cicatrices Christus retinuit, vt per eas omnes incredulos & ingratos argueret.	326.a. & b
Virtus Dei illimitata est, infinita, & vbique attingens.	95.b	Vulnerum quid.	ibid.
Virtutes quasdam cur Apostolus fructus nominet.	91.a	Vulnerum cicatrices retentæ à Christo, ipsum non dedecent, sed decorant.	327.a
Vis amoris tanta est vt amans existimet amari nomen & nemine ignorari debere.	319.a		
Visio est fidei, aduentus spei per profectum meritum, & mansio charitatis.	29.a		
Visio sine medio duplex est.	18.b		
Vita Dei, & Christi, vitæ nostræ est principium.	127.b		
Quid sit vita.	8.a		
Vita quadruplex assignatur, inter hæc diuina pura est, firma, vera, alta, & dulcis.	57 b		
Vita æterna in quo consistat.	ibid.		
Vita in Deo perfectissima est & vt in primo fonte.	99.b		
Vita est actus diuini spiritus.	133.b		

Z

Zebæus literaliter, & mysticè quid.	329.b
Zelus multiplex.	44.b
Zeli definitio, & officium.	38.a
Zelus requiritur & laudatur in iis qui animarum curam suscipiunt.	329.b

INDEX



INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ, qui in Commentariis in Ioannem explicantur.

Litera a, designat primam columnam, b, secundam.

Genesis.	
CAP. I. <i>IN</i> principio creauit Deus cælum & terram.	pag. 13. col. a
1. Tenebra erant super faciem abyssi. 8. b. & 315.a	
2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem paradisi.	148.a
2. Inspirauit spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem.	323.a
3. Serpens erat callidior cunctis animalibus terre.	54.a
4. Egressus Cain à facie Domini, habitauit in terra profugus.	243.a
5. Genus Adam filios ad imaginem & similitudinem suam.	50.b
6. Osium arca ponis ex latere deorsum.	192.a
21. Rësum fecit mihi Deus, quicumque audieris, videbit mecum.	281.b
24. Ingredere benedictio Domini, cur foris fueris.	120.b
27. Affer mihi duos hædos optimos, vt faciam inde escam, quibus libenter vesciatur pater tuus.	90.b
31. Per viginti annos seruaui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis.	190.a
35. Surge Iacob, & ascende Bebel, & habita ibi.	283.a
45. Habitate iuxta me, & dabo vobis omnia bona Egypti, vt comedatis medullam terræ.	193.b
46. Omnis anima que exierit de femore Iacob.	15.a
49. Salutare tuum Domine expetendo.	31.a
49. Affer pinguis panis tui, & præbetur deliciæ regibus.	116.b
49. Ligabit ad vineam pullum suum, & ad vitæ asinum suum.	197.b
49. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semina, mordens ungulas equi, vt cadat ascensor sinu rursus.	105.b
Exodi.	
3. Eductum gregem minabat Moyses ad interiora deserti.	190.b
Index in Ioannem.	
12. Os non comminuetis ex eo.	313.a
12. Tolleris agnum, & immolabis eum vniuersa multitudo ad vesperam.	24.a
15. Sic uenerunt filij Israël in Elim ubi erant duodecim fontes.	147.b
15. Equum & ascensurum proiecit in mare.	115.b
19. Estote parati in diem venturam.	34.b
20. Elegera patrem tuum, & matrem tuam, ut sis linguam super terram.	171.b
23. Solemnitatem messis primitiuarum operis sui, quæcumque seminaueris in agro celebrabis.	38.b
33. Non videbit me homo, & uiuet.	28.b
Leuitici.	
16. In sanctuario expiatio complectur.	39.a
20. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem suam morte morietur.	72.a
23. Sumetis fructus arboris pulcherrimas, & ramus ligni deorsum fructuum, &c.	223.a
Numerorum.	
23. Partem quam federunt principes, & parauerunt duces in dante legi, & in vaculo suo.	72.a
21. Fac serpentem anatum, & erige eum in palo.	54.a
Deuteronomij.	
7. Dabit eum furi in solitudine magna, atque terribili, in qua sunt serpentes, &c.	54.a
32. Pua eorum, vna fides, & vna sententia, sed diuersum vitium eorum.	17.a
32. Inuenit eum in loco deserto, in terra incerta, & vasis solitudinis.	209.a
32. Sicut lepore præcipit ad vtilandum pullos suos, & super eos uoluit.	in prolog.
33. Qui appropinquauit pedibus suis, accipiet de doctrina eius legem.	27.a
33. Beniamin amantissimus Domini, quando in Bethleemo tota die inter humeros illius requiescit.	26.a. & b
33. Qui dixit patri suo, & matri sue, uelitorum.	37.b
33. Qui appropinquauit pedibus suis, accipiet de doctrina eius.	246.a

Index Locorum,

Sacræ Scripturæ.

Iosue.

7. Adorauerunt proni in terram fugientes. 184.a

Iudicum.

5. Cor meum diligit principes Israël. 267.b
9. Non possum deservere unum, quod laudificas Deum, & homines. 36.b

1. Regum.

14. Gustavi paululum de melle isto, & illuminati sunt oculi mei. 55.b
15. Melior est obedientia quam victima. 29.b
17. Pascebat seruum tuum patris sui gregem, & veniebat leo & ursus, &c. 188.b

2. Regum.

6. Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meam. 36.a
12. Pauper nihil habebat nisi unam onem parvulam quam cinerat. 195.a
23. O si quis mihi daret aquam bibere de cisternis, que est in Bethlechem. 119.b

3. Regum.

1. Si regnauerit Adonia, & sedimus ego, & seruum tuus Salomon peccatores. 167.a
10. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper. 63.b
18. Finit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto. 27.a, & b

4. Regum.

5. Finit Dominus, curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. 187.a

1. Paralipomenon.

vlt. Tua sunt uniuersa, & qua de manu tua accipimus. 63.a

2. Paralipomenon.

6. Cor surge Domine in requiem tuam. 7.a
26. Non est tui officij Ozia, ut adleas incensum Domino, sed Sacerdotum Domini. 21.b

Tobia.

8. Tobias precepit preparari epulas omnibus vicinis suis, cum iisque amicis. 35.b

Esther.

8. Nova lux oriri visa est Iudeis, gaudium, honor, & triumphum apud omnes. 320.b
13. Ut optata cunctis mortalibus pace fruerentur. 326.a
19. Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum. 17.b

Iob.

1. Fuit possessio eius septem millia onium. 190.a
1. Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc. 49.b
5. Bestia terra erunt tibi pacifica. 241.a
5. In sex tribulationibus liberabit te Dominus, & in septima non tanget te malum. 69.a
7. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. 55.a
14. Vocabis me, & ego respondebo tibi, operi manuum tuarum porrigo dexteram. 99.b
14. Lignum habet spem, si praeisum fuerit, rursus uirescit. 210.a
23. Non perii propter imminentes tenebras, neq; operuit faciem meam caligo. 228.b
24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, & ignorauerunt vias suas. 9.b
28. Semitam ignorauit aus, nec intatus est oculos uultus. 249.b
31. Si non dixeram uiri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, ut saeuemur. 125.b
36. Mememo quod ignores opus eius, de quo cecinerunt uiri. 52.a
38. Restituetur ut luxum signaculum, & stabit sicut uesijmentum. 177.a
38. Nunquid nosti ordinem celi, & rationem eius ponis in terra. 51.a
38. Indica mihi per quam uiam spargitur lux, dimittitur asus super terram. 150.a
39. Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum. in probog.
46. Nunquid extrahere poteris Leniathan hamo, aut armilla perforabis maxillam eius. 229.b
40. Circunda tibi decorem, & in sublimi erigere, & esto gloriosus. 149.a

Psalmodorum.

1. Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. 100.b
2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. 27.a
4. Scitote, quia Dominus sanctum suum mirificauit. 100.a
4. Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. 12.a
4. Ut quid diligitis uanitatem, & queritis mendacium. 77.b
6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. 178.b
7. Scrutans coram, & reus Deus. 33.a
8. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum. 10.b
9. Constitue Domine legislatorem super eos. 106.a
14. Et munera super innocentem non accepit. 43.a
16. De uultu tuo iudicium meum prodeat. 101.a
17. Filij alieni intuenti sunt mihi. 77.a
17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. 9.b
18. Lex Domini immaculata conuertens animas, &c. 17.b
18. In seipso posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. 207.a item 7.a
21. Dinumerauerunt omnia ossa mea. 308.b
28. Afferte Domino filij Dei, afferte Domine filios arietum. 30.a
28. Vox

28. Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit. 50.a
31. Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. 186.b
32. Verbo Domini celi firmati sunt, & spiritus eris eius omnis uirtus earum. 5.b
33. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus. 29.a, & 135.b
33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestrae non confundentur. 119.a
35. Homines & iumenta saluabis Domine. 71.b
37. Cor meum conturbatum est in me. 91.b
39. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. 163.b
41. Sicut ceruus desiderat ad fontem aquarum, ita, &c. 147.b
44. Adhibet regina a dextris tuis in uestitum deuorato circumdata uarietas. in probog.
44. Lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. 339.b
50. Spiritu principali confirma me. 167.a
50. Benefac Domine in bona uoluntate tua, ut adificentur muri Hierusalem. 90.b
50. Lauabis me, & super niuem dealabor. 239.b
52. Confisi sunt qui hominibus placent, quoniam Deus spernis eos. 105.b
52. Sic benedicam te in uita mea, & in nomine tuo lauabo manus meas. 253.a
54. Timor, & tremor uenerunt super me, & contulerunt me tenebrae. 230.b
59. Commouisti terram, & conturbasti eam, sanna conuersionis eius, quia commota est. 89.b
62. In nomine tuo lauabo manus meas. 282.a
62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. 261.a
62. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. 312.b
64. Benedices corona anni benignitatis tuae. 75.a
67. Iter facite ei qui ascendit super occasum, Domini nomen illi. 129.b, & 160.a
67. Congregatio sanctorum in uaccis populorum, ut excludam eos, qui probati sunt argenti. 179.a
67. Dixit Dominus ex Basan conuertam. 329.b
68. Laboranti clamanti, rauca facta sunt faucis mea. 21.a
75. Illuminans tu mirabiliter a motibus aeterni. 58.a
75. Nomen in Iudaea Deus, in Israel magnam nomen eius. 60.b
77. Spiritus uadens, & non rediens. 92.a
77. Excitatus est tanquam dormiens Domini. 45.a
79. Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse. 257.a
80. Sumite Psalmum, & date tympanum. 79.b
81. Ego dixi, Dixi estis, & filij excelsi omnes. 14.a
83. Concupiscit & deficit anima mea in aetria Domini. 266.b
83. Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus Deorum in Sion. 316.b
87. Nunquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. 323.b
88. Thabor & Hermon in nomine tuo tuo exultabunt, innum brachium cum potentia. 140.a
88. Tunc locutus es in uisione sanctis tuis, & dicitis, passus ad interiorum super potentem, &c. 26.b
90. Cum ipse sum in tribulatione. 48.a
92. Iudicame Deus, & discerne causam meam. 58.b
94. Nos populus pascae eius, & omnia manu illius. 186.b
101. Ossa mea sicut cremum aruerunt. 333.b
index in Ioannem.

101. Tu autem idem ipse es, & annus non deficiet. 4.b
103. Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. 8.b
104. Queris faciem eius semper. 28.b
105. Saluus nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus. 321.a
108. Constituit super eam peccatorem, & diabolum stetit a dextris eius. 242.b
108. Domine laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & dolosi super me apertum est. 25.b
109. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput. 295.b
109. In splendorum sanctorum, ex uero ante luciferum genui te. 103.b
110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 87.a
110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregatione. 111.a
111. Quod abrogata omnis praximum sui generationi huic, & dixi semper, hi errant corde. 107.a
115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. 52.b
115. Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? 245.b
118. Principium uerborum tuorum ueritas. 292.a
118. Tabescere me fecit salum meum, quia obliuisti uerba tua, &c. 44.b
118. Sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolabitur. 333.a
126. Surge postquam sederis qui manducatis panem dolentis. 238.a
127. Labora manuum tuarum quia manducabis, &c. 90.b
132. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. 177.a
134. Qui producit uentos de thesauris suis. 51.a
136. Adhaeret lingua mea faucibus meis, si non munereris. 335.b
137. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. 45.a
138. Mirabile facta est scientia tua ex me. 55.b
138. Nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in deliciis meis. 331.a
139. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. 272.a
140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. 87.b
140. Absorpsi sunt in uenti petra iudicij eorum. 62.a
140. Et uatio manuum tuarum sacrificium deservituum. 320.a
143. Domine inclina calos tuos, & descende. 154.a
145. Pupillum & uiduam suscipiet. 253.b

Prouerbiorum.

4. Semina iusti quasi lux splendens procedit, & crescit usque in perfectum diem. 160.a
8. Cum eo erant cuncta componens. 7.b
14. Acceptus est regi minister inuestigens iracundiam regis in uicinis minister sustinet. 223.a, & 40.b
20. Aurum mundum, & oculum uidentem Dominum fecit uerumque. 28.a
26. Flagellum egno, & chatuus asino, & uirga in dextro imprudens. 43.b
30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignora, uiam Aquila in caelo, &c. 249.b
30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suae, effundiam illam coram de torrente. 232.a
31. Noli regnum dare uirum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. 36.a

Index Locorum,

Ecclesiastæ.

- 1. Perge, si difficile corrigantur, & sultorum in- finitus est numerus. 45.a
1. Orietur sol, & occidit, & in circulos suos reuer- titur. 275.a
2. Ut transferrem animam meam ad sapientiam, cogitavi a vino abstrahere carnem meam. 325.b
3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. 19.b
4. Funiculus triplex difficile rumpitur. 43.b
9. Omni tempore sim vestimenta tua candida. 91.a
11. Da paries septem, necnon & octo. 325.b

Canticorum.

- 1. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubet in meridie. 28.b
1. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. 220.a
1. Leuissimum sceleris steridum. 309.a
1. Mimentulus aureus faciemus tibi vermiculatas argenteo. 200.a
1. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abs post vestigia gregum. 146.b
2. Sicus lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. 166.a
2. Columba mea in foraminibus petra, & caverna mace ia. 312.b
2. En ipse stat post parietem nostrum. 22.b & 147.a
3. In lectulo meo per noctes quasi, quem diligit anima mea, quasi cum, & non inueni. 146.a
3. Inuenerunt me vigilantes qui custodiunt civitatem. 31.b
3. Inveni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimisi eum. 92.b
4. Vulnerasti cor meum foror mea sponsa, in visio oculorum tuorum, & in uno crine collisui. 220.b
4. Oculi tui columbarum. 336.b
5. Nuntiare dilectio, quia amore langueo. 56.a
5. Messui myrrham meam, cum aromatibus meis. 92.a
5. Comedi fauam cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. 135.a
5. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. 192.b
5. Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini ebriissimi. 132.a
7. Egrediamur in agrum, commoremur in villis. 190.b
7. Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius. 54.b
8. Lampadem eius lampadem ignis atque flammam. 31.a
8. Si ostium est, compingemus illud sabulis cedrinis. 185.a
8. Dilectus meus clamat ad me, pone me ut signaculum super cor tuum. 266.a
8. Fortis est vis mors dilectio. 245.a
vlt. Quis mihi det te fratrem meum fugentem vbera matris mee, ut inueniam te solum fortis. 30.a

Sapientia.

- 1. Spiritu Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, &c. 9.a & 225.a
6. Conspicietia sapientia conducer ad regnum perpetuum. 50.a
6. Diligite lumen sapientia, ut in perpetuum regnetis. 286.a

- 7. Per nationes in animas sanctas se transferunt, amicos Dei, & prophetas constituunt. in prolog. & 25.b
7. Coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. 14.a
7. Offendit illi regnum Dei. 48.b
9. Custoditio legum consummatio incorruptionis est. 172.a
15. Nolle te consummata est sapientia, & scire iustitiam, & directam suam radice est immortalitatis. 117.a
16. Sapientiam tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habebas, ostendebas. 39.a

Ecclesiastici.

- 1. Arenam maris quis dimensus est? 340.a
1. Fons sapientia verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata eterna. in prolog.
10. In manu Dei potestas omnis. 366.b
15. Cibavit illum pane vita, & intellectu. 118.b
18. Qui vinit in eternum, creauit omnia simul. 7.a
19. Qui cito credit, lenis est corde. 315.a
24. Spiritus meus super mel dulcis. 245.b
24. Legem mandauit nobis Moyses in preceptis iustitiarum, & hereditatem domus Iacob, & Israel promissiones. 17.b
24. Ego ex ore Altissimi prodij, primogenita adie omnem creaturam. 3.b
24. Adhuc doctriam quasi antelucanum effundam, & enarrabo eam usque ad longinquum. in prolog.
36. Speciosa Dei misericordia in tempore tribulationis, quasi nubes pluuia in tempore siccitatis. 16.b
36. Omnem masculum excipiet mulier. 12.a
40. Gratia sicut paradisi, & misericordia in seculo permanet. 18.a
43. Mundum illuminas in altissimis Dominum. 356.a
45. Circit eum eminentibus aureis plurimis in gyro dare foritum, &c. 189.b
45. Dedit illi coram precepta, & legem vita, & disciplina. 17.b

Isaia.

- 2. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei nostri. 29.a
2. Ingrederet in petram, & abscondere in fossa humo. 322.a
3. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum. 186.a
4. Apprehendit septem mulieres virum unum. 24.b
6. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum. 258.b
6. Seraphim stabant super illud, sex ale uni, & sex ala alteri, &c. 317.b
7. Nisi credideritis, non intelligetis. 4.a
8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. 339.b, & in prolog.
11. Leo sicut bos paleas comedit. 226.a
11. Flos de radice eius ascendet. 32.a
11. Eris radix: Iesse qui stat in signum populorum, ipsam gentes deprecabuntur. 198.a
12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. 68.b
16. Domini gentium exciderunt, flagella eius usque ad laser perueniunt. 263.b
17. Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarcescet. 64.a
19. In

Sacrae scripturae.

- 19. In die illa erit mare Domini, in medio terre Egypti. 309.a
19. Confusio lenior qui operabuntur linum, plebs tenet, & sexcenta subtilia. In prolog.
21. Qui habitatis terram Austris, cum panibus occurrere fugienti. 118.b
22. Dabo olivum David super humerum eius. 108.b
24. Formido, & fons, & laqueus super te, qui habitaueris a terra. 213.b
27. Qui egrediuntur imperi a Iacob, florebit, & geminabit Israel. 92.a
28. Pra vino errauerunt, & pra ebrietate nescierunt. 272.b
29. Additus est annus ad annum, solentis mens euoluta sum. 76.a
30. Pelli asinorum n qui operantur terram, commixtum nigra conueniunt. 110.a
30. Erunt oculi tui videntes proceptorum tuum. 47.b
31. Principes in iudicio praerunt. 47.a
32. Sicut pulvis hyrudinis sic clamabo, meditabor ut columba. 147.a
40. Loquimini ad cor Hierusalem, & aduocate eam. 144.a
43. Paucissimi primi peccatis, & interpretet tui peccatorum sunt in me. 169.b
49. Sicut unda maris sua protexit me. 290.b
49. Angustus est mihi locus, factus spatium ut habitarem. 248.a
52. Seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, sublimis erit in valde. 229.b
52. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit. In prolog.
53. Generationem eius quis enarrabit? 23.a
53. Quasi absconditus vultus eius, & despectus. 26.b
55. Comeditis bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. 135.b
56. Domus mea domus orationis est. 44.a
60. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen, & gloria Domini super te orta est. 12.b
62. Gaudebit sponsus super sponsum, & gaudebit super te Domine tuus. 265.a
62. Non vocaberis vlt. a derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. 15.b
63. Quis est iste qui venit de Edom, intus vestibus de Bosra? 53.b
64. Redite prauaricatores ad cor. 12.b
64. Pater noster es tu, nos vero L. tuum, & filior noster tuus, & opera manuum tuarum omnes nos. 48.b
vlt. Quis autem iniquumquam tale: numquid parures terra in die vna? 51.a

Hieremiae.

- 1. Foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. 72.a
2. Quid tibi vis in via Egypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi vis cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? 72.b
9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua. 22.a
10. Scio Domine quod non est in potentate hominis via eius. 21.b
11. Ego quasi agnus mansuetus, qui paratur ad victimam. 23.b
12. Prope a tu ori eorum, & longe a renibus eorum. 76.b
14. Quasi colonus fueris in terra, & quasi visor declinans ad mandendum. 28.b

- 16. Aditum eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte. 31.a
22. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. 34.a
23. Calum & terram ego impleo. 13.a
23. Suscitabo David germen iustum, & regnabit Rex etc. 33.a
32. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. 266.a

Threnorum.

- 1. Sordes eius in pedibus eius. 239.a
3. Sedebit salutaris & tacebit, quia leuauit se super se. In prolog.
vlt. Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur. 23.b

Baruch.

- 3. Filij Agar exquisierunt prudentiam qua de terra est. 13.a & b
3. In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. 53.a
4. Sicut fuerunt sensus nostri, ut pronocauerimus Deum, decem iterum conuertentes requiramus eum. 334.a

Ezechielis.

- 10. Effundite ignem super ciuitatem. 246.a
17. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, uenit ad Libanum, &c. In prolog.
24. Vt pastoribus, qui dispergunt gregem meum. 194.b
27. Iuda & terra Israel ipsi infirmos tui in frumento puro, &c. 226.b
34. In pascuis uberrimis pasceam eos in montibus Israel. 288.b
34. Congregabo eos de terris, & inducam eos in terram suam in quibus dispersi vos. 38.b
43. Locus solij mei, & locus glorificationis patrum meorum ubi habito in medio filiorum Israel. 45.a
44. Posuisti custodiam obsequium nationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. 42.b

Danielis.

- 7. Bestia terribilis, atque mirabilis, & factus nimis, dentes habebat ferreos. 240.a
10. In visione tua dissoluitur sicut compages mea, & nihil in me remansit virum. 268.a
12. Tu autem Daniel, clande sermonis, & signa librum usque in tempus futurum. 440.a

Osae.

- 4. Sanguis, sanguinem tetigit. 205.a
4. Ligauit eum spiritum in alij suis. 337.a
8. In gurgure tuo sit cuba, quasi Aquila super domum Domini. In prolog.
12. Ego visentes multiplicavi eos, & in manibus prophetarum assimilatus sum. 107.a & 18.b

Ioelis.

- 2. Dedit nobis doctorem iustitia, & descendere faciet ad nos imbrem iustitiam & feruitum. 47.b
3. Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spirituum. 178.b

Index locorum,

Amos.

- 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem per seclē abominati sunt. 139.b
9. Qui edificat in celo ascensionem suam, & fastigium suū super terrā fundavit. 53.b & 88.b

Michæ.

- 3. Cœdeverunt carnes populi mei, & pelles eorum desuper excoriarunt. 194.a

Abacuc.

- 3. Corvus in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. 230.a
3. In fremitu concussit abis terram. 113.a
3. Consideravi operatua, & expansi. 238.b
3. Stetit, & mensus est terram. 311.a

Zachariæ.

- 13. Erit fons patens domui Iacob, & omnibus habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & mensuratae. 68.b
13. His plagatus sum in domo sorum, qui diligebant me. 326.a

Malachiæ.

- 1. Quis in nobis est qui claudat ostia mea, & incendat altare meum gratuito. 42.b
1. Maledictus dolosus. 32.b
3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum. 331.b

1. Machabæorum.

- 7. Venerunt viri iniqui & impij ex Israël ad regem Demetrium. 187.a

Matthæi.

- 3. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me. 23.b
3. Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. 56.b
4. Continuo reliquit vasibus secum factis eum. 28.a
4. Ductus est Iesus in desertum a spiritu. 21.b
5. Lucent lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. 138.b
6. Adveniat regnum tuum. 303.a
6. Facies effodiunt, & fuerunt. 193.a
6. Orantes nolite multa loqui sicut Ethnicus faciunt. 76.b
7. Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium. 194.a
7. Non potest arbor mala bonos fructus facere, &c. 94.a
7. Multi dicunt mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? 47.b
8. Multi veniunt ab Oriente, & Occidente, & recumbunt cum Abraham, Isaac, & Iacob. 203.b
10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. In prolog.
10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. 313.b
10. Nihil inleritis in via vobiscum, neque sacculum, neque peram. 110.a
11. Nemo novit filium nisi pater, & nemo novit patrem nisi filius. 123.b
11. Quid existis in desertum videre, Prophetam? etiam dico vobis plusquam Prophetam. 20.b
13. Exiit qui seminat seminare semen suum. 226.b

- 13. Simile est regnum colorum fermento, quod acceptum mulier abscondit, &c. 119.b
13. Inimicum homo hoc fecit. 237.b
14. Domine si tu es, iube me venire ad se super aquas. 322.b
14. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. 35.b
19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 219.b
21. In qua potestate hoc facio? 44.b
22. Simile est regnum colorum homini, qui fecit nuptias filio suo. 41.a
22. Mittunt discipulos suos cum Herodianis, ut caperent eum in sermone. 145.b
22. Zaccari mei, & alitius rana occisa sunt, &c. 374.b
23. Vnus est magister vester qui in caelis est. In prolog. Hieron.
24. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. 337.a
25. Intra in gaudium Domini tui. 282.b & 50.a
26. Non bibam amaro de hoc genimine vitis, usque dum bibam illud in regno patris mei. 238.a
26. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur. 218.b
27. Signantes lapidem, cum custodibus. 314.a
27. Erat aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius candida sicut nix. 317.b
vit. Domine recordari signum, quod seductor ille ad huc vivens dicebat, post 3. dies resurgam. 120.b

Marci.

- 16. Valde mane veniunt ad monumentum orto iam sole. 315.a

Luca.

- 1. Gratia plena, Dominus tecum. 16.a
1. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. 56.b
2. Quid est quod me queratis, nesciebatis, quia in his que patris mei sunt oportet me esse. 37.a
2. Pater Iesu proficiebat etate, sapientia, & gratia coram Deo & hominibus. 64.b
2. Tuam ipsius animam pertransibis gladium. 310.b
2. Maria conservabas omnia verba hæc. 148.a
3. Descendit spiritus sanctus sicut columba in ipsum. 26.a
5. Duc in altum, & laxate rete in capturam piscium. 310.a
6. Omnis turba quebat eum tangere, quia de illo virtus exibat, & sanabat omnes. 90.a
7. Lacrymis cepit rigare pedes eius. 315.a
9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & collat crucem suam, & sequatur me. 200.b
9. Bonum est nos hic esse, faciamus hic iria tabernacula. 29.a
9. Nemo manum mittens ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno colorum. 332.a
9. Filius hominis non habet, ubi caput suum recinet. 69.b
9. Erant autem viri quasi quinque millia. 111.b
11. Si in digito Dei cyclo demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. 97.a
21. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. 133.b
24. Spiritus carnis & ossa non habet. 77.a
24. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognovisti qua facta sunt in illa his diebus. 319.a
24. Oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. 231.a Iohannis.

Sacræ scripturæ.

Actuum.

- 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, que pater posuit in potestate sua. 97.a
1. Iohannes quidem baptizavit aqua. 22.a
2. Nonne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? 67.b
2. Sedit super singulos eorum spiritus sanctus. 7.a
2. Apparuerunt illis dispersa lingua tanquam ignis. 56.a
3. Scio fratres quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. 120.a
5. Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. 199.b
17. Cum sit Dominus omnium, non in manu factus templis habitat, indigens aliquo. 45.b & 46.a

Ad Romanos.

- 7. Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. 166.a
8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus Dei filij, & heredes. 14.a
8. Quos præsumit conformes fieri imagini filij sui, hos & vocavit. 48.b
8. Quid vtemus secundum quod oportet nescimus, ipse autem spiritus postulat pro vobis. 205.b
12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientis. 22.a
13. Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. 145.b
13. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. 331.a
13. Abijcimus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. 320.b
14. Qui infirmus est, olium manducet. 206.a

1. ad Corinthios.

- 1. Christum Dei virtutum, & Dei sapientiam. 3.b & 96.a
2. Quam nemo principum huius mundi cognovit. In prolog.
3. Dei agricultura estis, Dei edificatio estis. 261.a
4. Quid habes quod non accepisti. 17.b
9. Sic currite, ut comprehendatis. 19.a
10. Omnes in Moysē baptizati sunt in nube, & in mari. 67.a
10. Vnus panis, & unum corpus multi sumus, quotquot ex uno pane participamus. 134.a
10. Omnes eandem escam spirituales manducaverunt. 118.a
12. Quia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit per stultitiam predicationis sal-os facere credentes. 23.a
13. Caritas si non habuero, nihil sum. 245.a
14. Signa non fidelibus, sed infidelibus data sunt. 37.a
15. Seminatur corpus animale, surget spirituale. 227.a

2. Ad Corinthios.

- 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. In prolog. Hieron.
4. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere,

- illuxit in cordibus nostris, &c. 9.a
9. Quæ parca seminat, parca & metet. 91.b
11. Periculum in falsis fratribus. 46.b

Ad Galathas.

- 2. Vno ego iam non ego, vivit vera in me Christus. 127.b
4. Dies observatis & mensis, & tempora & annos. 37.b
4. Miste Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. 51.b
7. Qui de ancilla secundum carnem natus est, qui vera de libera per remissionem. 165.b
5. Fructus autem spiritus est gaudium, charitas, pax, &c. 91.a
6. Mihi absque gloriari in cruce Domini nostri Iesu Christi. 172.a

Ad Ephesios.

- 4. Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. 270.b
4. Qui descendit ipse est qui & ascendit super omnes caelos, ut amplecter omnia. 53.a
5. Sacramentum hoc magnam est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. 35.a
5. Fuitis aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. 11.b
5. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, &c. 63.b
5. Exurge a mortuis, & illigabit te Christus. 233.a & 8.b

Ad Philippenses.

- 1. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. 327.b
2. Omnes que sunt sunt querunt, non que Iesu Christi. 43.a
2. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forme Dei esset, &c. 54.a
2. Inter quos lucis sicut luminaria in mundo. 9.b
3. Fratres ego me non arbitror comprehendisse, sequor autem, &c. 119.a
3. Salvatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ. 178.b

Ad Colossenses.

- 1. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. 6.b

1. ad Thessalonicenses.

- 4. Ipse Dominus in voce Archangeli, & in tuba Dei descendit de caelo. 99.a
4. ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore. 35.a

1. ad Timotheum.

- 1. Caritas est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. 54.b
5. Si quis suorum, & matris domesticorum curam non habet, fidem negavit & est infidelis detestor. 42.b
vit. Lucem inaccessibilem. 294.a Ad He

Index locorum, Sacrae scripturae.

Ad Hebraeos.

3. Cum sit splendor gloria, & figura substantiae ipsius. 22.b
4. Omnia nuda sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. 33.a & 45.b
11. Sine fide impossibile est placere Deo. 104.b
12. Accessistis ad sanguinis asperersionem, melius loquentem quam Abel. 126.b

Iacobi.

1. In mansuetudine suscipite verbum insitum, quod potest saluare animas vestras. 104.a
5. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & seratinum. 270.b

2. Petri.

2. A quo quis superatus est, eum & seruum est. 166.b

1. Ioannis.

3. Nolite mirari si odit nos mundus, nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, &c. 271.b
3. Sicut Christus animam suam posuit pro nobis, ita & nos debemus animas pro fratribus ponere. 267.b
3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut

3. filij Dei nominemur & simus. 265.a
3. In hoc apparuit filius Dei, ut dissolueret opera diaboli. 7.b
- vi. Qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat illum. 49.b

Apocalypsis.

2. Dabo illi manna absconditum, quod est in paradiso Dei mei. 90.a
2. Tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. 19.b
3. Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere. 192.a
5. Agnus qui occisus est, dignus est accipere librum, &c. 46.a
8. Audiuisti vocem vnius aquile volantis per medium caeli. In prolog. 328.b
10. Signa quae locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. 328.b
12. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. 204.b
14. Vidi supra montem Sion agnam stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. 24.a
21. Dixit qui sedebat in throno, ecce noua factio omnia. 344.b
- vi. Ego sum alpha & omega. In prolog. Hieron.

3. Esdrae.

3. O viri fortissimum est vinum, quia facit obliuisci malorum, & facit hominem per talema loqui. 40.a

F I N I S.





D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS EPISCOPI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,

I N

APOCALYPSIM B. IOANNIS APOSTOLI,
LVCVLENTA EXPOSITIO.

PROLOGVS.



CONFITEOR tibi Pater Domine caeli & terræ, quia absconditi hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Matth. 11. *Quamuis ista verba secundum sensum literalem sunt Christi loquentis ad suum Patrem: tamen secundum sensum allegoricum possunt esse verba Ioannis Apostoli loquentis ad totam Trinitatem, & referentis gratias propter reuelationem multiplicem sibi factam: & commendat Trinitatem Ioannes in his verbis quoad tria. Primo quoad bonitatem qua intelligitur in nomine Patris [Confiteor tibi Pater]*

Ioan. 16. *Ipse Pater amat vos: quia vos me amatis. Secundo quoad eius potentiam, cum dicit [Domine caeli & terræ]. Machab. 15. Est Deus uiuus ipse in celo potens, qui in seculo in seculo regit diem sabbati. Psalm. 23. Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Tertio quoad sapientiam, cum dicit [Quoniam abscondisti hæc à sapientibus, &c.] Abscondere enim scientiam & reuelare pertinet ad sapientiam. De primo Prouerb. 10. Sapientes abscondunt scientiam. De secundo Daniel. 2. Est Deus in celo reuelans mysteria. Deus autem dicitur à theaste, quod est considerare, quod pertinet ad sapientiam. Vel in nomine Patris intelligitur persona Patris [tibi Pater] in Domino persona Filij [Domine caeli, &c.] Philip. 2. Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. In reuelatione persona Spiritus, scilicet [reuelasti ea paruulis.] 1. Corinth. 2. Nobis autem reuelauit per Spiritum suum. Dicit ergo.*

Confiteor tibi Pater] Confiteor, inquam, laudum, & gratias tibi de beneficiis referendo. Daniel. 2. Tibi confiteor, teque laudo: quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: sapientiam ad cognoscendum caelestia, & fortitudinem ad tolerandum aduersa. Item confiteor, veniam pro peccatis postulando, exemplo illius de quo Genes. 41. Tunc demum reminiscens magister pincernarum, ait: Confiteor peccatum meum, &c. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Item confiteor, fidem sanctæ Trinitatis recognoscendo. Matth. 11. Confiteor, &c. 1. Corinth. 16. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Pater] qui omnia creasti per potentiam. Genes. 1. In principio creauit Deus caelum, &c. Deuter. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? Pater qui omnia gubernas per prouidentiam. Sapient. 18. Tu autem Pater gubernas prouidentia. Pater qui hominem redemisti per tuam misericordiam. Isa. 63. Tu Domine Pater noster,

D. Alber. Mag. in Apocalypsim. A redemptor

redemptor noster, à seculo nomen tuum. Pater qui eundem glorificasti per tuam iustitiam. Isa. 9. Vocabitur nomen eius, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.

Domine cæli & terræ] id est, spiritualis & corporalis creatura. Domine, inquam, cuius dominium est uniuersale. Iudith 9. Deus calorum, & creator aquarum, & Deus totius creatura, exaudi me, &c. Domine, cuius nomen admirabile. Psalm. 8. Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum! Iudic. 13. Cur quæris nomen meum, quod est mirabile. Domine, qui das in presenti virtutem bene operandi uisitoribus. Psalm. 29. Domine, in uoluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Domine, qui dabis in futuro latitiam gloriæ contemplantibus. Psalm. 20. Domine, in uirtute tua latabitur rex, & super salutare tuum exultabit uehementer.

Quia abscondisti. Tu qui abscondisti dulcedinem celestis gloriæ Deum timensibus, ut illam habeant. Psalm. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timensibus nomen tuum! Item tuam desiderabilem damnatis & demonibus, ne illam uideant. Isa. 64. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Item sacramenta celestia mundi sapientibus, ne intelligant. Matth. 11. [Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus] Hæc enim reuelantur dignis hominibus, & absconduntur indignis & peccatoribus. Tob. 12. Sacramentum regis abscondere bonum est indignis: opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est aignis. Talibus autem, hoc est, sapientibus sapientia mundi, uel prudentibus prudentia carnis, uel diabolus, prædicta non reuelantur. Tum quia sapientia mundi est stultitia apud Deum. 1. Corinth. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Tum quia prudentia carnis mortifera. Rom. 8. Prudentia carnis mors est. Item Deo inimica. Ibidem. Sapientia carnis inimica est Deo. Item sapientia diaboli uana & deceptoris. De his tribus simul Iacob. 4. Non est hæc sapientia desursum descendens: sed terrena quoad sapientiam mundi, animalis quoad prudentiam carnis, & diabolica quoad sapientiam diaboli. Terrena consistit in appetitu diuitiarum, animalis in appetitu & usu deliciarum, diabolica in appetitu bonorum. Talibus autem etiam Deus occultat sua secreta, ne panis filiorum mittatur canibus. Matth. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Item ne sancta ante porcos spargantur. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas mittatis ante porcos [sed paruulis] id est, humilibus.

Nota: Multi sunt quibus fit reuelatio. Mundi contemnentibus. Psalm. 28. Vox Domini preparantis ceruos, & reuelabit condensa. Cerui transiunt lutosa, & signant contemnentibus terrena, quibus Deus reuelat condensa, id est, occulta & secreta mysteria. Item deuote obedientibus. Matth. 16. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, &c. Simon obediens interpretatur. Item carnem macerantibus. Daniel. 2. Reuelatum est mysterium Danieli, scilicet, propter ieiunium & magnam abstinentiam. Item humiliter se habentibus. Matth. 11. Reuelasti ca paruulis, id est, humilibus. Hi paruuli specialiter fuerunt homo Christus, celestis Angelus, Ioannes Apostolus, & Ecclesia. De primo Isa. 9. Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis. Isa. 2. Puer paruulus minabit eos. De secundo Prouerb. 20. Mulcato pestilente, id est, diabolo, sapientior erit paruulus, id est, Angelus in celo. De tertio 1. Reg. 16. Adhuc reliquus paruulus est, & pascit greges, id est, Ecclesiam, Ioannes scilicet. Istis, dico, paruulis est facta reuelatio. Psalm. 118. Intellectum dat paruulis. Alibi. 18. Sapientiam præstans paruulis. Sed differenter eis facta est: quia tota Trinitas reuelauit Christo homini, Christus Angelo, Angelus Ioanni, Ioannes septem Ecclesiis: ut sic lex diuinitatis impleatur, quæ reducit infusa ad summa per media, ut dicit Dionysius. Quæ autem sunt illa quæ fuerunt Ioanni reuelata, patent in textus sui prosecutione.

Tamen ad præsens notandum, quod sicut homo habet triplicem statum suæ ætatis, infantia scilicet, uirilitatis, & senectutis: sic Ecclesia in principio fuit quasi in statu infantia, postea in statu ætatis robuste, in fine erit in statu quasi senectutis & debilitatis magnæ. Primus status describitur à Luca in Actibus, secundus in Epistolis Pauli & canonicis omnibus, tertius à Ioanne in Apoc. prout est ei à Domino reuelatus. In illo autem statu erunt persecutiones mirabiles Sanctorum, in aduentu Antichristi, blasphemia nominis Christi: & tandem malorum supplicium sequi-

tur, & bonorum gaudium: illud pertinet ad Dei iustitiam, hoc uero ad eius misericordiam. Dicuntur autem illa futura ultimo tempore, profunda, abscondita, & mystica: sed profunda propter rei subtilitatem & arduitatem, abscondita propter intellectus humani imbecillitatem, mystica propter figurarum uelationem. Profunda sunt Sanctorum merita, & malorum peccata in ultimo tempore: hæc tamen Dominus Ioanni reuelauit. Iob. 12. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis, id est, peccata. Hoc dicit quoad malorum demerita. Psalm. 23. Reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Hoc dicit quoad bonorum merita. Abscondita dicuntur persecutio Antichristi quæ Ecclesiam persequetur & eius blasphemia, quæ Deus Ioanni reuel. Daniel. 2. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est: reuelauit, dico, Ioanni in sua contemplatione: sed reuelabit omnibus in fine mundi aperta uisione. 1. Thessal. 2. Nisi uenerit dissenso primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis. Et ibidem. Et nunc quid detinet scitis, ut reueletur in suo tempore. Mystica appellantur Sanctorum premia, & malorum supplicia, & Dei sacramenta. Hæc etiam reuelata sunt Ioanni. Daniel. 2. Est Deus in celo reuelans mysteria, qui indicabit tibi rex, quæ uentura sunt in nouissimis temporibus. Et ibidem. Qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ uentura sunt. Et ibidem. Vere Deus uelator, Deus Deorum est, & Dominus regum terra, reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Sic ergo patet quis reuelauit, & cui, & quæ reuelauit: & sic etiam iam patet quæ sit intentio Ioannis in Apocalypsi.

Restat uidere de causis huius operis, scilicet, quæ sunt? Item quis titulus? Item cui parti Philosophia supponatur?

Ad primum dicendum, quod causa efficiens mouens & non mota fuit tota Trinitas Christo homini reuelans: & hæc tangitur, cum dicitur [pater] Causa mouens & mota homo Christus, & Angelus, & Ioannes: & hæc tangitur cum dicitur [Domine cæli & terræ] in Domino intelligitur Christus, in celo Angelus, in terra Ioannes Apostolus. Causa exequens Ioannes Apostolus, quæ tangitur ibi [confiteor tibi] Causa materialis sunt sacramenta celestia, quæ tangitur ibi [hæc & cæ] id est, secreta celestia. Causa formalis uel modus agendi consistit in abscondimento & reuelatione, quæ tangitur ibi [abscondisti] Causa finali, cum dicitur [sapientibus & prudentibus, & paruulis] quia hæc Apocalypsis scripta est, ut mali terreatur qui sunt sapientes mundi, & boni consolentur qui sunt humiles & paruuli: ut illi puniantur, & isti premientur. Titulus talis est. Incipit Apocalypsis Ioannis Apostolici.

Ad id quod queritur, Cui parti Philosophia supponatur? Dicendum, quod magis supponitur uita quam Philosophia: sed sciendum, quod triplex est uita, philargica, practica, & speculativa. Philargica est eorum qui terrena diligunt, & dicitur à philo quod est amor, & argentum, quasi amans argentum. Practica est eorum qui bona faciunt: practica enim operatio est. Speculativa est eorum qui mentem in celestibus per conspulationem figunt, & huic proprie supponitur hæc doctrina.


Ex prædictis autem oritur duplex dubitatio. Prima de causa efficiente. Secunda de titulo. De primo dubitatur: fuerunt enim quidam dicentes, quod non fuit iste liber Ioannis Apostoli. Unde Dionysius. Nonnulli de reprehendentibus dicunt hunc librum non esse Ioannis Apostoli, nec esse reuelationem Ioannis: quia hic ponit nomen suum quod non facit in Euangelio suo, nec in Epistolis: unde non uidetur esse ipse, cum non inueniatur hic modus suus scribendi. Non Apocalypsis: quia liber iste plenus est obscuritatibus & multis figuris, in quibus non est reuelatio, sed magis obscuritas & inuolutio. Item dicunt, Ioannes Apostolus scripsit uisita: hic uero nihil dignum uidetur Apostolica granitate. Et propter ista dixerunt, quod quidam Corinthiis hunc librum scripsit, qui fuit aduersarius Beati Ioannis: & probant hoc per illud quod dicitur infra 20. cap. Et regnauerunt cum illo mille annis. Ille enim fuit huius opinionis, quod regnum futurum esset terrenum, & duraret mille annis tantum. Alij uero dixerunt, quod liber iste fuit cuiusdam sancti Ioannis qui non fuit Apostolus: & hoc pro-

4 D. Alb. Mag. Ord. Præd. Prol. in Apoc.

bant per hoc quod modus scribendi in hoc libro non sapit stylum Beati Ioannis Apostoli.

Sed dicendum ad hæc, sicut diffiniendo dicit Dionysius, quod inter diuinas Scripturas reponendum est hoc opus: & si non intelligit, tamen veneratur: unde dicit, Non reprobo quod non intelligo: sed tanto magis admiro, quanto non intelligo. Hieronymus etiam inter Scripturas canonicas ponit, & ut Ioannis Apostoli recipit, & dicit in Epistola ad Paulinum, Apocalypsis Ioannis Tot habet sacramenta, quot verba: & pro merito voluminis laus omnis inferior est. Item, tota Ecclesia recipit hunc librum, ut Ioannis Apostoli: & ideo hoc tenendum est pro constanti.

Secundo dubitatur de titulo. Incipit Apocalypsis Ioannis Apostoli. Contra, Non est reuelatio, sed sub figuris velatio: ergo non potest dici Apocalypsis. Responso. Beato Ioanni fuerunt omnia reuelata qua continentur in hoc libro & manifestata: ipse vero nobis aliqua reuelauit: & ideo reuelatio debet dici: etiam aliqua scripsit sub figuris, quod factum est, sicut dicit Glossa, ne vilesceret prophetia, & ne pateret furibus, id est, hereticis locus peruertendi. Rogemus ergo illum qui aperit os minorum, & linguas infantium facit disertas Sapient. 10. ut nobis reuelat illa, qua sub figuris continentur.



PROLOGI



PROLOGI GILBERTI, IN APOCALYPSIM B. IOANNIS APOSTOLI, EXPLANATIO.

OMNES qui pie volunt viuere in Christo (sicut ait Apostolus) persecutionem patientur, iuxta illud, Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore & iustitia, & præpara animam tuam ad tentationem. Tentatio namque est vita hominis super terram. Ne autem fideles deficiant in his, consolatur eos Dominus atque confirmat, dicens Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Et, Nolite timere pusillus grex. Propterea videns Deus Pater tribulationes quas passura erat Ecclesia ab Apostolis fundata supra petram Christum, ut minus timeatur, disposuit vna cum Filio & Spiritu sancto eas reuelare.

timore succumbat [Propterea videns Deus] Dicit ergo. Omnes qui pie volunt viuere in Christo, id est, cultum Dei tenentes, & proximis compatiens. Vel [pie] id est, religiose. Et primo modo est pietas venerationis, quæ est idem quod religiositas vel cultus Dei. Secundo modo est pietas compassionis, quæ idem est quod affectus erga proximum, ut dicit *Tullius*. Sicut ait *Apostolus* 2. *Timoth.* 3. [Persecutionem patientur iuxta illud *Eccle.* 2. [Fili accedens ad seruitutem Dei] cui scilicet seruire regitare est [Sta in iustitia] id est, firmitate proposito contra tentationes immobilis [Et timore] ut nihil negligas de faciendis *Eccle.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Vel sic [Sta in iustitia] id est, persevera in operatione boni [Et timore] id est, declinatione mali. *Proverb.* 14. Timor Domini fons vitæ ut declinet à ruina mortis, id est, declinate faciat à peccato mortali [Et præpara animam tuam] id est, voluntatem [Ad tentationem] scilicet sustinendam. Quasi diceret: Vt sis paratus voluntarie sustinere omnia. *Augustinus* super *Psal.* 14. Si non pateris vllam pro Christo persecutionem, nondum cepisti in Christo viuere pietum autem ceperis, ingressus es torcular, præpara te ad pressuras [Tentatio namque est vita hominis super terram] *Job* 7. secundum aliam litteram. Quasi diceret: Ad hæc est homo positus super terram, ut sicut miles strenuus fortis sit in tentationibus. Ne aut fideles in his] scilicet, tribulationibus [deficiant, consolatur eos Dominus] scilicet ut hilares reddat [Et confirmat ut stabiles efficiat] dicens *Matth.* vltim. [Vobiscum sum usque ad consummationem seculi] scilicet ad tuendum & erudiendum [Et, Nolite timere pusillus grex] *Luce.* 12. [Propterea] id est, quia sic oportet pati, vel quia semper consolatur & confirmat fideles [Videns Deus Pater tribulationes quas passura erat Ecclesia ab Apostolis fundata super petram Christum]

Iste prologus diuiditur in duas partes. In prima tanguntur cause huius libri in generali. In secunda in speciali *ibi* [Itaque materia Ioannis] Prima in quatuor. In prima ponitur causa efficiens, in secunda materialis [Itaque materia Ioannis] In tertia causa formalis [Ideo libet iste] in quarta causa finalis [Vidit autem Ioannes] In prima tangitur duplex causa efficiens: primo mouens vel inducens, secundo operans & exequens [Reuelauit autem tota Trinitas] Prima pars in tres. In prima primo præmittit *Gilbertus* tribulationem Ecclesie exteriorem ut proficiat, secundo interiorem Dei consolationem ne deficiat [Ne autem fideles] Tertio vtriusque reuelationem, ne

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

Math. 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. 1. Corin. 10. Petra autem erat Christus. Math. 7. Fundata enim erat super firmam petram [vt minus timeantur] scilicet, tribulationes: quia, vt dicit Gregorius, iacula quæ præuidentur, minus feriunt [Disposuit vna cum Filio & Spiritu sancto eas reuelare] scilicet Ioanni, & per Ioannem aliis.

Reuelauit autem tota Trinitas Christo secundum humanitatem, Christus vero Ioanni per Angelum, Ioannes Ecclesia.

Hic tangitur quadruplex causa efficiens huius reuelationis, scilicet, Deus Trinitas, Christus, Ioannes, Angelus. Vnde dicit [Reuelauit autem tota Trinitas] scilicet, vnus Deus [Christo secundum humanitatem: Christus vero Ioanni per Angelum: Ioannes Ecclesia] scilicet, alia specialiter: vniuersæ generaliter.

De qua reuelatione hunc librum composuit. Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est, reuelatio: quia hic continentur quæ Deus reuelauit Ioanni, & Ioannes Ecclesie, quanta scilicet Ecclesia passa sit in tempore primitiuo, & nunc patiatur, & nouissimis temporibus Antichristi passura sit: quando tanta erit tribulatio vt si fieri potest, etiam moueantur electi. Et quæ pro his, & nunc, & in futuro præmia sit susceptura: vt quos denuntiata supplicia terrent, promissa præmia lætificent.

Hic tangitur causa materialis huius libri, & primo secundum quod materia virtutis, secundo secundum quod est ratio acquirendæ beatitudinis [& quæ pro his] Vnde dicit [De qua reuelatione hunc librum composuit] scilicet Ioannes [Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est, reuelatio] Quia hic continentur quæ Dominus reuelauit Ioanni, & Ioannes Ecclesie [quanta scilicet Ecclesia passa sit tempore primitiuo] id est, in principio sue foundationis [Et nunc patiatur] scilicet tempore moderno [Et nouissimis temporibus Antichristi passura sit: quando tanta erit tribulatio vt si fieri potest, etiam moueantur electi] Math. 14. [Et quæ pro his] Quasi diceret. Non solum tribulationes in hoc libro continentur: imo [& quæ pro his] scilicet tribulationibus [& nunc] quantum ad dona gratiæ, id est, in presenti [Et in futuro præmia sit susceptura] quantum ad dona gloriæ, scilicet Ecclesia, infra 12. & 22. [Vt quos denuntiata supplicia terrent, promissa præmia lætificent] quia dicit Gregor. Consideratio præmij minuit vim flagelli.

Ideo iste liber inter reliquas scripturas Noui Testamenti, prophetiæ nomine censetur, quæ aliis est excellentior prophetiis. Sicut enim Nouum Testamentum præstat Veteri, Euangelium legi: ita hæc prophetia prophetiis Veteris Testamenti: quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta denuntiat.

Hic tangitur causa formalis, & primo determinatur modus vel forma absolute, scilicet, prophetialis: secundo in comparatione [quæ aliis est excellentior] & ibi eius excellentia ostenditur in quatuor. Primo in hoc quod habet aliis prophetiis modum certiorum: quia iam impleta mytheria denuntiat. Secundo in hoc quod habet materiam vniuersaliorem: quia de presenti, præterito, & futuro [Vel etiam ideo] Tertio quia Auctorem maiorem [ad cuius confirmandam] Quarto in hoc quod habet visionem nobiliorē [cum enim Icānes] Dicit ergo.

Ideo iste liber inter reliquas scripturas Noui Testamenti prophetiæ nomine censetur [infra 21. Quæ aliis excellentior prophetiis] Vnde Haymo. Tanta est distinctio inter hanc prophetiam, & eam quæ ante aduentum Domini reuelata est: quanta est differentia inter seruum, & Dominum: inter legem, & Euangelium: inter hominem, & Deum: [Sicut enim Nouum Testamentum præstat Veteri, Euangelium legi] Contra, Exerb. 1. Rota erat in medio totæ, id est, Vetus Testamentum in Nouo: & è conuerso: ergo vnum non est præstantius altero. Responso: Vetus est in Nouo per explicationem, Nouum in Veteri per implicationem. Item, Verus est in Nouo materialiter, Nouum in Veteri formaliter: & ideo nouum præstantius est veteri. Sicut forma materiæ præstantior est ita hæc prophetia prophetiis Veteris Testamenti: quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta demonstrat, vel denuntiat.

Contra, Si prophetia hæc præstat aliis: ergo Ioannes præstantior fuit omnibus Prophetis. Contra, Glossa dicit in principio Platerij, quod Dauid fuit eximius Prophetarum. Item, Quædam Glossa super Zachariam dicit, quod Zacharias fuit eximius Prophetarum. Item, Super illud Math. 18. Apparuerunt illis Moyses & Elias. Glossa: Prophetarum eximius Elias. Item, Deu. 33. Non surrexit propheta in Israël sicut Moyses. Item, Super principium Danielis dicit Hieronymus, quod nullus propheta tam aperte scripsit de Christo, vt Daniel: qui & tempus aduentus notat, & annos, & reges enumerat, & signa manifesta prædicit. Item, Super Isaiam dicit Hieronymus, quod non tam propheta quam Euangelista dicendus sit. Respondeo: Ioannes præstantior fuit omnibus Prophetis Veteris Testamenti: quia propheta fuit Noui Testamenti, & doctorum profunditate, & reuelantis auctoritate, & ipsius dignitate, fuit enim Apostolus, & omnes Apostoli maiores dignitate antiquis Prophetis. Vnde Hieron. in secundo prologo Biblia. Confidenter illis omnibus Apstolos præfero. Notandum tamen, quod quilibet prædictorum fuit eximius aliqua ratione. Elias quoad carnis integritatem, signorum operationem, & liberam maiorum correptionem: Dauid propter sermonis facilitatem, & prophetiæ apertionem, & mansuetudinem, & regiam dignitatem, & Christi de ipso nascituri promissionem: Moyses quoad Dei familiaritatem, & præceptorum Dei promulgationem apertam: Zacharias propter strenuam populi inuocationem ad templi ædificationem, & Dei fidem & cultum: Isaias propter apertam Gentium vocationem: Daniel propter determinationem temporis incarnationis & passionis Christi.

Vel etiam ideo, quia cum aliis vniuersaria, isti trifaria data est prophetia simul,

mul, scilicet, de præterito, presenti, & futuro. Ad cuius confirmandam auctoritatem occurrit iam auctoritas mittentis, deferentis, & accipientis. Mittentis, scilicet, Trinitatis: & deferentis, scilicet, Angeli: & accipientis, scilicet, Ioannis.

Vel etiam ideo [Hic tangitur secunda causa excellentiæ maioris] Quia cum aliis vniuersaria [id est, vnica] isti trifaria data est prophetia simul, scilicet, de præterito, & presenti, & futuro. Ad cuius scilicet prophetiæ [confirmandam auctoritatem] occurrit etiam auctoritas mittentis, & deferentis, & accipientis] Deinde exponit [Mittentis, scilicet, Trinitatis: & deferentis, scilicet, Angeli: & accipientis, scilicet, Ioannis] Q. d. Ex his habet auctoritatem liber iste tanquam ex tribus testibus quibus bene credendum est: quia in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum Math. 18.

Cum autem Ioanni hæc in visione fuerint reuelata, & sint tria genera visionum, sub quo genere contineatur, videndum est. Visio enim alia corporalis, quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus. Alia spiritualis seu imaginaria, cum videlicet dormientes vel vigilantes imagines rerum cernimus, quibus aliquid significatur: sicut vidit Pharaon spicas, & Moyses rubum ardere: ille dormiens, iste vigilans. Alia intellectualis, quando videlicet Spiritu sancto reuelante intellectui mentis, veritatem mysteriorum sicut est, capimus: quomodo vidit Ioannes quæ in hoc libro referuntur. Non enim figuras tantum spiritu vidit, sed & earum significata mento intellexit.

Hic ostendit quod nobiliori genere visionis vidit ceteris: vnde dicit [Cum autem Ioanni hæc in visione fuerint reuelata, & sint tria genera visionum, sub quo genere contineatur, videndum est. Visio enim alia corporalis, quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus] scilicet oculo corporalibus, ita quod ab alio videri non potest: sicut Baltasar vidit manum scribentis in pariete Daniel. 5. Eliseus currus igneos in quibus Elias raptus est 4. Reg. 2. Et Moyses rubum ardentem Exod. 3. [Alia spiritualis seu imaginaria, quando videlicet dormientes, vel etiam vigilantes; imagines rerum cernimus, quibus aliquid aliud significatur] scilicet supra quod videmus [sicut vidit Pharaon spicas] id est, spicarum imagines Gen. 43. [& Moyses rubum ardentem] Exod. 3. [Ille dormiens] scilicet Pharaon. [Iste vigilans] scilicet Moyses.

Sed contra, Videtur quod hæc visio fuerit corporalis: quia August. in primo de mirabilibus sacre Scripturæ ait c. 16. Ignis incorporeus in rubo declaratur: quia dum corporalibus oculis ostensus fuit, necesse fuit vt in aliqua corporea materia monstraretur: ergo corporalibus oculis vidit: ergo fuit visio corporalis, & non spiritualis. Respondeo. Pro tanto dicitur visio spiritualis: quia videbatur imaginariæ ignis qui non erat in re. Vnde August. Potius ille ignis ibi fuit, de quo dicitur Psalm. 103.

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem virentem. Sed visio Petri fuit imaginaria Math. 10. quando vidit quadrupedia & serpenta [Alia intellectualis, quando videlicet Spiritu sancto reuelante intellectui mentis] scilicet quæ est vis animæ superior [veritatem mysteriorum] scilicet secretorum [Capimus] id est, quando res intellectuales quæ sunt sine imaginatione videmus [Quomodo] id est, quo ultimo modo, id est, visione intellectuali [Vidit Ioannes quæ in hoc libro referuntur].

Contra, Glossa in principio huius libri dicit sic: Ioannes vero imagines vidit, & in eis veritatem intellexit: ergo sua visio fuit imaginaria, non ergo intellectualis. Respondeo. Visio Ioannis fuit spiritualis, sicut ipse dicit: quia fuit in Dominica die. Sed sciendum, quod duplex est visio spiritualis. Vna quando solæ imagines rerum corporalium spiritu cernuntur, & non intelliguntur: & sic visio Pharaonis quando vidit septem spicas, & septem vaccas, fuit spiritualis Gen. 12. Alia quando in spiritu non solum cernuntur imagines, sed etiam intelligitur quod per illas significatur: & sic fuit spiritualis visio Prophetarum, similiter & visio Ioannis. Quod autem dicit Gilbertus, quod fuit visio intellectualis: hoc dicit ad differentiam illius visionis in qua non intelliguntur quæ videntur. Vel dicendum, quod loquendo materialiter visio fuit spiritualis, quia illæ imagines quas vidit in spiritu factæ fuerunt: sed loquendo formaliter fuit intellectualis, quia eius intellectus illuminatus erat vt intelligeret quæ videbat, id est, quid illæ imagines significabant. Vnde sequitur.

Non enim figuras tantum vidit spiritu, sed & earum significata mente intellexit. Nota, quod alii qui Prophetarum viderunt res sine omni imagine, solo Spiritu sancti instinctu, vt Dauid qui tamen in visis in imagines transformauit, vt patet, cum dixit primo Psalm. Beatus vir, &c. Et postea subdit: Erit tanquam lignum, &c. Aliqui viderunt imagines in quibus veritatem intellexerunt, qui primo imagines posuerunt, & postea eas exposuerunt sicut Isaias & alij quod patet Jer. 1. Ollam succensam ego vido: faciem eius à facie Aquilonis. Quod exponit, dicens: Ab Aquilone pandetur omne malum, Ioannes vero imagines vidit, & veritatem intellexit: sed referendo quod viderat imagines posuit, nec eas exposuit: & ideo maior difficultas est ibi quam in aliis Prophetis.

Vidit autem Ioannes, & scripsit in Patmos insula, relegatus à Domitiano in exilium principe impiissimo. Hac cum ad scribendum compellente causa: quia dum exul teneretur à Domitiano in Patmos insula, in Ecclesiis quibus præerat multa pullularunt atque inoleuerunt vitia atq; diuersæ hæreses.

Hic tangitur causa finalis, & hæc duplex. Prima ad malum duplicis erroris remouendum. Secunda ad bonum promouendum ibi. [Scribit autem] Dicit ergo [Vidit autem Ioannes, & scripsit in Patmos insula, relegatus à Domitiano in exilium principe impiissimo. Hac cum ad scribendum compellente causa: quia dum exul teneretur à Domitiano in Patmos insula, in Ecclesiis quibus præerat] scilicet alia minoris [multa pullularunt] inchoatione [atque inoleuerunt] consuetudine, id est, increuerunt

Duplex visio spiritualis.

Differencia in prophetis.

Quis sit eximius prophetarum.

Tria genera visionum.

runt [vicia] quæ corrumpunt affectum [arque diuersæ hæreses] quæ corrumpunt intellectum. Vel [vicia] quæ corrumpunt mores [arque diuersæ hæreses] quæ corrumpunt fidem. Deinde manifestat vbi hæreses pullulabant, dicens.

Erant enim quidam heretici ibi dicentes Christum non fuisse ante Mariam: quia temporaliter de ea natus erat. Quos Ioannes in principio Euangelij sui redarguit, dicens: In principio erat Verbum. Et in hoc libro cum dicit: Alpha & ω, id est, principium & finis. Dicebant etiam quidam Ecclesiam pondere tribulationum ante finem seculi desitutam, & pro labore non præmium æternum suscipituram. Horum ergo errores volens destruere Ioannes, ostendit Christum principium esse, & finem. Vnde Isaias; Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Et Ecclesiam per exercitium tribulationum non desinere, sed proficere, & pro his brauium æternum recipere.

Cap. 43.

Hæretici diuersi.

Erant quidam hæretici ibi [scilicet in Asia] dicentes Christum non fuisse ante Mariam non attendentes illud: Ante luciferum genui te. Insuper hoc dicebant [quia temporaliter de ea natus erat] non attendentes illud Apostoli Gal. 4. Misit Deus Filium suum factum ex muliere. Si eum misit, ergo ante fuit [quos Ioannes in principio Euangelij sui] scilicet ut scriptoris non ut actoris. Redarguit dicens, In principio id est, in Patre qui est principium sine principio [erat Verbum] id est, Filius. Et in hoc libro [supple. redarguit eos] Cum dicit: Alpha & ω, id est, principium & finis. Si erat in Patre & Pater æternus: ergo Filius æternus. Item. Si principium: ergo ante Mariam ut prius [Dicebant etiam quidam Ecclesiam pondere tribulationum ante finem seculi desitutam] Contra illud *Matth. vii.* Ecce ego vobiscum sum usque, &c. Et pro labore non præmium æternum suscipituram. Contra illud *Sap. io.* Reddet Deus mercedem laborum sanctorum, &c. [Horum ergo errores volens destruere Ioannes, ostendit Christum esse principium, & finem. Vnde *Isa. 43.* Ante me non est formatus Deus, & post me non erit] Quasi diceret: Ego sum & sine principio & sine fine [Et Ecclesiam per exercitium tribulationum non desinere] *infra 12.* Datur sunt mulieri duæ alæ, &c. [Sed proficere, & pro his æternum brauium recipere] *infra 21 & 22.* quando scilicet Ecclesia introduceretur in thalamum sponsi.

Scribit autem Ioannes septem Ecclesiis Asiae, & earum septem Episcopis, de prædicatione instruens, & in eis per eas totam generalem Ecclesiam docens.

Duplex Asia.

Hic tangitur secunda causa finalis, scilicet, Ecclesie instructio: vnde dicit [Scribit autem Ioannes septem Ecclesiis Asiae] scilicet minoris, cuius metropolis erat Ephesus: non maioris, quæ est terra pars mundi. Ipse enim præerat septem Ecclesiis illius Asiae [Et earum septem Episcopis de prædicatione instruens, & in eis per eas] id est, Ecclesiis Asiae [totam Ecclesiam generalem docens]

Est itaque materia Ioannis in hoc opere, status specialiter Asiae Ecclesie, necnon & totius, videlicet quæ in presenti patitur, & in futuro receptura sit.

Est itaque materia [Supra tetigit in generali causas huius operis. Hic tangit quasi in speciali, quasi recapitulando quæ materia, quæ intentio, quis modus agendi. Dicit ergo] Est itaque materia Ioannis in hoc opere, status specialiter Asiae Ecclesie, necnon & totius Ecclesie, videlicet quæ in presenti [scilicet seculo] patitur & in futuro receptura sit.

Intentio vero eius est monere ad patientiam: quæ seruanda est, tum quia breuis labor, tum quia præmium magnum.

Intentio vero eius est monere ad patientiam quæ seruanda est: tum quia breuis labor est [Sap. 4. In paucis vexati] Tum quia præmium magnum. Vbi supra, in multis bene disponetur.

Modus tractandi talis, primo præmittit Prologum, & salutationem: vbi reddit auditores benignos & attentos: quo præmissio accedit ad narrationem. Ante narrationem vero ostendit Christum esse ab æterno sine principio, & sine fine, inducens ipsum loquentem: Ego sum Alpha & ω, id est, principium & finis. Postea accedens ad narrationem, distinguit septem visiones: quibus terminatis iste liber consummatur. Præmittit autem Prologum, dicens: Apocalypsis Iesu Christi, subaudi, hæc est: sicut in aliis, Visio Isaiæ hæc est: & Parabolæ Salomonis hæc sunt.

Modus tractandi talis est, primo præmittit scilicet Ioannes [Prologum] cum dicit: Apocalypsis Iesu Christi [& salutationem.] scilicet cum dicit: Ioannes septem Ecclesiis. Hic opponitur, Saluatio est de ipso Prologo: ergo male dicit Prologum, & salutationem. Respondeo. Hæc coniunctio, &, quandoque regitur copulatiue: Ut *Sorres & Plato* euntur: quandoque expositiue, ut *Proverb. vltim.* Fallax gratia, & vana pulchritudo. Quandoque vniue, & hoc dupliciter: vel quia vnit duo respectu tertij, ut cum dicitur: Anima rationalis & caro vnus est homo. Vel quia designat vnum esse de vnitare alterius, & sic sumitur hic [Vbi reddit auditores benignos] interius [& attentos] exterius. Vel [benignos] in affectu [& attentos] in intellectu [Quo præmissio accedit ad narrationem] primo capitulo [Ego Ioannes frater vester] Ante narrationem vero ostendit Christum esse ab æterno sine principio & sine fine, inducens ipsam loquentem, & dicentem [Ego sum Alpha & ω, id est, principium & finis. Postea accedens ad narrationem distinguit septem visiones] scilicet secundum septem Ecclesias quibus scribit [Quibus terminatis iste liber terminatur.] Præmittit autem Prologum, dicens: Apocalypsis Iesu Christi, subaudi, hæc est: sicut in aliis, Visio Isaiæ hæc est: & Parabolæ Salomonis hæc sunt.

APOCA



APOCALYPSIS
B. IOANNIS APOSTOLI.
VISIO PRIMA.

CAPVT I.

Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi Deus palam facere seruis suis quæ oportet fieri cito: & significauit, mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quæcumque vidit.



ISTE liber diuiditur in tres partes: in proemium, & tractatum quæ ibi [Ego Ioannes frater vester] & conclusionem quæ ibi [dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt] *infra vltimo cap.* Vel in exordium, & narrationem, & consummationem. In prima parte tanguntur duo. Primo ponitur proemium, secundo saluatio [Ioannes septem Ecclesiis] In prima duo: primo de quo sit præsentis intentio [Apocalypsis Iesu Christi] secundo ipsius reuelationis commendatio [quam dedit illi Deus] Et commendatur ab auctoritate, cum dicit [quam dedit illi Deus] Secundo à necessitate, cum dicit [quæ oportet fieri cito] Tertio ab vtilitate, cum dicit [Beatus qui legit] Commendatur autem ab auctoritate quadruplici, scilicet, mittentis cum dicitur [Iesu Christi] dantis, cum dicit [quam dedit illi Deus] deferentis, cum dicit [Mittens per Angelum] recipientis, cum dicitur [Seruo suo Ioanni] Dicit ergo.

Apocalypsis.

Apocalypsis id est, reuelatio. Nota: Apo græce, idem est quod de latine: & clype græce, reclusio latine. Vnde Apocalypsis, id est, quod detectio, vel reuelatio, supple. hæc est [Iesu Christi] id est, quam Trinitas reuelauit Iesu Christo secundum humanitatem. Vel [Iesu Christi] id est, quam Iesus Chri-

stus reuelauit Angelo, & Angelus Ioanni. Et in hoc vitat Ioannes arrogantiam: quia non suam, sed Iesu Christi dicit esse reuelationem. Item, Reddit auditores attentos & benignos [Quam dedit Deus] *Glossa.* Pater [palam facere] id est, palam faceret, non absconderet [seruis suis] id est, humilibus & operariis. In seruo enim notantur duo: opus, & humilitas. *Matth. 11.* Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. *Psal. 18.* Intellectum dat paruulis. Et dicit [seruis suis] id est, seruientibus ex amore, non ex timore. *Ioan. 15.* Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Item [seruis suis] non canibus & porcis. *Matth. 8.* Nolite sanctum dare canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte conculi &c. [quæ oportet fieri cito] *Glossa:* quia inuitabile est quin fiat. *Matth. 14.* Per multas tribulationes oportet intrare in regnum celorum. Item, *Glossa* dicit, Et vtile vobis fiat. Vtilis autem est tribulatio: quia mentem à Tribulatione sanatur. Vnde *Gregorius de Beato Benigno* dicit. Vulnere corporis sanatur vulnus mentis. Item: quia amorem Dei demonstrat. *Eccli. 30.* Qui diligit filium, assiduat ei flagella. Item, intellectum illuminat. *Isa. 39.* Sola vexatio dabit intellectum auditui. Item, Charitatem augmentat. *Psal. 4.* In tribulatione dilatasti mihi. Item, Virtutem consummat. *2. Corinth. 12.* Virtus in infirmitate perficitur. Item, Facit festinare ad præmia. *Psal. 35.* Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Item, Acquirunt regna caelestia. *Matth. 5.* Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum [Cito] *Haymo.* In presenti tempore: quia, ut dicit *Gregorius.* Breue est, quicquid sine clauditur. *Dener. 32.* Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Et nota, quod per ista duo [oportet, & cito] animat Sanctos ad patientiam, & tribulationem voluntariam: quia tribulationes sunt finiendæ cito, & præmia cito reddenda. *1. Petr. 1.* In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.

Et significauit scilicet Christus, vel Deus Pater Filio, & Filius Ioanni [significauit] id est, per signa præcepit ostendi. Vel [significauit] id est, sigillauit secundum *Haymonem.* Signum enim dicitur hic sigillum. Sic accipitur *Daniel. 12.* Tu autem Daniel clande sermones, & signa librum [mittens] scilicet Deus Pater [per Angelum suum] id est, Christum qui est magni consilij Angelus. *Isa. 9.*

Isa. 9. secundum Septuaginta. Vel mittens scilicet Christus per Angelum suum verum secundum naturam suam propter officij executionem. Unde dicit Haymo, quod iste Angelus in persona Christi apparuit Ioanni seruo suo ecce eius humilitas [Ioanni] ecce eius bonitas vel gratiositas: quia Ioannes interpretatur, in quo gratia. Luc. 18. Qui se humiliat, exaltabitur. Nota: Christus virgo, per Angelum virginem, Ioanni virgini mittit [qui] scilicet, Ioannes testimonium perhibuit Verbo Dei id est, Filio Dei: de eius diuinitate perhibuit testimonium Ioan. 1. In principio erat Verbum. De eius humanitate infra eodem. Et Verbum caro factum est. Et per hoc quod dicit [verbo Dei] intelligitur Christi diuinitas. Per hoc quod sequitur [et testimonium Iesu Christi] notatur eius humanitas. Quasi diceret: Non solum de diuinitate, sed etiam de humanitate eius testimonium perhibuit. Unde & supple, perhibuit testimonium Iesu Christi id est, Iesu Christo incarnato. In his [quæcunque vidit] vel oculis mentis ut Deum esse & fuisse semper cum Patre: vel oculis carnis ut passum, & cetera huiusmodi. Ioan. 19. Et qui vidit, testimonium perhibuit.

Beatus qui legit & audit verba prophetæ huius: & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est.

Hic commendat opus suum ab utilitate: & diuiditur in duas partes. In primo ostendit, quod sua documenta magnam utilitatem præstant. Secundo quare audienda sunt & legenda, subdit causam [Tempus enim prope est] Dicit ergo ita: Hæc est reuelatio quam dedit mihi Christus. Beatus ergo. Vel sic ita: Reuelauit quæ oportet fieri cito. Beatus ergo, scilicet, beatitudine spei, & tandem beatitudine rei [qui legit] scilicet aliis narrando, & eos docendo ut sapientes. Eccli. 24. Qui eluciant me, vitam æternam habebunt [et qui audit] addiscendo ut simplices. Eccli. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei ut intelligas [verba prophetæ huius] quæ sunt verba vite & salutis [et seruat ea] Quasi diceret: Beatus non est qui audit & legit, sed si seruat ea quæ in ea scripta sunt, opere adimplendo. Quia Rom. 2. Non auditores legis, sed factores iusti sunt apud Deum. Vel [seruat] corde retinendo. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Vel sic [Beatus qui legit] studendo [et qui audit] obediendo [et seruat ea] credendo & continendo. Unde Glossa. Seruat ea qui fidem Christi & Ecclesiæ non violat, & timer nuntiata, & quærit promissa. Et quare ista seruanda sunt subdit.

Tempus enim prope est] scilicet retributionis bonorum & obferuantium. Luc. 12. Scitote quoniam prope est regnum Dei. Item, Tempus retributionis malorum negligentium & contemnentium. Ezec. 30. Appropinquabit dies Domini: dies nubis, tempus Gentium erit. Ierem. 48. Prope est interitus Moab ut veniat. Haymo. Felix qui seruat: quia obseruationis tempus non longas moras innectit, & retributionis dies quodammodo in ianuis consistit. Iacob. 4. Ecce, index ante ianuam assistit.

Marahur. Apocalypsis] interpretatur reuelatio, hoc est, sacre Scripturæ cognitio quæ debet

esse [Iesu Christi] id est, peti in nomine Iesu Christi. Ioan. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Vtque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, &c. [quam dedit illi] non vendidit, sed gratis, non pro meritis, non subtilitate ingenij. Math. 10. Gratis accepistis, gratis date [Deus] Pater à quo est omne bonum. Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum. Et ad quid [palam facere] id est, aliis aperire, non per inuidiam abscondere. Sapient. 6. Sine fictione didici, & sine inuidia communico. Et quid [quæ oportet fieri cito] scilicet præmia bonorum, & supplicia malorum: illa ut appetantur, hæc ut fugiantur [et significauit] id est, sub sigillo suo dedit: quia non communicat alij [Mittens per Angelum suum] id est, Prædicatorem, Doctorem, Prælatum qui dicitur Angelus Malach. 2. Angelus enim Domini exercituum est. Et cui subdit [seruo suo] id est, ei qui seruat Dei mandata [Ioanni] id est, ei qui mundus est à culpa: quia Ioannes interpretatur, in quo est gratia Dei [qui testimonium perhibuit verbo Dei] id est, Filio, corde credendo, & ore confitendo. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem [et testimonium Iesu Christi] scilicet eius opera imitando [Beatus qui legit] docendo [et audit] addiscendo [et qui seruat] in corde retinendo: & hoc ut peccatum vitetur. Psalm. 118. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi, &c. Item, ut à laqueis tentationum tueatur. Psalm. 36. Lex Dei eius in corde ipsius, &c. Et Glossa. Lex Dei custodit à laqueis. Item, ut diabolus excludatur. Ioan. 3. Qui male agit, odit lucem. Male agens est diabolus, lex est lux. Ps. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Item, ut auditoribus postea effundatur, exemplo Ioseph Genes. 41. qui aperuit vniuersa horrea Egypti, & vendebat Egyptiis: nam & illos fame, &c.

Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt.

Ioannes septem Ecclesiis] Supra commendauit suam reuelationem, hic ponit salutationem: & dicuntur duo. Primo salutatis optat bonum. Secundo describit multipliciter Christum [et à Iesu Christo] In prima parte dicuntur quatuor: primo persona salutans [Ioannes] secundo personæ salutatae [septem Ecclesiis] tertio bonum quod optatur [gratia vobis] quarto à quo hoc bonum eis optatur [ab eo Qui est] Dicit ergo.

Ioannes. Continua, Glossa. Deus dedit Christo, Christus Angelo, Angelus Ioanni [Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia] scilicet minori specialiter. Vel [septem Ecclesiis] id est, vniuersis generaliter quæ per septem Ecclesias significantur propter septiformem gratiâ Spiritus sancti quo replentur, supple, scribit hoc quod sequitur, vel mandata [Gratia vobis] id est, venia gratis data [et pax] id est, reconciliatio ad Deum per Christum facta. Vel [Gratia vobis] id est, informatio virtutum [et pax] id est, tranquillitas animorum. Vel [Gratia vobis] sustinendi tribulationes in presenti [et pax] æternæ beatitudinis in futuro. Vel [Gratia vobis] in operando

Quomodo sacra Scriptura debet peti.

Sacra Scriptura vniuersa.

Quid per septem Ecclesias significatur.

operando bona [et pax] scilicet declinando mala, supple, detur. Nota secundum Haymonem, quod præponitur gratia paci: quia nullus ad reconciliationem pacis peruenire poterit, nisi hac gratia viuere præcesserit [Ab eo Qui est] scilicet de Virgine natus temporaliter [et Qui erat] scilicet ante diuturna tempora æternaliter. Proverb. Ab æterno ordinata sum [Et qui venturus est] scilicet, ad iudicium finaliter. Hab. 3. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet, &c. Vel [Qui est] omnium conseruator [et Qui erat] omnium Creator [et Qui venturus est] omnium remunerator. 2. Cor. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi. Vel [qui est] scilicet, vere, & ex se. Exod. 3. Qui est misit me [et Qui erat] quando mundus non erat [et Qui venturus est] iudex viuorum & mortuorum. Primum, scilicet [Qui est] dicitur contra Iudeos qui dicunt eum mortuum. Secundum, scilicet [Qui erat] contra Artianos qui eum dicunt puram creaturam fuisse. Tertium, scilicet [Qui venturus est] contra quosdam hereticos qui dicunt iudicium iam factum: de quibus 2. Petr. 3. Vbi est promissio, aut aduentus eius? ex quo enim patres nostri dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creature. Et in primo notatur eius diuinitas. In secundo eius æternitas. In tertio eius potestas. Item [est] dicitur propter incommutabilem veritatem [erat] propter potentiam omnia creatam [venturus est] propter iustitiam secundum opera iudicantem.

Et à septem spiritibus] id est, à Spiritu sancto vnico in natura, & septemplici in donis, multiplici in effectibus. Sapient. 7. Est enim in illa Spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex [qui sunt in conspectu throni eius] id est, in Christo, cuius humanitas est quasi sedes, & thronus diuinitatis. Hebr. 1. Thronus tuus Deus, &c. Isa. 10. Requiescet super eum Spiritus Domini. Vel thronus dicitur Ecclesia in qua Deus per gratiam sedet & quiescit. In conspectu huius sunt septem Spiritus: quia diuisionem septem donorum in suis fidelibus à Christo recipit. Unde infra 5. Vidi agnum tanquam occisum habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt septem Spiritus, &c. Vel sic [à septem spiritibus] id est, Angelis. Tob. 12. Ego sum Raphael vnus de septem qui astamus ante Deum. Sed contra, Daniel. 7. Millia millium, &c. non ergo septem. Responsio. A septem spiritibus, id est, ab vniuersis Angelis, qui in conspectu throni eius sunt, id est, qui astant ante sedem. Luc. 1. Ego sum Gabriel qui asto ante Deum.

Et à Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.

Supra posuit salutationem, hic ponit multiplicem Christi commendationem: & primo commendat eum quantum ad humanam naturam, secundo quantum ad diuinam [ego sum alpha] Quantum ad primum commendat eum ab his quæ fecit in aduentu primo, secundo ab his quæ faciet in secundo [ecce venit cum nubibus] Et in primo commendatur eius misericordia, in secundo iustitia. In prima parte facit tria. Primo commendat eum à multiplici statu quem in carne assumpta habuit, secundo ab effectu multiplici

Christi commendatio.

quem nobis exhibuit [qui dilexit] tertio pro omnibus his gloriam & imperium ei tribuit [ipsi gloria] In prima primo describit eum à statu Passionis, secundo Resurrectionis [primogenitus mortuorum] tertio iudicij & retributionis [et princeps regum] Dicit ergo.

Et à Iesu Christo] Nota: Prius dixit de Spiritu sancto, hic vero subdit de Filio, cum tamen Spiritus sanctus procedat à Filio. Quia secundum Be. plura de Filio postea locutus erat [qui est testis fidelis] id est, martyr. Psalm. 88. Et testis in cælo fidelis. Fidelis autem fuit testis Patris: quia fidele testimonium de ipso perhibuit. Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum. Item, testis sui ipsius: quia veritatem quam docuit, operibus comprobauit. Ioan. 5. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Item, testis noster in die iudicij: quia tunc veram testimonium dabit de nobis. Ierem. 29. Ego sum iudex, & testis [primogenitus mortuorum] id est, primus ad immortalitatem resurgens, & dignitate, & causalitate, & tempore secundum August. quod est contra illos qui desperabant de Resurrectione. 1. Corin. 15. Si Christus resurrexit, & nos resurgetur [et princeps regum terræ] id est, terrenarum protektorum secundum Gloss. potens eas remouere: quod est contra illos qui dicunt, quod inferiora non curat. Iob. 22. Gardines cæli perambulabat, nubes iatibulum eius, nostra non considerat. Infra 19. Rex regum, & Dominus dominantium. Fuit ergo testis fidelis in morte, primogenitus mortuorum in Resurrectione, princeps regum terræ in iudicij executione.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Hic describit Christum à multiplici effectu exhibito nobis, & primò causam istorum effectuum ponit [qui lauit] Secundo illos effectus subiungit [et lauit] & ibi tanguntur tres effectus. Primus, quia nos à peccatis purgauit [et lauit nos] Secundus, quod contra vitia fortes fecit [et fecit nos regnum] Tertius, quod nos sanctificauit [et sacerdotes] fecit. Primus pertinet ad incipientes, secundus ad proficientes, tertius ad perfectos. Dicit ergo.

Qui dilexit nos] id est, personam, non vitia. Ephes. 1. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Item, dilexit charitate perpetua. Ierem. 31. In charitate perpetua dilexi te [Dilexit nos] licet indignos [et lauit nos] immundos, à peccatis animam inficientibus [nostris] quia propria voluntate contraximus [in sanguine suo] quem pro nobis omnibus effudit. 1. Petr. 1. Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & inconta, &c. Sed quomodo in sanguine lauit? Responsio. In sanguine, id est, in fide sanguinis & Passionis eius. Unde infra 7. Lauerunt stolas suas in sanguine agni, id est, in fide Passionis Christi [et fecit nos regnum] Gloss. potentes vitis resistere. Rom. 6. Non regnet peccatum

Multiplex effectus nobis exhibitus.

peccatum in vestro mortali corpore [& sacerdotibus] id est, nos Deo immolantes per carnis mortificationem. Vel [regnum & sacerdotes] id est, regale sacerdotium. *1. Petr. 2.* Vos estis genus electum, &c. Et de regno *Luc. 17.* Regnum Dei intra vos est. De sacerdotibus *Isa. 63.* Vos autem sacerdotes Domini vocabimini. *Exod. 19.* Vos eritis mihi regnum sacerdotale [Deo] non idolo, non mundo, sed Deo excelso qui est timendus, colendus, honorandus [& Patri] qui est diligendus & sic tenetur [& expositiue. Vel [Deo] id est, sibi qui est Deus, & Patri suo] id est, Deo qui est Pater suus: Deus per creationem ipsius hominis, & Pater per generationem ipsius Dei. *Ioan. 30.* Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, &c. Et sic ostenditur in Christo duplex natura, & tenetur [& coplatiue.] ipsi gloria] scilicet ut pro tantis beneficiis à nobis laudetur, gloriosus annuntietur, & magnificetur. *Psal. 112.* Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam [& imperium] ut ei obediamus & obtemperemus, ut sic in æternum viuamus. *Hebr. 12.* Quanto magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus [in secula seculorum] id est, consecutiva in æternum [Amen] id est, vere, vel ita sit. *1. Timoth. 6.* Cui est honor, & imperium, &c. Vel sic [ipsi gloria] id est, frequens fama cum laude quoad electos [& imperium] quoad reprobos cruciando. Vel [gloria] in sua natura [& imperium] in subiecta creatura; Vel [ipsi gloria] quia fecit nos sacerdotes [& imperium] quia fecit nos reges, &c. ut prius.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ: etiam, amen.

Supra descripsit Christum ab his quæ fecit in primo aduentu, hic describit eum ab his quæ faciet in secundo aduentu. Et dicantur hic quinque. Primo dicit ipsum venturum ad iudicium. Secundo ipsum ab omnibus videndum [Et videbit] Tertio ab his qui eum crucifixerunt [& qui eum pupugerunt] Quarto dicit impios ex eius separatione habere dolorem maximum [& plangent se] Quinto asserit hoc indubitanter verum [etiam, amen] Dicit ergo.

Ecce venit. Continua, Talia fecit Christus in primo aduentu: & ideo glorificandus: & etiam quia veniet ad remunerandum. Vnde [Ecce] Quasi dicat prope & in promptu est [venit] *Isa. 3.* Stat ad iudicandum populos [cum nubibus] scilicet materialibus ad literam. *Act. 1.* Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, &c. *Daniel. 7.* Aspicebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat. Vel [cum nubibus] id est, cum Sanctis Apostolis, & Prædicatoribus, qui sunt eleuati à terrenis per paupertatem, prædicationibus sicut imbre corda rigant, miraculis vel bonis operibus coruscant, & alios illuminant. Vnde *Isa. 60.* Qui sunt isti qui ve[n]t nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Cum istis nubibus veniet Dominus ad iudicium. *Isa. 3.* Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Vel [cum nubibus] sanctis & immaculatis assumptæ carnis. *Isa. 19.* Ascendet Do-

Quid per nubes intelligitur.

minus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum: & mouebuntur simulachra, &c. Dicitur ergo venire cum nubibus: quia in carne gloriosa veniet, in qua sonabit, disceptando, sententiando. *L. b. 26.* Cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius, &c. Item coruscabit, occulta cordium manifestando. *1. Corinth. 3.* Veniet Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum. Item pluet, æterna supplicia infligendo. *Psal. 10.* Pluet super peccatores laqueos, ignis, &c. [& videbit eum omnis oculus] scilicet tam bonus quam malus. De bonis constat *Isa. 3.* Regem in descort suo videbunt oculi eius. Sed de malis est dubium: quia *Isa. 26.* Tollatur impius ne videat gloriam Dei, secundum aliam literam. Responso. In diuinitate non videbunt eum mali, sed in humanitate tam boni quam mali: sed differenter, quia boni videbunt eum blandum & mitem, mali vero terribilem. *Gregor.* Apparebit terribilis malis, blandus iustis. In diuinitate vero videbunt eum boni, & inde gaudebunt, & gaudium eorum nemo tollet ab eis *Ioan. 16.*

Christi in iudicio videbit omnis homo, sed differenter modo.

In hominibus pasibili.

Sed tunc queritur de pueris non baptizatis, An videbunt eum mitem, vel terribilem: si mitem, ergo gaudebunt: si terribilem, ergo dolebunt: quorum vtrumque est inconueniens. Responso. Iste terror vel blandities nascetur ex conscientiarum videntium, vultu iudicis penitus non mutato: sicut quando duo stant coram iudice, ille quem remordet conscientia, putat iudicem terribilem: iste quem non remordet, miram: astantes alij neque terribilem, neque mitem: quia non sunt conscii suæ liberationis, aut punitionis, cuiusmodi sunt pueri non baptizati.

Quæstio de pueris non baptizatis.

Et qui eum pupugerunt] id est, crucifixerunt, & hoc procurando ut Iudæi, imperando ut Pilatus, exequendo ut Gentiles, iterando quantum in se est ut omnes peccatores. *Ioan. 19.* Videbunt ita quem transfixerunt. Sumptum est hoc de *Zach. 12.* Aspicient ad me quem confixerunt. Hoc autem erit eis magna pœna. Vnde *Glossa.* Hoc ut magis crucietur [& plangent se super eum] Non dicit, plangent se: sed se super eum, id est, propter eum, scilicet, quia eum crucifixerunt. Vel secundum *Glossam,* dolebunt aspiciendo eos qui fundati sunt super eum: quia non tam dolebunt de ipso tormento, quam quod repellentur à tali consortio [omnes tribus terræ] id est, multi de omnibus tribus terræ. Vel [omnes tribus terræ] id est, omnes qui magis dilexerunt terram quam Deum. *Matth. 24.* Tunc apparebit signum Filij hominis in cælo, & plangent se omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis, &c. Et est sumptum de *Zach. 12.* Et plangent familie & familie seorsum: familie domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum, &c. Iste planctus erit de quo dicitur *Sapient. 5.* Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & vitam illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &c. [etiam, amen] idem est quod amen, amen. Quasi dicat. Ita vere fiet. Et nota quod istam confirmationem ponit in duplici lingua, Latina scilicet, & Hebræa: ut omnes ad iudicium venire ostendat. *2. Corinth. 5.* Omnes astabimus ante tribunal Christi.

Ego sum alpha & ω, principium & finis,

finis, dicit Dominus Deus, Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est, Omnipotens.

Supra descripsit Christum quantum ad humanam naturam, hic describit quantum ad diuinam, & describit quoad tria. Primo, quia est principium omnium. Secundo, quia finis omnium. Et tertio, quia conseruator omnium Dominus Deus. Et quantum ad hæc tria, subduntur tria [Qui est] ut Dominus [Qui erat] ut principium [& Qui venturus est] ut finis. Dicit ergo.

Ego sum alpha & ω] & exponit, scilicet [principium & finis. *Isa. 41.* Ego primus, & ego nouissimus [principium] à quo sunt omnia creata [& finis] ad quem omnia sunt ordinata.

Quæstio, Quare Christus se literis comparat.

Hic queritur, Quare literis se Christus comparat? Item, Quare istis literis? Quare tantum vocalibus, & non aliis? Item, Quare Græcis, & non Latinis, vel Hebræis? Responso. Literis se comparat, quia ipse est sapientia quæ literatos facit. *1. Cor. 1.* Prædicamus Christum Dei sapientiam. Item, Alpha interpretatur petitio, & ideo huic literæ se comparat, ut sic doceat quod ab ipso petenda est sapientia. *Jacob. 1.* Siquis indiget sapientia, &c. Item vocalibus, quia ipse venit vocare nos ad regnum. Quia vero per duo nos maxime vocat, scilicet, per considerationem principij vite nostre, & per memoriam finis: ideo comparat se duabus istis literis quæ sunt extremæ & finales. Item Græcis, non Hebræis: quia ad literam sapientia inceptit à Græcis. Item, ut scitemus quod scientia diuinarum Scripturarum non solum est à Deo, sed etiam scientia Philosophorum. *Eccli. 1.* Omnis sapientia à Domino, &c.

Sapientia à Græcis.

Dicit Dominus [qui debet timeri] [Deus] qui omnia cognoscit [Qui est] vere scilicet, & habet immutabilitatem [& Qui erat] ab æterno ante omnem creationem [& Qui venturus est] scilicet ad iudicandum omnem hominem [Omnipotens] cui non potest resisti per potentiam. Et bene coniungit ista duo, venturus est Omnipotens: quia nondum ostendit suam potentiam, sed in futuro ostendet eam. *Psal. 9.* Cognoscetur Dominus iusticia faciens, &c. *Bernardus.* Qui nunc ignoratur, iniurias patiens.

Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & potentia in Christo Iesu, qui fui in insula quæ appellatur Patmos, propter Verbum Dei & testimonium Iesu. Fui in Spiritu Dominica die.

Supra posuit proœmium & salutationem, hic ponit narrationem: & diuiditur hæc pars in duas. In prima ponuntur quæ commendabilem reddunt visionem. Secundo subdit visionis narrationem [& conuersus vidi] In prima parte dicuntur tria: quia primo commendat opus suum. Secundo narrat quid audiuit [& audiui post me] Tertio quod ad intelligentiam auditorum se conuertit [& conuersus sum] Item, Quatuor sunt quæ opus commendabile faciunt. Primum est persona sancta. Secundum est locus idoneus [in Patmos insula] Tertium, causa [propter verbum Dei] Quartum, temporis opportunitas [fui in spiritu]

D. Alberti Magni, in Apocalypsim.

in Dominica die] Item, Quia liber iste est de visionibus quibus non est credendum de facili: ideo pro commendatione personæ, primo ponit quod est auctoritatis [Ego Ioannes] quia fiet quod prædixit, pater: quia Ioannes interpretatur, in quo est gratia Dei. Secundo quod est humilitatis [frater vester] Tertio quod est charitatis [particeps in tribulatione] Quarto quod est perfectionis [& patientia] Continua sic, Est verum quod à Spiritu sancto loquor; cuius gratia sum repletus. Sed ne hoc videretur ad laudem humanam facere, subdit quod est humilitatis [frater vester] non Dominus. Licet esset Prælati vocat se fratrem causa humilitatis. *Matth. 23.* Omnes vos fratres estis [frater] dico non natura solum, sed fidei unitate [particeps] & socius in tribulatione] quod est charitatis quæ facit patris, sicut dicitur *1. Corinth. 13.* Caritas patiens est, &c. Quasi dicat. Easdem passiones sustineo, quas & vos sustinetis. *Psal. 118.* Particeps ego sum omnium timentium te [& regno] Hoc enim iustum est ut qui particeps est in negotiatione, participet in lucto. Hæc autem negotiatio est patientia tribulationum. *Luc. 19.* Negotiamini dum venio. Luctum vero est regnum cælorum. *2. Corinth. 1.* Sicur socij estis tribulationum, sic eritis & consolationum. *2. Timoth. 2.* Si compatimur, & contregnamur. Et patientia quæ opus perfectum habet [in Christo Iesu] id est, ad similitudinem Iesu Christi. Vel propter Iesum Christum: vel ad honorem Christi, quod est perfectionis. Quasi dicat. Non sicut fur patiens pro peccatis, sed pro nomine Iesu Christi. *1. Petr. 4.* Nemo autem vestrum patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus. Et nota, quod ponitur regnum inter tribulationem & patientiam, ad denotandum quod nisi tribulatio exerceuerit & patientia defenderit, non poterit regnum possideri [Fui in insula quæ appellatur Patmos] ad literam in exilium deportatus à Domitiano: & est locus remotus à frequentia hominum, & ideo magis aptus ad contemperationem [propter verbum Dei] scilicet, quod prædicaueram [& testimonium Iesu Christi] scilicet, quod de Iesu reddideram. Vel dicit [verbum Dei] propter naturam diuinitatis in Christo [& testimonium Iesu Christi] propter naturam humanitatis [Ego] inquam, Ioannes [fui in Spiritu] id est, in mentis excessu: sic dicit *Glossa.* Quid autem sit excessus mentis, dicitur in *Glossa* super illud *1. Corinth. 5.* Sive mente excedimus Deo, &c. In extasi mentis duo intelliguntur: paucior, & intentio ad superna, ita ut quodammodo à memoria labantur inferiora [in Dominica die] quæ est tempus contemperationis: quia tunc homo debet vacare contemperationi, & cessare ab opere exteriori, cum illa dies sit memoria Dominice Resurrectionis.

De minima diss.

Et audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphia, & Laodicia. Et conuersus sum ut viderem vocem quæ loquebatur mecum.

Hæc est secunda pars in qua narrat quid viderit.

derit. Primo se dicit audiuisse vocem magnam, id est, magna significantem. Secundo præcipitur ut scribat visionem [Quod vides, scribe] Vnde dicit [Er audiui vocem magnam] id est, cognoui. Vel [audiui] aure spirituali, vel corporali [vocem magnam] id est, maga signantem, vel ad magna inuitantem. Haymon. Hæc vox ratione magna dicitur: quia non de mediocribus, sed de summis quibuscunque sacramentis loquitur. Item quia de rebus futuris & occultis, licet sibi manifestis [post me] Nota: Hoc dicitur duplici ratione: tam quia Prælati ab arte contemplationis ad curam subditorum reuocatur, & sic retrahitur: tum quia ea quæ dicitur est, in lege & Prophetis continentur, quamuis à Domino ei reuolentur. Simile Exech. 3. Audiui post me vocem commotionis magna [Tanquam vocem tubæ] scilicet, inuitantis ad bella. Vel in hoc signatur, quod Sancti quibus fiunt reuelationes dum in anteriora se extendunt, posteriorum obliuiscuntur Philip. 3. Sicut enim antiquitus tuba inuitabat ad bella, sic vox ista inuitat ad sustinendum tribulationum certamina. Haymon. Vox quam audiuit Ioannes, bene tanquam vox tubæ dicitur quæ ab inferioribus sine strepitu sonum accipit quem promittit exterius: quia ille sine sono vocis prius audiuit in corde, quod postea sonuit exterius in voce [dicentis: Quod vides] scilicet iam, & visurus es [scribe] in libro cordis, scilicet, in mente tua reconde. Vel [scribe] ad literam in libro materiali [& mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, &c.] Gloss. scilicet quibus ipse præerat, inter quas erat Ephesus metropolis. Vel [septem Ecclesiis] id est, vniuersali Ecclesiæ, quæ per eas signatur, & propter septem dona Spiritus sancti quæ in ea dantur, & propter septem virtutes quæ in ea habentur, & propter opera misericordiæ quæ in ea exhibentur. Item propter septem sacramenta quæ in ea conferuntur. Item propter septem status Ecclesiæ quæ per nomina septem Ecclesiarum designantur [Ephesum] id est, ad Ephesum [& Smyrnam, & Pergamum, & Thyatiram, & Sardis, & Philadelphiam, & Laodiciam. Nota: Per Ephesum quæ interpretatur voluntas mea, siue lapsus profundus, siue consilium meum, signatur Ecclesia primitiua in Apostolis in qua ante Passionem voluntas Domini fuit, quando omnes ei obediebant. In Passione fuit lapsus profundus, quando omnes relicto eo fugerunt. Post Passionem fuit consilium meum, quando in vnum sunt collecti propter metum Iudæorum. Per Smyrnam quæ interpretatur canticum, signatur Ecclesia post Spiritus sancti missionem, quando proponebant cum lætitia verbum Dei. Act. 4. Non possumus quæ audiuimus & vidimus non loqui. Per Pergamum quæ interpretatur diuisio carminum, signatur Ecclesia quando per vniuersum orbem diuisi sunt Apostoli ad prædicandum. Per Thyatiram quæ interpretatur illuminata, signatur status Ecclesiæ post Gentium conuersionem, scilicet, quando Gentiles illuminati fuerunt per Dei gratiam & Apostolorum Prædicationem. Per Sardis quæ interpretatur princeps, vel principatus pulchritudinis, signatur status Ecclesiæ, in quo cæpit fides & gratia Dei dilataritunc enim apparuit Ecclesiæ principatus, & pulchritudo. Per Philadelphiam quæ interpretatur saluans adhaerentem Domino, signatur status Ec-

Vox magna

Vox magna

Septem Ecclesiis

Ephesus

Smyrna

Pergamum

Thyatira

Sardis

Philadelphiam

clesiæ ille in quo Apostoli per Epistolam saluabant illos qui Christo adhaerebant per fidem in corrupterentur per errorem. Per Laodiciam quæ interpretatur laudata tribus Domino, vel amabilis Domino, signatur status Ecclesiæ in quo solus Ioannes remansit in mundo, cæteris Apostolis iam receptis in celo. Vel per Ephesum signatur status Ecclesiæ tempore Apostolorum, quando in eis erat voluntas Domini Per Smyrnam status ipsius in tempore martyrum, quando cantantes & latantes ibant ad supplicium. Per Pergamum status ipsius tempore hæreticorum, quando diuisi sunt multi à fide vera per errores eorum. Per Thyatiram signatur status eius tempore Confessorum & Doctorum: quando illuminabant Ecclesiam lumine verborum, & exemplorum. Per Sardis signatur status eius tempore sanctorum simplicium, quando temporales diuitiæ Ecclesiæ datur sunt. Per Philadelphiam status modernorum qui seipos carnaliter diligunt. Per Laodiciam status ipsius tempore Antichristi, in quo illi qui stabunt, erunt tribus amabilis Domino: quia erunt perfectissimi & robustissimi. Et conuersus sum [supple voce audita. Vel conuersus sum] id est, ad recogitandum de subditis me conuerti [vt viderem vocem] id est, intelligerem. Visus enim pro omni sensu ponitur: quia oculus secundum August. habet in cognoscendo principatum [quæ loquebatur mecum] Et conuersus vidi septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis. Supra posuit illa quæ reddunt commendabilem visionem, hic ponit visionem narrationem: & diuidit in septem partes, secundum numerum visionum. In prima visione continetur correctio Ecclesiarum, & durat ab hoc loco vsque ad quartum capitulum quod ibi incipit [Post hoc vidi] In secunda agitur de reuelatione mysteriorum, & durat à quarto capitulo vsque ad octauum [Et vidi septem Angelos] In tertia de clangore Angelorum Ecclesiam consolantium, & durat ab octauo vsque ad duodecimum [Et aperitum est templum] In quarta de profectu Ecclesiæ pugnantis contra diabolum & durat à 12. vsque ad 15. [Et vidi aliud signum] In quinta de destructione malorum in presenti, vel tempore Antichristi, & durat à 15. vsque ad 18. [Et vidi calum] In sexta de pœnis malorum in inferno, & destructione Babylonis, & durat à 18. vsque ad 21. [Et post hæc vidi alium Angelum] In septima de inuouatione mundi, & gloria beatorum, & durat à 21. vsque ad mediū 22. [Hæc verba fidelissima sunt] Prima pars quæ continet primam visionem, diuiditur in duas. In prima narrat quid vidit. In secunda qualiter se ad visionem habuit [& cum vidissem eum] In prima dicuntur duo. In prima dicit quid viderit, quoniam Christum. In secunda ipsum describit [vestitum podere] Dicit ergo. Et conuersus vidi [Et pro quia: non enim potest videre auersus. Exemplum de Maria Ioan. 20. Quæ conuersa vidit Dominum, & cognouit, & dixit, Rabboni] Septem candelabra aurea] id est, septem

Laodicia

Diuisio capitulorum & visionum

septem Ecclesiis Asia, vel Ecclesiis vniuersalẽ quæ per illas signatur. Et dicitur Ecclesia candelabrum aureum: quia lucens scientia, gratia pretiosa, patientia solida, obedientia ductilis, prædicatione sonora, perseverentia longa, fide Trinitatis fundata, quæ est repleta septem Spiritus sancti gratia. Et nota: Dicit [aurea] ad differentiam hypocritarum qui sunt deaurati pulchra conuersatione, sed non auri sanctitate vitæ: vel ad differentiam illorum qui dicunt ore, sed non implent opere. Vnde Gloss. Si habes verbum in ore, sed non in opere: candelabrum es, sed non aureum [& in medio septem candelabrorum aureorum] id est, in medio Ecclesiæ. Isa. 22. Exulta & lauda habitatio Sion quia magnus in medio tui Sanctus Israël [similem Filio hominis] id est, Angelum gerentem personam Christi, & apparentem in forma hominis. Vel [similem Filio hominis] Christum qui post Resurrectionem fuit immortalis, & ideo non Filius hominis, sed ei similis appellatur: vel quia ignorantiam & peccatum non suscepit, sed in similitudine carnis peccati apparuit in natura & pœna similis. Rom. 8. Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati. Vestitum podere: & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Er oculi eius velut flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti. Et vox illius tanquam vox aquarum multarum. Hic incipit describere ipsum qui ei apparuit, & describit ipsum in quatuor. Primo ab habitu. Secundo à forma [caput autem eius] Tertio à potestate [& habebat in dextera] Quarto à gloria [& facies eius] Dicit ergo. Vestitum podere] id est, talari veste secundum Haymon. & dicitur à pes: quod est pes, & hæretico heres, quasi pedibus hærens. Hæc erat vestis sacerdotalis, vt dicitur Sapient. 18. In veste poderis quam habebat, descriptus erat totus orbis. Per istam intelligitur Christi humanitas, quæ fuit vestis sacerdotalis: quia in hac se obtulit Deo Patri: per hanc enim humiliavit semetipsum factus obediens Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam, &c. Vel per hanc intelligitur Ecclesia generalis, quæ est vestimentum Domini, vt dicit Pater ad Filium Isa. 49. Omnibus his velut ornamento vestieris. Hæc durat vsque ad pedes: quia vsque in finem mundi durabunt fideles [& præcinctum ad mamillas] in quo signatur cogitationum cohibitionem [zona aurea] quæ signatur charitatem. Vel [præcinctum ad mamillas] in quo signatur castitas [zona aurea] in quo charitas & sapientia, Nota, quod in veteri testamento apparuit Dominus præcinctus ad renes. Daniel. 10. Ecce vir vnus vestitus erat lineis, & renes eius accincti. Hic autem ad mamillas ostenditur præcinctus, & primum signatur cohibitionem luxuriæ, secundum cohibitionem cogitationum quæ procedunt à corde. Matth. 5. De corde exeunt cogitationes, &c. Quia vero in veteri testamento damnabatur luxuriæ opus, ideo Dominus apparuit Danieli renes accinctus. Quia vero in nouo D. Alber. Mag. in Apocalypsim.

Zodaria

Zona aurea

testamento cogitationes malæ damnantur: ideo ad mamillas præcinctus ostenditur. Matth. 5. Dicitur est antiquis, Non mœchaberis: ecce cohibito luxuriæ: Ego autem dico vobis, Qui viderit mulierem, &c. ecce cohibito cogitationis malæ [Caput autem eius] id est, Christus qui est caput intransiue. Ephes. 1. Ipsum autem dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius. Vel [caput eius] id est, mens Christi, vel deitas [& capilli erant] id est, sancti qui Christo immediate adherent per amorem, sicut capilli capiti immediate adherent. Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Item quia quando separantur à Christo dolent, sicut quando capilli separantur à capite [tanquam lana candidi] id est, ab omni peccato mundi. Nota: Lana mollis est, & alba & candida. Sunt ergo tanquam lana alba capilli molles: quoniam sunt sibi per innocentiam candorem, molles per mansuetudinem, calidi per charitatem. Simile Daniel. 7. Capilli capitis tanquam lana munda [Et tanquam nix] id est, frigidi per castitatem. Vel sic [tanquam lana candida] quæ est ad calefaciendum [tanquam nix] quæ est ad refrigerium. Conuersatio Christi & Sanctorum auferat nobis frigus desperationis, & refrigerat æstum presumptionis. Vel [tanquam lana alba] Gloss. Sicut lana alba apra est ad suscipiendum quoscunque colores: sic Sancti ad tribulationes [& tanquam nix] propter gloriam Resurrectionis [& oculi eius] id est, septem dona Spiritus sancti, vt dicit Gloss. Zach. 3. Super lapidem vnum septem oculi sunt, id est, super Christum [Velut flamma ignis] quia illuminant, & incendunt: illuminant ad cognitionem, & accendant ad amorem. Vel sic [oculi eius] id est, Apostoli & Prædicatores qui illuminant Ecclesias per doctrinam. Zach. 4. Isti sunt oculi qui discurrunt in vniuersum orbem [velut flamma ignis] quia incendium præbent amoris simul & lumen cognitionis. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram. Vel sic [oculi eius] id est, respectus Dei [velut flamma ignis] id est, inflammantis & illuminantis vt prius. Psalm. 33. Oculi Domini super iustos [& pedes eius] id est, extremi fideles post quos non erunt alij, sicut pes est extrema pars corporis [similes aurichalco] id est, habebunt charitatem fidei, & soliditatem patientiæ in aduersis: quæ duo in aurichalco intelliguntur. Isido. 81. Aurichalco dicitur ab auro, & calcus græce quod est pes latine: & sic ex ære & igne multo ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem. Vel aurichalco dicitur ab auro, & cacos quod est malum, quasi malum aurum: quia habet colorem aureum, non valorem [sicut in camino ardenti] id est, in tribulatione vehementi. Matth. 24. Erunt tunc tribulationes, qualis ante non fuit neque fiet. Nam sicut aurichalco in camino redditur purius & fortius: ita fideles vltimi ex tribulationibus reddentur puriores & fortiores. Nota: Secundum Haymon. similes aurichalco dicuntur, & non auro: quia quamuis sint eiusdem meriti & virtutis sicut Sancti primitiui: non tamen ita lucebunt miraculis sicut illi primi, & ideo viliores reputabuntur [Et vox illius] id est, prædicatio illius [tanquam vox aquarum multarum] quia habet vim mundatiuam animarum, sicut aqua corporum. Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Item quia multi populi eam receperunt, qui per aquas signantur, propter fluendi

Christus est caput Ecclesiæ

Capilli

Lana alba

Oculi

Aurichalco

fluendi facilitatem, & standi difficultatem, & transeundi necessitatem. Psalm. 28. Vox Domini super aquas, &c. Infra Aquæ multæ, populi multi. Item quia datrix est gratiarum. Ath. 4. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus &c. Ioan. 7. Siquis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viæ. Item prius dicta est vox tubæ, quia quandoque terret: hic vox aquæ, quia quandoque mulcet.

Et habebat in dextera sua stellas septem: & de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat.

Hic describit Christum à potestate, & hoc duplici. Prima consistit in fidelium consolatione. Secunda in aduersariorum depressione [Et de ore eius] Dicit ergo [Et habebat in dextera sua septem stellas] id est, septem Angelos, vel vniuersos Prælatos qui debent lucere in mundo verbo & exemplo, sicut stellæ in firmamento. Philip. 2. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continent. Baruch 3. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, id est, Prælati in Ecclesiis. Item minimi per humilitatem. Eccli. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Item maximi per potestatem in extirpando culpam. Ierem. 1. Ecce constitui te super Gentes, &c. Item ignei per charitatis feruorem, in alto siti per contemplationem, fixi in cælo, id est, in Christo per fidem, spem, & charitatem: coruscantes per boni operis ostensionem vel exempli, vel bonam conuersationem: effectum habentes in terra per pauperum confortationem. Hi dicuntur esse in dextera Dei, id est, in æterna beatitudine modo in spe, tandem in re, quando statuer Dominus oues à dextris, hædos autem à sinistris Math. 25. Vel sic Sancti [in dextera] Dei esse dicuntur: quia bonos consolatur, & protegit in tribulationibus: vel quia eos replet septem donis spiritualibus quæ in dextera signantur, sicut temporalia in sinistra. Proverb. 3. Longitudo dierum in dextera illius, &c. Vel [septem stellæ] sunt septem dotes electorum, quas Christus dicitur habere in dextera, quia eas dat in futura vita quæ per dexteram signatur [& de ore eius] id est, Christi [gladius] id est, sententia iudicaria qua diuidet malos à bonis, & dicit Math. 25. Item maledicti, &c. Iob 19. Fugite à facie gladii, quoniam vltor iniqui est gladius [ex utraque parte acutus] puniendo reprobos in anima, & in corpore: vel pro ommissis, & commissis. Math. 13. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent illos in caminum ignis, &c. Vel quia diuidat à visione Dei, & affligat in pœna inferni [exibat] Hoc dicitur: quia tantum illos feriet quos extra Ecclesiam inueniet. Exech. 9. Super quem videritis signum thau ne occidatis. Quasi di. Omnem alium occidite. Vel sic [& de ore eius] id est, Christi. Math. 3. Sed in omni verbo quod procedit de ore Dei [gladius] id est, doctrina Veteris & Noui Testamenti. Vel verbum prædicationis. Ephes. 6. Et gladium spiritus quod est verbum Dei [ex utraque parte acutus] quia diuidit hominem ab amore sui, & mundi. Math. 10. Non veni pacem mittere, sed gladium. Vel quia est ad refecandum peccata operis, & cogitationis. Et dicitur exire, quia verbum Dei non debet esse otiosum. 2. Thef. 4. De cætero, fratres, ora-

Stellæ 7.

Stellarum proprietas.

Gladius Christi acutus.

te ut sermo Dei currat. Quia debet exire vsque ad manum. Exemplum Genes. 22. Abraham postabat in manibus ignem & gladium.

Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.

Hic est quarta pars in qua describitur à gloria. Vnde dicit [Et facies eius] id est, humanitas eius in qua visibilis mundo apparuit [sicut sol] id est, quia habuit Ortum in natiuitate, & Occasum in morte, iterum Ortum post Occasum in sua Resurrectione. Eccli. 1. Oritur sol in natiuitate, & occidit in morte, & ad locum suum reuertitur in Resurrectione [lucens in virtute sua] id est, in meridiano tempore, & vbi non obumbrabitur nubium caligine, ita quod vix possit aspectus eius claritatem ferre. Math. 17. Resplenduit facies eius sicut sol. Vel [in virtute sua] scilicet in qua possibile est eum esse, quod erit post iudicium, quando lux lunæ erit sicut lux solis, & lux solis septemplexiter Isa. 30. ideo cum diceretur hic [Et facies eius sicut sol] additum est [in virtute sua] Vel sic [Et facies eius sicut sol] quia sine peccato natus fuit, pastores illuminauit Luc. 2. Stella præua magos perduxit Math. 2. Lucens in processu vitæ, quando miracula fecit [in virtute sua] quando in Passione diabolus vicit, & Iudæos excæcauit, id est, excæcati permittit. Eccli. 43. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, scilicet, in sua natiuitate, & resurgens radiis suis in miraculorum operatione, obcæcauit oculos Iudæorum, scilicet, in sua Passione. Vel sic [facies eius] id est, omnes electi post resurrectionem [sicut sol] scilicet propter naturæ & gloriæ similitudinem. Math. 13. Tunc fulgebunt iusti sicut sol [lucens in virtute sua] id est, sicut sol iustitiz qui solus lucet virtute propria.

Facies Christi dicitur sol.

Cadere ad pedes Christi.

Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.

Supra posuit visionem, hic ponitur consequens ad eam: & tanguntur quinque. Primo Ioannis casus. Secundo consolatio eius [Et posuit dexteram] Tertio ut scribat quæ vidit præcipitur [Scribe] Quarto expositio visionis [sacramentum septem stellarum] Quinto quid debeat scribere, & [quibus Ecclesiis] & Angelo Ephes. &c.] Dicit ergo.

Et cum vidissem eum] id est, Christum tantum & talem [cecidi ad pedes eius] præ stupore & admiratione stupefactus, vel quasi non potens sustinere similitudinem humanitatis gloriæ [cecidi] per humilitatem [ad pedes] paratus ad imitationem. Vel [cecidi ad pedes eius] indignum me arbitrans & insufficientem ad intuendam eius diuinitatem, & me inclinavi ad intuendam eius humanitatem. Et in casu notatur infirmitas humanæ naturæ, & humilitas Ioannis. In hoc quod dicit [ad pedes eius] notatur desiderium imitationis, quasi paratus sum sequi. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum [tanquam mortuus] Quasi di. Non vere mortuus: in quo notatur mortificatio carnalis affectus. Vnde Haymon. Electi etsi moriuntur mundo: tamen imitantes vestigia Christi viuunt Deo. Galat. 2. Viuo autem iam non ego, &c.

Secd

Quæstio. Sed queritur, Cum Apostolus illos qui carnem mortificant pro Christo, dicat mortuos. Coloss. 3. Mortui estis & vita vestra, &c. quare non dicit hic, Cecidi mortuus, sed tanquam mortuus? Responso. Quia etsi tales mundo moriuntur, & vitæ: viuunt tamen Deo. 2. Corinth. 5. Tanquam morientes, & ecce viuimus.

Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere. Ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo clauis mortis & inferni.

Hic ponitur Ioannis consolatio, & hæc duplex: verbo, & facto: contra duo quæ præcellerant. Quia enim cecidit, ponit dexteram super eum ut erigat. Quia quasi mortuus fuit, verbo consolatur ne timeat, dicens [Noli] Quasi dicit. Cecidi, &c. [& posuit dexteram suam super me] Gloss. id est, spiritum confortantem. Psalm. 117. Dextera Domini exaltauit me. Et dicit [super me] ad denotandum quod non poterat per se resurgere, sed per donum diuinæ gratiæ [dicens] per internam inspirationem, vel toti Ecclesiæ per Prædicatores & Scripturam [Noli timere] Gloss. pati pro me tribulationes. Math. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et subdit duplicem causam. Vna: quia ipse qui tantus erat, non timuit moti pro nobis. Alia: quia potens liberare à tentationibus cunctis [& habeo clauis] Dicit ergo.

Christum primus dicitur & nouissimus.

Noli timere] quia, supple [ego sum primus] id est, principium à quo omnia, & sic habeo potentiam liberandi [& nouissimus] id est, finis in quem tendunt omnia, & sic habeo potentiam remunerandi. Et sum [viuus] per Resurrectionem [& fui mortuus] per altam Passionem. Vel sic [Ego sum primus] quia ante secula natus de Deo Patre [& nouissimus] quia in fine temporum natus sum secundum carnem de Virgine Matre. Vel [primus] in regno Angelorum [& nouissimus] in regno hominum. Isa. 53. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum. Et sum [viuus] ante incarnationem in deitate. Deuter. 32. Viuo ego in æternum [& fui mortuus] post incarnationem in humanitate [& ecce sum viuens] post Resurrectionem tertia die, sed non iterum moriturus. Vnde sequitur [in secula seculorum] id est, semper. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Quasi dicit. Sicut non timui pro vobis moti: sic & vos non debetis timere pro me mori: quia similiter resurgetis victuri in secula seculorum. 1. Petr. 4. Christo igitur in carne passio, & vos eadem cogitatione armamini.

Quæstio.

Queritur, Cum prius dicitur [sum viuus] quare dicitur postea, Et ecce sum viuens: cum hoc videatur superfluum? Responso. Non est superfluitas: quia primo loquitur de vita quam habet ab æterno secundum deitatem, postea loquitur de vita quam habet in tempore secundum humanitatem, & post Resurrectionem.

Habet clauis mortis.

Et habeo clauis mortis, id est, potestatem super diabolum, qui mors dicitur, tum quia fuit prima occasio mortis. Sapient. 2. Inuidia diaboli mors intrauit, &c. Tum quia semper mortem

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

animarum facit. Gregor. Nihil se fecisse astimat, nisi cum animas faciat. Tum quia semper est in morte inferni, & ideo fortitur nomen mortis. Infra 6. Nomen illi mors [& inferni] id est, habeo potestatem super membra eius, quæ dicuntur inferni, quia ad pœnam inferni sunt ventura. Quasi dicit [Habeo clauis] id est, potestatem æternam & iudiciariam super diabolum, ne nimis sæuiat in tentando bonos: & super membra eius, ne nimis persequantur eos. Vel sic [habeo clauis mortis] ut amplius non dominetur vobis, cum surrexeritis [& inferni] id est, super infernum ut vos non detineat, & diabolum & membra eius quasi in carcere perpetuo ibi claudam. Vel [habeo clauis, &c.] Quasi dicit. Si non vultis pro me pati, possum vos punire in pœnis inferni, & aperire infernum vobis. Sapient. 16. Tu es Dominus qui vitæ & mortis habes potestatem.

Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

Hic præcipitur ut quæ vidit, scribat. Quasi dicit. Malis possum infernum aperire [Scribe ergo quæ vidisti] scilicet, incarnationem, Passionem, & Resurrectionem meam, & cetera Ecclesiæ sacramenta [quæ vidisti] id est, intellexisti. Sed [& quæ sunt] id est, præsentibus tribulationibus & consolationibus fidelium [& quæ oportet fieri post hæc] id est, vltimam persecutionem tempore Antichristi, & hoc debet nos animare ad sustinendum tribulationes in presenti: quia id quod modo sustinemus, nihil est in comparatione eorum quæ sustinebunt Sancti in nouissimo tempore, Antichristo regnante.

Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

Hic tangitur visionis expositio. Continua. Quasi dicit. Scribe quod vidisti. Et quia posset dicere: Quid scribam? propter hoc subdit [Sacramentum] id est, sanctam secretum, vel mysterium: vbi aliud videtur, & aliud intelligitur [septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea] scilicet scribe, vel exponit. Gloss. subaudi, docebo te. Quasi dicit. Sub his signis sensum latentem quære, & expone. Deinde exponit mysterium, dicens [septem stellæ septem Angeli sunt] id est, septem Prælati vel Episcopi septem Ecclesiarum, scilicet, Asiæ, vel omnium generaliter [& candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt] id est, per septem stellas signantur septem Prælati, & per septem candelabra septem Ecclesiæ. Et nota, quod Angelus istam partem visionis exposuit allegorice, ut ostendar allegoriam similiter in sequentibus esse querendam. Quod autem quædam exposuit, quædam non: B 3 ideo

Allegoria uti-
tur Scri-
ptura
propter
multa.

ideo fecit, ne si totus liber esset planus, vilesceret legentibus, & in tædium verteretur: & ut haberemus in quo sensum nostrum exercitæmus, & exercitando mereremur. Item ut indignis mysterium Ecclesiæ occultaretur. *Tob. 12.* Sacramentum regis abscondere bonum est, &c. Item quædam exposuit, sicut dicit *Haym.* quia si ex toto clausus esset, cum legere nos tæderet. Item ut confidentiam æterna intelligendi nobis daret.

Et conuersus vidi septem candelabra, &c.

Prælati
conditio-
nis.

In regu-
la.

Moraliter. Septem candelabra sunt septem opera quibus debet pollere Prælati. Primum est lumen fidei, ut sit paratus ad satisfaciendum omni potestati rationem de ea quæ in eo est fide & spe. *1. Petr. 2.* Et hoc est respectu Dei: respectu autem proximi debet habere tria. Primum est lumen verbi ut lucide doceat. Item boni operis, ne reprehensibilis appareat: quia turpe est Doctore, cum culpa redarguit ipsum. Item exterioris conuersationis, ne aliquem offendant. *August.* In omnibus moribus vestris nihil fiat quod cuiusquam oculos offendant, &c. Item respectu sui triplex lumen debet habere. Primum est lumen quotidianæ circumspectionis, ne in conscientia aliquid immundum inueniat. Item lumen beneficiorum Dei, ut memorando gratias referat. Item lumen cælestis patriæ in desiderio, ne torpescat. Hæc autem candelabra dicuntur esse aurea, ut ex radice charitatis procedant omnia: quæ comparatur auro propter valorem, colorem, pretiositatem. In medio horum debet esse Prælati qui debet esse Filio hominis similis in ministerio humilitatis, sicut in potestate terribilis. *Gregor.* Summus locus tunc bene regitur, cum is qui præest, non personis sed vitis dominatur. Item in amore paupertatis sustinendæ tribulationis, ut tandem sit similis in gloria immortalitatis. *Rom. 6.* Si plantati fuerimus similitudini mortis eius, &c. Hic debet esse in medio septem candelabrorum auroreum, id est, septem virtutum quibus promittitur beatitudo. *Matth. 5.* Beati pauperes spiritu, &c.

Vestitum podere] vbi notatur perseverantia quæ sola coronabitur. *Matth. 33.* Qui perseverauerit usque in finem [Præcinctum ad mamillas zona aurea] id est, castitate mentis & corporis [Caput autem eius] id est, intentio pura quæ debet esse principium in omnibus operibus, sicut caput in omnibus membris. *Cantic. 5.* Caput eius aurum optimum [capilli eius] sunt cogitationes quæ adherent menti, quæ sunt candidæ sicut lana] quando homo se præparat ad omnes tribulationes sustinendas, sicut lana est apta ad suscipiendum omnes colores. Vel [capilli] sunt sancti martyres adherentes Christo capiti. *Cantic. 4.* Capilli tui sicut greges tonfarum quæ ascenderunt de monte Galaad. Qui sunt sicut [lana alba] quia *infra 7.* Lauauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni [Oculi eius] id est, Prælati sicut flamma ignis] per feruorem charitatis] pedes eius similes aurichalco] id est, sancti ultimi temporis minus valent iis qui fuerant tempore primitiuo. Sicut enim as est minus ponderosum, minus pretiosum auro: sic Sancti ultimi Apostolis minus valent: & tamen sicut de ære plura vasa facta sunt

in templo quam de auro, sic isti respectu illorum abundant in numero [sicut in camino ardenti] quod dicit: quia videntur esse inflammati charitate, & non sunt. Vel 17, sicut, est expressiuum veritatis: unde puriores exhibunt sicut tres pueri. *Dan. 3.* [et vox illius] id est, Christi [tanquam vox aquarum multarum] Hæc vox fuit Ioannes Baptistæ. *Ioan. 10.* Ego vox clamantis in deserto. Qui ad litteram baptizauit in aqua. *Ioan. 3.* Erat Ioannes baptizans in Endor iuxta Salim: quia aquæ multæ erant ibi. *Psal. 28.* Vox Domini super aquas.

Religiosi
dicuntur
stella.

Et habebat in dextera sua septem stellas] id est, vniuersos religiosos, qui dicuntur stellæ propter morum continuum: quia continuo debent moueri de virtute in virtutem. *Psal. 83.* Ibi sunt de virtute in virtutem, &c. *Bern.* In via Dei non progredi, regredi est. Item propter modicam apparitionem, & magnam existentiam. *Job 11.* Cum consumptum te paraueris, orientis ut lucifer. Item propter ordinis dispositionem. *Iudic. 5.* Stellæ manentes in cursu & ordine suo. Item propter obedientiæ promptitudinem. *Baruch 5.* Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus. Item quia stellæ laudant Creatorem suum, non verbis, sed motibus, id est, operibus. *Job 38.* Vbi eras cum me laudarent astra matutina. Et sic religiosi laudant Deum in Matutinis, & in horis aliis. Item quia sicut stellæ diffamantur à Philosophis qui dicunt. Ille natus est sub Venere, & ideo est luxuriosus: sub Marte, & ideo bellicosus, &c. Non tamen desistant à suo cursu: sic nec religiosi si distantur à mundanis, non tamen desistant à suo proposito. *Philip. 2.* Inter quos hæc sit sicut laminaria in mundo. Itena sicut stellæ lucent de nocte, sic isti debent inter peccatores lucere. Item stellæ istæ licet sint in dextera Dei. *Ecl. 11.* Quasi stella matutina in medio nebulæ. tamen debent timere ne cadant in peccatis: quia *Psal. 112.* Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem, &c.

Circa capitulum istud sent dubitabilia. Primo super illud. Quam dedit illi Deus. *Gloss.* Secundum hominem accepit eam à Patre & Verbo sibi coniuncto in Spiritu sancto: ergo 17, Deus supponit pro tota Trinitate. Contra, *Alia Glossa.* Quam dedit illi Deus Pater tanquam nihil debens: ergo 17, Deus supponit pro Patre. *Responsio.* Homo assumptus accepit à tota Trinitate: tamen secundum rationem auctoritatis attribuitur Patri, ut dicit *Gloss.* & per hoc non remouentur Filius & Spiritus sanctus. Vnde ut notetur residere auctoritas apud Patrem, attribuitur Patri quod est commune toti Trinitati. Sic accipitur illud *Matth. 11.* Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.

Secundo quaeritur, Secundum quam naturam dedit illi: non secundum diuinam, quia omnia sciuit ab æterno sicut Pater: ergo secundum humanam. Contra, *Rich. de S. Vi. Scio,* quod anima Christi ab hora conceptionis suæ tam sapientiæ quam scientiæ plenitudinem accepit: ergo postea ei reuelatio fieri non potuit. *Responsio.* Christi anima omnium habuit scientiam quæ Deus fecit, facit, & facturus est: sed non ita limpide cognouit sicut Deus. Vnde *August.* super illud *Psal. 139.* Mirabilis facta est scientia tua ex me. Homo assumptus diuinæ substantiæ non potest æquari in scientia: & ideo quantum ad hoc potuit ei fieri reuelatio. Item, Cum haberet omnium scientiam non

non per naturam, sed per gratiam: non est inconueniens ei fieri reuelationem.

Dub. 3.

Tertio quaeritur de hoc quod dicit, Palam facere. Contra, Hæc reuelatio facta est sub figuris, & occultata, unde non est palam facta. Item super illud. Et signauit. *Gloss.* id est, sub sigillo dedit, ne locus sit furibus peruertendi, &c. *Responsio.* Ioanni palam facta est: quia veritatem rerum mentis intuitu conspexit, Deo reuelante, & etiam figuras vidit quarum significationem aliis in parte reuelauit & non omnino, sicut dicit *Gloss.* & hoc ne furibus esset locus peruertendi, & ne vilesceret propheta.

Dub. 4.

Quarto super illo verbo, Quæ oportet fieri cito, quaeritur, Cum iste liber non solum futura, sed etiam præsentia & præterita narrat, quare hic sola futura dicit Christum reuelare seruis suis? *Responsio.* Quia præsentia visu, præterita auditu facile cognosci possunt: futura autem non nisi per reuelationem, & ideo magis dicit de futuris quam de aliis.

Dub. 5.

Quinto super illo verbo, Et signauit mittens. Contra, Ultimo. Ne signaueris verba prophetiæ huius. *Responsio.* Dicendo, signauit, docuit infidelibus claudi. Ne signaueris, fidelibus aperiri exercitio spirituali: propter quod dicitur *Danie. 12.* Vade Daniel: quia clausi signatique sunt sermones usque ad tempus præsentium. Et subdit, Ne intelligant omnes impij. Porro docti intelligunt.

Dub. 6.

Vt dicit
in super
Euangeli-
um Ioan-
nis.

Sexto super illo verbo, Et testimonium Iesus Christi quaeritur vidit. Contra, Cum hoc opus scripturæ sit ante Euangelium (ut dicit *Hieronymus*) quomodo se dicit testimonium perhibuisse Iesu Christo? *Responsio.* Et si nondum perhibuerat scribendo, tamen perhibuerat prædicando: & sicut prædicauit, ita scripsit postea in Euangelio. Septimo super illo verbo, In his quæcunque vidit. Contra, Multa quidem & alia signa fecit Iesus *Ioan. 11.* *Responsio.* Scribens testimonium Iesu Christi, non scripsit omnia quæ viderat simpliciter, sed quæ vidit posteris amplius profectura, & sic hic loquitur.

Dub. 7.

Octauo super illo verbo, Ioannes 7. Ecclesiis quæ sunt in Asia, quaeritur, Quare hic ponit nomen suum, & non in principio sui Euangelij? *Responsio.* Propter tria. Primo, ut daretur auctoritas suo operi, quia Euangelium non indigebat: quia iam prædicatum erat, & à Domino auctoritatem habebat. Secundo, quia huius operis & Auctori & Scriptori erat, Euangelij solum Scriptori. Tertio, ne alterius esse opus crederetur: quia hunc librum in exilio scripsit, & ideo postea credi altius de facili: Euangelium vero inter fratres scriptum iam ab exilio reuocatus: & ideo hic nomen suum apposuit, & non in principio Euangelij.

Dub. 9.

Nono quaeritur super illo verbo, Et à septem spiritibus, &c. Cum tota Trinitas quiescat in Ecclesia sicut in throno, quare solus Spiritus sanctus in conspectu huius throni esse dicitur? *Responsio.* Quia remissio peccatorum Spiritui sancto attribuitur. Vnde dicit Dominus *Ioan. 20.* Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, &c.

Dub. 10.

Decimo quaeritur, Quare personam Patris non nominat sicut Filij, cum dicit: A Iesu Christo, & Spiritu sancto, cum dicit, & à septem spiritibus, &c. *Responsio.* *Gloss.* Personam Patris præter-

mittit, quia nemo hæreticorum de Deo creatore male intellexit. Personam ponit Filij, & Spiritus sancti: de quibus omnes hæreses nascuntur in Ecclesiis. Contra, Quidam dixerunt Patrem fuisse passum: & Atrius dixit Patrem Filio maiorem. *Responsio.* Sicut dicit *Gloss.* de Deo creatore nullus male intellexit secundum illam notionem quæ est innascibilitas, unde nullus negauit ipsum esse creatorem: sed de eo multi aliter male intellexerunt.

Dub. 11.

Vndecimo super illo verbo: Primogenitus mortuorum. Contra, Multi fuerunt ante ipsum mortui, & nati: ergo primogenitus mortuorum non potest dici. *Responsio.* Quando primus homo de limo terræ formatus est, quasi ex vtero matris, id est, terræ genitus est, & primogenitus dici potest hominum, sed non mortuorum, cum nulli essent mortui: postquam autem mortuus est, & eius filij, quasi in vuluam matris reuersus est. Dominus autem veniens in carne mortuus est eadem lege, & in matris vtero, id est, terræ sepultus: sed quia primus victurus in æternum surrexit, vuluam matris primus aperuit: & ideo primogenitus mortuorum ratione debet dici. Et si obliuiscitur. Multi cum Domino surrexerunt: ergo non potest dici primogenitus mortuorum. *Responsio.* Secundum *Aug.* surrexerunt iterum motiuri: Dominus autem non iterum moriturus: & ideo solus primogenitus mortuorum dicitur. Secundum *Ambros.* primus surrexit dignitate, non tempore. Sed contra hoc est *Gloss. 1. Cor. 15.* Christus resurrexit primitiæ dormientium. *Gloss.* tempore, & dignitate. *Responsio.* Sustinendo *Ambros.* dicendum, quod *Gloss.* loquitur de generali resurrectione, respectu cuius Resurrectio Christi est prior tempore. Vel si loquitur generaliter de omni resurrectione, dicendum, quod illi non in die parascenes, sed in die dominica, tamen post resurrectionem Domini, ut sit Deus sicut primatum tenens in omnibus *Colos. 1.*

Dub. 12.

Duodecimo super illo verbo, Et posuit dexteram suam super me, quaeritur, Quare non dicitur hic quid ei fecerit ponendo dexteram super eum? *Responsio.* Sicut dicitur de Daniele, quod eum consternatum Dominus erexit Angelus dextera: ita creditur quod fecit Ioanni: sed tamen Ioannes hoc non exprimit hic, ne putarem Ecclesiam ab imitatione passionum Christi submotam, cuius Ioannes gerebat figuram.

CAPVT II

Et Angelo Ephesi Ecclesiæ Scribe.



V P R A posuit expositionem visionis, hic docet Angelus quid Ioannes debeat scribere Ecclesiis. Et diuiditur hæc pars in septem partes secundum numerum septem Episcoporum quas scripsit septem Episcopis: quarum quatuor continentur in isto capitulo secundo, & tres in tertio, & secundum hoc istud capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima scribit Episcopo Ephesi. In secunda Episcopo Smyrnæ: &

Angelo Smyrna.] In tertia Episcopo Pergami [& Angelo Pergami.] In quarta Episcopo Thyatira & Angelo Thyatira. Prima Epistola diuiditur in tres partes, in exordium [& Angelo Ephesi] & narrationem [scio opera tua] & conclusionem [qui habet aures audiendi] In exordio duo dicit: primo cui scribit, secundo cuius auctoritate, hoc facit [qui tenet septem stellas] Dicit ergo.

Et Angelo] Continua. Non solum scribe quæ prædicta sunt, sed etiam quæ sequuntur & primo scilicet [Angelo] id est, Prælato [Ecclesie Ephesi scribe] quasi metropolitano qui dignitate præest cæteris, ut iste correctus, sit materia correctionis aliis. Nota: Prælati dicitur Angelus propter innocentiam cordis, & castitatem corporis. De quo *Matth. 22.* Non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo. Item propter contemplationem Dei *Matth. 18.* Angeli eorum semper vident faciem Patris. Item propter sollicitudinem custodiam gregis commissi. *Psal. 90.* Angelis suis mandauit de te, ut custodiant, &c. In cuius signum datur Episcopo baculus pastoralis, quo debet negligentes punire per increpationem, peccatores attrahere per blandam prædicationem, omnes regere per boni exempli ostensionem. Item propter annuntiationem mandatorum Dei. *Malach. 2.* Labia sacerdotis custodient scientiam & legem requirunt ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est, id est, nuntius.

Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.

Hic describit illum cuius auctoritate scribit, & hoc à duobus. Primo à misericordia, cum dicit [qui tenet septem stellas] Secundo à iustitia, cum dicit [Qui ambulat] Dicit ergo [Hæc dicit qui tenet septem stellas] id est, septem Prælatos Ecclesiarum [in dextera sua] scilicet misericorditer protegendo ne regnet istius peccatum. *Gloss.* Licet peccauerint, adhuc non dimittit eos. Vel

Dextera. Septem candelabra.

Septem stellas.

[in dextera sua] id est, in potioribus bonis, scilicet, spiritualibus [qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum] id est, septem Ecclesiarum, vel totius Ecclesie generaliter, quæ per septem candelabra signatur. In horum medio ambulat sicut paterfamilias visitans & considerans vniuersamque vitam. Et nota: Per [septem stellas] quorum lumen est inextinguibile, signantur electi in Ecclesia, qui tenentur dextera Dei ne cadant in peccatis, id est, Dei gratia quæ per dexteram signatur. *Psal. 138.* Tenebit me dextera tua. *Gloss.* Ne cadam, sed perseuerem, tenebit me gratia tua [Per candelabrum] cuius lumen extinguitur de facili signantur infirmi quos quandoque propter culpam deserit, & ad electos suos transit: & ideo quia non manet in eis, non dicitur tenere in dextera sua, sed in medio eorum ambulare, licet quandoque insit in eis. Vel per [septem stellas & candelabra] signantur electi quos Christus tenet in dextera sua per prædestinationem: tamen [ambulat] in medio eorum per donorum distributionem. Vel [ambulat] exponendo tentationibus ad probationem: stat autem, & ambulat: stat per deitatis æternitatem, sed ambulat per humanitatis conuersationem, dando exemplum humanitatis ad imitationem.

Scio opera tua & laborem, & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.

Posito exordio, hic ponitur narratio: & tanguntur quinque. Primo ipse Episcopi commendatio. Secundo eiusdem increpatione [Sed habeo aduersum te] Tertium, salutaris admonitio [Memor esto] Quarto comminatio [Sin autem venio] Quinto ne desperet ponitur consolatio [sed habes] In prima parte commendatur à tribus. Primo ab operatione boni. Secundo à detestatione mali [Et quia non potes] Tertio à tolerantia flagelli [Et patientiam habes]

Continua [Hæc dicit qui ambulat in medio candelabrorum] quæ sequuntur [Scio] id est, approbo, & eligo. *2. Tim. 2.* Nouit Dominus qui sunt eius [opera tua] spiritualia. Vel [scio] id est, scire te facio. Sic accipitur scire *Genes. 22.* Nunc cognoui quod timeas Deum, id est, cognoscere te feci [opera tua] id est, mercedem operum tuorum [& laborem tuum] id est, afflictionem corporis.

Labor triplex.

Nota: Triplex est labor: cordis, scilicet, dolor de peccatis. *Psal. 6.* Laboravi in gemitu meo Oris, id est, eruditio oris. *Psal. 68.* Laboravi clamans. Operis, id est, afflictio corporis. *Psal. 72.* In labore hominum non sunt, &c. De his tribus potest exponi quod dicitur *Sapient. 3.* Bonorum laborum gloriosus est fructus [& patientiam tuam] qua mala toleras, & mala inferentes amas. *1. Corinth. 13.* Caritas patiens est, inferentes diligendo. Vel [patientiam tuam] qua præmium dilatum sine murmure expectas: quia *Ioan. 10.* Amen amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

Quia non potes sustinere malos] scilicet in tua diocesi, & tuo consortio, quin expellas eos: secundum illud *Exod. 22.* Maleficos non patiaris viuere [& tentasti eos] id est, probasti fidem illorum, & doctrinam, secundum id *1. Ioan. 4.* Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus [qui se dicunt Apostolos] id est, missos à Christo [esse, & non sunt] secundum illud *Jerem. 22.* Non mittebam eos, & ipsi curbebant [& inuenisti eos mendaces] scilicet in vita, & doctrina.

Et patientiam habes] scilicet, in malis quæ ipsi inferunt & per se, & per alios. *Ecl. 2.* In humilitate tua patientiam habes, &c. [& sustinuisti] scilicet non superatus malis illatis, nec deiectus. Vel [sustinuisti] id est, sursum tenuisti non depressus [propter nomen meum] quasi non propter temporalis lucri cupiditatem, nec propter vanam hominum laudem, sed propter nomen meum, scilicet, super te inuocandum. *Jerem. 17.* Nomen tuum inuocatum est super nos. Item in te confirmandum. *Matth. 6.* Sanctificetur nomen tuum. Item à te honorandum. *Mat. 6.* Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominis. Vel [Propter nomen meum] scilicet, glorificandum, & exaltandum. Vel [propter nomen meum]

meum] effectiue, hoc est, quia virtus nominis te iuuat, nec posses aliter sustinere: quia *Proverb. 18.* Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur [& non defecisti] id est, non succubisti stratus tribulationibus.

Duplex defectus.

Sed contra: Statim subditur. Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam reliquisti: ergo defecisti. Respondeo. Duplex est defectus. Vnus qui est casus in peccatum: isto defectu non defecit. Alius qui est recessus à feruore charitatis: & de hoc loquitur infra immediate. Non enim tantum feruorem charitatis in impugnando hæreticos sicut in principio habuit.

Sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti.

Posita commendatione, hic ponitur increpatione sui, sed ratione malorum qui suberant ei. Vnde *Haymo.* Supra locutus est sanctis, nunc autem loquitur reprobis. Continua sic: Commendat bona quæ in te sunt, sed nunc redarguo mala. Vnde ait.

Sed habeo aduersum te] id est, aduersum tuos malos subditos qui tecum sunt [pauca] scilicet reprehensione digna. Peccata enim subditorum Prælati impurantur, quando corrigere negligunt [quod charitatem tuam] id est, ad tuam utilitatem tibi datam [primam reliquisti] id est, tui subditi charitatem quam prius habuerunt, reliquerunt per tuam negligentiam. Vnde propter peccata subditorum frequenter punitur Prælati. Vnde *Glossa* hic. Eli sacerdos bonus, & tamen damnatus, quia filios corrigere noluit. Aliiter exponitur de Episcopo sic [Sed habeo aduersum te pauca] scilicet reprehendenda. Nota ordinem: Prius commendauit, modo increpat: in quo datur nobis exemplum ut si volumus aliquem emendare, prius debemus bona sua commemorare [quod charitatem tuam primam] scilicet feruorem tuæ primæ charitatis qua feruebas contra malos ipsos persequendo [reliquisti] torpendo vnde prædicationi non insistebat. Sic sunt aliqui modo tepidi in fine, qui in principio feruentes fuerunt, similes statui Nabuchodonosor quæ habuit caput aureum, pedes argenteum: pedum pars quædam fuit ferrea, quædam fictilis. De his *Galat. 3.* Sic stulti estis ut qui spiritum accepistis, nunc carni consummamini, &c.

Emendandi modus.

Memor esto itaque vnde excideris: & age poenitentiam, & prima opera fac.

Hic inuitat eam ad poenitentiam per bonorum prædicationem recordationem, à quibus declinauerat. Vnde dicit [Memor esto] Continua. Talia fecisti, & ideo [Memor esto itaque vnde excideris] id est, à qua gratia separatus sis: & tunc legitur in persona subditorum. *Ecl. 2.* Vx his qui reliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Vel sic in persona Episcopi [Memor esto itaque vnde excideris] id est, à quo statu vel dignitate cecideris, id est, disposueris ad cadendum per modicam negligentiam. Non enim credendum est quod ceciderit à gratia quem Beatus Ioannes

tantum commendauit, sed à quodam statu feruoris in quo prius fuerat.

Sed contra. Vnde cecideris. *Interlinearis.* A consortio fidelium nullus sic cadit nisi peccando mortaliter: ergo mortaliter peccauit. Respondeo. A quo excideris, id est, exposueris te ad cadendum: nam veniale disponit ad mortale: sed sine hoc fit, sine non, memoria peccatorum prædicatorum multum valet ad resurgendum. *Ecl. 1.* In die malorum, id est, in statu peccati, ne immemor sis bonorum, id est, gratiæ & misericordiæ Dei [& age poenitentiam] scilicet, vel pro eo quod medeliquisti, vel de remissione tuæ charitatis. *Mat. 3.* Poenitentiam agite, &c. Et dicit [age] non tantum propone, non tantum suscipe, non tantum promitte, sed age: quia *Matth. 4.* Agite dignos fructus poenitentiae [& prima opera] id est, primis similia fac] scilicet ut recuperes gratiam primam. Quasi diceret: Ita viuere ut prius. Et est hoc argumentum quod poenitentia restituit, & in tanta gratia resurgit à quanta cecidit.

Sin autem, venio tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris.

Hic ponit comminatione. Vnde dicit [Sin autem] nisi per poenitentiam ad statum primæ charitatis redieris [venio tibi] id est, ad te puniendum in anima & corpore, in morte vel iudicio. Vel sic [venio tibi] id est, præsentiam iræ meæ te sentire faciam, qui clementiam vocantis non sentis propter duritiam cordis. *Rom. 2.* Ignoras quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit [cito] Hoc dicit ut celeritas & improuiso incutiat timorem. *1. Thessal. 5.* cum dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus, &c. [& mouebo candelabrum tuum de loco suo] id est, te de loco tuo: quia idem intelligitur per Angelum, & per candelabrum. Vel sic [venio tibi, &c.] *Haymo.* Nisi poenitentiam egeris, mouebo te de societate fidelium. *Psal. 51.* Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te, &c.

Saluati mei feruoris comminatio.

Hic queritur, Quare non dicit, Proiciam te, sicut mouebo. Respondeo. Sicut dicit *Haymo*, licet quis peccet, tamen si perfectam poenitentiam egerit, pristinam dignitatem aut gradum non amittit. Vnde Petrus licet peccauerit, tamen gradum Apostolicum non amisit *Matth. 26.*

Incidit quasi.

Item, Cum hic loquitur de malo, & hic locum non habeat, quia non est in gratia, quomodo dicit, mouebo te, &c. Respondeo. Mouere ponitur pro non statuere. Vnde sensus est: Mouebo candelabrum tuum, id est, non statuam te in gratia. Vel [mouebo candelabrum tuum] id est, Ecclesiam tibi commissam auferam à te, qui es locus eius in quo ipsa quasi debet conservari. Vel [mouebo candelabrum tuum] id est, auferam gratiam & virtutes, hoc est, permittam te cadere nisi poenitentiam egeris, scilicet, de tua negligentia & peccatis.

Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Hic vero ne desperet ponit consolationem, & ostendit si voluerit conuertendi facilitatem. Continua. Quæ dicta sunt aduersum te vera sunt: sed tamen

Nicolaus
hereticus

tamen ne desperes [Hoc habes] bonum quod odisti facta Nicolaitarum. Nota (Vt dicit *Augustinus* in libro de heresibus) iste Nicolaus fuit vnus de septem diaconibus qui ab Apostolis sunt ordinati Act. 6. Sed ceteris permanentibus ille recessit de eorum societate, & doctrina, & fide: qui cum culpatur quod nimium zelaret uxorem suam pulcherrimam, vt se excusaret ab hac suspitione, respondit: Non est mihi cura quid faciat, qui vult vtatur ea: vnde & transit in communem vsum, quod factum multi imitati sunt. Et vt dicitur propter hoc prædicauit uxores comunicandas & omnes mulieres, & hunc mundum non factum à Deo esse, sed à quibusdam principibus factum, & quod erat licitum comedere de idolothytis [quæ & ego odi] facta eorum. Quasi dicat. Vitia odisti, non naturam: quæ ego odi, & diligo naturam. Nota: Nicolaus qui interpretatur populus stultus, significat Gentiles qui in Christum veram sapientiam credere noluerunt. 1. Corinth. 1. Prædicamus Christum crucifixum iudeis quidem, &c. Item hereticos & iudeos de quibus *Psalm. 93*. Intelligit insipientes in populo. Item auaros qui in terrenis ponunt amorem suum. *Luc. 12*. Hominis cuiusdam ager fructus vberes attulit, &c.

Orgo
Manti-
chaorid.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.

Supra posuit Epistolæ exordium & narrationem, hic ponit conclusionem, in qua omnes generaliter inuitat ad perseverantiam. Et dicuntur duo. Primo inuitatur ad audiendum. Secundo ponitur ipsius Spiritus dictum. Vincenti dabo. Continua sic: Potes conuerti si volueris, sed quod tibi dico, omnibus dico. *Matth. 23*. Qui habet aures audiendi, scilicet, quibus audit exterius [audiat] id est, intelligat mente interius [quid Spiritus dicat Ecclesiis] id est, tota Trinitas. *Ioan. 3*. Spiritus est Deus. Cum enim Filius docet Ecclesiam loquitur in eo Pater & Spiritus sanctus: quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Vel dicitur [Spiritus] ad designandum, quod visio ista spiritualis est, & non corporalis. Vel hoc dicitur ad designandam, quod non est ipse qui loquitur, sed Spiritus sanctus qui loquitur in eo. *Matth. 10*. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus. Et cum dicit [Ecclesiis] innuit quod non tantum loquitur vni, sed omnibus Ecclesiis [Vincenti] scilicet Ecclesiæ, vel cuiusque persone [dabo edere] gratis: non vendam, quia sum dator liberalis: non reddam, quia remunero supra meritum hominis [edere de ligno vitæ] id est, satiabo de iucunda Christi Dei & hominis visione, qui est sapientia Dei Patris & lignum vitæ. *Præverb. 3*. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerint eam, beatus. Hoc lignum vitæ editur conspiciendo. *Psalm. 67*. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei [quod est in paradiso Dei mei] id est, in æterna vita, vel in Ecclesia triumphante. Et cum dicit [Dei mei] notat, quod ipse loquitur secundum humanitatem quam assumpsit pro nobis.

Nota [Vincenti] mundum, qui vincitur fide. 1. *Ioan. 5*. Hac est victoria quæ vincit mundum

fides vestra. Item carnem quæ vincitur operibus disciplinae. *Ecclesi. 3*. Vigilia honestatis tabefacit carnes. Item diabolus qui vincitur humilitate. *Psalm. 135*. In humilitate nostra memorem fuit nostri, & redemit nos ab inimicis nostris [dabo] quia ipse erat parator. *Psalm. 67*. Parasti in dulcedine tua Deus. Item administrator. *Luc. 12*. Transiens ministrabit illis [edere de ligno vitæ] Hoc lignum est Christus, qui fuit lignum præcisum in morte, frondosum in Resurrectione. *Job 14*. Lignum habet spem: si præcisum fuerit, scilicet, in morte, rursum virefcit in Resurrectione, & rami eius pulcherrimi. Hac est increata sapientia quæ se lignum, id est, hominem fecit vt esset materia, istius ignis, de quo *Luc. 12*. Ignem veni mittere in terram, &c. Item lignum plantatum secus decursus aquarum, id est, iuxta fluxum nostre mortalitatis: quod fructum suum dabit in tempore suo, id est, satietatem beatæ visionis. *Ioan. 17*. Hac est vita æterna vt te cognoscant, &c. [quod est in paradiso Dei mei] id est, in Ecclesia triumphanti in aperto, vt dictum est. Item in Ecclesia militanti sub sacramento, quasi lignum sub cortice. Vnde *Bernardus*. O gloriosa, & amabilis, sponsum habes in terris sub sacramento, qui in caelis habitat sine velamento. Hic quasi dulce prælidium & iucunda desponsatio, ibi nuptiale conuiuium & beata coniunctio, cum de fide ad spem, de spe ad rem, de mensa ad mensam, de sabbato ad sabbatum fiet transmutatio: tuus ipse Iesus qui dulcis est in facie, dulcis in opere, dulcis in nomine.

Lignum
vita.

Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hac dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuuit.

Posita prima Epistola, ponitur secunda hic, & diuiditur in tres partes sicut præcedens, scilicet, in exordium, narrationem, & conclusionem. Et primum tangitur ibi [Et Angelo] Secundo ibi [Scio tribulationem] Tertium ibi [Qui habet aures]. In exordio duo dicuntur. Primo cui debeat scribere. Secundo cuius auctoritate [hac dicit primus & nouissimus] Et ibi describitur ille à natura diuina, secundo à natura humana [Qui fuit mortuus] Et quoad diuinam tangit duo: vnum quo ostenditur Creator, cum dicit [primus] Aliud quo ostenditur remunerator, cum dicit [nouissimus] Quoad humanam naturam tangit duo. Vnum quo ostenditur redemptor, cum dicit [mortuus] Secundum quo ostenditur mortis triumphator, cum dicit [et viuuit] Dicit ergo.

Et Angelo [id est, Episcopo] Smyrnæ Ecclesiæ scribe [supple, hac quæ sequuntur. Et nota, quod sicut per Ephesum signatur status, Ecclesiæ tempore Apostolorum, sic per Smyrnæ signatur Ecclesia tempore Martyrum. Nam Smyrnæ interpretatur canticum, vel quasi myrrha, quod bene competit Martyribus, qui cantabant in corde suo Domino canticum lætitiæ: & tamen erant in myrrha, hoc est, amaritudine corporalis pœnæ. Et bene dicitur quasi myrrha: quia per lætitiâ mentis superabant afflictionem corporis. Nota: Ad literam in illa ciuitate facta fuit magna strages discipulorum Ioannis. Hoc autem canticum fuit confessio fidei inter tormenta. *Isa. 27*. Vineæ meri cantabit ei ego Dominus qui seruo eam [Hac dicit primus] à quo omnia, & ante quem

Smyrnæ.

quem nullus. *Coloss. 1*. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes. Et per hoc excluditur heresis Arii qui dixit Christum esse puram creaturam [Et nouissimus] id est, post quem nullus, & ad quem omnia sunt ordinata [qui fuit mortuus] vt nos à morte redimeret. *Osea 14*. De morte redimam eos [et viuuit] vt spem resurgendi nobis daret: quia 1. *Corinth. 15*. Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Nota. Per hæc duo excluditur error Manichæi qui dixit Christum nec vere mortuum fuisse, nec vere resurrexisse. Vel sic [Hac dicit primus] à quo omnia [qui fuit mortuus] temporaliter [et viuuit] æternaliter. Primo debetur honor, quia creauit: nouissimo timor, quia iudicabit: mortuo amor, quia viuificauit: viuio spes, quia suscitabit. *Ioan. 14*. Quia ego viuio, & vos viuuetis. Nota: Hic tanguntur tria per ordinem quæ in martyrio requiruntur: causa, pœna, conscientia. Causa ibi [Primus & nouissimus] id est, pro Deo debet sustineri qui est omnium & principum & finis. Pœna ibi [et fuit mortuus] Conscientia ibi, cum dicit [et viuuit] Vnde oportet qui vult martyrium sustinere, pro Christo pati et viuere vita gratiæ, ad hoc quod nobis posiciat passio corporalis.

Admirationem
viam
quiritur
viam.

Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed diues es: & blasphemaris ab his qui se dicunt iudeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ.

Posito exordio, hic ponitur Epistolæ narratio in qua commendatur iste Episcopus: & dicuntur quatuor. Primo ponit commendationem. Secundo prædicat ei futuram persecutionem [Nihil horum] Tertio inuitat ad fidei perseverantiam [Esto fidelis] Quarto promittit retributionem [Dabo tibi coronam] In prima parte commendat Episcopum à tribus. Primo à carnis tribulatione. Secundo à rerum paupertate [et paupertatem] Tertio à vituperio & detractione [et blasphemaris] Primum contra concupiscentiam carnis, secundum contra concupiscentiam oculorum, tertium contra superbiâ vitæ. Dicit ergo.

Scio [id est, approbo] & eligo tribulationem tuam, non vnam, sed multiplicem. *Psalm. 33*. Multæ sunt tribulationes iustorum. Vel [tribulationem tuam] quæ tibi competit ex natura corrupta. *Job 14*. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. *Hieronymus*. Quicquid supplicij patimur, hoc ex peccatis nostris prouenisse credamus. Vel [tribulationem tuam] quæ tibi competit: quia quem diligit Pater filium, corripit *Hebr. 12*. Vel [tribulationem tuam] pro occisione martyrum quæ in Ecclesia tua est. De his *Jerem. 25*. Et erunt interfecti Domini, id est, pro Domino, in die illa in medio terræ: non plangentur, &c.

Et paupertatem [quod in iuriis passionum. *Hebr. 10*. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Vnde subdit [tuam] id est, tibi illatam, & à te voluntarie susceptam. Vel [paupertatem tuam] id est, tua voluntate factam: quia diuitias tuas pauperibus erogasti. Vel [paupertatem tuam] id est, spiritus & voluntatis. *Matth. 5*. Beati pauperes spiritu. Nota, quod dicit [Scio, &c.] in

quo innuit, quod bonum est tali Domino seruire, qui non dat obliuioni seruitia famulorum [sed diues es] bonis spiritualibus, licet pauper in temporalibus [diues] in celo, licet pauper in mundo [diues] in conscientia, licet pauper in pecunia [diues] in fide, pauper in temporalibus. Tales amat Christus & eligit *Ioan. 2*. Nonne pauperes in hoc mundo, diuites autem in fide, &c. *Tob. 4*. Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, &c.

Et [supple, licet sis talis] blasphemaris [id est, vilificaris] & vituperaris [ab his qui se dicunt esse iudeos] id est, filios Abraham ad literam. Nota, quod isti concitabant Gentes ad persecutionem Christianorum. Vnde *Act. 17*. Concitauerunt ciuitatem Thessalonicam contra Paulum, etiam in Berea similiter fecerunt sicut legitur in eodem, item in Epheso *Act. 19*. [et non sunt] scilicet, veri filij Abraham: quia opera eius non faciunt. *Ioan. 8*. Si filij Abraham estis, opera Abraham facite [sed sunt synagoga Satanæ] id est, aduersantes bono. *Ecclesi. Synagoga* 21. Synagoga peccantium, stappa collecta: & ga [satanæ] consummatio illorum, flamma ignis. Vel sic [qui se dicunt iudeos] id est, Christum confitentes [et non sunt] sed potius vituperant, & ideo fortior est tribulatio eorum: quia inferunt à familiaribus. *Glossa* hic. Nulla pœnis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus, vel domesticus hostis [sed sunt synagoga Satanæ] id est, diaboli qui contrariatur Deo: & ideo difficilius sunt ad vincendum quanto plures.

Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem.

Supra posuit Episcopi commendationem, hic prædicat ei futuram tribulationem. Et primo hortatur eam vt non habeat timorem. Secundo ostendit diabolus esse illius tribulationis auctorem [Ecce missurus est diabolus] Tertio ostendit tribulationis acerbissimam [in carcerem] Quarto finem [vt tentemini] Quinto illius diurnitatem [diebus decem] Dicit ergo.

Nihil horum [quæ diceret: Si blasphemaris licet sis bonus: sed tamen tu] [nihil horum] timeas quæ passurus es] vel [nihil horum] scilicet, paupertatem rerum, tribulationem corporis, blasphemiam nominis vel famæ, tentationem cordis [timeas] *Matth. 10*. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. *Act. 20*. Nihil timeo, nec facio animam meam pretiosorem me.

Ecce missurus [quasi quererent] Vnde habebimus tribulationem: & Deus responder [Ecce] id est, in breui, vel quasi in promptu, vel in presenti tempore [missurus est diabolus] scilicet, per se, & sua membra: per se, suggerendo: & per sua membra, exequendo [ex vobis in carcerem] id est, in diuersas tribulationes. *Haymon*. Carceris nomine omnis tribulatio passionum intelligitur, quas Sancti perpessi sunt à diabolo.

Vt tentemini [id est, vt per tentationem probe- mini, sicut aurum igne probatur. *Ecclesi. 27*. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Vel [vt tentemini] id est, purgemini à rubigine peccatorum. *Præverb. 25*. Aufer rubiginem

biginem de argento, &c. [& habebitis tribulationem] scilicet tentationem & persecutionem.

Decem die.

Diebus decem] id est, toto tempore presentis vite, quo vita hominis debet exerceri in decem mandatis. Vel [decem diebus] id est, tempore quod fluxit sub decem principibus Romanis, qui significantur per bestiam quæ habebat cornua decem *Daniel. 7. August. 18. de ciuitate Dei.* Prima à Nerone, secunda à Domitiano, tertia à Traiano, quarta ab Antonio, quinta à Seuerio, sexta à Maximiano, septima à Decio, octaua à Valeriano, nona ab Aureliano, decima à Diocletiano. Item tempore decem Papatum qui fuerunt post Clementem. Vel [diebus decem] id est, multis, finitum pro infinito. *Iob 19. En decies confunditis me.* Vel [decem diebus] dicit, propter decem tribulationes Ecclesie: quarum vna fuit sub Iudæis: secunda sub Gentibus: tertia sub apertis hæreticis: quarta sub latentibus & occultis: quinta sub falsis Christianis, apparentibus tamen bonis: sexta sub aperte malis Christianis: septima sub Antichristo: tres alie sub mundo, carne, & diabolo. Vel [diebus decem] id est, toto tempore huius vite quo per septem dies pugnat Ecclesia contra tria vitia, scilicet, auaritiam diuitiarum, vanam gloriam dignitatum, cupiditatem voluptatum, & sic exponit *Haymo.* Et nota, quod dicit [habebitis] non habebis licet vni loquatur, in quo innuit quod omnibus tribulatis loquitur generaliter.

Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vite.

Supra prædixit persecutionem futuram, hic hortatur ad perseuerantiam in bono, ponendo cum hoc consolationem. Quasi diceret: Ita habebitis persecutionem: sed tamen quicquid contingat, serua perseuerantiam in fine. Vnde dicit [Esto fidelis] id est, perseuera in fide, vel in fidelitate quam Deo promisisti in baptismo. *1. Corinth. 16. Vigilate, state in fide, viriliter agite, &c. [vsque ad mortem]* inclusiue. Quasi diceret: Et vsque ad mortem non deseras fidem. *Ecclesi. 3. Vsque ad mortem certa pro iustitia [esto fidelis]* sicut vxor vite, vt nulli alij quam Deo adhaereas: sicut seruus Domino, vt bona eius bene custodias. *Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus: sicut amicus amico, vt omni tempore diligas. Ecclesi. 6. Amico fideli nulla est comparatio [& dabo tibi coronam vite]* id est, vitam interminabilem, quæ signatur in corona quæ est circularis, & circulus non habet principium neque finem. Vel [coronam vite] scilicet, regalem: reges enim solent coronari. Hæc corona erit ipse Deus, vel ipsius visio. *Isa. 28. In die illa erit Dominus corona gloriæ, & sertum exultationis, &c.*

Corona vite.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesie: Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.

Ecclesia triplex.

Posito exordio Epistolæ & narratione, hic ponitur conclusio, in qua omnes generaliter ad præmium inuitat. Vnde dicit [Qui habet aurem] cordis, id est, intelligentiam [audiat] id est, intelligat [quid Spiritus dicat Ecclesie] vt prius. Nota: Triplex est Ecclesia: malorum. *Psal. 25. Odiui Ec-*

clesiam malignantium. Item iustorum, de qua *Matth. 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Item honorum. Psalm. 149. Laus eius in Ecclesia Sanctorum.* Primæ loquitur, arguendo & comminando. *Iob 16. Arguet mundum de peccato, &c.* Secundæ loquitur, consolando & erudiendo. *Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Deus, &c.* Tertiæ loquitur, sicut solet homo loqui ad amicum suum, omnia sua secreta ei reuelando. *Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, &c.* Et dicit [audiat quid Spiritus dicat] non quid dicat diabolus. *Genes. 3. Nequaquam morieris. Non quid dicat mundus Sapiens. 3. Coronemus nos ro- tis antequam marcescant. Non quid dicat caro. Isa. 39. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.*

Qui vicerit] scilicet, mundum, pressuram tribulationum, impetum persecutorum, vel carnem, mundum, & diabolum [non lædetur à morte secunda] Prima mors animæ est in peccatis: secunda est in penis. Prima est in separatione animæ, & corporis: secunda in æterna damnatione. Nota quod peccatum dicitur mors. *Sapiens. 2. Nolite zelare mortem in errore vite vestre. Et bene: quia sicut mors corporalis lædit in quatuor, sic peccatum. Mors corporis separat animam ab ipso corpore, sic peccatum à Deo. Item illa ab amicis & parentibus, sic peccatum ab Angelis & Sanctis omnibus. Item illa facit dimittere diuitias mundi, sic peccatum diuitias spirituales. Item ista priuat visu corporali, sic peccatum spirituali. Item mors animæ, id est, peccatum assimilatur morti corporis in multis: quia primo corpus distemperatur, deinde infirmatur, postea moritur, postea effertur, postea sepelitur, deinde lapide operitur. Sic anima primo distemperatur per malam affectionem, infirmatur per noxiam delectationem, moritur per consensum, effertur per opus, sepelitur per consuetudinem, operitur lapide per obdurationem.*

Mors prima & secunda.

Et Angelo Pergami Ecclesie scribe: Hæc dicit qui habet romphæam ex vtraque parte acutam.

Hæc est tertia Epistola, & tertia pars principalis huius capituli. Et diuiditur sicut alie in tres partes, scilicet, exordium & narrationem [Scio vbi habitas] & conclusionem [Qui habet aures] In exordio duo facit. Primo tangit cui scribit. Secundo cuius auctoritate hoc facit [Qui habet romphæam] Dicit ergo.

Et Angelo] Continua. Ita scripsisti Ecclesie supra dictis [Et Angelo] id est, Episcopo [Pergami Ecclesie scribe] scilicet sicut aliis. Nota: Per hanc Ecclesiam significatur status Ecclesie in tempore hæreticorum. Pergamus enim interpretatur diuisio cornuum, & ipsa Ecclesia distinxit iudicando inter virtutem fidelium, & perfidiam hæreticorum: vt cornua peccatorum confringerentur, & exaltarentur cornua iusti *Psal. 74. Huic etiam competit quod dicit [romphæam]* quia locuturus de diuisione ponit instrumentum diuidendi.

Perga- muni.

Hæc dicit qui habet romphæam] id est, iudicariam potestatem, vel iudicij sententiam [ex vtraque parte acutam] id est, scindentem in anima & corpore. Vel quia scindit nobiles & ignobiles, Prælatos & subditos, laicos & clericos, & sic de

de

de aliis. Vel [ex vtraque parte] quia reddet poenam malis, & gloriam bonis. *Matth. 15.* Ite maledicti, venite benedicti. *Supra 1.* De ore eius proccedit gladius, ex vtraque parte acutus. Vel [ex vtraque parte acutam] propter peccatum omissionis, & commissionis. *Ierem. 2.* Dereliquerunt me fontem aquae viuae: ecce commissio. Et foderunt sibi cisternas dissipatas: ecce commissio. Vel [ex vtraque parte acutam] id est, punientem peccatores vtriusque temporis, scilicet, ante gratiam, & sub gratia. Vel [qui habet romphaeam ex vtraque parte acutam] id est, verbum Dei, vel sermonem diuinum, de quo *Hebr. 4.* Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et dicitur romphaea ex vtraque parte acuta. Vtraque: propter Verus, & Nouum Testamentum: quia sicut dicit *Haymo*, huic resecat peccata operis, huic resecat peccata operis, huic resecat peccata cogitationis. De primo *Exod. 2.* Non occides, non mactaberis. In Nouo Testamento dicitur: Omnis qui irascitur fratri suo, &c. *Matth. 5.* Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. Nota: *Isidorus Etym. 18.* Romphaea idem est quod framea quae est gladius ferreus. Framea autem dicitur: quia ferrea est, ac proinde omnis gladius framea est.

Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi Satanæ habitat.

Hic incipit narratio, & dicuntur ibi quatuor. Primo præmittit consolationem laudis. Secundo ostendit rigorem increpationis [sed habeo aduersus te] Tertio admonitionem emendationis [poenitentiam age] Quarto timorem comminationis [si quo minus] In primo commendat eum à tribus. Primo à perseverantia fidei inter infideles. Secundo: quia Christi nomen tenuit contra disputantes [& tenes nomen meum] Tertio quia non negavit fidem propter persecutiones [& non negasti] Dicit ergo commendans eum à perseverantia fidei.

Scio id est, approbo [vbi habitas] scilicet manens sicut luminare in medio prauæ & peruersæ nationis *Philip. 2.* [vbi sedes est Satanæ] id est, malorum congregatio, qui tibi & omni bono aduersantur. In his sedes diabolus. *Iob 40.* Sub umbra dormit, id est, in auaræ vmbra temporalium querentibus: in secreto calami, id est, in superbia vacuitatem vanæ gloriæ querentibus: in locis humentibus, id est, luxuriosis delectationem carnis amantibus, qui sunt sicut sus lota in volutabro luti *2. Petr. 2.* [& tenes nomen meum] resistendo hæreticis disputantibus, & nomen meum blasphemantibus. Vel [tenes nomen meum] à quo diceris Christianus, defendis. *Act. 4.* Non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc nomen tenendum est corde credendo, ore confitendo, opere bene viuendo & conuersando [& non negasti fidem meam] scilicet pro quacunque tribulatione non negasti ore fidem meam quam tenebas in corde: quia *Rom. 12.* Corde creditur ad iustitiam, &c. [& in diebus illis] Quasi

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

dicat, etiam in diebus illis in quibus Antipas fuit occisus pro fide, non negasti fidem: & in hoc commendatur iste: quia cum videret alios occidi, fidem non negavit. Vnde dicitur in diebus illis [supple, fuit Antipas testis meus fidelis, id est, martyre effectus pro mea fide. Martyr enim græce, testis latine [qui occisus est apud vos] eius exemplo debetis animari ad moriendum pro fide. Nec est mirum si apud vos occisus est [vbi Satanæ habitat] scilicet sicut in suis membris. Et dicit [qui occisus est apud vos] licet non à vobis, sed ab illis in quibus Satanæ habitat, id est, à talibus in quibus quiescit sicut in domo propria. *Luc. 18.* Reuertar in domum meam. Nota: *Bernard.* dicit: Quidam dicunt hunc martyrem Pergamo passum. Alij Dominum Iesum intelligunt, qui ab incredulis etiam nunc quantum in ipsis est, occiditur. *Haym.* dicit, quod fuit quidam martyr in Ecclesia Pergami. Nota: Antipas interpretatur donans transitum, & signat martyrium per quod fit transitus ad regnum celorum. Vel signat martyres qui occisoribus suis mortem suam donabant, per quam transibant de mundo ad celum, &c.

Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter poenitentiam age.

Supra posuit commendationem, hic ponit increpationem, & arguit eum: quia & carnales non corrigebat. Continua ita: Multum commendabilis es in prædictis, sed tamen reprehensibilis in aliis. Vnde dicit [sed habeo aduersus te pauca] *Glos.* si corrigaris: alias multa sunt: & determinat quæ sunt illa [quia habes illic] id est, in tuo Episcopatu [tenentes doctrinam Balaam] quibus parcis, & non expellis [qui] scilicet Balaam [docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israël] *Num. 24.* Et subdit quod scandalum [edere] de sacrificiis idolorum, id est, *Idolothytis*: in quo arguitur peccatum gulae [& fornicari] scilicet in venerationem idoli: in quo arguitur peccatum luxurie. Et bene contingunt ista duo: quia dicit *Hieronym.* Venter mero æstuans, cito despumat in luxuriam. Et nota, quod *Num. 24.* non legitur expresse de consilio Balaam: sed potuit per effectum consequentem. Videns enim Iudeos promptos ad luxuriam, consuluit Balac ut pulchras mulieres adduceret, & poneret coram filiis Israël: quarum pulchritudine capti, suerent in amplexus earum, & blanditiis seducti comederent de sacrificiis Beelphegor. Sic erant quidam in Ecclesia Pergami, qui docebant fornicari, & edere de sacrificiis idolorum. Nicolaus etiam hoc prædicabat [ita habes] id est, similiter [& tu tenentes doctrinam Nicolaitarum] qui docebant, quod licitum esset omnes mulieres communes esse. Et in hoc quod dicit [tenentes] notatur pertinacia in peccato suo.

Hic queritur, Quare peccatum gulae & luxurie magis dicitur scandalum quam alia peccata? Responso. Quia ista peccata maxime sunt nota, &

Peccati luxuria & peccatum gulae sunt maioris infamiae.

ta, & ideo ad malum exemplum maxime effi-
cacia.

Similiter id est, Sicut dixi Episcopo Ephesi-
fice dico tibi. Vel [similiter] id est, à simili per con-
trarium. Quasi diceret. Sicut peccasti edendo &
fornicando: ita per contrarium [penitentiam
age] id est, sicut de factis doctrinæ Balaam: ita de
factis doctrinæ Nicolaitarum. Vel [similiter] id
est, similiter cum illis. Vel [similiter] id est, vt
pena sit similis culpæ. Vel [similiter] vt tu de
negligentiâ correctionis, & illi de culpa. *Haym.*
Pari enim reatu astringitur & ille qui præva do-
cet, & qui tacens permittit.

Si quo minus veniam tibi cito, &
pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Hic ponitur terror comminationis, & est sen-
sus [Si quo minus feceris: veniam tibi cito] id est,
aduentum iræ meæ te cito sentire faciam. *Isa. 16.*
Velociter reddens quod iustum est. Vel sic [ve-
niam tibi] id est, contra te [cito] id est, in morte,
vel improvisè. Sed contra *Ezech. 5.* Altissimus pa-
tiens est redditor. Responso. Cito dicitur ratio-
ne breuitatis præsentis vitæ. Vel [cito] id est, sub-
ito. Vnde cito dicitur fieri quod non præuidetur.
Luc. 12. Veniet Dominus serui illius in die quo
non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet illum,
& partem suam ponet cum infidelibus [& pugna-
bo cum illis] id est, contra illos [in gladio oris mei]
id est, sententia iudiciali: & conuincam illos for-
nicarios peccasse.

Et nota, quod dicit [venio tibi] acquisitiue [&
pugnabo cum illis] associatiue: ad signandum,
quod maior est culpa Prælati quam subditorum,
& maior pena similiter debet infligi: sicut è
conuerso bonorum Prælatorum maior est gloria.
Item [veniam tibi] dicit [& pugnabo tecum] ad
designandum quod erant culpabiles tam subditi
quam Prælati: nam per suam negligentiam cor-
ruerant in peccata. Vnde sensus est, ac si diceretur:
Veniam tibi, & pugnabo tecum. Vel [veniam vo-
bis, & pugnabo vobiscum] Sic dicit alia translatio.
Et dicit [in gladio oris mei] id est, sententia quæ
nunc est in ore ad comminandum, sed in die iu-
dicii erit in manu ad interficiendam: & ideo
modo possumus euadere, tunc non: propter quod
dicitur *Iob 19.* Fugite à facie gladij: quoniam
vltor iniquitatum est gladius.

Qui habet aurem, audiat quid Spi-
ritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo
manna absconditum, & dabo illi cal-
culum candidum: & in calculo, no-
men nouum scriptum, quod nemo scit,
nisi qui accipit.

Qui habet aurem] Hæc est tertia pars principa-
lis in qua ponit Epistolæ conclusionem: & ex-
ponitur sicut prius. Frequenter autem ponitur
ista particula siue clausula, vt excitetur intentio
auditorum [Vincenti] scilicet has tribulationes,
vel desideria carnis, & demonum tentamenta,
supple, non tantum pugnanti: quia *2. Timoth. 2.*
Non coronabitur nisi qui legitime certauerit
[dabo] scilicet gratis [manna absconditum] id est,
Christum qui est panis Angelorum: & ideo fa-

Tacens
confenti-
re vide-
tur.

Cito fieri.

Manna
abscon-
ditum.

ctus est homo, vt panem Angelorum manducaret
homo. Hoc manna modo absconditum est am-
bulantibus per fidem: sed tunc erit manifestum
ambulantibus per speciem, *Isa. 45.* Vere tu es
Deus absconditus, Deus Israël Saluator. Vel
[manna] id est, dulcedinem æternam. *Psal. 30.*
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, &c. Vel
[manna absconditum] dicitur Spiritus sanctus, de
cuius dulcedine. *Psal. 67.* Parasiti in dulcedine
tua pauperi Deus. Nota: Christus dicitur [man-
na] propter dulcem refectionem, & hoc secundum
vtramque naturam. De quo dicit *August.* quod
oculus corporalis reficietur in humanitate Chri-
sti: sed oculus spiritualis in deitate: & sic in-
greditur, & pascha inuenit *Iuan. 10.* [abscondi-
tum] quia Christus fuit absconditus in figuris
legis per significationem, in carne humana propter
nostram redemptionem, in Sacramento altaris ad
nostram consolationem [& dabo illi calculum
candidum] id est, æternam contemplationem. Vel
sic [Vincenti dabo manna absconditum] id est,
gloriam animæ, quæ dicitur manna: quia sicut
manna vnicuique sapiebat prout volebat, sic glo-
ria æterna omnia oblectamenta offert vnicuique
[& dabo illi calculum candidum] id est, gloriam
corporis, quæ diminuitur dicitur calculus respec-
tu gloriæ animæ. Vel quia gloria illa modo à
mundanis modica reputatur. Per calculum candi-
dum signatur testis gloriæ corporis: ratione can-
doris signatur claritas, ratione soliditatis impas-
sibilitas, ratione modicitatis subtilitas, ratione
rotunditatis agilitas: & in calculo, nomen nouum
scriptum id est, in corpore noua obedientis carnis
ad spiritum, quæ modo non est: quia caro conce-
piscit aduersus spiritum *Gal. 1.* Vel [in calculo]
id est, in corpore [nomen nouum scriptum] id est,
nomen filij non serui, quod est nomen verum
Iuan. 15. iam non dicam vos seruos, sed amicos.
Vel sic [dabo illi calculum] id est, Christum, qui
per calculum signatur: quia calculus lapis pre-
tiosus qui & carbunculus dicitur, & dicitur sic à
carbone: quia ab eo similitudinem ducit. Lucet
enim positus in tenebris. Sic Christus in mundi
tenebris resulsit: quando Verbum caro factum
est, & habitauit nobis *Iuan. 1.* Qui candidus
bene dicitur: quia sicut dicit *Haym.* sine peccati
offuscatione mundus inter homines apparuit, &
diuinitatis suæ luce tenebras nostræ mortalitatis
illustrauit. Vnde sponsa *Cantic. 5.* Dilectus meus
candidus, & rubicundus: candidus propter inno-
centiam, rubicundus propter Passionem [& in
calculo] id est, in Christo [nomen nouum scri-
ptum] id est, nomen Christianum [quod nemo
scit, nisi qui accipit] Contra, Multi nouerunt hoc
nomen qui non sunt Christiani. Responso. Du-
plex est scientia: speculatiua, & experimentalis.
De prima obicitur, de secunda loquitur hic. Vel
sic [quod nemo scit] scilicet perfecte in hac vita
[nisi qui accipit] scilicet in patria.

Vel aliter per manna & per calculum signatur
verbum Dei, quod dicitur manna propter refe-
ctionis utilitatem, & calculus propter veritatis
soliditatem, candidus propter eruditionis lumen
signatorem. Vel per manna absconditum signatur
vita æterna, per calculum vero charitas quæ est
sicut calculus ignitus, quo diligitur Deus & pro-
ximus: sed candidus quia ipsa nigredo peccato-
rum operitur [& in calculo] id est, tali charitate
[nomen

[nomen nouum scriptum] id est, nomen filij, &
amici, vel discipuli. *Iuan. 5.* In hoc cognoscent
omnes quod discipuli mei estis si dilectionem ha-
bueritis adiuicem [quod nemo scit] id est, ha-
uius nominis virtutem [nisi qui accipit] id est, do-
nec acciperit.

Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ Scribe.

Hæc est quarta pars capituli, & quarta Episto-
la Ioannis, & continet tria sicut & præcedens:
exordium quod ibi [Et Angelo] Narrationem
quæ ibi [Noui opera tua] Et conclusionem quæ
ibi [Et qui vicerit] In exordio tanguntur duo. Pri-
mo cui scribit. Secundo cuius auctoritate [Hæc
dicit Filius Dei] Dicit ergo [Et Angelo] id est,
Episcopo.

Thyatiræ

Thyatiræ Ecclesiæ scribe] Nota: Per hanc
Ecclesiam signatur status Ecclesiæ vniuersalis
tempore Confessorum & Doctorum: qui illumi-
nauerunt Ecclesiam metitis, doctrinis, & exem-
plis. Thyatiræ enim interpretatur illuminata. Item
secundum *Bernard.* interpretatur viuens hostia:
quia qui illuminati sunt & alios illuminant, de-
bent esse viuens hostia per carnis mortificatio-
nem. *Rom. 12.* Obsecro vos per misericordiam
Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viu-
entem &c.

Hæc dicit Filius Dei, qui habet ocu-
los tanquam flammam ignis, & pedes
eius similes aurichalco.

Hic describit eum cuius auctoritate scribit, &
hoc à duobus. Primo ab excellenti cognitione.
Secundo ab æterna felicitate [& pedes, &c.] Vnde
dicit [Hæc dicit Filius Dei] Nota: Qui superius
dictus est similis Filio hominis, hic dicitur Filius
Dei: vt sic ostendatur, quod vnus & idem est Fi-
lius Dei, & Filius hominis [qui habet oculos] id
est, dona Spiritus sancti [tanquam flammam ignis]
scilicet ad illuminandum intellectum, & ac-
cendendum affectum. Quædam enim dona sunt
ad illuminandum, quædam ad inflammandum:
propter quod dicitur *Dan. 10.* Et oculi eius vt læ-
pas ardens. Vel sic [qui habet oculos, &c.] id est,
claros & penetratios, ita vt omnia videat. *Hebr.*
4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Hoc
autem dicit Ioannes vt terret eos qui erant Thya-
tiræ: quia peccata eorum Deus videt, qui eos iu-
dicabit. Vel sic [qui habet oculos, &c.] id est, qui
illuminat intellectum, accendit affectum, & con-
sumit omne malum. Vel sic [qui habet oculos,
&c.] id est, Prælatos & Doctores, sicut *August.* &
Hier. &c. [tanquam flammam ignis] id est, luce-
tes scientia, petentes superna, vastantes terrena
corda. *Abdia vltim.* Erat domus Iacob flamma, id
est, peccatores, & hæreticos [& pedes eius] id est,
Prædicatores Christi ipsum portant per mun-
dum prædicando. *Isa. 52.* Quam pulchri pedes an-
nuntiantis, & prædicantis pacem [similes auri-
chalco. Nota: Vt dicit *Gilbertus* aurichalcoum fit,
quando es in igne ponitur, & cum quibusdam
D. Alber. Mag. in Apocalypsim.

Auri-
chalcoum

medicaminibus appositis color auri inducitur, &
signat Prædicatores qui sanctes per sonoram præ-
dicationem: in igne ponuntur per tribulationem,
id est, medicamine patientiæ conuertuntur in au-
rum purissimum probatæ vitæ. Vel [pedes eius]
dicuntur fideles qui erunt in fine mundi, qui pur-
gantur igne persecutionis. Et nota, quod Thya-
tira interpretatur illuminata, & quantum ad hoc
scribit ei ex parte illius qui habet oculos tanquam
flammam ignis. Item interpretatur hostia viuens,
& quantum ad hoc scribit ei ex parte illius qui
habet pedes similes aurichalco. Hostia enim vinetis
Deo offert mortificationem carnis per ignem præ-
sentis: portans Christum in corde per fidem,
in corpore per imitationem. Nota, quod prius
dixerat, quod pedes erant in camino ardenti, quod
hic non dicit, sed tantum quod sunt similes auri-
chalco: ad signandum quod Sancti primi tempo-
ris, vel Prædicatores habuerunt feruorem charita-
tis: modo eorum charitas refringit. *Matth. 24.*
Refrigeſcet charitas multorum.

Noui opera tua, & fidem, & charita-
tem tuam, & ministerium & patientiam
tuam, & opera tua nouissima plura prio-
ribus.

Posito exordio ponitur narratio in qua tan-
guntur quatuor. Primo enim Episcopum com-
mendat. Secundo eum increpat [Sed habeo ad-
uersus] Tertio malis comminatur [Ecce ego mit-
to] Quarto bonos consolatur [vobis autem dico]
In prima parte primo commendat in operibus, se-
cundo in virtutibus [& fidem, & charitatem] Di-
cit ergo.

Noui id est, approbati, & elegi [opera tua]
bona: nec tantum opera, sed [& fidem] in intel-
lectu qua credis in Deum, sine qua nullus potest
Deo placere *Hebr. 11.* [& charitatem] in affectu
[& ministerium] in effectu. Vel sic [Noui opera
tua] scilicet quæ bene facis [& fidem] qua diri-
gis in agendis [& charitatem] quæ est forma fidei [&
ministeriū] in elemosynis: sic enim dabat elemo-
synas largas, quod est officium Prælatorum. Quo-
quid enim in superfluitatibus expendunt, furantur
pauperibus & rapiunt. *Isa. 3.* Rapina pauperum in
domo vestra est. Vel [ministerium] prædicationis,
vel doctrinæ in libris faciendis in quibus posteri
docentur vt *Hieron. & Aug. &* huiusmodi. *2.*
Tim. 4. Ministerium tuum imple [& patientiam
tuam] Hic commendat eum à spe, secundum quod
habet patientiam in tribulatione, & perseveran-
tiam in opere [& opera tua] Vnde dicit [& pa-
tientiam tuam] quam habes in aduersitatibus to-
lerandis: de qua *Luc 21.* In patientia vestra pos-
sidentis animas vestras [& opera tua nouissima]
supple, noui [plura prioribus] Non dicit melio-
ra: quia permittebat Iezabel docere.

Aliter legitur sic, vt loquatur vniuersali Eccle-
siæ, & commendat eam ab operibus, dicens [Noui
opera tua] in quo damnatur otiositas. *Ecdi. 33.*
Multam enim malitiam docuit otiositas [& fidem]
in qua peccatorum remissio impetratur: in quo
damnatur hæreticorum secta. *Act. 15.* Fide purifi-
cans corda coss. Vel [fidem] id est, fidelitatem contra
proditores [& charitatem] contra auaros. *Iuan. 3.*
Qui habuerit substantiâ huius mundi, &c. [& mi-
niste

Charitas
vera.

listerium] contra dominantes. *Matth.* 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare [& patientiam] contra iracundos *Proverb.* 24. Qui impatiens est, operatur stultitiam [& opera tua plura prioribus] contra pigros. *Proverb.* 19. Pigredo immitrit soporem, & anima dissoluta esuriet. Aliter [noui opera tua] scilicet quæ facis ad bene operandum prouocando [& fidem] id est, fidelitatem tuam, talentum tibi commissum fideliter dispensando [& charitatem] pro subditis animam propriam exponendo [& patientiam] aduersa sustinendo [& opera nouissima tua plura prioribus] in virtutibus proficiendo. *Proverb.* 4. Iustorum femita quasi lux splendens procedit & crescit, &c.

Sed habeo aduersus te pauca : quia permittis mulierem Iezabel quæ se dicit prophetin, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

Hic eum arguit, & primo, quia permittit mulierem in Ecclesia docere. Secundo, quia permittit eam seruos Dei seducere [& seruos meos seducere] Tertio seductionem illam exprimit [fornicari & manducare] Quarto illam à communionem Ecclesie separandam exprimit [& dedi illi tempus] Dicit ergo : Ita commendabilis es propter prædicta [Sed] tamen [habeo aduersus te pauca]

Quæritur, Si charitatem habebat, quomodo peccata proximorum incorrecta dimittebat ? Responso. *Haymo.* Nulla ratio permittit ut ille hoc vitio notetur, quem Dominus tanta laude profectur, sed à corpore electorum conuertit sermonem ad partem reprobatorum, quæ in Doctoribus intelligitur qui sua negligentia fornicationem, & idololatriam in Ecclesia Dei esse sinunt sub nomine Christiano.

Quia permittis] *Gloss.* non excommunicans mulierem [Iezabel quæ se dicit prophetin, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis] Nota : Iezabel fuit vxor regis Achab, sicut dicitur *4. Reg.* 9. quæ fuit idololatra simul & fornicaria. Item persecutrix seruorum Dei, & constat quod non vivebat tunc, quando fuit facta ista reuelatio : quare ergo dicit, Iezabel ? Responso. *Haymo.* Quia erant in Ecclesia illa, qui opera illius mala imitabantur : ideo in eis ipsa mater fornicationum vocabatur. Sensus ergo est. Quia permittis simul Iezabel, id est, idololatræ & fornicariæ docere & fornicari, &c. Alij dicunt, quod ad literam in illa Ecclesia fuit quedam mulier sic vocata, quæ fuit vxor Episcopi : & hoc inuit alia translatio, quæ dicit sic. Habeo aduersus te multa : quod finis vxorem tuam Iezabel, quæ se dicit prophetin, quia erat vxor Episcopi vel prophetin, id est, occulta & secreta videntem, ut sibi melius erederetur. Per hanc introducta est hæresis Mahometi : sicut illa Iezabel introduxit Baal inter filios : Israël & sicut illa præcepit interficere Prophetas Domini, sic lex illa præcipit quod interficiatur, qui prædicat contra illam [docere] quod est contra illud quod dicitur *1. Cor.* 14. Mulieres in Ecclesia taceant. *1. Tim.* 2. Docere mulieri non permitto [& seducere] id est, seorsum à via veritatis ducere, vel à via fidei & morum [seruos meos]

Haymo de abominati.

supple, in hoc quod docet [fornicari] ad literam cum mulieribus carnaliter, vel cum demonibus spiritualiter per idololatriam, & cætera peccata. Est autem quadruplex fornicatio. Prima in anima. *Matth.* 5. Qui videt mulierem ad concupiscendum. Secunda in actu ipso. *1. Corinth.* 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Tertia in cultu idolorum, quæ adorantur pro Deo. *Ierem.* 3. Abiit, & fornicata etiam ipsa, & mæchata est cum lapide & ligno. Quarta est in amore terreno. *Ephes.* 5. Auaritia quæ est idolorum seruitus. Tria generamodo regnant in Ecclesia, licet non sit quartum : quia non adorant idola [& manducare de idolothytis] id est, de immolatis & oblatis idolis in veneratione eorum, & cum scandalo fratris infirmaliter non prohibetur petitis qui sciunt quod idolum nihil est. *1. Corinth.* 8.

Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret : & non vult pœnitere à fornicatione sua.

Hic ostendit eam ab Ecclesia esse separandam, cum diu expectata noluerit agere pœnitentiam. Continua : Talis est illa quam permittis docere in Ecclesia : & licet sit talis [dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret] scilicet de peccatis suis : in quo ostendit excellentiam misericordie Dei qui nullum vult perire. *Ezech.* 24. Nolo mortem peccatoris, sed, &c. Et est argumentum, quod tempus nobis datum est ad pœnitendum. Si enim tempus est mora motus, nos semper debemus esse in motu pœnitentiæ. *Ecclesi.* 4. Fili, conserva tempus, & deuota à malo. In futuro autem erit tempus Domini. *Psal.* 74. Cum accipero tempus, &c. [& non vult pœnitere à fornicatione sua] ad literam, vel quadruplici prædicta in quo notatur aggravatio culpe. *Iob.* 24. Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipse aburitur eo in superbiam. Et dicit [non vult] non dicit, non potest : quia non impotentia, sed voluntas culpabilis est.

Ecce ego mitto eam in lectum : & qui mæchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint : & filios eius interficiam in mortem.

Hæc est tertia pars in qua malis comminatur, & dicuntur duo. Primo ponuntur pœnæ quæ Dominus inflaturus est malis. Secundo commendatur fides Ecclesie quæ Deum puniorem omnium malorum tendit [& scient omnes Ecclesie] In prima parte dicuntur tria. Primo comminatur eis audaciam peccandi, & securitatem. Secundo comminatur eis tribulationem temporalem. [& qui mæchantur cum ea] Tertio mortem æternam [& filios eius interficiam] Dicit ergo.

Ecce ego mitto eam] permissiue [in lectum] id est, peccandi securitatem. De quo *1. Reg.* 19. Adducite eum ad me in lecto ut occidatur. Vel [in lectum] scilicet infirmitatis, & afflictionis. *Iob.* 24. In trepat quoque per dolorem in lectulo. Vel [in lectum] impudicitie, scilicet permissiue. *Rom.* 13. Non in cubilibus, & impudicitis. *Amos.* 6. Qui dormitis in lectis ebumeis, & lasciuitis in stratis

Quid fornicari. Quadruplex fornicatio.

Tempus pœnitentiæ.

Lectus spirituum.

stratis vestris [& qui mæchantur cum ea] qui ei sunt conformes per opera [in tribulatione maxima erunt] scilicet pœnæ temporalis, vel in tribulatione maxima post mortem. Magna est pœna in separatione animæ à corpore, maior in anima posita in inferno, maxima quando punietur homo in vitroque. *Rom.* 2. Tribulatio & angustia in omnem animam operantem malum. Item magna est pœna in hoc mundo, maior in purgatorio, maxima in inferno. Item illa pœna infernalis magna est propter pœnarum diuersitatem, maior propter acerbitatem, maxima propter æternitatem. *Ierem.* 30. Pessima est plaga tua, & insanabilis fractura tua [nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis] id est, de peccatis præteritis. *Ecclesi.* 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non hominum [& filios eius] id est, imitatores eius [interficiam in mortem] scilicet, æternam. Vel [in mortem] id est, quando morientur. *Gloss.* Quia mors morti continuatur [filios eius, &c.] Contra *Ezech.* 4. Filius non portabit iniquitatem patris. Responso. Non loquitur hic de filiis naturalibus, sed imitatoribus : unde [& filios eius] *Gloss.* omnes sequaces.

Pœna infernalis magna est.

Et scient omnes Ecclesie quia ego sum scrutans renes & corda : & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua.

Hic commendat fidem Ecclesie : quia etiam iam non visa credit. Q. d. [interficiam filios eius in mortem] & tunc [scient] pœnam inflaturam malis. Vel [scient] scilicet, re quod modo credunt fide [omnes Ecclesie] id est, Sancti qui sunt de congregatione Ecclesie [quia ego sum scrutans corda & renes] id est, cogitationes & desideria, scilicet ad puniendum, vel remunerandum. *Psal.* 7. Scrutans corda & renes Deus. Et dicit [scrutans] id est, subtiliter examinans & aspiciens, & subtiliter remunerans [& dabo vnicuique secundum opera sua] scilicet, iustis premium laboris sui, iniustis supplicium æternæ damnationis. *Ierem.* 17. Do vnicuique iuxta viam suam [scrutans corda] Contra *Iob.* 10. Nonne sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam & peccata mea scrutaris. Responso. In scrutatione duo sunt : inquisitio de re incognita ut sciatur, vel de minus scita ut melius sciatur, & sic Deus non scrutatur, item subtiliter cognitio qua res certissime videtur : sic Deus scrutatur.

Vobis autem dico, & cæteris qui Thyatiræ estis. Quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudinem Satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus : tamen id quod habetis, tenete donec veniam.

Hæc est quarta pars in qua bonos consolatur. Et primo reddit eos commendabiles, quia doctrinam huius mulieris non habebant. Secundo, quia altitudinem Satanæ non approbant [qui non cognouerunt] propter hoc. Tertio dicit quod tan-

D. Alberti Magni, in Apocalypsim.

tummodo Euangelium teneant quemadmodum illi dicunt. Continua. Ita faciam malis [Autem] pro sed [vobis cæteris] scilicet à malis, id est, qui estis dissimiles illis. Vel sic : Sic faciam malis [vobis autem dico] singulariter [cæteris] id est, qui estis à cæteris dissimiles [qui Thyatiræ estis] in fide perseverantes. Deinde mutat personam [Quicumque non habent doctrinam hanc] scilicet quod sine lege non est salus, & quod licitum est comedere de idolothytis, & fornicari [qui cognouerunt] id est, approbauerunt [altitudinem Satanæ] id est, superbiam quam suggerit, vel profundam eius astutiam [quemadmodum dicunt] scilicet quidam Iudei me misurunt [non mittam super vos aliud pondus] *Gloss.* veteris legis. Et quamvis hoc dicant [tamen id quod habetis, tenete] *Gloss.* retribuere. Vobis, dico, qui estis Thyatiræ. Et quid dico hoc scilicet [non mittam super vos aliud pondus] scilicet veteris legis, vel obseruantie legalis [quemadmodum dicunt] scilicet falsi Apostoli me misurunt super Euangelium [tamen id quod habetis] scilicet Euangelium [tenete] quamvis ipsi dicunt me onus legale impositurum, & hoc tenete [donec veniam] scilicet retribuere vnicuique secundum merita. Nec dico omnibus, sed illis tantum [quicumque non habent doctrinam hanc] scilicet quod sine lege non sit salus, & quod sit licitum comedere idolothytum, & fornicari. Vel sic [Quicumque non habent doctrinam hanc] id est, quos prauorum persuasio ad opus peruersum non inclinat : & tunc est expositio eius quod dixit [cæteris] & est metaplasmus, id est, mutatio personæ. Et dico etiam illis [qui non cognouerunt] scilicet per approbationem [altitudinem Satanæ] id est, superbiam quam suggerit Satanæ. Sic legitur secundum *Haymo.*

Aliter legitur secundum alios, & tunc fit punctuatio sic [qui non cognouerunt altitudinem Satanæ quemadmodum dicunt] videlicet Iudei : quia de legis obseruentia gloriabantur. Propter altitudinem ipsa lex si impleatur carnaliter intelligitur, & constructur litera sic [Vobis autem dico cæteris qui Thyatiræ estis] scilicet, in fide perseverantes. Et postea mutat personam [quicumque non habent doctrinam hanc] id est, qui non receperunt doctrinam huius pessimæ mulieris [qui non cognouerunt altitudinem Satanæ quemadmodum dicunt] & qui non receperunt sicut illi dicunt carnaliter intelligendam legem & seruandam. Dicebant enim : Nisi circumcidatis carnem præputij vestri, non poteritis salui fieri. *Act.* 15. [Vobis inquam] qui in fide persistitis [non mittam super vos aliud pondus] supple, nisi, quod ab Apostolis est præceptum vobis. *Act.* 15. Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil imponere vobis oneris, quam hæc necessaria ut abstinatis vos ab immolatis simulachrorum & sanguine & suffocato [tamen id quod habetis, tenete] scilicet lege iugum Euangelij, de quo *Matth.* 23. Tollite iugum meum, &c. [donec veniam] scilicet ad remunerandum vnicuique secundum meritum suum.

Aliter legitur sic [Vobis autem dico cæteris] supple, qui estis dissimiles [qui Thyatiræ estis] Quasi dicat. Non tantum vobis, sed omnibus vnicuique sunt [qui non habent doctrinam hanc] scilicet, quam prædicat Iezabel, quod licet comedere idolothytum, & fornicari [qui non cognouerunt] ut non legatur qui approbauerunt [altitudinem

C. 3. tudinem

rudinem Satanae] scilicet, approbando superbiam quam suggerit Satanas. Vel [altitudinem] id est, profundam asturiam diaboli qua sub specie sanctitatis suggerit legalia esse seruanda cum Evangelio [quemadmodum] quidam egressi de Iudæa me esse affirmant [non mittam super vos aliud pondus] supple. quam Evangelium. Vel [quemadmodum dicunt] scilicet quidam hæretici dicentes & hic & in futuro bonos Christianos debere affligi [non mittam super vos aliud pondus] scilicet quam nunc. Quasi dicat. Non puniam vos in futuro. Et hoc non dico omnibus, sed illis] quicumque non habuerint doctrinam hanc] scilicet quam Pseudo-apostoli prædicant, & illi, supple. qui cognouerunt, supple. per gratiam illuminati] altitudinem Satanae, id est, asturiam diaboli [quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus] scilicet quam nunc sustinetis in tribulationibus [tamen id quod habetis, tenere] [Quasi dicat. Hoc faciam vobis si perseveraueritis, aliter non. Vel [id quod habetis, tenere] id est, doctrinam traditam vobis. Et hoc facite [donec veniam] scilicet, vos remuneraturus.

Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea.

Hæc est tertia pars huius Epistolæ, & tanguntur duo. Primo ponitur excitatiuum affectus, cum dicit [qui vicerit] Secundo excitatiuum intellectus [qui habet aures] Item excitat affectum ad duo, scilicet, ad pugnandum contra vitia [qui vicerit] Item ad operandum cum perseverantia, cum dicit [custodierit] Dicit ergo [Qui vicerit] Haymo Desideria carnis, & horum tentamenta [& custodierit vsque in finem] scilicet, vitæ. Vel [vsque in finem] scilicet, consummationis iustitiæ [opera mea] scilicet, quæ præcipio operari. Vel sic [& custodierit] id est, in fide mea perseverauerit.

Dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.

Hic ponitur duplex præmium. Primum significatur cum dicit [Dabo illi] Et hoc responderet victoriæ. Secundum cum dicit [Dabo illi stella] & istud responderet perseverantia. Vnde dicit [Et qui vicerit] scilicet, diabolum in suis tentationibus [dabo illi potestatem super Gentes] Glossa, in hoc seculo, & ad literam creuit Ecclesia tempore Confessorum in dominiis & possessionibus multis [& reget eas in virga ferrea] id est, in iustitia recta, & inflexibili: virga enim ferrea est recta & inflexibilis [& tanquam vas figuli confringentur] quidam vt in melius commutentur, vt corrigibiles: quidam vt destruantur, vt incorrigibiles. Psalm. 17. Destrues illos, & non ædificabis eos. Vnde dicit [& reget eas in virga] quantum ad prædestinatos [& tanquam vas figuli confringentur] quantum ad præcitos. Isa. 30. Subito dum non speratur, venit contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli, contritioe perualida [sicut & ego accepi] scilicet, in quantum

Virga ferrea.

homo [à Patre meo] quia quicquid habet Filius, habet à Patre. Nota: In quantum Deus habet potestatem æternam. Dan. 6. Potestas eius potestatis æterna. In quantum homo potestatem ex tempore sibi data. Mat. 11. Data est mihi omnis potestas, &c.

Aliter de iudicio sic [Qui vicerit] scilicet, mundum, & ea quæ mundi sunt [& custodierit opera mea] scilicet, paupertatem, humilitatem, patientiam, & huiusmodi [dabo ei potestatem super Gentes] scilicet, iudicandi eas. Mat. 19. Vos qui secuti estis me [& reget eas in virga ferrea] id est, sententia inflexibili, scilicet, mittet eas in gehennam [& tanquam vas figuli] per irreparabilitatem [sicut & ego accepi] potestatem iudicandi. Glossa, per humanitatem [à Patre meo] id est, tota Trinitate quæ est Pater noster, & Christi in quantum homo. Et est sensus: Potestatem iudicariam dabo illi qui custodierit opera mea [sicut & ego accepi] & est similitudo in actu accipiendi, & non in modo. Quasi dicat. Ego accepi à Patre, & illi acceperunt à me [& dabo illi stellam matutinam] Hoc præmium respondet perseverantia. Iustum est enim vt qui fuit stella vespertina perseverando vsque in finem, habeat stellam matutinam in retributione, id est, Christum, de quo dicitur infra capitulo ultimo. Ego sum radix & genus David, stella matutina. Dicit ergo [Et dabo illi] scilicet, qui vicerit, & qui opera mea custodierit vsque in finem perseverando [stellam matutinam] id est, Christum in retributionem. Vnde Beda. Stella est Christus qui nocte huius seculi transacta, lucem vitæ sanctis promittit & pandit æternam.

Vel [stellam matutinam] id est, primam stolam animæ quæ stella dicitur propter claritatem contemplationis, & matutina propter inchoationem beatitudinis. Vel [stellam matutinam] id est, fidem quæ stella dicitur, quia illuminat mentem. Augustinus. Fides est lux mentis [maturinam] quia non habet obscuritatem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc, autem facie ad faciem. Item [stella matutina] præcedit solem & ipso apparente, disparet: sic fides præcedit visionem qua veniente euacuatur. 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Vel sic [stella matutina] est Christus qui mundum illuminavit. Eccl. 50. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in die, &c. Item Ioannes Baptista qui solem præcessit, id est, Christum. Job 38. Nunquid produces luciferum in tempore suo? id est, Ioannem Baptistam. Item quilibet sanctus qui dat lumen boni exempli. Daniel. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Item veritas agnita. 2. Petr. 1. Donec dies illucescat, & sol oriatur in cordibus vestris. Ille, inquam, lucifer qui nescit occasum: sicut dicit Gregor. Sed ille qui occidit, oritur in cordibus multorum, scilicet, presumptio & superbia: de quo Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? &c. Nota: Christus dicitur [stella matutina] id est, lucifer: quia sicut lucifer omnes stellas superat in splendore, sic Christus omnes in cognitione. Ioan. 3. Qui de celo venit, super omnes est. Item sicut lucifer diem adducit sic Christus cognitionem fidei mundo intulit. Isa. 9. Habitantibus in regione vrbis mortis. Ioan. 1. Erat lux vera, Item sicut lucifer diem nouum

Stella matutina multiplex exponitur.

Lucifer.

nouum prænnuntiat: sic Christus resurrectionem futuram resurgendo demonstrat. 1. Cor. 15. Si Christus resurrexit, & nos resurgemus, Christus resurrexit primitiæ dormientium. Orientalis per diuinæ gratiæ inchoationem. Mat. 11. Vidimus stellam eius in Oriente [matutina] noctem calpe terminans. Apoc. ultimo. Ego sum genus & radix David, stella matutina & splendida. Posita in celo per prædestinationem. Gen. 1. Fecit duo luminaria magna & stellas & posuit eas in firmamento. Manens in ordine suo, per morum disciplinam. Iud. 5. Stella matutina in ordine & cursu suo pugnaverunt, &c. Micans per boni exempli ostensionem. Job 38. Nunquid coniungere vales micantes? Stella pleiades: Fulgens per sanctam doctrinam. Daniel. 12. Et qui ad iustitiam erudiunt plurimos, fulgebunt quasi stellæ. Vincens per potentiam demonum. Num. 24. Orietur stella ex Jacob. Sequitur: Et confringet duces Moab. Excellens omnes alias, id est, sanctos per dignitatem. Sapient. 7. Super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Hic ponitur excitatiuum intellectus, occasione cuius queritur, Cum in aliis Epistolis præponatur excitatiuum intellectus, & deinde ponatur præmium, quare sit hic è conuerso, quia præponitur præmium, deinde subditur intellectus excitatiuum? Responso. In tribus primis Epistolis significatur status Ecclesiæ primitiæ, quando fides plantabatur: & ideo primo ponebatur excitatiuum intellectus ad audiendum: quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei Rom. 10. Et postea præmium ponebatur quod erat alliciens ad custodiendum quod prius erat auditum. Sequentes aut Epistolæ significat statum Ecclesiæ, quando iam fides totam Ecclesiam illuminavit: quod significatur per Thyatiram quæ interpretatur illuminata: & ideo iam non oportet prædicare vt fides plantetur, sed vt plantata seruetur: seruatur autem per considerationem præmij: & ideo in istis præmittitur præmium ad monitionem.

Dub. 1. Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [Et Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe] Queritur, Cum supra dictum sit primo capitulo. Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis: quare hic scribit Episcopo, & non Ecclesiæ? Responso. Hoc fit ad significandum unitatem fidei & charitatis inter Prælatus & Ecclesiæ: quod significat ista visio quæ Angelus & Ecclesiæ vnum esse designat quoniam in principio dicitur [Et Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe, &c.] In fine dicit [qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis] Vnde manifestum est, quod idem sunt Angeli & Ecclesiæ: sed quia Prælatus ratione dispensationis sacramentorum præponitur aliis, ideo dicit, Scribe Angelo, id est, Prælato, & non Ecclesiæ.

Dub. 2. Secundo super illo verbo [Et quia non potestis sustinere malos] Contra, Viderat quod non debuit propter hoc laudari. Quia Augustinus dicit. Bonus non fuit qui malos sustinere non potuit. Responso. Duo sunt in malo: natura, & vitium. Natura debet sustineri, sed vitium non de hoc loquitur hic. Vel dicendum, quod quidam sunt mali qui intendunt corrumpere vniuersale

bonum Ecclesiæ vt hæretici: & isti non sunt sustinendi: & de his loquitur hic. Alij sunt qui non intendunt corrumpere illud bonum, vt peccatores, fideles tamen: & tales sunt sustinendi dum speratur eorum correctio: & sic intelligitur verbum Augustini.

Tertio super illo verbo [Qui vicerit non lædetur à morte secunda] Queritur, Cum triplex sit mors: peccati, carnis, æternæ damnationis: quare dicitur vltima damnatio non tertia, sed secunda mors. Responso Haymonis. Illa hic ponitur videtur quæ necessario probantur, scilicet, mors peccati morisque æterni supplicij: ad quarum comparationem mors ista quæ communis est, mors dicenda non est. Mors itaque prima quæ lædit, est peccatum: huic autem quæ ledere possit, nulla alia nisi æterna damnatio succedit secunda. Itaque prætermissa media quæ non lædit, illa debuit vocari secunda quæ post peccatum lædit. Qui ergo vicerit] id est, mortem peccati animas necantem superavit: ad læsionem huius quæ post hanc corpora & animas simul sine fine cruciat, non perueniet quæ semper occidit. Item mors nature ad nentram istatam ex se ordinatur ex necessitate: & ideo secunda dicitur quæ ordinatur ad primam.

Quarto super illo verbo [Sed habeo aduersus te pauca] Queritur, cum tantus error esset ibi vt hæretici essent & dicerentur: quomodo dicit [sed habeo aduersus te pauca?] Responso, Quod dicitur hic significat paucos ex fidelibus ab hæreticis esse deceptos: propter quod dicit [habeo aduersus te pauca.] Vel, sicut dicit Interlinearis, pauca si corrigas: & si non corrigas, multa.

Quinto super illo verbo [Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam] Quare iste redarguitur, quia in sua diocesi erant mali: cum Dominus permittat hoc Mat. 23. Sinite crescere vtraque vsque ad messem? Responso. Dum adhuc non potest haberi certitudo de hæreticis, debent sustineri ne simul eradiceantur boni: sed cum iam potest haberi, debent eradicari & non permitti. In primo casu loquitur Dominus Mat. 13.

Sexto super illo verbo [Noui opera tua, & fides, & charitatem] Queritur, Cum prius sit fides & charitas, quam bona opera: quare commendat eum primo ab operibus: Item Glossa dicit: Prius fides, ex fide charitas, ex charitate bona opera. Responso. Duplex est ordo: vnum nature secundum quem procedit Glossa: alius cognitionis secundum quem procedit textus. Vnde quia prius sunt opera in cognitione, ideo prius agit de operibus. Mat. 6. A fructibus eorum cognoscetis eos. Et secundum Philosophum actus primi sunt in potentia, & etiam habitibus quantum ad cognitionem.

CAPVT III

Et Angelo Ecclesiæ Sardis Scribe. Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas.

¶ Vnde postea sunt quatuor Epistolæ directæ ad quatuor Ecclesiæ, hic ponuntur tres alie directæ ad tres alias. Et secundum hoc diuiditur istud capitulum in tres partes.

Dub. 3. Mors triplex.

Dub. 4.

Dub. 5.

Dub. 6.

Duplex ordo.

In secundum de acti

Secunda pars ibi [Et Angelo Laodicæ] Prima Epistola diuiditur in tres partes. In exordium quod ibi [Et Angelo Sardis] Et narrationem quæ ibi [scio opera tua] & conclusionem quæ ibi [Qui vicerit] In exordio duo dicuntur. Primo cui scribere debeat [Et Angelo] Secundo cuius auctoritate hoc fiat [Qui habet septem Spiritus] Dicit ergo.

Sardis. Et Angelo id est, Episcopo [Sardis Ecclesiæ] Sardis interpretatur principatus pulchritudinis, & signat statum Ecclesiæ in tempore simpliciorum sanctorum, qui sunt post Expositores & Doctores: & in tempore eorum temporalia abundanter impetrata fuerunt. Aliter Sardis significat Ecclesiam cuius pulchritudo hic incipit per gratiam, & in futuro consummabitur per gloriam. Hic enim est Ecclesia pulchra per gratiam in qua nascitur. **Sapient. 4.** Quam pulchra est casta generatio! sed in futuro erit tota pulchra per gloriam in qua consummabitur. **Cantic. 1.** Tota pulchra es amica mea [Scribe] scilicet, illud quod sequitur.

Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei id est, vniuersitatem gratiarum quæ est in septem donis Spiritus sancti, à quibus est tota pulchritudo Ecclesiæ in presenti [& septem stellas] id est, vniuersitatem gloriæ celi, quæ erit in corporibus gloriatis ratione claritatis inamissibilis. Configurata enim erunt corpori claritatis Christi **Philip. 3.** Saluatorem expectamus. Et ideo Paulus comparat ea stellis. **1. Corinth. 15.** Stella à stella differt claritate: sic & resurrectio mortuorum [Hæc dicit] Quasi diceret: Ipse est à quo est principium pulchritudinis in presenti, & sic dicitur habere [septem Spiritus] & à quo est pulchritudinis consummatio in futuro, & sic dicitur habere [septem stellas] Nota: Iste Episcopus non commendatur in aliqua virtute sicut ceteri, sed statim de hypocritis redarguitur: quia nihil vitæ spiritualis erat in eo. Hypocrita enim est sicut corpus sine spiritu: quia non habet gratiam quæ est vita: & propter hoc dicit tali [Hæc dicit qui habet septem Spiritus] id est, qui dat omnem vitam spiritualem: quod est contra hypocritas qui intus sunt mortui. **Sapient. 1.** Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum [& septem stellas] id est, à quo est illuminatio spiritualis, quæ similiter iste carebat: quia erat in tenebris peccati, licet videretur lucere aliis sicut hypocrita. **Matth. 23.** Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, &c. Nota, quod prius loquitur de Spiritu quam de stella vel luce: quia prius est viuere quam lucere. Vnde **Ioan. 1.** Et vita erat lux hominum. Primo dicitur vita, postea lux. Et **Ioan. 5.** Ipse erat lucerna ardens & lucens. **Bernard.** Lucere tantum vanum est, ardere tantum parum est: ardere & lucere perfectum est. Vel sic [qui habet septem Spiritus Dei] id est, Spiritum septiformem qui viuificat mortuos. **Ioan. 5.** Spiritus est qui viuificat [habere] ad dandum cui voluerit. **Ioan. 3.** Spiritus ubi vult spirat [& septem stellas] id est, septem virtutes quibus carebat iste, licet videretur habere in apparentia exteriori.

Stella septem. Nota: Iste Episcopus non commendatur in aliqua virtute sicut ceteri, sed statim de hypocritis redarguitur: quia nihil vitæ spiritualis erat in eo. Hypocrita enim est sicut corpus sine spiritu: quia non habet gratiam quæ est vita: & propter hoc dicit tali [Hæc dicit qui habet septem Spiritus] id est, qui dat omnem vitam spiritualem: quod est contra hypocritas qui intus sunt mortui. **Sapient. 1.** Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum [& septem stellas] id est, à quo est illuminatio spiritualis, quæ similiter iste carebat: quia erat in tenebris peccati, licet videretur lucere aliis sicut hypocrita. **Matth. 23.** Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, &c. Nota, quod prius loquitur de Spiritu quam de stella vel luce: quia prius est viuere quam lucere. Vnde **Ioan. 1.** Et vita erat lux hominum. Primo dicitur vita, postea lux. Et **Ioan. 5.** Ipse erat lucerna ardens & lucens. **Bernard.** Lucere tantum vanum est, ardere tantum parum est: ardere & lucere perfectum est. Vel sic [qui habet septem Spiritus Dei] id est, Spiritum septiformem qui viuificat mortuos. **Ioan. 5.** Spiritus est qui viuificat [habere] ad dandum cui voluerit. **Ioan. 3.** Spiritus ubi vult spirat [& septem stellas] id est, septem virtutes quibus carebat iste, licet videretur habere in apparentia exteriori.

Vita lucem præcedit. Nota, quod prius loquitur de Spiritu quam de stella vel luce: quia prius est viuere quam lucere. Vnde **Ioan. 1.** Et vita erat lux hominum. Primo dicitur vita, postea lux. Et **Ioan. 5.** Ipse erat lucerna ardens & lucens. **Bernard.** Lucere tantum vanum est, ardere tantum parum est: ardere & lucere perfectum est. Vel sic [qui habet septem Spiritus Dei] id est, Spiritum septiformem qui viuificat mortuos. **Ioan. 5.** Spiritus est qui viuificat [habere] ad dandum cui voluerit. **Ioan. 3.** Spiritus ubi vult spirat [& septem stellas] id est, septem virtutes quibus carebat iste, licet videretur habere in apparentia exteriori.

Scio opera tua: quia nomen habes quod viuas, & mortuus es.

Supra posuit exordium, hic ponit narrationem. Et tanguntur quatuor. Primo asperitas increpa-

tionis [Scio opera tua] Secundo admonitio emendationis [Esto vigilans] Tertio si non peniteat, terror comminationis [Si ergo non vigilaueris] Quarto exemplum imitationis [Sed habes pauca nomina] Dicit ergo.

Scio, id est, simplici notitia cognosco: sicut accipitur in **Psal. 93.** Dominus scit cogitationes hominum [opera tua] scilicet, mala & sine charitate facta [quia nomen habes] id est, magnam famam quæ nomen appellatur. **1. Machab. 5.** Faciamus & ipsi nobis nomen, &c. [quod viuas] fide quæ vita est. **Habac. 2.** Iustus ex fide viuit. Item charitate. **1. Ioan. 3.** Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam: quia diligimus fratres. Nota: In hoc redarguit eum de hypocritis: quia hypocritæ solum sine te nomen habent sanctitatis, sed non opera: faciunt enim omnia vt videantur ab hominibus [& mortuus es] morte culpæ, de qua **Sapient. 1.** Deus mortem non fecit, &c. **Ambrosius de obseruantia Episcoporum.** Ne sit nomen inane, & crimen immane: ne sit honor sublimis, & vita circumuallata peccatis: ne sit deifica professio, & diabolica actio. Quicumque talis est non habet quod viuat, sed mortuus est.

Esto vigilans, & confirma cætera quæ mortua erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.

Hic tangitur emendationis admonitio hortando ad penitentiam, & tanguntur tria. Primo vt intentionem in Deum dirigat. Secundo dicit quare hoc moneat [Non enim inuenio] Tertio monet vt bona audita timeat [In mente ergo] Dicit ergo.

Esto vigilans, & quasi dicat. V[est] que nunc dormiisti non dirigendo intentionem tuam, sed nunc aperi oculos. Vnde dicit [Esto vigilans] scilicet, vt intentionem tuam in Deum dirigas, non ad homines, non ad mundum: & sic erit simplex intentio, de qua **Matth. 5.** Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit [& confirma cætera quæ mortua erant] Quasi dicat, Si vis vt viuas in bonis quæ facis, fac ea intentione bona. Vel sic [Esto vigilans] id est, si sollicitus de tua tuorumque salute, exemplo Iacob qui dicebat **Gen. 31.** Fugiebatque somnus ab oculis meis. Et exemplo pastorem **Luc. 2.** Qui vigilabant, & custodiebant vigilias noctis super gregem suum [Et confirma cætera] hoc est, alios per tuam prædicationem. **Luc. 2.** Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos [quæ mortua erant] per culpam. **Ioan. 4.** Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Anima enim ægrotat, quando tentatur: sed cum peccato consentit, moritur [Non enim inuenio opera tua plena] scilicet, recta intentione. Opera enim hypocritarum sunt vacua: quia faciunt omnia pro inani gloria. **Sapient. 4.** Vacua est spes illorum, & labores sine fructu. Vel [plena] numerositate: quia mittebat multa de his quæ debebat facere. Vel [plena] id est, perfecta charitate. Vel [plena] tempore, quia non faciebat suo tempore quæ tenebatur facere. Vel [plena] perseverantia vel consummatione: quia multa dimittebat imperfecta. Vnde posuit ei dici quod dicitur **Luc. 14.** Hic homo cepit ædificare, &c.

Nota: Iste Episcopus non commendatur in aliqua virtute sicut ceteri, sed statim de hypocritis redarguitur: quia nihil vitæ spiritualis erat in eo. Hypocrita enim est sicut corpus sine spiritu: quia non habet gratiam quæ est vita: & propter hoc dicit tali [Hæc dicit qui habet septem Spiritus] id est, qui dat omnem vitam spiritualem: quod est contra hypocritas qui intus sunt mortui. **Sapient. 1.** Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum [& septem stellas] id est, à quo est illuminatio spiritualis, quæ similiter iste carebat: quia erat in tenebris peccati, licet videretur lucere aliis sicut hypocrita. **Matth. 23.** Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, &c. Nota, quod prius loquitur de Spiritu quam de stella vel luce: quia prius est viuere quam lucere. Vnde **Ioan. 1.** Et vita erat lux hominum. Primo dicitur vita, postea lux. Et **Ioan. 5.** Ipse erat lucerna ardens & lucens. **Bernard.** Lucere tantum vanum est, ardere tantum parum est: ardere & lucere perfectum est. Vel sic [qui habet septem Spiritus Dei] id est, Spiritum septiformem qui viuificat mortuos. **Ioan. 5.** Spiritus est qui viuificat [habere] ad dandum cui voluerit. **Ioan. 3.** Spiritus ubi vult spirat [& septem stellas] id est, septem virtutes quibus carebat iste, licet videretur habere in apparentia exteriori.

[coram Deo meo] scilicet, qui videt intus: licet videantur plena ab hominibus qui vident exterius. **1. Reg. 16.** Homo vider ea quæ parent, &c.

In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris: & serua, & penitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.

Hic monet eum quæ audiuit à sanctis Doctoribus in memoria habere. Vnde ait [In mente ergo habe] id est, in memoria vt citius conuertaris [qualiter acceperis & audieris] scilicet, doctrinam à sanctis Doctoribus. **1. Timoth. 3.** Tu vero permanere in his quæ didicisti, & tradita sunt tibi, sciens à quo didicisti [& serua] id est, simple per operum executionem [& penitentiam age] scilicet, de his quæ omisit per satisfactionem: quia **Iacob. 4.** Scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi. Vel sic [In mente ergo habe qualiter acceperis] scilicet, penitentiam quam incepisti operari. Vel [qualiter acceperis] id est, quo vel cuius exemplo conuersus fueris. Vel [qualiter acceperis] scilicet, gratiam & fidem, non tuis meritis, sed sola gratia Dei [& audieris] exterius ab ore Prædicatoris [& serua] serua scilicet vt in opere implendo, hoc est, gratiam & fidem. **Iacob. 2.** Esto factores verbi, & non auditores tantum. Vel [serua] scilicet, mandata. **Matth. 19.** Si vis ad vitam ingredi, serua mandata [& penitentiam age] de tua negligentia.

Si ergo non vigilaueris id est, nisi fueris sollicitus dirigendo tuam intentionem vt bona facias propter Deum, non propter fauorem hominum. **Haymo.** Vigilat qui ex his quæ gerit non humanam laudem sed gloriam Dei querit. Vel [si non vigilaueris] scilicet, excitatus à somno ignorantie & peccati ad vigiliam gratiæ & cognitionis. **1. Corinth. 15.** Vigilate iusti, & nolite peccare. Item [si non vigilaueris] excitatus à somno ignorantie & torporis ad vigilantiam diligentie & sollicitudinis, scilicet, circa teipsum & gregem tuum. **1. Timoth. 2.** Sollicite curâ teipsum probabilem Deo exhibere operatorem inconfutibilem. Hic vigilat, qui à se corporis negligentias repellit [veniam ad te] scilicet, iudicandum [tanquam fur] id est, ex improviso. **1. Thessal. 5.** Dies Domini, sicut fur, ita in nocte veniet [& nescies] & ideo non poteris præcauere [qua hora veniam] scilicet, sero aut mane, aut gallicantu, aut media nocte [ad te] spoliandum & puniendum. Hic queritur, Quare non dicit hic, veniam tibi cito sicut in aliis, sed dicit, Veniam ad te sicut fur. Respondeo. Iste remotus à iustitia erat, & lapsus in culpam: & ideo nullum spatium determinat, vt magis timeat, & citius respiciat, & studiosius se corrigat. **Matth. 16.** Ideo & vos estote parati: quia qua hora non putatis, &c. **Gregor.** Vicinam horam Dominus idcirco voluit esse incognitam, vt semper sit suspecta: vt dum illum providere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur.

Nota: Iste Episcopus non commendatur in aliqua virtute sicut ceteri, sed statim de hypocritis redarguitur: quia nihil vitæ spiritualis erat in eo. Hypocrita enim est sicut corpus sine spiritu: quia non habet gratiam quæ est vita: & propter hoc dicit tali [Hæc dicit qui habet septem Spiritus] id est, qui dat omnem vitam spiritualem: quod est contra hypocritas qui intus sunt mortui. **Sapient. 1.** Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum [& septem stellas] id est, à quo est illuminatio spiritualis, quæ similiter iste carebat: quia erat in tenebris peccati, licet videretur lucere aliis sicut hypocrita. **Matth. 23.** Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, &c. Nota, quod prius loquitur de Spiritu quam de stella vel luce: quia prius est viuere quam lucere. Vnde **Ioan. 1.** Et vita erat lux hominum. Primo dicitur vita, postea lux. Et **Ioan. 5.** Ipse erat lucerna ardens & lucens. **Bernard.** Lucere tantum vanum est, ardere tantum parum est: ardere & lucere perfectum est. Vel sic [qui habet septem Spiritus Dei] id est, Spiritum septiformem qui viuificat mortuos. **Ioan. 5.** Spiritus est qui viuificat [habere] ad dandum cui voluerit. **Ioan. 3.** Spiritus ubi vult spirat [& septem stellas] id est, septem virtutes quibus carebat iste, licet videretur habere in apparentia exteriori.

Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimen-

ta: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.

Hæc est quinta pars vbi proponit ei aliquos in exemplum penitentiae & imitationis, & dicuntur hic tria. Primo quod pauci sunt imitatio-ne digni. Secundo dicit eos ab omni peccato mundos [qui non inquinauerunt vestimenta] Tertio exprimit magnitudinem præmij eis promissi [& ambulabunt mecum] Dicit ergo: Vigila: & hoc potes facere, quia aliqui sunt in Ecclesia tua boni quos potes imitari. Vnde dicit.

Sed habes pauca nomina id est, paucos homines nominabiles: quia bonorum horum nomina sunt nominabilia, sive laudabilia. **Proverb. 10.** Memoria iusti cum laudibus: nomen autem impij periret. Item permanentia. **Eccle. 4. 3.** Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & viuunt nomina eorum in generationes. Item redolentia. **Eccle. 7.** Melius est nomen bonum, quam vnguentum pretiosa [in Sardis] id est, in Ecclesia tua qui forsitan erant culpa Episcopij qui non inquinauerunt vestimenta tua id est, non amiserunt virtutes per peccatorum inquinamenta. Ista vestimenta ille solus non inquinat, qui post baptismum non peccat: & quia pauci sunt qui innocentiam baptismalem seruant, ideo præmittitur [habes pauca nomina in Sardis] **Eccle. 9.** Omni tempore vestimenta tua sint candida [& ambulabunt mecum] id est, vbi ego sum. **Ioan. 12.** Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Vel [mecum] id est, similitudine mei [in albis] id est, in corporibus gloriatis. Quia digni sunt, scilicet, præsentia mea & societate. Vel [in albis] id est, in veste immortalitatis. Vel sic [& ambulabunt] de virtute in virtutem [mecum] quia ego dux & socius eorum. Vel exemplo mei [in albis] id est, in operibus bonis & conscientijs puris. Vel [in albis] id est, innocentie baptismalis. **Infra 19. cap.** Sequébantur eum in equis albis vestiti byssino albo & mundo. Hic queritur de his qui vestimenta sua post baptismum coinquinant, vt in ambulant cum eo in albis si penitentiam egerint? Respon-sio. **Haymo.** Non solum hi in sanguine agni baptizantur qui per aquam regenerationis transeunt: verum etiam hi qui lacrymarum fletibus prioris vitæ maculas detergunt. Vnde omnes electi cum Domino in albis ambulabunt: sicut dicitur **Infra 19.** [quia digni sunt] tali gloria & honore. **Sapient. 6.** Dignos se circuit quærens, &c.

Nota: Exponitur de virginibus. Et in verbis istis norantur sex de eis. Primo eorum paucitas, cum dicit [pauca] Secundo in conspectu Dei eorum pretiositas, cum dicit [nomina] Dominus enim rem vilem non nominat, nec approbat. Tertio ipsorum pulchritudo & puritas [qui non inquinauerunt vestimenta sua] id est, corpora. Quarto bene agendi facultas, cum dicit [Ambulabunt] Quinto plena ad Christum conformitas, cum dicit [mecum in albis] Sexto honoris dignitas, cum dicit [quia digni sunt].

Nota: Exponitur de virginibus. Et in verbis istis norantur sex de eis. Primo eorum paucitas, cum dicit [pauca] Secundo in conspectu Dei eorum pretiositas, cum dicit [nomina] Dominus enim rem vilem non nominat, nec approbat. Tertio ipsorum pulchritudo & puritas [qui non inquinauerunt vestimenta sua] id est, corpora. Quarto bene agendi facultas, cum dicit [Ambulabunt] Quinto plena ad Christum conformitas, cum dicit [mecum in albis] Sexto honoris dignitas, cum dicit [quia digni sunt].

Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Nomina bonorum sunt nominabilia.

Vestimenta.

Ambulabunt in albis.

Quæsit.

Conditiones virginum.

Hic

Hic ponitur Epistolæ conclusio, in qua sicut in aliis ponuntur duo. Primum excitatiuum affectus [Qui vicerit] Secundum excitatiuum intellectus [Qui habet aurem] Excitatiuum affectus dupliciter ponitur. Primum est promissio vestis immortalitatis. Secundum est in Libro vitæ ascriptio nominis [& non delebo] Tertio recognitio eius in præsentia Patris [confitebor nomen eius] Dicit ergo.

Qui vicerit] Quasi diceret: Pauci sunt quos poteris imitari [Qui vicerit] supple, sicut illi, vel ad imitationem eorum [Qui vicerit] mundum paupertate, carnis castitate, diabolum humilitate sic vestitur vestimentis albis] id est, virtutibus, & bonis operibus in præsentia, & in futuro gloria animæ & corporis. Stola animæ tegitur ex tribus

Stola anima ex tribus conficitur. Stola corporis ex quatuor partibus. In Libro vitæ dupliciter scripta sunt iustitiam, & præsentem iustitiam. Qui scripti sunt primo modo nunquam deleatur. Ita. 4. Sanctus & is vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Qui scripti sunt secundo modo, possunt deleatur: cum enim deficit iustitia, deficit & scriptura. Vnde Exod. 32. Qui peccaverit, delebo nomen eius de Libro meo [& confitebor nomen eius coram Patre meo] id est, recognoscere eum filium & amicum in iudicio quod erit, quando dicit Math. 25. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Et Math. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Vel sic [confitebor nomen eius] id est, in beneplacito Patris mei. Vel sic [confitebor nomen eius] id est, ipsum dignum notitia Patris mei approbativa, non tantum simplici [& coram Angelis eius] id est, in gaudio Angelorum. Hæc est laus magna: quia à tota cælesti curia approbatur, scilicet, à Rege, & suis militibus.

Qui habet aurem] ad audiendum [audiat] ad intelligendum [quid Spiritus dicat Ecclesiæ] ad faciendum quia quod isti Ecclesiæ dicit, omnibus dicitur.

Et Angelo Philadelphie Ecclesiæ scribe.

Hæc est sexta Epistola, quæ dividitur sicut præcedentes. In exordium [Et Angelo] Et narrationem [Scio opera] Et conclusionem [Et vicerit] In exordio dicuntur duo. Primo ponitur Ecclesiæ cui scribit [Et Angelo] Secundo describitur ille cuius auctoritate scribit [Hæc dicit sanctus]

Philadelphie

Et Angelo Philadelphie. Nota: Philadelphia interpretatur seruans hereditatem quod pertinet ad bonos: in quo notatur quod dona gratiarum quæ acceperunt, seruauerunt in toto. Vnde hic non ponitur arguitio sicut in aliis. Hoc autem maius meritum est illis: quia tali tempore seruauerunt. Et bene sexto loco ponitur quia seruarius numerus est perfectionis. Vel secundum Bedam interpretatur dilectio mea: quo nomine bene Ecclesiæ designatur, quæ in dilectione Dei & proximi versatur. Item Philadelphia interpretatur amor fratris, & signat Ecclesiam quoad malos qui

se carnaliter diligunt magis, quæ spiritualiter Deum. Et dicitur à philos quod est amor, & adelphos quod est frater. Et per hanc signantur moderni in Ecclesiæ, in qua quidam sunt boni qui spiritualiter se diligunt: quidam qui se carnaliter diligunt.

Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clauem David: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

Hic describit eum cuius auctoritate scribit. Et hoc à tribus, scilicet, à sanctitate [Hæc dicit Sanctus] A iustitia [& Verus] A potestate [qui habet clauem David] Vnde dicit.

Hæc] scilicet quæ sequuntur [dicit] id est, mandat [Sanctus] in se, & alios sanctificans per suam misericordiam. Leuit. 19. Sancti estote [Verus] per iustitiam. Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Vel [Sanctus] tentatos roborando [Verus] promissa reddendo. Vel [Sanctus] per misericordiam in donis gratiæ. Et [Verus] per iustitiam in donis gloriæ [qui habet clauem David, & aperit] id est, potestatem aperiendi corda ad fidem & Scripturarum intelligentiam. Vnde sensus est [qui habet clauem David] id est, potestatem per quam aperitur David. Illa clavis sui crux: quia per crucem aperuit nobis sacramenta Scripturarum & mysteriorum quæ prius latebant sub figuris. Isa. 22. Dabo clauem domus David super humerum eius; & aperiet, & non est qui claudat. Quia aperit corda ad gratiam [& nemo claudit] subtrahendo gratiam. Vel [aperit] intellectum ad credendum, & affectum ad diligendum. Vel [qui aperit] Scripturam prædicatori ad intelligendum, & corda fidelium ad audiendum & suscipiendum [& nemo claudit] Hæc dicit: quia hæretici resistebant ei, volentes impedire conuersionem peccatorum: sed non poterant claudere aures eorum quin audiret, nec corda quin crederent, nec Scripturas quin intelligerentur [claudit] non impatiendo gratiam [nemo aperit] cor ad intelligentiam. Vel [claudit] infidelibus [& nemo aperit] talibus. Iob. 12. Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.

Cruis dicitur clavis.

Nota: Tria dicit quæ possunt appropriari tribus personis. Quod dicit [Sanctus] pertinet ad Patrem [Verus] pertinet ad Filium [qui habet clauem David] hoc pertinet ad Spiritum sanctum: quia ex eius benignitate aperiuntur Scripturæ, & habetur vsus clauium. Ioan. 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c. Iudæi dicunt, quod in templo erat quædam clavis aurea quam portabat Pontifex super humerum in festis, & secundum hoc exponunt illud Isa. 22. Et dabo clauem domus David, &c.

Attributa diuinitatum personarum.

Nemo claudit. Contra. Math. 23. Vt vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines. Responso. Deus claudit per se, non dando gratiam infidelibus: sed mali per accidens, quia mali videntur in se & respectu aliorum, quia bonum exemplum non ostendunt, nec bonam exhortationem faciunt.

Nota: Secundum Haymonem clavis David appellatur hic humanitas quam de stirpe David assumpsit. Ostium quod aperit ista clavis, est ipse Christus, qui est ostium per quod ad vitam intramus. Ioan. 10. Ego sum ostium, &c. Et sic ipse est clavis

Clavis David.

clavis & ostium. Vnde cum clavis David aperit ostium, ipse aperit seipsum. Hoc ostium nemo aperit nisi ipse. Nec sic excluditur Pater & Spiritus sanctus: quia opera Trinitatis sunt inseparabilia.

*Cruce
Christi
fonti
compa-
ratur &
alii.*

Nota: Crux Christi comparatur fonti: quia peccata nostra lauit. *Zach. 13.* Erit fons patens domui David. Item naui: quia submersos in mari inferni per eam liberavit. *Sapient. 14.* Transcentes mare per ratem liberati sunt. *Pronomb. vltim.* Facta est quasi naus inlitoris. Item comparatur baculo: quia oves à moribus luporū defendit. *1. Reg. 17.* Nunquid canis ego sum, quia tu venis ad me cum baculo? Item comparatur arbori: quia tentatis refrigerium tribuit. *Cantic. 4.* Sub vmbra illius quem desiderabam, sed, &c. Ecclesia. Arbor decora, & fulgida. Item homo quem Christus diligentissime excoluit. *1. Ioan. 20.* Illa existimans quia hortulanus esset. *Eccles. 24.* Quasi plantata rose in Iericho. Item cathedra: quia in ea docuit. *2. Reg. 22.* David sedens in cathedra sapientissimus inter tres: quia duo fuerunt latrones, & ipse tertius inter eos. In hac cathedra docuit exemplo septem: castitatem, quia accinctus renes, contra luxuriam: sobrietatem, quando potus fuit actus, & noluit bibere, contra gulam: paupertatem, & quia nudus in cruce contra auaritiam: fortitudinem, quia perseverauit vsque ad mortem, contra accediam: charitatem, quia bona sua communicauit, quando dixit latroni. Hodie mecum eris in paradiso, contra inuidiam: mansuetudinem, quia non murmurauit, contra iram. *Isa. 53.* Coram rudente se obmutescet, & non aperiet os suum. Humilitatem, quia inclinando caput emisit spiritum, contra superbiam. Nota etiam quod plura docuit verbo in illa cruce quae in Euangelio continentur.

*In ca-
thedra
cruce
Christus
septem
docuit.*

Scio opera tua.

Hic ponitur narratio Epistolae, & dicuntur quinque. Primo ponitur illius Episcopi commendatio. Secundo subditur gratiae praedicationis & intelligentiae Scripturarum collatio [Ecce dedi tibi] Tertio promittitur infidelium conuersio [Ecce dabo tibi] Quarto in persecutione protectio [Quoniam seruasti] Quinto ad perseverantiam inuitatio [Ecce venio cito] Dicit ergo.

Scio] id est, approbo & diligo [Opera tua] id est, ad utilitatem tuam facta, sicut non solum à me, sed etiam à te, sicut dicitur *Isa. 26.* Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Et dicit [opera] non verba: quia *1. Corinth. 4.* Non enim est regnum Dei in sermone, sed in virtute.

Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga Satanæ qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur.

Hic promittit ei gratiam praedicationis, & Scripturarum intelligentiam. Secundo ponit huius rationem [quia modicam habes] Et ibi assignatur

duplex causa. Prima est virtus humilitatis [quia modicam] Secunda, constantia in tolerantia passionis [& seruasti] Dicit ergo. Ita habes opera approbatione digna. Vnde

Ecce dedi coram te ostium apertum] Scripturae ut intelligas. Quasi dicat, Aperiam tibi intellectum ad cognitionem Scripturarum. Nota: Multiplex est ostium. Primum est intelligentiae Scripturae spiritualis. *Ezech. 8.* Et cum perfodissem parietem, id est, vitra sensum historiarum processissem: aperuit mihi ostium unum, id est, sensus Scripturae spiritualis. Secundum est praedicationis verbi Dei. *1. Corinth. 16.* Ostium mihi apertum est magnum, & evidens, & aduersarij multi. Tertium est fides Iesu Christi. *Mat. 14.* Retulerunt quanta fecisset cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei. Quartum est praeparatio cordis humani. *2. Corinth. 2.* Cum autem venissem Troadem, & ostium mihi apertum esset in Domino, id est, corda humana praeparata ad recipiendum verbum Dei. Quintum est introitus paradisi. *Mat. 27.* Quis reuoluet nobis lapidem, id est, vitæ mortalis duritiam ab ostio monumenti: scilicet, vt veniamus ad introitum paradisi. Sextum est thalamus Trinitatis, id est, Christus. *1. Ioan. 10.* Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascuam inueniet. Et nota: De ostio primo venitur ad secundum, de secundo ad tertium, & sic de alijs. Vnde dicit [dedi coram te ostium apertum] id est, memetipsum, scilicet, vt introeas in ipsum [quod nemo potest claudere] scilicet ex quo tibi aperuit. Hoc verum fuit in Apostolis quod Iudæi nullatenus claudere poterunt, sicut perit *Ezech. 6.* Ne claudas ora canentium te Domine.

Quia modicam habes virtutem] scilicet, humilitatem: & ideo merito eius aperui tibi ostium Scripturae ad intelligendum. *Psal. 98.* Intellectum dat paruulis, id est, humilibus. Vel sic [quia modicam habes virtutem] id est, Tua virtus sola non sufficit: sed ego solus aperio corda & Scripturas [& seruasti verbum meum] id est, constans fuisti in tribulatione. Vel [seruasti verbum meum] id est, fidem in corde tuo per meditationem, & in manu per operationem [& non negasti nomen meum] tu positus in tribulatione. Vel sic [& seruasti verbum meum] id est, in corde per fidem, in ore per confessionem, in manu per operationem. Vel sic [& seruasti verbum meum] id est, mandata in corde [& non negasti nomen meum] scilicet Iesum, scilicet Christianum ore: & ideo non nego te coram Patre meo. *Mat. 10.* Qui me confessus fuerit, confitebor, & ego eum coram Patre meo. Et quia talis es [Ecce dabo tibi de synagoga Satanæ] id est, aliquos de illis qui tibi aduersantur, conuertam ad fidem per praedicationem tuam [qui dicunt se Iudæos esse] scilicet credentes Deum esse & confidentes [& non sunt, sed mentiuntur] quia Christum blasphemant in suis synagogis. Vel sic [qui dicunt se Iudæos esse] verum dicunt genere [& non sunt] fide [sed mentiuntur] quia dicunt se habere fidem Abrahae, & legem Moyse tenere.

Secundum *Glossam*, cum dicit [Ecce dabo tibi de synagoga Satanæ] loquitur de nouissima persecutione, quae fiet tempore Antichristi, quando aliqui de Iudæis deceptis, monitione Eliæ conuertentur ad fidem. Vel specialiter loquitur de quibusdam Iudæis, qui in Ecclesia istius monebant legalia

36. D. Alb. Mag. Ord. Præd. Expositio

legalia seruari cum Euangelio, quos promittit Dominus conuertendos ad fidem prædicatione eius. Et dicit [dabo] Quia conuersio ad fidem donum Dei est. Vnde *Augustinus*. Possit habere fidem, est omnium: credere autem, gratia fidelium. Vel fuit hic prophetia de futura subiectione Iudæorum Ecclesiæ & principibus Catholicis: sicut est modo, & fuit à tempore Titi, & Vespasiani, imperatorum.

Synagoga Satana.

Moraliter. Synagoga Satanae, sunt principes mali qui aduersantur Ecclesiæ, eius bona dissipando. Item heretici qui aduersantur ei, fidem destruendo. Item fratres falsi, bonos mores per malum exemplum corrumpendo. Item mali aduocati, pacem Ecclesiæ auferendo, falsas causas defendendo. Et isti sunt ranæ quæ vsque ad mensam Pharaonis, id est, Regum & Prælatorum ascendant. Sed de istis ranis dicitur *Exod. 8.* quod collectæ sunt in aggeres, & computruit terra. Sic isti colligentur in iudicio, vel de mundo: & computrescent in inferno.

Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te. Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.

Hic notatur modus conuersionis. Et primo tangitur collatio gratiæ ex parte Dei. Secundo effectus gratiæ in ipsis: qui est duplex, & quantum ad actum interiorem, & quantum ad actum exteriorem. Dicit ergo.

Ecce faciam illos vt veniant, scilicet, ad fidem [& adorent] Deum [ante pedes tuos] parati ad imitationem operum, & venerationem personæ: qui modo opera Ecclesiæ despiciunt. Ex hoc patet quod quando homo habet humilitatem & patientiam, omnes inimici eius conuertuntur ad pacem. *Proverb. 16.* Cum placuerint Deo viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem [& scient] scilicet, ipsi conuersi ad fidem, & cognoscentes veritatem [quia ego dilexi te] scilicet, dum permisi te tribulari: quia *Hebr. 12.* Quem diligit Deus, castigat: flagellat omnem filium, quem recipit. Vel [dilexi te] dum ad fidem attraxi te. *Jerem. 31.* In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te.

Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ. Hic est tertia pars, in qua promittit protectionem in persecutione: quia patientiam seruat. Vnde dicit [Quoniam seruasti] in corde retinendo, & opere adimplendo [verbum patientiæ meæ] id est, præceptum de patientia seruanda quam prædicaui. *Matth. 5.* Orate pro persequentibus & calumniantibus, &c. Item quam ostendi patienter sustinendo passionem crucis. Vnde *Luc. 23.* Pater ignosce illis [& ego seruabo te] scilicet, qui seruasti patientiā [ab hora tentationis] id est, à tentationibus vitæ præsentis, quæ dicitur hora respectu æternitatis. Vel quia nos, sumus in quos fines seculorum denegerunt: *1. Corinth. 10.*

Quæstio.

Sed contra. Cum Ecclesia indefinenter exerceatur pluribus tentationibus, quomodo dicit [seruabo te ab hora tentationis] quia *Ecclesi. 30.*

Qui diligit filium, assiduatur illi flagella: Responsio *Haymo*. Sciendum nobis est, quod tentatio in hoc loco ponitur pro deceptionis lapsu. Vnde *Matth. 6.* Ne nos inducas in tentationem, id est, in lapsum deceptionis. Vnde sensus est [Seruabo te, &c.] id est, ne te seducat hora tentationis. Et quod sic accipiatur patet per hoc quod sequitur [quæ ventura est in vniuersum orbem tentare habitantes in terra] id est, qui terrena querunt, & non celestia. Tales enim in tentationibus succumbunt & ideo patet, quod hic accipitur hora tentationis pro lapsu tentationis. Vel potest dici, quod hora tentationis hic accipitur pro tentatione, quæ erit tempore Antichristi, de qua *Matth. 23.* Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Quia illa examinabit totum mundum simul, non partes. Vnde dicit.

Hora tentationis.

Quæ ventura est in vniuersum orbem tentare habitantes in terra] non in celo vbi sancti habitant. *Coloss. 3.* Nostra conuersatio in caelis est. Vel sic [tentare habitantes in terra] id est, vt tententur & proficiant hi qui habitant in terra solo corpore & non mente. *Iob 7.* Militia est vita hominis super terram.

Ecce venio cito: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

Hic inuitat ad perseuerantiam, & dicitur tria. Primo consolatur. Secundo ad perseuerantiam inuitat [tene quod habes] Tertio reddit causam [venio cito] Continua sic. Veniet tentatio: sed non timeatis, quia bonum adiutorem habebitis. Vnde dicit.

Ecce venio] id est, in breui & euidenti venio, supple, iuuare pugnantes, liberare captiuos, coronare victores. Et dicit [venio] vt iustificentur pugnantes, vel incarcerati: multum enim gaudent tales liberandi aduentu Domini. Et dicit [cito] ne possent moram causari, vel ne succumbant in peccatis. Sed quomodo dicit [venio cito] cum ipse semper nobiscum sit? *Matth. ultimo.* Ecce vobiscum sum, &c. Responsio. Semper est nobiscum in esse conuersando, sed non semper liberando, aut confortando. Tunc ergo dicitur venire, quando liberat, vel confortat: non vbi prius non erat, sed quomodo prius non erat [tene quod habes] id est, celestis vitæ conuersationem & fidem, per quam accipies regni decorem. Vel [tene] fidem, spem, & charitatem [tene] inquam, perseuerantiam. *2. Thess. 2.* Qui tenet nunc teneat [vt nemo accipiat coronam tuam].

Quæstio. Nobiscum est Deus.

Hic opponitur: Aut ille erat præscitus, aut prædestinatus: si præscitus, non habebit coronam, nec ei debetur, nec eam potest amittere: si prædestinatus, sed nullus talium perit: ergo nullus eorum potest coronam amittere. Vnde *Augustinus*, in libro de prædestinatione Sanctorum. Istorum nemo perit: ergo quisquis ex eis est, omnino non perit. Responsio. Hoc verbum potest intelligi de corona gratiæ in præsentem, prout gratia ordinatur ad gloriam in gradu aliquo: semper enim cadenti à tali statu, subrogatur aliquis in eadem gratia, secundum quod est ordinata ad certum gloriæ gradum. Vnde *Glossa* hic: Cum certus sit numerus suorum: si quis labitur alius eius numero subinducitur. Vel potest intelligi de corona gloriæ, & tunc est sensus: Vt nemo accipiat coronam

nam tuam, id est, incipiat possidere gloriam tibi debitam, si perseveraveris: tibi enim perseveranti debetur corona. *Matth. 10.* Qui perseveraverit usque in finem.

Corona
varia.

Nota: Penitentibus datur in presenti corona spinea. *Matth. 27.* Plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius. Actus corona lapidea. *Psal. 20.* Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso. Prædicatoribus corona aurea. *Ecl. 4. 5.* Corona aurea supra mitram eius. Contemplatiuis corona stellarum duodecim, quæ est triumphantium. *Infra 12.* Et in capite eius corona stellarum duodecim.

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de celo à Deo meo, & nomen meum novum. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Hæc est tertia pars Epistolæ, in qua ponitur conclusio. Et dicuntur duo. Primo ponitur illicitium affectus [Qui vicerit] Secundo ponitur excitativum intellectus [Qui habet aurem] In primo ponitur illicitium affectus, scilicet, præmium quod promittitur vincenti. Et promittuntur quinque. Primum in se firmitas & stabilitas [faciam illum columnam] Secundum est Sanctorum societas [& non egredietur] Tertium est nominis Patris perpetuitas [Et scribam super eum] Quartum vetustatis depositio, & gratiæ novitas [& nomen civitatis] Quintum regalis & sacerdotalis dignitas [Et nomen meum novum] Dicit ergo.

Columna

Qui vicerit [*Haymo.* Tentamenta diaboli, concupiscentias mundi, & delectationes carnis] faciam illum columnam [id est, firmum in se, & fortem in opere, & sustentationem aliorum imbecillium exemplo & doctrina. *Jerem. 3.* Dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream. Vel sic [faciam illum columnam in templo Dei mei] id est, Prælatum in Ecclesia Dei, rectum in iudiciis, fortem in aduersis, planum in conversatione, erectum in contemplatione, rotundum celestium & perfectorum bonorum intentione, alios supportantem compassione. Vel sic: Prælati debet esse sicut columna: firmus per fidem, rectus per æquitatem, erectus per bonam intentionem, sublimis per contemplationem, planus per mansuetudinem: sustentans alios per verbum consolationis, per suffragium orationis, per exemplum bonæ actionis. Tales erant Iacob & Cephas & Ioannes qui videbantur columnæ esse *Galat. 2.* In edificio autem Ecclesiæ alij columnæ lapideæ per fidei firmitatem, alij argenteæ per eloquentiæ venustatem, alij aureæ per sapientiam, alij æreæ per prædicationem.

Prælati
est
columna.

Notandum, quod Salomon antiquitus in templo fecit columnas de ære fortissimas ad pondus templi sustinendum. *3. Reg. 7.* Nunc autem sunt columnæ de festucis quæ statim franguntur, & magis indigent portari quam portare. *Isa. 3.* Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.

Et foras non egredietur id est, à Sanctorum. *D. Alb. Mag. in Apocalypsim.*

societate, vel à iustitia ad peccatum mortale, vel hominibus seculi se conformando, vel negotiis secularibus se implicando [amplius] quia usque ad mortem perseverabit in iustitia. *Eccl. 4.* Usque ad mortem cetera pro iustitia. Vel sic [Et non egredietur amplius] id est, nullis persuasionibus, vel terroribus inimici à communi felicitate patriæ auellatur [& scribam super illum] scilicet qui vicerit [nomen Dei mei] id est, Patris. Quasi diceret: Faciam illum esse filium Dei mei: ut sicut ego sum Filius per naturam, ita sit ipse filius per gratiam. Et dicit [scribam] quod enim dicitur, cito transit: quod scribitur, diu manet. Idem est ergo ac si dicat: in sempiternum tribuam, quod dicatur & sit filius Dei. Hoc nomen portabat Sacerdos in lamina aurea super frontem. *Exod. 28.* Et dicit [super eum] ad signandum, quod nomen Dei bonum venit de super, dono Dei, non nostris meritis. Hoc est nomen de quo dicitur in *Psal. 81.* Ego dixi: Dii estis. Vel sic [scribam super eum nomen Dei mei] id est, indelibiliter imprimam notitiam diuinitatis, quæ est vita æterna. *Ioan. 1. 8.* [& nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem] id est, notitiam celestis patriæ, vel triumphantis Ecclesiæ, quæ est nova inuolutione gloriæ. Vel sic [nomen civitatis novæ Jerusalem] id est, Ecclesiæ, ut sit & nominetur eius Ecclesiæ. Jerusalem interpretatur visio pacis, & significat Ecclesiam cuius nomen scribitur super electos, qui hic sunt in visione pacis per fidem, & in futuro erunt per speciem. Et dicitur novæ, quia intendit spiritualibus, non temporalibus quæ sunt vetusta. Vel nova novitate gratiæ in expoliatione veteris hominis, & induitione novi. *2. Corinth. 5.* Vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia nova. Et est sensus: Faciam eum pacificum, & eum qui venisset peccati expoliatum, & celestis gratiæ inuolutum quæ de celo descendit à Deo meo.

Nomen
Dei mei.

Hic queritur, Quomodo descendit, cum potius videatur ascendere: Sancti enim ascendunt in caelum, non descendunt inde: Responsio *Haymonis* dicit, quod Ecclesia dicitur descendere de celo, quia quicquid habet Ecclesia boni, à Deo descendit. *Iacob. 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. Vel dicitur [descendere de celo] in suo capite, scilicet, Christo, cui est vnitas per fidem. Vel descendit de celo secundum partem: quia Angeli descendunt ad informationem nostram. *Gen. 28.* Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens caelum: Angelos quoque Dei descendentes, & ascendentes per eam.

Ecclesia
dicitur
descendere
de
celo.

Et nomen meum novum [supple, scribam super eum qui vicerit: ut scilicet à me qui vocor Christus ex tempore, vocetur & ipse Christianus, id est, vnctus gratia Spiritus sancti: sicut rex & sacerdos. Quasi diceret: Faciam eum regem & sacerdotem. De primo *Psal. 38.* Inveni Dauid seruum meum, &c. De secundo *Isa. 65.* Spiritus Domini super me, eo quod vixerit me. Vel [nomen meum novum] quod est pauper, vilis, & abiectus. Nota: Antiquum nomen eius fuit, quod fuit ab æterno ihesus, & gloriosus: sed hoc est inuolutum in Ecclesia militanti, quando simul factus est in vnum diues & pauper. Hoc nomen scriptum est super electos ut pro Christo dicantur. *Matth. 5.* Beati pauperes spiritu. Vel [nomen meum novum] quod est Saporitanus qui inuadit vinum & oleum vulneribus sanuari, scilicet, vinum & oleum vulneribus sanuari, scilicet, vinum & oleum vulneribus sanuari, scilicet, vinum & oleum vulneribus sanuari.

Nomen
Dei dicitur
novum.

num correctionis, & oleum consolationis. *Isa. 61.* Ut ponerem consolationem lugentibus Sion [Qui habet aurem audiendi, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis] Quasi diceret: Omnibus dico, non vni.

Et Angelo Laodicie Ecclesie scribe, Hæc dicit, Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creature Dei.

Hæc est septima Epistola, & continet tria, scilicet, exordium, narrationem, & conclusionem. Primum ibi [Et Angelo Laodicie] Secundum ibi [Scio opera tua] Tertium ibi [Qui vicerit] In prima parte dicuntur duo. Primo dicit qui scribit. Secundo cuius auctoritate hoc facit [Hæc dicit, Amen] Dicit ergo Angelus ad Ioannem.

Laodicia

Et Angelo Laodicie Ecclesie scribe] Nota: Sicut dicit *Beza*, Laodicia interpretatur tribus amabilis Domini; vel, sicut in vomitu: quod bene conuenit huic Ecclesie. Quidam enim erant in ea qui erant tribus amabilis Domini, pro quibus Dominus dicit [Ego quos amo, arguo, & castigo. Item alij erant ibi pro quibus dicit Episcopo [Incipiam te euomere ex ore meo] & ideo bene conueniunt Laodicie Ecclesie secundum interpretationem nominis, quæ in hac Epistola continentur.

Amen quid sit. Quæstio.

Hæc dicit, Amen] Nota, quod in hoc Episcopo septimo inuenitur correctio, & [Amen] est confirmatio: & ideo ultimo hic ponitur, Amen. Vel, quia iste Episcopus in multis reprehensibilis erat, & debebat reprehendi ab Angelo qui gerebat personam Christi: quod de ore suo euomendus erat. Propter hoc præmittit auctoritatem veritatis. Item nota, quod amen verum vel fideliter signat, & refertur ad Christum qui est veritas, de qua *Ioan. 14.* Ego sum veritas. Et ideo non arguam nisi de veris.

Sed queritur, Quare non dixit: Hæc dicit veritas? Respondio. Plus dicit quam si diceret, veritas: quia cum nullus ausus fuit mutare hoc nomen [Amen] ostenditur in hoc incommutabilis & æterna veritas. Quasi dicat. Attende, quod tu reprehensus es ab incommutabili veritate.

Ergo [hæc dicit] scilicet, quæ sequuntur [Amen] id est, veritas Christus [testis] de operibus [fidelis] in promissionibus [et verus] in iudiciis. Nota: ista tria specialiter dicuntur de Christo: quia licet alij sint fideles, veri, & iusti: tamen in comparatione ipsius non: tum quia peccato non possunt carere; tum quia essentialiter est sanctus, & verus, & non potest mentiri: alij autem frequenter mentiuntur. *Nam. 23.* Non est Deus ut homo ut mentiar [Amen] principium creature Dei, id est, per quem Pater creauit & recreauit hominem qui est creatura Dei. *Rom. 1.* Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur. *Matth. 23.* Prædicate Euangelium omni creature. Nota, quod quatuor dicit hic secundum quod Christus gerit quatuor personas in iudicio: auctoris, testis, aduocati, iudicis. Est ergo [amen] id est, verax mouens causam contra reprobos [testis fidelis] contra teos [verus] aduocatus causam bonorum defendendo [principium] in quantum iudex qui est in causa persona pater-

palior, Nota, quod amen sumitur multipliciter. Aduerbialiter scilicet, pro eo quod est *vere. Ioan. 6.* Amen, amen dico vobis, id est, *vere. Psalm. 88.* fiat, fiat. Pro eo quod Hebræus habet: Amen, amen. Quandoque nominaliter ut hic, Hæc dicit, Amen, id est, verax, vel veritas.

Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus; incipiam te euomere ex ore meo.

Supra posuit Epistolæ exordium, hic ponit narrationem. Et tanguntur hic tria. Primo arguit Episcopum comminando. Secundo ad penitentiam monet ipsum [Suadeo tibi emere] Tertio si conuerti voluerit, promittit auxilium [Ego sto ad ostium]. In prima parte tria facit. Primo arguit. Secundo comminatur [Sed quia tepidus es] Tertio causam vtriusque subiungit [Quia dicit, Diues sum]

Continua sic: Mandat tibi, &c. Hæc scilicet [scio opera tua] id est, reprobo. Et tunc [scio] dicit hic simplicem notitiam [quia neque frigidus es] ut non habeas omnino fidem [neque calidus] ut habeas charitatem [utinam frigidus esses] per infidelitatem de timore, vel aperte esses omnino malus [aut calidus] per charitatem, scilicet, omnino bonus. Quia, sicut dicit *Glossa*, maior est spes de frigidis: quia propter ignorantiam minus habent peccatum, & accepta conuersionis gratia, citius ad veram iustitiam perueniunt [utinam frigidus esses] id est, infidelis, vel omnino malus: quia tunc appareret malitia tua, & aperta malitia correctionem habet non deceptionem [aut calidus] id est, omnino bonus [sed quia tepidus es] id est, omnino torpens, vel simulatus [et nec frigidus] id est, omnino malus [nec calidus] id est, omnino bonus. Nec calidus nec frigidus est qui est partim bonus, partim malus: interior malus, exterior appetens bonus. Incipiam te euomere. *Gl. excommunicando*, & à consortio Sanctorum remouendo, ex ore meo] id est, consortio Prædicatorum, & Episcoporum, qui dicuntur os Domini: quia in eis, & per eos loquitur Dominus. *Matth. 10.* Non enim vos estis qui loquimini, &c. *Isa. 30.* Os Domini non interrogastis, id est, Prædicatorum, vel Prælatorum. Et dicit [incipiam] quia Dominus non statim eicit peccatorem, sed paulatim expectando ad penitentiam. Nota: Calidum & frigidum nauseam non pronocant; sed tepidum, Eodem modo fit in Ecclesia. Dominus per Prædicatores, frigidos in peccatis frequenter ad se conuertit: calidos, id est, bonos, magis feruentem facit: sed tepidos de ore proicit, quia tales indignos iudicari audire verbum prædicationis: propter quod dicit [incipiam te euomere]

Frigidus. Calidus. Tepidus.

Excommunicatio dicitur.

Excommunicatio dicitur.

Nota, quod excommunicatio dicitur vomitus: quia sicut vomitus fit cum dolore & difficultate: sic separatio à consortio fidelium cum dolore & difficultate. *Thren. 3.* Non enim ex corde suo abiecit, & humiliavit filios hominum. Item fit causa medicine & sanitatis corporalis: sic excommunicatio debet fieri non ad vindictam, sed ad medicinam, ita ut correctio fiat. Sed, quomodo dicit [incipiam te euomere] cum talis non fuit in ore, id est,

id est, in consortio fidelium. Respondio. Secundum *Gloss.* Hoc dicitur, non quia erat in ore, sed quia videbatur.

Quia dicit, quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo.

Diues spiritus liter.

Tertia pars in qua causam argutionis & comminationis subiungit. Et ponitur duplex causa, scilicet, bonorum suorum ostentatio, vel iactantia. Secunda omnium bonorum penuria [et nescis] Quasi dicat. Incipiam te euomere, & merito [quia dicit] te iactando. Quod diues sum spiritualibus bonis, vel temporalibus [et locupletatus] scientia, & virtutibus [et nullius egeo] scilicet auxilio, vel consilio. Vel sic [Quia dicit, Quod diues sum] id est, purgatus in baptismo à peccatis [et locupletatus] scientia & diuitiis [et nullius egeo] quia sufficio mihi. Vel [diues] virtutibus [et locupletatus] bonis operibus [nullius egeo] scilicet quia abundo in omnibus. Vel [diues] scientia [et locupletatus] virtutibus [et nullius egeo] quoad corpus. Quasi dicat. In corpore & anima sum plenus & perfectus. Iste ergo se iactabat de bonis quæ habebat, & gloriabatur. Contra quod *Ierem. 9.* Non gloriatur diues in diuitiis suis.

Et nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

Quæstio queritur anima.

Hic ostendit in eo penuriam bonorum, & primo defectum scientiæ [et nescis] Secundo defectum bonitatis [miser es] Tertio defectum spiritualis sanitatis [miserabilis] Et deinde ponit tria quæ respondent istis [et pauper, &c.] Vnde dicit [nescis] id est, nescire vis: in quo notatur ignorantia affectata, de qua *Psalm. 35.* Noluit intelligere [et nescis, id est, defectus scientiæ] quia tu miser es] miseria culpæ: *Proverb. 14.* Miseros facit populos peccatum [et miserabilis] impotentia & infirmitate. Et per hæc tria ostenditur auersus à tota Trinitate. Per hoc quod dicit [nescis] in quo ignorantia, signatur auersus à Filio cui appropriatur sapientia. Per hoc quod dicit [miser] in quo malitia, ostenditur auersus à Spiritu sancto cui appropriatur bonitas. Per hoc quod dicit [miserabilis] in quo impotentia, ostenditur auersus à Patre cui appropriatur potentia [et pauper] quia caret gratia [et cæcus] quia caret scientia [et nudus] quia spoliatus virtutibus, quæ sunt animæ vestimenta. *Infra 16.* Beatus qui custodit vestimenta sua. Vel sic [et nescis quia miser es] in te [et miserabilis] aliis. Et subdit in quibus [et pauper] per amissionem charitatis [et cæcus] per amissionem veræ cognitionis [et nudus] per amissionem boni operis. Vel sic [Et nescis] exaceratus superbia [quia miser es] in existentia [et miserabilis] in apparentia. Et dicit [miser] contra hoc quod dicit, Diues sum [miserabilis] contra hoc quod dicit, Et locupletatus [pauper & cæcus & nudus] contra hoc quod dicit, Et nullius egeo.

Nudus multiplex.

Nota: Multiplex est nuditas: paupertatis. *Iob. 31.* Si desperi prætereuntem eo quod non haberet indumentum. Imbecillitatis. *Iob. 1.* Nudus egressus sum de utero peccati, vel culpæ. *Isa. 30.* Sicut ambulauit seruus meus nudus, & discalceatus, &c. Item ponit. *Isa. 21.* Minabit Rex Assy-

riorum captiuitatem Egypti, &c. Et sequitur. Nudam & discalceatam. Item gratia, de qua hic [et nescis quia miser, &c.]

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, ut locuples fias: & vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut videas.

Hæc est secunda pars huius Epistolæ, in qua monet Episcopum ad penitentiam. Et tanguntur duo. Primo ponit admonitionem. Secundo ne desperet ponit consolationem [ego quos amo] In prima tria tangit: Primo monet ad satisfactionem, secundo ad confessionem [et vestimentis albis] tertio ad contritionem [et collyrio]. Item satisfactionem tangit in tribus: in cleemosynarum largitione, vel pietate, cum dicit [aurum] Secundo in orationis deuotione, cum dicit [ignitum] Tertio in carnis mortificatione, cum dicit [probatum] Dicit ergo, Tu talis es, & licet sis indignus misericordia: tamen

Auro ignito comparatur pietas.

Suadeo tibi emere aurum] pietatis: quia sicut aurum inter omnia metalla pretiosius, sic inter opera satisfactoria pretiosior pietas inuenitur. *1. Tim. 4.* Corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia valet [ignitum] deuotione orationis, de quo *Amos 1.* Mittam ignem in domum Azazel [et probatum] cum maceratione carnis *Ezech. 27.* Vasa siguli probat fornax, &c. [ut locuples fias] scilicet virtutibus bonis [et vestimentis albis] id est, luce honestæ conuersionis [induaris] scilicet in confessione oris. *Psalm. 103.* Confessionem & decorem induisti, amictus linteus sicut vestimento. Et dicit plorantem [vestimentis] quia conuersatio munda, ex multis virtutibus quasi ex multis filiis est contraxta, de qua *Matth. 22.* Amice quomodo huc intrasti, &c. [et collyrio] id est, cordis contritione [inunge oculos tuos] id est, intellectum & affectum. *Psalm. 24.* Oculi mei semper ad Dominum.

Contritio dicitur collyrium.

Nota: Contritio dicitur collyrium: quia sicut collyrium primo conturbat oculum, & ex pellit humorem noxium, & postea clariorem reddit visum: sic contritio conturbat prædictos oculos per dolorem de peccatis, & deinde clariorem reddit, & ad considerandum penam quæ fugienda, & gloriam quæ est appetenda. Item nota, quod hæc tria respondent tribus prædictis. Contra paupertatem suadet emere aurum ignitum, contra nuditatem indui vestimentis albis, contra cæcitatem inungere oculos collyrio.

Aliter [suadeo tibi emere aurum] charitatis: quia ipsa superat omnes virtutes alias, sicut aurum omnia metalla. *1. Cor. 13.* Maior autem horum charitas [ignitum] feruore dilectionis [probatum] in fornace tribulationis. *Sap. 4.* Tanquam aurum in fornace probauit, &c. [à me] in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, & qui do omnibus affluenter [et locuples fias] quia sine charitate nullus potest ditari. *1. Cor. 13.* Si habuero omnem fidem, &c. [et vestimentis albis induaris] scilicet, emenderis à nigredine peccatorum, & decoreris pulchritudine virtutum [ut non appareat confusio nuditatis tuæ]

qua id est, tepor tuz conuersationis quo nudatus es gratia, & vestitus culpa, & dignus confusione aeterna [& collyrio] pœnitentiæ [inunge oculos tuos] vt intellectus purgetur ab errore vel ignorantia, & affectus a culpa [vt videas] tua peccata & Dei beneficia.

Aliter sic [suadeo tibi emere aurum ignitum] id est, pretiosum Dei verbum, vel sapientiam ignitam per charitatem [& probatum] per veritatis simplicitatem. Hoc aurum emitur per studium & assiduam Scripturarum meditationem. *Psal. 1.* In lege eius meditabitur die ac nocte [vt locuples fias] id est, abunde bonis spiritualibus [& non appareat] in diē iudicij [confusio nuditatis tuæ] id est, nuditas virtutum & operum, vnde confundaris illa confusione, de qua dicitur *Jerem. 20.* Confundantur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod non delebitur.

Vel sic [suadeo tibi emere, aurum, &c.] Sicut dicit *Haymon.* debemus [aurum ignitum] intelligere Dominum Iesum Christum, Passionis igne decoctum [& probatum] per verba & verbera. *Sap. 2.* Contumeliis & tormento intortegemus eum, &c. *Cantic. 5.* Caput eius, id est, Ecclesiæ, aurum optimum. Caput Ecclesiæ Christus. Emittitur autem per imitationem in tolerantia passionum. Vel sic [suadeo tibi] id est, ad tuam vtilitatem [emere] Hoc dicit contra illos qui pro nihilo volunt habere [aurum ignitum] id est, regnum caelorum. Hoc emitur per paupertatem.

Regnum caelorum emitur diuersimode.

Matth. 5. Beati pauperes spiritus: quoniam ipsorum est regnum caelorum. *Aug.* Venale habeo. Quasi dicat. Regnum caelorum. Quo emitur? Paupertate. Item per pœnitentiam. *Matth. 4.* Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum, &c. [probatum] ab Angelis & Sanctis omnibus [vt locuples fias] bonis incorruptibilibus [& vestimentis albis induaris] id est, virtutibus, vel operibus bonis [vt non appareat confusio nuditatis tuæ] in futuro omnibus. *Gloss.* Melius est hic coram paucis confundi, quam in futuro coram omnibus [& collyrio inunge oculos tuos] *Haym.* Per collyrium quod de terra nascitur, signatur Christus qui de terra, id est, Virgine Maria est natus. Item collyrium auferit ab oculis puluerem: sic Christus terrenorum amorem. Collyrio ergo inunguntur oculi, quando per paupertatis Christi considerationem amor terrenorum expellitur [vt videas] Tunc enim homo clarius videt vtilitatem peccatorum suorum, & excellentiam celestium pramiorum. Vel collyrium potest dici verbum Dei, quod oculos cordis illuminat. *Psal. 118.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. Item sanat. *Psal. 106.* Misit verbum suum, & sanauit eos. Item collyrium sunt diuina praecepta quae sensum spirituales illuminant. *Psal. 18.* Praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Item collyrium, Passionis Christi memoria, quae oculos mentis illuminat: sicut oculi Tobiae fuerunt illuminati felle piscis *Tob. 12.* Nam piscis assus, Christus passus: sel piscis, amaritudo Passionis eius. Item collyrium, quaelibet tribulatio, quae illuminat per soam amaritudinem. Nam dicit *Greg.* Pœna oculos aperit, quos culpa claudit. Item collyrium sunt dona Spiritus sancti, quae spiritualiter illuminant, & expellunt omnem amorem carnalem. *Greg.* Gustato spiritu, desipit

omnis caro. *Sophonia 3.* In igne zeli mei deuorabitur omnis terra.

Ego quos amo, arguo & castigo. Emulare ergo, & pœnitentiam age.

Hic ne desperet ponit consolationem, & proponit ei electos in exemplum, quos oportet transire per tribulationes ad regnum.

Continua sic: Inunge oculos tuos collyrio, & non timeas amaritudinem eius [quia ego quos amo] id est, electos [castigo per disciplinam. *Præu. 4.* Quem enim diligit Deus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Vel [arguo] id est, arguos reddo per cautelam futurorum. Vel [arguo] verbis [& castigo] verberibus. De utroque *Psal. 118.* Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit. Vel [castigo] id est, castos reddo: quia *Eccli. 11.* Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Emulare ergo [Quasi dicat. Si tibi non sufficit verbum persuasione ab electis, accipe exemplum imitationis. Vade [emulare ergo] id est, imitare bonos. *Gal. 4.* Emulamini bonum in bono semper [& pœnitentiam age] scilicet de peccatis pœnitentis, de bonis omissis, de negligentia, & iactantia, de tepiditate, de hypocritis. *Matth. 3.* Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum caelorum.

Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

Hæc est tertia pars Epistolæ in qua si voluerit conuerti, promittit auxilium. Et dicuntur tria: Primo tangitur gratia excitans liberum arbitrium hominis. Secundo consensus liberi arbitrii [Si quis audierit] Tertio infusio gratiæ gratum facientis [Intrabo ad illum]

Continua sic: Imitare bonos, & age pœnitentiam, & noli dissidere, quia [ecce ego sto] quasi paratus iuuare, siue intrare [ad ostium] cordis quod est liberum arbitrium, vel voluntas. *Cam. 5.* Aperi mihi foror mea sponsa [& pulso] per predicationem. *Cam. 5.* Vox dilecti mei pulsantis. Vel [pulso] per inspirationem, beneficiorum collationem, tribulationum immissionem [si quis audierit vocem meam] id est, predicationem, illam recipiendo, & opere implendo, & obediendo [& aperuerit ianuam] id est, voluntatem per consensum, vel veram fidem [intrabo ad illum] gratiam infundendo, & secretum cordis illuminando: sicut sol intrat per fenestram [& cenabo] id est, delectabor [cum illo] scilicet per eius iustificationem. *Prou. 8.* Deliciae meae esse cum filiis hominum [& ipse mecum] per conscientiae mundæ iucunditatem & securitatem: *Prou. 4.* Secura mens quasi iuge coniuiuium. Vel sic [cenabo cum illo] gratiam infundendo [& ipse mecum] gratiæ cooperando, & inspirationi consentiendo.

Vel sic [Ego sto] expectans ad pœnitentiam. *Offitium duplex. Isa. 30.* Expectat Dominus vt miseretur vestri [ad ostium] Nota quinque sensus sunt ostia exterius, de quibus *Isa. 26.* Vade populus, intra in cubacula tua, claude ostia super te. Item ostium inte

interius est mentis aditus. Ad istud pulsat Christus. *Iob 31.* Ostium meum viatori patuit [& pulso] reuelatione, compulsionem, deuotionem, increpationem, beneficiorum exhibitionem [si quis audierit vocem meam] scilicet mentis intellectu. *Iob 42.* Auditu auris audiui te [& aperuerit ianuam] voluntatis consensu [intrabo ad illum] gratiam infundendo [& cenabo cum illo] spiritualiter delectando [& ipse mecum] in gloria exultando. Cenat enim Dominus cum homine in vita ista: sed homo cum Deo in vita alia.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Hic est tertia pars principalis huius Epistolæ & dicuntur duo. Primo ponitur allicitiuum affectus, secundo excitatiuum intellectus [qui habet aurem] Dicit ergo.

Qui vicerit [scilicet mundi vanitatem, carnis vilitatem, diaboli malignitatem] dabo ei [non vendam, non reddam, non mutuabo] sedere mecum in throno meo [id est, potestatem iudicandi mecum in iudicio. *Matth. 19.* Amen dico vobis quod vos, &c. [sicut & ego vici] scilicet mundum per paupertatem, carnem per virginitatem, diabolum per humilitatem [& sedi cum Patre meo in throno eius] id est, potestatem accipi à Patre iudicandi. *Ioan. 5.* Pater omne iudicium dedit Filio. Vel [sedi cum Patre] id est, sicut ego sum in potioribus bonis Patris. *Matth. ultimo.* Et Dominus quidem Iesus postquam locutus es eis, assumptus est in caelum, & sederat à dextris Dei [Qui habet aurem] id est, cordis intelligentiam [audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis] expone vt prius.

Nota: Laodicia interpretatur tribus amabilis Domini: & ideo per hæc bene intelliguntur Sancti, qui erunt in tempore ultimo, qui valde diliguntur à Domino, & sedebunt vt iudices cum stolis & Domino in iudicio. *Matth. 19.* Sedebitis & vos super sedes duodecim, &c.

Dub. 1. Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [Et Angelo Sardis Ecclesiæ scribe: Scio opera tua] Queritur, Cum alios Episcopos ante argutionem commendauerit, quare hic similiter non facit, imo ante commendationem arguit? Respondio. Sardis interpretatur principium pulchritudinis. Ad signandum ergo quod parum bonum est incipere nisi perseueretur in illo: ideo statim Episcopum istum reprehendit. *2. Petr. 2.* Melius erat eis viam veritatis non agnoscere, &c.

Dub. 2. Secundo dubitatur super illo verbo [Sed habes pauca nomina] Quare non dixit, paucos homines iustos vel bonos: sed dicit, pauca nomina? Respondio. Non dicit, paucos, sed pauca nomina, ad signandum, quod Dominus proprias oues vocat nominatim *Ioan. 10.* Qui suorum Sanctorum nomina scribit in celo. *Luc. 10.* Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Vel ad signandum predestinatos quorum nomina sunt scripta in Libro vite, non dixit, homines, sed nomina.

Dub. 3. Tertio super illo verbo [Qui habet clauem David] Cum supra dixit, habeo clauem mortis & *D. Alberti. Mag. in Apocalypsim.*

inferni: hic dicit, qui habet clauem David: queritur quare est ista diuersitas? Item, Cum Aaron fuerit Sacerdos & Prælatum, ad quem pertinet vltus clauium: quare non dicit hic, qui habet clauem Aaron: sed dicit, qui habet clauem David. Item, Cum dicitur *Matth. 16.* Tibi dabo clauem regni in plurali: quare dicit hic in singulari, qui habet clauem David?

Responsio. Clauis multipliciter accipitur. Quandoque dicitur potestas refræmandi demones. Sic accipitur supra, id est, habeo clauem, id est, potestatem inferni & mortis. Et *infra 2.* habentem clauem abyssi, &c. Quandoque dicitur potestas ligandi arque soluendi peccata. Sic accipitur *Matth. 16.* Dabo tibi clauem regni caelorum. Quandoque dicitur potestas nocendi. Sic accipitur *infra 19.* Clauem putei abyssi. Quandoque potestas & scientia aperiendi Scripturas. Sic accipitur hic: qui habet clauem David, id est, potestatem qua aperitur David, id est, Scriptura quae intelligitur per David qui fuit Propheta: & tunc constituitur non ex vi possessionis, sed ex vi operis vel actoris. Et sic patet responsio ad primum per distinctionem prædictam, & ad secundum per constructionem diuersam. Non enim dicit clauem Aaron: quia ille non fuit Actor vltius scripturæ, nec scriptor. Quod queritur, Quare dicit singulariter clauem? dicendum, quod ipse non loquitur de vltu vel potestate Prælatorum, quæ dicitur clauis vel singulariter vt quidam dixerunt, vel pluraliter vt quidam dicunt: sed de clauis illa qua Christus aperuit paradysum & infernum. Hæc est crux, quæ aperuit infernum, vt inde bonos extraheret. *Zach. 9.* Tu autem in sanguine testamenti tui, &c. paradysum, vt introductet liberatos. *Isa. 26.* Aperite portas, &c. Hæc dicitur esse clauis David, & non Aaron: quia de cruce pœnitentiæ quam portauit David bene legitur, & non de cruce quam portauit Aaron. Hæc autem clauis quæ adaptata est ostio, regnum caelorum aperuit.

Dub. 4. Quarto super illo verbo [Dabo ei sedere mecum in throno, &c.] Queritur, Cum *Matth. 19.* dicatur sedere super sedes duodecim: quare hic dicitur sedere in throno? Respondio *Haymon.* Vnus thronus dicitur propter vnam potestatem iudicariam, duodecim sedes propter electorum perfectionem qui iudicaturi sunt. Nam duodecim numerus est perfectus, cum consistat ex duobus senariis.

Dub. 5. Quinto vicerit, dabo, illi sedere. Queritur, Cum constet quod non omnes qui vincunt, sedebunt cum Domino in iudicio, sed tantum perfectiores: quare dicitur hic, Qui vicerit, &c. Respondio *Haym.* Quod ceteri non habebunt in se, habebunt in suis Prælati. Qui ergo per se non iudicabunt, per illos præpositos vti que iudicabunt. Tanta enim est in illis charitas, vt quod quisque viderit in altero, suum reputet.

VISIO SECUNDA.

CAPVT IV.

Post hæc vidi : & ecce ostium apertum erat in celo, &c.

Supra posuit visionem primam quæ est de correctione Ecclesiarum, hic ponit secundam quæ est de reuelatione mysteriorum. Et pater ordo, quia prius necesse est esse correctos, quam eis fiat reuelatio. Vnde Gloss. correctos enim competenter sequitur secretorum reuelatio. Hæc autem pars diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de sedente in throno, & coronato eius. In secunda agitur de libro signato, quem reuelat sedens in throno in dextera ipsius, infra 5. [& vidi in dextera] In tertia de agno librum accipiente, infra 5. circa medium [& vidi & ecce in medio] In quarta de consequentibus apertionem libri, vt scribitur infra 6. [& vidi quod aperuisset] In prima tanguntur duo : primo visionem antecedentia, secundo visio ipsa [& ecce sedes] In prima tanguntur tria : primo, quod ostium apertum vidit : secundo, quod vocem audiuit [& vox prima] Tertio, quod fuit in spiritu ad impetium vocis [ascende huc] Dicit ergo.

Ecclesia per caelum in lignis.

Post hæc. Hymno. Non ad vicissitudinem temporum referendum est, sed ad ordinem visionum. Vnde Gloss. Post hæc] non tempore, sed ordine: siquidem vidit omnes has visiones in vna die Dominica [vidi] oculis mentis, non corporis. Vel [vidi] id est, reuelationem & visionem habuit [ostium] id est, Christum qui dicit Ioan. 10. Ego sum ostium [apertum] in sua passione. Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit. Vel [apertum] id est, paratum recipere omnes venientes ad se. Ioan. 6. Et cum qui venit ad me, non eiciam foras [in celo] id est, in Ecclesia, quæ per caelum multis rationibus intelligitur. Primo: quia per celestem conuersationem est à terrenis eleuata. Philip. 3. Conuersatio nostra in caelis est. Secundo: quia constans per fidem & solidata. Job 27. Cæli solidissimi quasi ære facti sunt. Tertio: quia amicorum & inimicorum dilectione circumquaque distensa. Psalm. 103. Extendens cælum sicut pellem. Math. 23. Diligite inimicos vestros. Quarto: quia sole iustitiæ illustrata. Malach. 3. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, id est, Christus qui illuminauit Ecclesiam sua præsentia. Quinto: quia lunam habet, id est, intelligentiam sacre Scripturæ, in qua prænuntiantur futura mysteria Ecclesie. Ezech. 1. Luna in omnibus in tempore suo ostendit tempora, & signum æui. Luna signum diei festi. Sexto: quia habet stellas, id est, Sanctorum diversorum ordinem & pulchritudinem. Dan. 12. Fulgentia qui docti sunt, & fulgebunt quasi stelle. Et septimo: quia caelum semper est in motu sic Ecclesia semper mouetur de virtute in virtutem proficiente. Act. 1. Ibi est virtus in virtutem. In hoc celo, id est, Ecclesia [apertum]

est ostium] id est, Christus per reuelationem mysteriorum, quæ aperuit Sanctis. Ioan. 15. Quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Vel sic [caelum] dicitur facta Scriptura: quia in ea celantur multiplices intelligentiæ [ostium] figurarum obscuritas. Hoc apertum est per Christum: nam Christo adueniente paruit veritas & recessit obscuritas. Proverb. 27. Aperta sunt prata. Item humilibus est apertum. Supra 3. Ecce dedi coram te ostium apertum: quia modicam habes virtutem, id est, humilitatem. Luc. 24. Tunc apertuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.

Et vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. Statim fui in spiritu.

Hic queritur, Cum supra primo audierit vocem tanquam tubæ, non videtur hæc prima fuisse. Reponitur. Non fuit hæc vox prima simpliciter, sed prima quantum ad ea quæ in hac visione continentur. Vnde Gloss. Prima quantum ad ea quæ in hac visione vidit. Vel dicitur hæc vox prima ad signandum quod eadem fuit hæc & illa. Vnde Hymno. Vox prima quam audiuit Ioannes Verus Testamentum intelligitur, vbi mysteria Christi, & Ecclesie sunt prædicta. Ad signandum ergo quod eadem fuit vox hæc & illa, dicit [Et vox prima] id est, doctrina prophetica [quam audiui] id est, intellexi [tanquam tubæ] scilicet excitantis ad pugnam contra diabolum, carnem, & mundum. Vel dicitur tuba doctrina. Quia sicut tuba sonum recipit in silentio, & deinde emittit cum strepitu magno: sic Prophetæ audiebant per secretam inspirationem, quod postea cum magno clamore emittent. Isa. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Nota: illa dicitur prima ordine temporis, non dignitatis. Apostolica vero doctrina dicitur prima ordine dignitatis, sed secunda ordine temporis [loquentis mecum] Gloss. Non dissentientis à rationabilitate mea [dicens: Ascende] non corporis motu, sed ascende per spiritualem intelligentiam, dimittendo sensum literalem [huc] id est, ad ostium quod est Christus. Prophetæ docuerunt ascendere ad Christum [& ostendam tibi quæ oportet fieri cito] id est, in tempore presenti quod est breuissimum momentum respectu æternitatis. Vel [quæ oportet fieri] id est, tribulationes & persecutiones, & postea consolationes, & remunerationes [cito] id est, ante diem iudicii quæ cito veniet. Iac. 1. A. 2. a. dici: quia prope est [post hæc] in statu presentis Ecclesie. Vel [post hæc] id est, in vltimis fidelibus [Statim] hoc audito [fui in spiritu] supple plus quam prius, id est, in visione magis spirituali. Et per hoc quod dicit [statim] notatur eius obedientia contra pigros. Per hoc quod dicit [in spiritu] visionis bonitas: quia terrenis non vacabat contra cupidos. Bernard. Verus obediens mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, & manus operi: & se totum in se colligit, vt mandatum peragat imperantis. Aliter [vox prima] dicitur inspiratio diuina, quæ prima dicitur tempore, casualitate, & dignitate respectu vocis corporeæ: sed

Vox prima.

sed tanquam tubæ, quia inuitat ad grandia, & ardua: sed loquentis mecum, quia intus inspirat. Psalm. 84. Audiam quid loquatur. Cætera exponere sicut prius.

Et ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens.

Supra determinauit antecedentia ad visionem, hic ponit eam. Et diuiditur hæc pars in tres. Primo dicit se videre sedem, & sedentem. Secundo describit sedentem [& qui sedebat] Tertio sedis descriptionem [& iris erat] Continua ita: Fui in spiritu, vbi vidi mysteria. Vnde [& ecce sedes posita erat in celo] id est, in Ecclesia, quæ est sedes Dei. Psalm. 10. Dominus in celo sedes eius. Sed tunc obicitur: Ecclesia est sedes Dei: ergo si sedes in Ecclesia ponitur, Ecclesia in Ecclesia ponitur. Responso Hymno. Ecclesia quæ est sedes Dei, licet in hac carne versetur, tamen mente iam caelum inhabitat, & hoc modo presens Ecclesia quæ adhuc corpore peregrinatur à Christo, in Ecclesia est mente quæ iam regnat cum illo. Vel dicendum, quod per sedem intelliguntur electorum corda, per caelum Ecclesia. Sedes ergo in Ecclesia est posita, id est, electi in quibus sedet Deus, positi sunt in Ecclesia. Nam sic positi sunt in Ecclesia, sicut stellæ in firmamento. Ioan. 13. Posui vos vt eatis. [& super sedem sedens] id est, omnes dignitate excedens, & pietate regens. Ioan. 3. Qui de celo venit, super omnes est.

Ecclesia dicitur sedes.

Questio.

Christus comparatur lapidi.

fortitudo eius [lapidis] non cuiuscumque nature, sed [lapidis iaspidis, & sardinis] Nota: istis duobus comparatur, ad demonstrandum in ipso naturam diuinam scilicet, & humanam. Et secundum Hymno. per iaspidem intelligitur diuinitas Filij Dei: nam iaspis viridis coloris est, qui visum corporalem delectat, & confortat. Similiter in contemplatione diuinæ claritatis est summa delectatio visus spiritualis, & confortatio, & resectio, id est, intellectus [Sardis] autem siue sardius terre rubræ speciem habet siue similitudinem: & ideo per ipsum Filij Dei humanitas designatur, quæ rubore sanguinis perfusa est tempore Passionis. Isa. 63. Quare rubrum est indumentum tuum? Aliud ergo est in ipso quod videret, & aliud quod rubet: & tamen vnus Christus. Quod videret, est potentia qua nos creauit: quod rubet, est misericordia qua nos recreauit, vel redemat.

Iaspidis & sardis comparatur primo.

Aliter, iaspis videret in quo signatur immarcescibilis beatitudo quam promittit bonis. Sardius rubet in quo signatur ignis eternus quem comminatur malis. Aliter, Secundum Bedam istis duobus lapidibus se comparat, ad significandum quod Christus iam iudicauit vno iudicio per aquam, & alio iudicabit per ignem. Color enim iaspidis signat aquam, sardius signat ignem. Similis ergo dicitur istis duobus lapidibus: quia in potestate sua habet duo iudicia, quorum vnum consummaturum est per aquam, alterum consummabitur per ignem.

Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdine.

Hic notificat sedem, & primo ab his quæ in circuitu sedis erant, secundo ab his quæ à sede procedebant [& de throno] Tertio de his quæ in conspectu sedis stabant [& in conspectu] Quarto per ea quæ in medio sedis, & in circuitu erant [& in medio sedis] Duo autem erant in circuitu sedis: Christus secundum humanam naturam, & Scriptura Noui & Veteris Testamenti quod ibi in circuitu sedis. Dicit ergo.

Christus dicitur.

Et iris erat in circuitu sedis. Iris græcè, latine dicitur arcus, qui in die pluuie videtur à parte orientis, & signatur per ipsum humani generis reconciliatio ad Dominum, sicut dicitur Genes. 6. Et generatur, quando solis radius nubem aquosam ingreditur. Et per nubem quæ leuis est, intelligitur humanitas à Verbo assumpta, quæ fuit omnino immunis ab onere peccati. Isa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuam Eec. Sol vero est Filius Dei, Malach. ultimo. Vobis timentibus Deum orietur sol iustitiæ. Sole ergo nubem illustrante iris, id est, arcus caelestis apparuit, cum Dei Filius naturam humanam suscipiendo, ipsam irradiauit, & apparuit arcus nostræ reconciliationis, scilicet, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Ezech. 43. Vide arcum, & benedic qui fecit illum. Aquola vero dicitur humanam naturam propter abundantiam gratiarum. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Secundum Hymno iris habet duos colores præcipuos, viridem, id est, aquosum, & rubrum, in quibus aperte signatur aqua baptismatis, & sanguis redemptionis: quibus duobus tota cingitur & munitur Ecclesia: & ideo iris recte Christum

Iris habet duo colores præcipuos.

Smaragdus.

signat. Sensus ergo est [Et iris erat in circuitu sedis] id est, Christus in circuitu Ecclesie protegens eam, & muniens aqua & sanguine [simili visioni smaragdinae] Nota: Smaragdus est lapis nimie viriditatis, claræ, & perspicue: aspis viriditatis obtusa, non ita clara. Unde per viriditatem aspidis Christi deitas intelligitur, quæ quasi obnubilata est, quia nullus eam comprehendere potest. Per viriditatem smaragdi quæ perspicua est, eius signatur misericordia quæ ita perspicua est, ut nullus eam ignorare possit: quia sicut smaragdus vicina loca informat, ita misericordia Dei ad omnes se infundit. *Psalm 144.* Misericordies eius super omnia opera eius. Sensus ergo est [simili visioni smaragdinae] quia Christi misericordia illos in quibus sedet, protegit, & sine eius misericordia nullus ad ipsum ascendit.

Aliter, iris est iusta meritorum retributio, quam Deus faciet bonis & malis in die iudicij: & est in circuitu sedis, quia ex omni parte mundi, ap- parebunt coram eo homines iudicandi [simili visioni smaragdinae] in quo expressior notatur vtrorumque retributio. Smaragdus rubet, in quo notatur ignis damnationis malorum: item viret, in quo notatur retributio bonorum.

Et in circuitu sedis, sedilia viginti-quatuor: & supra thronos, viginti-quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronas aureas.

Hic dicit tam Veteris quam Noui Testamenti vniuersitatem Sanctorum esse in circuitu, & commendat eos à quatuor. Primo à prudentia, cum dicuntur [seniores] Secundo à iustitia, cum dicuntur [amicti stolis albis] Tertio à temperantia, cum dicuntur [amicti stolis albis] Quarto à fortitudine, cum dicitur [coronas aureas] Dicit ergo.

Sedilia.

Et in circuitu sedis] id est Ecclesie [viginti-quatuor sedilia: & super thronos, viginti-quatuor seniores sedentes] Sed contra: *Math. 19.* non ponit nisi duodecim sedes, & duodecim sedentes. Responsio *Haym.* Dicuntur duodecim propter Apostolicam dignitatem qui iudicaturi sunt cum Domino: sed viginti-quatuor propter sanctos vtriusque Testamenti, qui venturi sunt ad iudicium cum Domino. Vnus vero est thronus propter iudicariam potestatem, quæ vna est, ut dicitur *supra 3.* Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. Sunt autem & duodecim propter Apostolicam dignitatem, in quibus omnes illi intelliguntur qui Apostolicam vitam duxerunt. Item viginti-quatuor propter merita Apostolorum, & Prophetarum. Nota: Prius vocantur [sedilia] quia in eis Deus sedet, & quiescit: sed super thronos sedere dicuntur, quia alios iudicabunt. *Sapient. 3.* Iudicabunt Sancti nationes, &c. Vel sic [in circuitu sedis] id est, Ecclesie [viginti-quatuor sedilia] id est, minores Sancti, qui fidem & charitatem tenent quam docent quatuor Evangelistæ, cum sex operibus pietatis quæ per senarium designantur: & viginti-quatuor componitur ex sex & quatuor multiplicatis [& super thronos, viginti-quatuor seniores] id est, in Ecclesia maiores [sedentes] prius vocavit eos sedes: quia in

eis sedet Deus: modo vocat sedentes, quia respectu inferiorum quos debent regere & informare in bonis operibus. Et nota, quod isti dicuntur viginti-quatuor propter prerogatiuam duodecim Patriarcharum, à quibus Patres Veteris Testamenti originem traxerunt: & propter duodecim Apostolos, à quibus Patres Noui Testamenti ortum habuerunt [circumamicti stolis albis] scilicet, munditia duplici, scilicet, interiori, & exteriori: vel munditia cordis, & corporis. *Eccle. 9.* Omni tempore vestimenta tua sint candida [& in capitibus eorum] supple, iudicium [coronas aureas] id est, vitam æternam pro victoria vitiorum, quam in mundo obtinuerunt. *Supra 2.* Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Vel sic [circumamicti stolis albis] id est, immortalitate corporis [& in capitibus eorum coronas aureas] quoad animæ stolam, quæ signatur per aurum, quia in auro fulgor, ecce cognitio: item pretiositas siue valor, ecce comprehensio: in quibus consistit in tota animæ beatitudo.

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt septem Spiritus Dei.

Hic describit sedem, id est, Ecclesiam per ea quæ procedunt ab ea, & sunt tria: fulgura, voces, & tonitrua. In fulgure notatur pœnæ æternæ comminatio, vel miraculorum coruscatio: in voce consolatio, vel beatitudinis promissio: in tonitruo pœnæ temporalis comminatio. Et quia omnia ista debent à charitate Ecclesie procedere, ideo ponitur septiformis Spiritus in similitudine lampadis ardentis ante sedem descriptio [& septem lampades ardentes] Dicit ergo [Et de throno] id est, de maioribus personis quæ sunt in Ecclesia, ut sunt Prædicatores, & Prælati [procedebant fulgura] id est, comminationes pœnæ æternæ. *Ps. 18.* Fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Vel [fulgura] id est, miracula, quæ comparantur fulguribus, quia terrent & illuminant. *Psalm. 76.* Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ [& voces] consolationum, vel beatitudinis æternæ promissiones. *Cantic. 2.* En dilectus meus loquitur mihi, Surge amica, &c. [& tonitrua] id est, terrores temporalis pœnæ. *Math. 7.* Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c. Hæc sunt illa tria quæ ostensa sunt *Ezech.* scripta in libro, in quo erant scriptæ lamentationes, carmen, & v. Lamentationes, id est, pœnæ æternæ comminationes: carmen, id est, vitæ æternæ promissiones: & v., id est, pœnæ temporalis terrores. Et quia hæc procedunt à sede Dei, & non ex odio, sed ex charitate: ideo subdit [& septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt septem Spiritus Dei] id est, septiformis gratia Spiritus sancti: quia licet vna in natura, multiplex tamen est in donis. Et dicuntur [lampades ardentes] quia accendunt ad amorem Dei per charitatem, & illuminant per fidem [ante thronum] dicuntur esse: quia quicquid facit Ecclesia, totum ad charitatem retorquet, quæ est Spiritus sancti, vel à Spiritu sancto. Vel [ante thronum] ad signandum, quod dona semper debemus ante oculos habere ut videamus, & visa desideremus.

Et

Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo.

Hic notificat sedem, id est, Ecclesiam per illud quod erat in conspectu sedis. Vnde dicit [& in conspectu sedis] id est, Ecclesiam, in qua Deus sedet, & quiescit, ad similitudinem indicis, ut dicit *Gloss.* [quasi mare vitreum] id est, baptismus, qui dicitur mare, quia sicut in mari submersus exercitus est Aegyptiorum *Exod. 15.* sic in baptismo submerguntur exercitus peccatorum. Item [vitreum] dicitur: quia sicut vitrum quod habet interius, ostendit exterius: sic fides quae in baptismo suscitatur, qualis est interius in corde, debet manifestari in confessione. *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam. Quasi dicat. Mare vitreum est baptismus, id est, fides suscepta in baptismo: quia intus & extra splendet. Vel dicitur [mare vitreum] propter pulchritudinem virtutum quae in baptismo conferuntur. Item sicut vitrum intus mittit solis radium, sic baptismus gratiam Spiritus sancti. Et ne putaretur huiusmodi fides fragilis, quia vitrum est fragile: ideo subdit [simile crystallo] Crystallo sit ex aqua multo tempore congelata, & frigore continuatur ad similitudinem lapidis. Similiter fides in baptismo suscepta, multo tempore & multis tribulationibus ad firmitatem perducitur.

Baptismus dicitur mare vitreum.

Crystallo.

Ecclesia dicitur mare.

Aliter, Ecclesia militans dicitur [mare] quia tribulationibus adhuc exponitur [vitreum] propter puritatem conscientiae quam habent multi [simile crystallo] quia sicut crystallo ex aqua generatur: sic Ecclesia ex membris infirmis compingitur. Et dicitur esse [in conspectu sedis] quia de hac debent Praelati esse solliciti, sicut mater de puero quem diligit, & semper vult eum praesentem habere praes oculis. Aliter, Per [mare] signatur poenitentia, vel poenitentis anima, quia amara. *Thren. 2.* Magna est velut mare contritio tua [vitreum] propter fragilitatem: quia sicut vitrum cito frangitur, & nunquam reparatur: sic homo cito cadit in peccatum, & nunquam per se resurgere potest. *Psal. 77.* Spiritus vadens, & non rediens. Vel [vitreum] propter mortis memoriam. Vitrum enim fit ex cineribus, & omnis homo fit de terra in cinerem reuersurus. Vel [vitreum] quia sicut vitrum intromittit radium solis, sic poenitentia gratiam Spiritus sancti [simile crystallo] quia sicut crystallo ex aqua duratur, sic poenitentis anima ex tribulationibus confirmatur.

Et in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis & ante & retro.

Hic manifestat sedem per ea quae simul erant in medio sedis, & in circuitu. Et dicuntur quatuor. Primo, quod ibi erant quatuor animalia. Secundo describit ea [& animal primum] Tertio narrat animalium officium [& requiem] Quarto qualiter viginti quatuor seniores se habent ad sedentem super thronum [& cum darent illa] Dicit ergo.

Et in medio sedis id est, Ecclesiae, id est, in sustentatione [& in circuitu] id est, in custodia, & protectione [quatuor animalia] id est, omnes sancti Praedicatores, & praecipue quatuor Evangelistae:

hi enim Ecclesiam sustentant, & protegunt, & defendunt. Et dicuntur Praedicatores quatuor animalia: quia de quatuor Evangelistis trahitur eorum praedicatio. Vel quia quatuor sunt quae praecipue debent praedicari, credenda, operanda, fugienda, assequenda. Item quia quatuor debent facere: peccatores vocare ad poenitentiam, pusillanimes confortare, poenam peccatoribus comminari, gloriam promittere. In primo est vitulus ubi immolatur caro, in secundo homo, in tertio leo, in quarto aquila [plena oculis] id est, Scripturarum sententis quibus illuminant Ecclesiam, sicut oculi corporales corpori lumen praebent [ante & retro] id est, de his quae praecesserunt, & de his quae ventura sunt, plenam notitiam habuerunt. Praeterita ante sunt, futura retro. Vel [plena oculis ante] dicuntur, quando peccata praeterita respiciunt [retro] quando praecavent a futuris. Sic accipitur ante & retro secundum *Haym.*

Aliter, dicuntur esse [retro] quae sunt praeterita, ante quae sunt ventura sunt futura. Ante ergo oculos habent, qui diem iudicii, & damnationem maiorum, & gloriam iustorum inspicunt, & aliis ostendunt. Retro habent, qui vitam praecedentium Patrum inspicunt, & in eorum imitatione proficiunt, & auditoribus huiusmodi proponunt.

Et animal primum, simile leoni: & secundum, simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartum animal, simile aquila volanti.

Hic describit animalia, & primo assignat quae forma unicuique conveniat, quae unum ab alio discernitur. Secundo eorum convenientiam demonstrat, cum dicitur [& quatuor animalia] Dicit ergo.

Et animal primum, simile leoni [in hoc intelligitur Marcus, qui profundius de Christi Resurrectione tractavit, in qua victor exiit. *Infra 5.* Vicit leo de tribu Iuda] Et secundum animal, simile vitulo [in hoc intelligitur Lucas, qui plenius de Passione Domini tractavit, in qua agnus mansuetus pro nobis immolatus fuit, & vitulus saginatus pro filio prodigo, id est, pro genere humano *Luc. 15.*] Et tertium animal, habens quasi faciem hominis [in quo intelligitur Mattheus, qui nascentem Dominum plenius descripsit, & humanitatis insignia apertius declaravit. *Matth. 1.* Liber generationis, &c. Et *Matth. 2.* Cum natus esset Iesus, &c.] Et quartum animal, simile aquila volanti [in quo intelligitur Iohannes, qui praeter ceteris altius volans, de Christi deitate profundius tractavit. *Ioh. 1.* In principio erat Verbum, &c. Eadem animalia vidit *Ezech. 1.* ut sic Evangelistarum sacras numerus in Veteri & in Nono Testamento probaretur.

Marcus dicitur leo.

Lucas vitulus.

Mattheus homo.

Iohannes aquila.

Hic queritur, Cum Christus verus homo fuerit, quare loquens de eius humanitate Iohannes dicit: Et tertium animal, habens quasi faciem hominis: & non dicit hominis, sed quasi. Respondit *Haym.* Homo in Scripturis sex modis accipitur. Quandoque secundum etymologiam, ut homo dicitur ab humo. *1. Corinth. 15.* Primus homo de terra terrenus. Quandoque secundum dignitatem conditio

Quaestio.

Homo accipitur sex modis.

conditionis. *Gen. 1.* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, &c. Quandoque secundum affectum, vel effectum iniquitatis. *1. Cor. 3.* Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quandoque secundum typum significationis. *Matth. 14.* Inimicus homo hoc fecit, id est, diabolus, qui per hominem significatur. Quandoque secundum defectum fragilitatis. *Ierem. 17.* Maledictus qui confidit in homine, &c. Quandoque secundum rectitudinem æquitatis. *Eccles. 1. ult.* Deum time, & mandata eius observa. Hoc est omnis homo, id est, ad hoc. Quoniam ergo homo frequentius in malo accipitur, & in Christo non fuit peccatum: ideo Ioannes descripsit Dominum habere quasi faciem hominis.

Christum comparatur istis quatuor animalibus.

Nota: Hæc animalia signant Christum, qui veraciter factus est homo in natiuitate, vt vitulus oblati est in passione: leo fuit, quando per suam fortitudinem surrexit à mortuis: aquila, quando ascendit in caelos in Ascensione. Vnde versus.

Est homo Martham, vitulus Lucas, leo Marcus, Virgo Iuanne autis, quatuor ista Deum, Est homo dum vivit, bis dum moritur, leo vero Quando resurgis, autis quando superna petis.

Nota: Quilibet iustus debet esse leo in fortitudine, & magnanimitate, similis vitulo in carnis mortificatione, habere quasi faciem hominis per mansuetudinem, similis aquilæ per contemplationem.

Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas fenas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis.

Supra ostendit formas quibus animalia discernuntur, hic ostendit ea in quibus conueniant. Et tangitur conuenientia in duobus. Primo, in hoc quod fenas alas habebant. Secundo in hoc quod intus & extra plena erant [& in circuitu] Vnde dicit.

Ala ferua.

Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas fenas] & dicuntur ala fenæ cuiuslibet animalium: quoniam fides sanctæ Trinitatis in vtroque Testamento inuenitur, & per illa manifestatur. Quia igitur sancti Euangelistæ fidem Trinitatis per duorum Testamentorum eloquia affirmauerunt: ideo dicuntur habere animalia singula alas fenas. Secundum *Bedam* per sex alas intelligitur perfectio Euangelicæ doctrinæ, per quam volamus ad caelum. Vel sic [Et quatuor animalia] id est, sancti Prædicatores [singula eorum] id est, singulum [habebant fenas alas] id est, scientiam Scripturarum. Quasi dicat. Bene instructi erant ad exercendum officium prædicationis. Prima ala est lex naturæ. Secunda, lex Moyfi. Tertia, Prophetiæ. Quarta, Euangelia. Quinta, Epistolæ Apostolorum. Sexta, doctrina Sanctorum sicut *Hieron. August. &c.* His aliis quotidie Ecclesiæ ad caelestia subleuatur: sicut dicit *Glossa & Haymo* [& in circuitu, & intus plena sunt oculis] id est, notitia historiarum exterioris, & allegoriarum interioris. Vnde simplices instruunt per literam, & perfectiores per spirituales intelligentiam. Vel sic [plena sunt oculis] quia omnes electi, & exteriora conspiciunt vt bonum exemplum fratribus præbeant, & interiora sua attendunt vt irreprehensibiles se ante Deum ostendant. Vnde *Psalm. 44.* Omnis gloria filiarum regis abintus, id est,

Prædicatores debent habere sex alas.

in cordis intentione: circumamicta varietate bona conuersatione. Vel [plena sunt oculis] id est, circumspectione, & deliberatione [in circuitu] quoad opera exteriora, & intus quoad desideria interiora. Vel [plena sunt oculis, &c.] quia Prædicatores illuminant prædicatione sua illos qui sunt in medio Ecclesiæ, & illos qui morantur in finibus terræ.

Et requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Qui erat, & Qui est, & Qui venturus est.

Hic ostenditur quod officium habebant animalia respectu Dei, & dicitur quod erant concinentia laudem Dei. Hoc consistit in tribus: in professione Trinitatis & vnitatis quæ sunt Dei in se: in creaturarum productione [Qui est, & Qui erat] in meritorum retributione [& Qui venturus est] Vnde dicit.

Et requiem non habebant] id est, non cessabant: ecce laudis continuas. Vnde sequitur [die ac nocte] id est, continue. Vel [die ac nocte] Quid nec in prosperis, nec in aduersis cessant à laude Dei. *Psalm. 33.* Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius, &c. [dicentia] corde, ore, & opere: corde per fidem, ore per confessionem, opere per approbationem [Sanctus, sanctus, sanctus] In hoc intelligitur personarum Trinitas in verborum iteratione.

Nota, quod septem modis inuenitur personarum Trinitas in Scriptura. Primo significatione. *Matth. ult.* In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Secundo conuentione. Nam vbi nos habemus, Deus, Hebræi habent, eloim, quod est nominatiuus pluralis huius singularis, el. Tertio suppositione, cum dicitur, Deus genuit Deum. *Proverb. 8.* Ante omnes colles genuit me Dominus. Quarto appropriatione. *Gen. 1.* In principio creauit Deus caelum, & terram. Ly Deus Patri, principium Filio appropriatur. Quinto verborum iteratione. Sic hæc, Sanctus, sanctus, sanctus. Et *Isa. 6.* Sexto verborum ordine. *Psalm. 66.* Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, &c. Septimo connotatione in actu missionis. *Gal. 3.* Misit Deus Filium suum, &c. Octauo apparitione. *Genes. 18.* vbi apparuerunt Abraham tres viri. Et nota, quod sanctus idem est quod agios, id est, sine terra: terra vero subiecta est omni elemento: ergo sanctus, scilicet, Pater, qui est sine terra, est sine subiectione: ipse enim præest omnibus creaturis æternitate, aliis personis auctoritate. Non terra est obscura: & ideo sanctus dicitur, id est, sine terra, hoc est, sine obscuritate ignorantie quoad Filium, qui est virtus & sapientia Dei Patris. *1. Corinth. 1.* Item terra frigida est & arida. Tunc ergo sanctus dicitur, id est, sine terra, hoc est, sine frigiditate iniquitatis & duritia malitiæ: & hoc dicit quoad Spiritum sanctum, cui appropriatur benignitas & bonitas. *Sapient. 1.* Benignus est Spiritus sapientie, &c. ergo sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus Spiritus sanctus. Ecce personarum Trinitas.

Trinitas personarum scripturae repetitur.

Dominus Deus omnipotens] ecce essentia unitas in eo quod ad singularem numerum redit [Dominus] potestate [Deus] creatione [omnipotens]

potens] conseruatione. Vel sic [Dominus] metuendus [Deus] colendus & honorandus [omnipotens] inuocandus [Qui erat] *Haymo.* ante secula [& Qui est] immutabilis [& Qui venturus est] ad iudicium reddere vnicaque secundum opera sua.

Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum, procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.

Hic ostendit qualiter se habent vigintiquatuor seniores ad sedentem in throno, audita voce animalium, & ostendit hæc humilitationem Sanctorum. Vnde dicit.

Et cum darent illi est, attribuerent, vel dandam se profiterentur [illa] quatuor [animalia] id est, quatuor Euangelistæ, vel Sancti perfecti, & Prædicatores, qui dicuntur animalia: quia in suis Euangelij, vel scriptis ad virtutes nos animant [gloriam] Patri pro creatione [honorem] Filio pro recreatione [& benedictionem] Spiritui sancto pro promissa glorificatione. Vel [gloriam] si dei suæ, sicut dicit *Glossa* [honorem] operationis [& benedictionem] supernæ remunerationis [sedenti super thronum] id est, Christo Ecclesiæ prædicatori, vel Deo qui in Sanctis quiescit, & pacem tribuit peccatoris, temporis, & æternitatis [& viuenti in secula seculorum] id est, æternaliter, licet mortuus fuerit temporaliter [procidebant vigintiquatuor seniores] Quasi dicat. Cum talem prædicarent [vigintiquatuor seniores] id est, omnes Patres Veteris & Noui Testamenti, [procidebant] id est, seipfos humiliabant [ante sedentem in throno] quasi comparatione ipsius nihil se reputando [& adorabant] reuerentiam debitam exhibendo [viuentem in secula seculorum] id est, æternaliter [& mittebant coronas suas] id est, victorias quas de diabolo, carne, mundo, & peccato habuerant, ei attribuebant.

Greg. Coronas suas ante thronum Dei mittere, est certissimum suorum victorias non sibi tribuere, sed auctori: vt ad illum referant gloriam laudis, à quo se sciunt vires accepisse certaminis [ante thronum, dicentes] & quoniam non solum se debet homo humiliare ad Deum laudandum ad quem pertinent tria prædicta, scilicet, procidere, adorare, & coronas suas mittere: sed etiam confiteri ore, quod creditur corde: ideo subditur [Dignus es] scilicet, omni dignitate congrui & condigni [Domine] creator [Deus] recreator [noster] remunerator. Vel [Domine] mala puniens [Deus] bona faciens [noster] te & tua nobis tribuens [accipere gloriam] tertia die resurgendo [& honorem] in caelum ascendendo, & ad dexteram Patris sedendo [& virtutem] omnia subiciendo. *Matth. 23.* Data est mihi omnis potestas. Vel sic [Dignus

es accipere, scilicet à creaturis [gloriam] id est, laudem cordis [& virtutem] id est, laudem operis.

Nota: Modus humiliandi se consistit in quatuor. Primo vt ante Deum procidamus reuerentiam exhibendo, adoremus ipsi seruando, mittebant coronas, &c. bona omnia ad ipsum referendo, gratias referamus nostram fragilitatem cognoscendo. Et hæc quatuor tanguntur in præmissis: procidebant, mittebant, adorabant, dicentes, &c.

Quia tu creasti omnia] id est, de non esse produxisti: & ideo referenda sunt ad te omnia, vt sic ad locum vnde exeunt flumina, reuertantur vt iterum fluant *Eccles. 1.* [& propter voluntatem tuam] id est iuxta, vel secundum voluntatem tuam [erant] scilicet, prædicatione, vel in sapientia, sicut in arte: sicut domus prius est in mente artificis, quam fiat in opere [& creata sunt] scilicet, in tempore. Quasi dicat. Qui prius erant in artificis voluntate sine tempore, creata sunt in propria existentia in tempore. *Ioan. 1.* Quod factum est, in ipso vita erat.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo *Dub. 1.* [Post hæc vidi osium apertum, &c.] Contra: *Bedæ.* De scriptis Ecclesiæ operibus quæ & qualis futura esset recapitulatio, eadem dicitur: ergo male dicit post hæc. Responsio. Non refertur ordo iste ad rem sub figuris ostensam, sed ad figurarum visionem: quia sub aliis figuris modo vider statum Ecclesiæ, quam prius viderat, & quantum ad hoc dicit. Post hæc vidi, &c.

Secundo queritur, Cum Prophetæ Veteris Testamenti prophetias suas describerent per reges, annos, & menses, & dies: quare iste non facit sic? Responsio *Haymo.* Iste nouus Prophetæ tempus suæ prophetiæ nunquam descripsit per tempora, sed tantum vnus dies Dominicæ mentionem facit: per quod datur intelligi, quod hæc prophetiam vna die tantum vidit.

Tertio queritur super illo verbo [Et animal primum, simile leoni] Cum *Exech.* primo ponit hominem, secundo leonem, tertio vitulum, quarto aquilam, quare *Ioan.* primo ponit leonem, secundo vitulum, tertio hominem, quarto aquilam? Responsio secundum *Haymonem.* *Exech.* primo ponit hominem seruans hystorice ordinem: quoniam prius natus est Christus vt homo, deinde prædicauit & terribilem vocem emisit vt leo, deinde passus est vt vitulus, postmodum ascendit ad caelos vt aquila. *Ioannes* vero primo ponit leonem: quia Christus iam surrexit à mortuis, & fundamentum Christianæ fidei maxime inuenitur Resurrectioni Christi, quæ omnia iam *Ioannes* viderat impleta: ideo primo ponit istud animal, scilicet, leonem, per quod figuratur Resurrectio Christi. Quamuis ergo prius fuit vt homo & vitulus in ordine naturæ: fuit tamen prius vt leo in virtute.

CAPVT V.

Et vidi in dextera sedentis supra thronum Librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.

SUPRA actum est de sedente in throno & ornatu eius. Et diuiditur hoc capitulum in quinque partes. In prima videtur Liber signatus in dextera sedentis. Secundo ponitur de aperture questio Angeli [Et vidi Angelum] Tertio dicit, quod non est inuentus quis dignus aperire [& nemo poterat] Quarto ponitur fletus Ioannis pro hac re [& ego flebam] Quinto ponitur consolatio facta à seniore [& vnus de senioribus] In prima ergo parte ostenditur diuina dispositio de redemptione humani generis, in secunda desiderium antiquorum Patrum de implerione illius dispositionis, in tertia afflictio de dilatione illius implerionis, in quarta fletuum consolatio, in quinta prædictæ dispositionis adimpletio. Dicit ergo.

Et vidi [Nota: In præcedenti capitulo dixit post hæc vidi] in quo significabatur, quod visio ibidem incipiens erat alia à præcedente per dictionem ordinem importantem: sed hic per coniunctionem signatur, quod ista visio non est alia à præcedenti, sed est pars illius quæ in quarto capitulo incipit. Vnde dicit [Et vidi in dextera sedentis super thronum] id est, in dextera Patris quæ est Filius. *Psalm. 97.* Dextera Domini fecit virtutem [Librum scriptum intus] quantum ad nouum Testamentum [& foris quantum ad Vetus] Nota: Vetus Testamentum dicitur scriptum foris, quia iuxta litteram foris apparebat: Nouum scriptum intus, quia iuxta sensum mysticum nequam continebat. *Ezech. 1.* Rota erat in medio rote. Vel sic [vidi in dextera sedentis] id est, Christi qui Ecclesie præsidet [Librum] scilicet sacram Scripturam, quam tenet in dextera, quia bonum spirituale promittit [scriptum intus] quantum ad ad Vetus Testamentum vbi mysterium nostræ redemptionis latet [& foris] quantum ad Nouum Testamentum vbi apparet. Vel [scriptum intus] ne secreta malis aperiantur [& foris] vt bonis propalantur [signatum sigillis septem] de quibus determinatur *infra 6. & 7. cap.* Vel hoc dicitur secundum *Bedam*: quia vel latentium mysteriorum plenitudine reclusus, vel Spiritus septiformis dispositione conscriptus. Vel [septem sigilla] sunt genera obscuritatum. Primum est profunditas sententiarum. *Ecclesi. 1.* Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi, id est, Scripturæ quis dimensus est? Secundum, multiplicitas intelligentiarum. *Hieron.* In verbis singulis multe latent intelligentiæ. Tertium, velamen sententiarum. *2. Corinth. 3.* Vsq; hodie curat legitur Moyses, velamen est positum supra corda eorum. Quartum est incomprehensibilitas rerum. *Rom. 11.* Quoniã incomprehensibilia sunt iudicia eius. Quintum, obscuritas mysteriorum. *Isa. 24.* Secretum meum mihi. Sextum, dulcedo tropologiarum. *Psalm. 30.*

Testamentum Vetus foris, Nouum dicitur scriptum intus.

Quid per 7. sigilla.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine &c. Septimum, infallibilis veritas eorum quæ dicuntur. *Matth. 24.* Cælum & terra transibunt. Item liber iste dicitur Christus *Psalm. 138.* In libro tuo omnes scribentur: qui dicitur scriptus intus sapientia increata, foris sapientia creata: scriptus intus in anima literis virtutum: & foris in corpore vulneribus lateris, pedum, & manuum. *Psalm. 21.* Foderunt manus meas, & pedes meos, &c. Septem signacula, sunt septem opera nostræ redemptionis, scilicet, Incarnatio, Natiuitas, Passio, Resurrectio, Ascensio, Spiritus sancti missio, Aduentus ad iudicium.

Christus dicitur liber.

Septem signacula.

Et vidi Angelum fortem, & prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire Librum & soluere signacula eius? Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire Librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire Librum, nec videre eum.

Hæc est secunda pars huius capituli, in qua ponitur questio Angeli quærens, Quis erit dignus aperire Librum? Vnde dicit.

Et vidi id est, spiritualiter intellexi [Angelum] id est, sanctos Patres, Doctores, & Prædicatores Veteris Testamenti, qui dicuntur Angelus singulariter propter concordiam & fidei vnitatem [fortem] propter expectationis longanimitatem [Prædicantem] id est, anxie inquirentem, & aliteriam nuntiantem. Anxio affectu inquirebat qui dicebat *Isa. 64.* Vtinam dirumperes cælos, & descenderes [voce magna] id est, magno desiderio & affectu [Quis est dignus aperire Librum] id est, Veteris legis explanare obscuritatem, in qua continetur promissio de redemptione humani generis? Quid nullus est dignus aperire Librum.

Nota: Multiplex est liber: Dei præscientia. *Liber Exod. 34.* Aut dimitte illis noxam hanc, aut dele me de Libro tuo. Christus. *Psalm. 138.* In libro tuo omnes scribentur. *Vita. Philip. 3.* Quorum nomina sunt scripta in Libro vite. Natura. *Ecclesi. 24.* Hæc omnia Liber vite. *Pœnæ Nahum 1.* Onus Ninive liber visionis. *Pictura. Isa. 34.* Complicabuntur sicut libri cæli. *Scriptura. Zach. 5.* Vidi, & ecce volumen volans. *Eucharistia. Isa. 29.* Cum dederint scienti litteras librum, dicent ei, Lege istum: & respondebit, Non possum, signatus enim est. Inexplicabile enim est, quod Christus sit sub tam parua specie in altari.

Vel [Quis est dignus aperire Librum] id est, diuinam dispositionem implere [& soluere septem signacula eius] id est, legis mysteria manifestare.

Hic obicitur. Videtur ordo præposterus: nam prius sunt signacula soluenda, postea liber aperendus. Responso. Sic dicitur: quia Christus quod dispositum erat à Patre in se impleuit, quod est Librum aperire: tamen postea per prædicationem suam & Apostolorum factam adimpletionem manifestauit, quod est soluere sigilla. Vel sic, Librum aperuit, id est, sacram Scripturam Veteris Testamenti in se compleuit, quando factus est homo.

homo : post Resurrectionem sigilla referavit, quando aperuit Discipulis sensum, vt intelligerent Scripturas *Luce. ultimo.*

Et nemo poterat] id est, nulla creatura rationalis [neque in celo] quia nec Angelus [neque in terra] quia nec homo viuens in corpore [neque subter terram] quia nec anima exuta à corpore [aperire Librum] id est, diuinam dispositionem implere, hoc est, genus humanum redimere [neque respicere illum] *Gloss.* id est, generationem Saluatoris perfecte intelligere.

Questio.

Hic queritur, Cum supra dixerit [vidi in dextera sedentis Librum, &c.] quomodo ergo dicit hic, quod nemo poterat Librum respicere? Responso *Haymo.* quod respicere hic accipitur pro comprehendere. Vnde dicit, quod nemo Angelo rum, vel hominum comprehendere potest quomodo ille incircumscriptus spiritus intra vterum Virginis matris sit animatus [Et ego stebam multum quoniam nemo dignus inuentus est] quia omnes erant inquinati. *Ephes.* Omnes nascimur natura filij iræ [Aperire Librum] id est, Scripturam implere, quæ promittebat redemptionem fiendam per Christum. Vel [aperire Librum] id est, redimere genus humanum [nec videre illum] id est, perfecte intelligere: nondum enim plenitudo temporis venerat in quo debebat Liber aperiri. *Daniel. 12.* Vade Daniel, claudes sermons, & signa Librum, &c.

Et vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire Librum, & soluere septem signacula eius.

Hæc est quinta pars capituli, in qua ponitur consolatio Ioannis in persona Sanctorum Veteris Testamenti. Et primo prohibetur ne fleat. Secundo subdit causam, quare flere non debeat [ecce vicit Leo] Dicit ergo.

Et vnus de senioribus dixit mihi] id est, quilibet sanctus Veteris Testamenti, vel ceterus Prophetarum, qui dicitur vnus propter vnitatem fidei, prophetiæ, rei, & Spiritus quo loquebantur inspirari [ne fleueris] id est, ne seram continuaueris propter dilationem rei amara. Siquidem Patres antiqui dolebant de Christi dilatione: sed gaudebant, & consolabantur: quia venturum prædicabant omnes Propheta. Deinde subdit causam consolationis, dicens [ecce] id est, in proximo est. Et per ecce quod est aduerbium demonstrandi, signatur quod visibilis apparebit [Vicit Leo] id est, vincet, scilicet, diabolum in Passione. *Ioan. 12.* Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Item mundum. *Ioan. 17.* Confidite, ego vici mundum. Item mortem. *Osee 13.* Ego mors tua o mors. Et ponit præteritum pro futuro, more prophetali [Leo] id est, Christus.

Christus dicitur leo.

Nota: Christus dicitur leo in incarnatione vbi cauda humanitatis abscondit vestigia diuinitatis, ne diabolus ea inueniret: sicut leo cauda sua vestigia delet, ne inueniatur. Item in progressu vite: quia peccatores audacter corripiebat. *Proverb. 30.* Leo fortissimus bestiarum. Item in Passione, quando prædam de manu diaboli auferrebat. *Num. 23.* Non accubabit leo, donec deuoret prædam. Item in Resurrectione: quia tertia

D. Alberti. Mag. in Apocalypsim.

die resurrexit. *Num. 24.* Accubans dormiuit vt leo, & quasi leona. Item post Ascensionem in Spiritu sancti missione, quando fortes fecit Apostolos ne aliquem formidarent. *Isa. 31.* Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, non formidabit. Nota: Secundum *Gloss.* leo dicitur Christus: quia sicut leo dormit apertis oculis: sic Christus viuente diuinitate carne experauit.

De tribu Iuda] supple, procedens tanquam sponsus de thalamo suo *Psalm. 18. Math. 2.* Et tu Bethlehém terra Iuda [radix Dauid] *Glossa,* id est, procedens à Dauid.

Sed obiicitur. Si radix Dauid, quomodo procedens à Dauid? Responso. Dicitur radix Dauid: quia ab eo procedens secundum carnem, sicut radix ex qua virgulta Ecclesiæ germinatur, vel ex qua salus Ecclesiæ velut germen, vel virgultum nasceretur. Ideo dicit [radix Dauid] id est procedens à Dauid. Vel hoc dicitur: quia abscondus fuit in Dauid secundum carnem, sicut radix in terra absconditur. Vel ideo quia descendit non per modum propagationis: sed materiam ab ipso habuit, sicut radix tantum humorem à terra accipit. *Glossa sic:* Radix Dauid, id est, firmamentum Dauid: quod verum est secundum deitatem, quia diuinitas est principium omnium, & radix, & fundamentum. *Ioan. 1.* Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Christus dicitur radix Dauid.

Aperire Librum] Quasi diceret. Ad hoc vincet Leo, vt aperiat Librum, id est, Scripturam, vel dispositionem Dei impleat, genus humanum redimendo [& soluere septem signacula eius] scilicet ad hoc vt soluat occulta mysteria Scripturarum, & declaret.

Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt septem Spiritus Dei, missi in omnem terram.

Hæc est tertia pars visionis, in qua vidit agnum Librum accipientem. Et dicuntur tria. Primo vidit Christum in medio Sanctorum. Secundo ipsam humanitatem à seipso accipere Librum secundum diuinitatem [Et venit & accepit] Tertio pro apertione Libri subdit gratiarum actionem [Et cum aperuisset] Dicit ergo.

Vidi] *Glossa,* sicut ille prædixerat, scilicet, vnus de senioribus [& ecce in medio throni] id est, sedis iudicis in quo intelligitur potentia [& in medio quatuor animalium] in quibus intelligitur bonitas [& in medio seniorum] in quibus intelligitur sapientia: quia in antiquis est sapientia *Iob 12.* [in medio throni] per opus creationis [in medio animalium] per opus recreationis [in medio seniorum] per opus glorificationis. Item quoad bonum nature, gratiæ, & gloriæ dicuntur illa tria. Item [in medio throni] intelligitur cognitio per rationem [in medio animalium] cognitio per fidem [in medio seniorum] cognitio per speciem. Item per ista tria intelligitur omnis Ecclesia electorum, in cuius medio Christus habitat secundum triplicem modum qui dictus est.

E Zach.

Zach. 2. Ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Sed contra P[er]s[on]am 124. Dominus in circuitu populi sui: ergo non in medio. Responsio. In medio est prædicens, & iudicans Ecclesiam: in circuitu ambiens, & defendens eam [Agnum] Christum humilem, & mansuetum. Ierem. 22. Ego quasi agnus, qui portatur ad victimam [stantem] Hic queritur, Cum supra primo viderit ipsum ambulantem, & supra 4. sedere, quare dicitur hic stare? Responsio. Secundum H[er]mo. Ambulat Dominus in medio, bona sua distribuendo: sedet, facta singulorum iudicando: stat vero, certantes ad iudicando.

In medio dicitur esse Dominus.

Nota: Dominus est in medio Ecclesie per naturæ participationem, protectionem, amoris ostensionem. In medio quatuor animalium, id est, Evangelistarum per concordiam: quia unanimiter in Christum concordant. Ioh. 20. Stetit Iesus in medio Discipulorum. In medio Prophetarum per veritatis manifestationem: quia nihil locuti sunt Prophetæ nisi per ipsum. In medio Prælatorum per exemplum. Matth. 18. Vbi duo vel tres sunt congregati, &c. In medio omnium ut salus omnium. 2. Corin. 5. Pro omnibus mortuus est Christus.

Tanquam occisum] Propter hoc dixit Manichæus, quod habuit carnem phantasticam, non veram. Sed dicendum, quod ly tanquam est expressivum veritatis, sicut dicitur Ioh. 1. Quasi unigeniti à Patre. Hic queritur, Si occisus erat, quomodo dicitur stans? Responsio. Stans in deitate, sed occisus in humanitate. Item dicitur tanquam occisus, non simpliciter occisus: quia etiam mortuus est ex infirmitate, vivit tamen ex virtute 2. Corin. ultimo. Vel [tanquam occisum] quia adhuc habentem cicatrices vulnerum, quas ostendit in iudicio contra reprobos qui nihil pro eo volunt pati. Zach. 3. His plagatus sum in domo illorum, &c.

Cornua septem. Oculi septem.

Habentem cornua septem] id est, septem dona Spiritus sancti, per quæ homo contra vitia habet fortitudinē. Et oculos septem] id est, septem dona, per quæ homo habet ad bonum illuminationem. Vnde subdit [qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram] id est, diffusi à capite Christo in omnem Ecclesiam. Ioh. 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Vel sic habentem cornua septem] Per cornua intelligitur potestas, per septem uniuersitas. Est ergo sensus [habentem cornua septem] id est, regni & potestatis plenitudinem. Daniel. 7. Potestas eius potestas æterna [Et oculos septem] id est, cognitionis plenitudinem: quia per oculos cognitio, per septem uniuersitas designatur. Hebr. 4. Omnia nuda sunt, & aperta, &c. Vel per septem cornua quæ supereminent, intelliguntur contemplatiui: per septem oculos actiui, qui videntes miseras aliorum subueniunt eis [qui sunt septem Spiritus Dei] id est, perfecti spirituales effecti [missi in omnem terram] ad prædicandum verbum Dei.

Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno Librum.

Hic ostendit, quod Christus secundum humanitatem accepit Librum ab eo secundum deitatem. Vnde dicit [Et venit] scilicet, ad cognitionem hominum per carnis assumptionem. Ioh. 1. 6.

Exiui à Patre meo, & veni in mundum [Et accipit] id est, in quantum homo [de dextera sedentis in throno] id est, à Verbo sibi vnito [Librum] id est, Scripturam ad sciendum, & aliis aperendum. Et nota: Specialius dicitur accipere à Filio, quam à Patre, vel Spiritu sancto: quia Filius est vnitus illi homini, id est, Christo: vel quia Filio appropriatur sapientia. Vel [Librum] id est, potestatem soluedi promissum.

Et cum aperuisset Librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum: & cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere Librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.

Hic est tertium vbi ponitur gratiarum actio pro apertione Libri. Et dicuntur hic tria. Primo inducuntur homines agentes gratias, secundo auctoritate potentes [Et vidi] tertio omnes simul Angeli, & homines gratias referentes [omnes audiui] In prima duo tanguntur. Primo ponitur gratiarum actio quam exhibent homines in Christi imitatione, secundo quam ei reddunt laudis decantatio [Et cantabant]. In prima quatuor: primo humiliatio, secundo carnis mortificatio [habentes singuli] tertio amoris latitudo [et phialas] quatto pro inimicis oratio [plenas odoramentorum] Dicit ergo.

Cum aperuisset Librum] id est, compleisset opere quæ longe ante de Deo dicta fuerunt. Vel [cum aperuisset] id est, legis mysteria manifestasset, vel dispositionem Dei de redemptione humani generis impleisset [quatuor animalia] id est, omnes Prædicatores [et 24. seniores] id est, omnes iudices Veteris & Noui Testamenti, & omnes fideles in operibus misericordie se exercentes secundum regulam quatuor Evangelistarum [ceciderunt coram Agno] scilicet de se humilia sentiētes. H[er]mo. Cadunt, id est, de se humilia sentiunt. Et dicit [coram Agno] id est, ad honorem Agni, vel in eius beneplacito [habentes singuli citharas] id est, mortificationes carnis quæ per citharam intelliguntur. In cithara enim est lignum, & chordæ: & per lignum crux Christi, per chordas caro Sancto- rum signatur. Chordæ ergo tenduntur in ligno, quando Sancti Christi crucem & passionem imitantur, crucifigentes carnem suam cum vitiis & concupiscentiis Galat. 5. Vel chordæ sunt membra singula corporis: quæ sicut corruerunt per diuersa peccata, ita debet tendi in penitentia, Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra, &c. Et dicit [singuli] ad signandum quod vnusquisque debet sibi congruam accipere penitentiam, Luc. 11. Siquis vult post me venire, &c. [et phialas] Phialæ sunt latæ & lucidæ, & signant corda

Cithara.

Phiala.

Sanctorum

Sanctorum quæ sunt lucida per munditiā, dilata per charitatem: aureæ sunt per scientiam celestem. De primo Proverb. 22. Qui diligit cordis munditiā, &c. De secundo P[er]s[on]am 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, &c. De tertio Philip. 3. Scire etiam supereminentem charitatem Dei. Nota, quod prius ponit citharas, quam phialas: quia prius est assumere penitentiam, quam habere charitatis latitudinem, quæ consistit præcipue in dilectione inimicorum, & oratione pro ipsis. Vnde sequitur [plenas odoramentorum quæ] scilicet odoramenta [sunt orationes Sanctorum] Et bene comparatur oratio odori: quia sicut odor in aëre circumquaque se diffundit, sic orationes Sanctorum ad omnes se extendunt. 1. Timoth. 2. Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Item odor quanto intensior, tanto diffusior: sic oratio sicut [dicit Gregor.] tanto deuotior, tanto communior & fructuosior. Item sicut odoramentum ascendit ad caput: sic & oratio munda vsque ad Christum qui est caput. P[er]s[on]am 140. Dirigatur oratio mea. Nota: Munda est oratio si præcesserit cithara, id est, carnis mortificatio [et cantabant] scilicet, Sancti Deum laudando, & desiderium suum in contemplatione eleuando, & per considerationem suæ fragilitatis se deprimendo. Nota: Cantus est regularis modulatio vocis secundum eleuationem, & depressionem. Vnus cantus iste fuit eleuatio desiderij in consideratione beneficiorum Dei, & depressio ex consideratione propriæ indignitatis [Canticum nouum] id est, Nouum Testamentum, sicut dicit H[er]mo: in quo nouæ res continentur, scilicet, incarnatio Christi, mors, resurrectio, ascensio, &c. Item [nouum] dicitur quia in ipso sub gemino præcepto dilectionis, tota lex comprehenditur & Propheta. Ioh. 13. Mandatum nouum dedit vobis, &c. Item [nouum] quia de humani generis inuouatione. P[er]s[on]am 95. Cantate Domino canticum nouum. Item [nouum] quia de noua annuntiatione. Isa. 42. Nouum quoque ego annuntio. Ierem. 31. Nouum faciet Dominus super terram.

Oratio odori comparatur. Phiala.

Cantus.

Canticum nouum.

Redemit Deus hominam.

fidisti. Sed quare non dicit, per sanguinem, sed in sanguine? Responsio. Omnes sunt redempti per sanguinem Christi quoad sufficientiam, sed soli boni quoad efficientiam, quæ tangitur, cum dicit [in sanguine tuo] id est, in fide & imitatione sanguinis Passionis Christi [et omni tribu] id est, ex omni ordine hominum: quia [sicut dicit H[er]mo] tribus dicitur à tribus ordinibus qui erant in populo Iudæorum, scilicet, sacerdotes, milites, & agricolæ. Vel tribus dicitur à tribus filiis Noë, ex quibus disseminatum est totum genus humanum super terram. Vnde sensus est [ex omni tribu] id est, ex tria generatione filiorum Noë [et lingua] quia cum sint septuaginta linguæ, ex omnibus his sunt aliqui ad fidem conuersi [et populo] quia in singulis linguis multi sunt populi, ut populus Romanus & Lombardus sunt vnas linguæ [et natione] quia in populo multe sunt nationes. Ex his igitur dicitur nos redemisse: quia ex omnibus veniunt aliqui ad fidem. Vel potest dici, quod per tribum & linguam intelligit Iudæos, per tribum maiores, per linguam minores, per nationem & populum Gentiles: & per primum, maiores, & per secundum minores de plebe [et fecisti nos] scilicet, redemptos [Deo nostro regnum] id est, tales in quibus Deus regnat per gratiam in presenti, & in futuro per gloriam [et sacerdotes] id est, ut nos ipsos spiritualiter Deo offeramus per penitentiam. P[er]s[on]am 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et Iob 13. Et animam meam in manibus meis porto, id est, vitam meam offero [et regnabimus] dum ista facimus [super terram] id est, super terrenitatem, hoc est, quicquid terrenum est in nobis & malum subiciemus, id est, motus carnales spiritu domabimus, ut tandem super terram videntium regnemus. Hic queritur. Quare non dicit hic, fecisti nos reges, sed regnum? Item, Quare non dicit, sacerdotium, sed sacerdotes? Responsio. Quia quod nos regimus hoc à Deo habemus: vnde non sumus reges, nisi quia regnum Dei sumus: sed quod sumus sacerdotes, id est, Deo nos offerentes, hoc magis est à nobis, quia à libero arbitrio preparante & cooperante.

Tribus.

Questio.

Quæritur.

Videtur intelligere dicitur.

Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna.

Hic inducuntur Angeli gratias agentes de Libri apertione, in quo signatur congratulatio eorum de generis humani reparatione. Et dicuntur duo. Primo dicitur, quod vocem Angelorum audiuit. Secundo laudem vel vocem exprimit [dignus est Agnus] Dicit ergo.

Et vidi & audiui] Hic queritur, Vtrum loquatur de visione corporali, aut spirituali? Si de corporali: sed vox non videtur: ergo male dicit [et vidi] Si de spirituali, sic est ordo præpositus: quia prius est audire, postea intelligere, vel videre. Responsio. Loquitur de visione spirituali. Vnde videre ponitur pro intelligere, & quod dicitur de ordine, soluit Glossa, dicens [Et vidi] quæ prædicta sunt [et audiui] quæ sequuntur. Vel [vidi & audiui] scilicet, intellecti: quia in spirituali visione, & au-

ditus videt, & visus audit. Vel sic [Et vidi] scilicet, Angelos per inspirationem mihi factam [& audiui] postea [vocem] id est, continuum amorem quem habet ad Deum, & gaudium quod habent de reparatione hominum [Angelorum multorum] supple, existentium [in circuitu throni, & animalium, & seniorum] Hoc dicit quia Angeli custodiunt & defendunt maiores & mediocres & minores personas Ecclesie. Psalm. 90. Angelis suis mandavit de te, &c. Hoc enim patet sic. Si mali Angeli circumcunt ad deorandum. 1. Pet. 5. Circuit querens quem deoret: verissimum est, quod boni Angeli circumdant nos protegendo & defendendo. Ut ergo circuitum diaboli impediatur in circuitu throni sunt. Hebr. 1. Omnes sunt administratores spiritus, &c. [& erat numerus eorum millia millium] id est, multa millia. Vnde millia sine numero. Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei, &c. Nota: In hoc quod dicit [millia millium] ostendit innumerabilem multitudinem eorum secundum illud Job 35. Nunquid est numerus militum eius: Et verum est quod quoad nos non est numerus, sed quoad Deum est certus. Item in hoc quod dicitur [millia millium] notatur duplex perfectio in Angelis, scilicet, perfectio naturæ, & gratiæ [voce magna] id est, magna congratulatione. Luc. 15. Gaudium est in celo Angelis super vno peccatore penitente, &c. Et multo magis de totius humani generis saluatione [dicentium voce] intelligibili quæ est admiratio intimæ contemplationis & amor Dei.

Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam quæ in celo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo.

Hic ostendit quid Angeli dicebant. Et dicuntur hic quatuor. Primo, quod Christus est dignus potestatem accipere qua sit potens suos regere. Secundo, quod est dignus accipere ea per quæ potens sit aduersarios debellare [& fortitudinem] Tertio, quod est dignus omni honore [& honore, & gloriam] Quarto, quod dignus est accipere dominium super omnem creaturam [& omnem creaturam] Item illa per quæ Christus potens est suos regere sunt tria. Potentia quæ signatur, cum dicit [virtutem] bonitas, quæ ibi [diuinitatem] sapientia, quæ ibi [& sapientiam] Dicunt ergo Angeli.

Dignus est Agnus qui occisus est] id est, Christus [accipere virtutem] scilicet, ut sit eadem fortitudo in homine assumpto quæ est in Verbo. Et hæc necessaria est ad suorum regimen [& diuinitatem] per quam intelligitur bonitas: quia nemo bonus nisi solus Deus. Math. 10. quæ necessaria est ad suorum regimen, ut eos alliciat ad sui amorem [& sapientiam] quæ est necessaria ut habeat cognitionem eorum quæ sunt suis expedientia. Vel [virtutem] Glossa, immunitatem à peccato [& diuinitatem] quia fuit Deus & homo [& sapientiam] contra nostram ignorantiam [& fortitudinem] contra infirmitatem [& honorem] con-

Perfectio duplex in Angelis.

tra vilitatem [& gloriam] contra ignominiam [& benedictionem] contra maledictionem [& fortitudinem] qua posset aduersarios debellare [& honorem] pro eorum victoria & superatione [& gloriam] pro bono suorum regimine [& benedictionem] pro vtroque. Dignum est vt pro victoria habita honorem accipiat, & pro bono suorum regimine gloriam habeat, & pro vtroque benedictionem, id est, laudem.

Vel sic, quod hæc septem referantur ad diuersos status Christi. Virtutem, & diuinitatem accipiet in iudicio: virtutem quam occultauit in incarnatione, & diuinitatem quam occultauit in passione. Math. 24. Tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum potestate magna & maiestate. Sapientiam in sententiæ dictione, fortitudinem in diaboli damnatione, honorem in Resurrectione, gloriam in Ascensione, benedictionem in fidelium multitudine [Et omnem creaturam] Haymo. Dignus est accipere vt ipsa scilicet humanitas omnia possideat [quæ in celo est] vt sunt Angeli [& quæ super terram] vt homines [& sub terra] vt demones. Supra primo. Habeo claves mortis & inferni [& mare & omnia quæ in eo sunt] vt pisces. Propter hoc dicit Math. ultim. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra, &c.

Aliter sic. Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem contra nostram imbecillitatem, diuinitatem contra nostram corruptibilitatem, & sapientiam vt habeat omnium cognitionem, & fortitudinem contra inimicorum tyrannidem: honorem, quia fuit inhonoratus: & gloriam impasibilitatis, quia fuit passus: & benedictionem, quia sui contumaciatus.

Omnes audiui dicentes, Sedit in throno, & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum.

Hæc est tertia pars principalis illius partis [Et cum aperuisset Librum] in qua ponitur gratiarum actio quæ ab omnibus simul redditur, scilicet, Angelis, & hominibus. Et dicuntur hic tria. Primo, quod omnes glorificabant Deum Patrem, & Christum secundum humanitatem. Secundo ponit Prædicatorum consensum, & Angelorum congratulationem [Et quatuor animalia] Tertio ostendit seniorum humilitationem [Et viginti quatuor seniores] Dicit ergo.

Omnes [Haymo. animalia, seniores Angelos] audiui scilicet de terum ordine laudare Creatorem [dicentes, Sedit in throno] id est, Deo Patri [& Agno] id est, Filio in quo cum ponatur persona Patris & Filij, intelligitur simul persona Spiritus sancti. In hoc etiam notatur concordia Angelorum, & hominum. Job 25. Qui facit concordiam in sublimibus suis, id est, in hominibus, & Angelis. Vel sic [Sedit in throno] id est, Christo secundum diuinitatem [& Agno] secundum humanitatem. Et subdit quatuor quæ attribuantur Christo [benedictio] Glossa, id est, impassibilitas [& gloria] id est, immortalitas [& potestas] id est, omnium subiectio. Aliter [benedictio] dicunt Angeli pro dono confirmationis [& honor] pro reuerentia quam ab Ecclesia humana sunt

Status Christi septem.

sunt consecuti [gloria] pro promissione Dei [& potestas] pro dono potentie qua resistunt malis [in secula seculorum] Q. d. conuincunt impium Deum, & prædicta attribunt ei. Vel sic de hominibus [benedictio] id est, augmentatio in bonis operibus [& honor] quem inde apud Deum & homines consequuntur [& gloria] de virtutibus quas in baptismo suscipimus [& potestas] qua concupiscentiis resistimus. Q. d. non nobis hæc attribuantur, sed Domino. Math. 12. Non nobis Domine, non nobis, &c. [benedictio] pro dono creationis [honor] pro liberatione captiuitatis [gloria] pro sola corporis [potestas] pro sola anime. Vel sic [benedictio] pro dono fortune [honor] pro dono naturæ [gloria] pro dono gratiæ [potestas] pro dono gloriæ [in secula seculorum] id est, sine fine.

Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

Hic ponit consensum Prædicatorum, & congratulationem Angelorum. Et est sensus [Et quatuor animalia] id est, vniuersi Prædicatores [dicebant, Amen] id est, confirmabant laudem qua Deus laudabatur. Glossa. Ad Prædicatores ex officio pertinet alios confirmare. Vnde Petrus dictum est Luc. 22. Et tu aliquando conuictus, confirma fratres tuos. Hic quatuor, quomodo prædicatores possint dicta Angelorum confirmare, cum illi sint eis superiores: Responso. Duplex est confirmatio: per ratificationem, & hæc est auctoritas, & pertinet ad maiores. Alia est per approbationem & consensum, & hæc pertinet ad minores, & de hac loquitur hic [Et 24. seniores] id est, vniuersi Doctores, vel fideles, septem operibus misericordie secundum regulam quatuor Euangelistarum viuentes [ceciderunt in facies suas] per humilitatem ab alitudine diuine maiestatis ad propriam paruitatem se conuertunt [& adorauerunt] corde, & ore, & opere [viuentem in secula seculorum] id est, in æternum [viuentem] in se, & alii vitam tribuentem. Deum. 22. Vides ego in æternum. Ioan. 14. Ego vivo, & vos viuetis.

Quatuor confirmatio duplex.

Dub. 1.

Fleuit sanctus Ioannes.

Dub. 2.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [Et ego stebam multum] queritur, Cum iam quando Ioannes ista cernebat, iste liber per mysterium natiuitatis, passionis, & resurrectionis, &c. fuisse reuelatus, quare se dicit fleuisse quia non inueniebatur quis esset dignus aperire: Responso secundum Haymo, & Glossam, Sciendum, quod non ex persona sua beatus Ioannes, sed ex persona Patrum Veteris Testamenti fleuit: quia stebat desiderantes aduentum Filij Dei in mundum: in quorum persona Psalm. 31. dicit. Fuerunt mihi lacrymæ mez panes. Q. d. ploro propter dilationem aduentus Dei mei in carnem.

Sed vltimis queritur iuxta hoc, Quare non dicit, quod Angelus fortis fletet qui magna voce prædicabit, & Patres Veteris Testamenti significabant: Responso. Hoc factum est ad signandum, quod eadem est vnitas Ecclesie in Nouo & Veteri Testamento. Cantic. 6. Vna est columba mea. Et ideo Ioannes qui erat persona Noui Testamenti. D. Albert. Mag. in Apocalypsim.

menti in persona antiquorum Patrum se flere dicebat.

Secundo super verbo illo [& vidi agnum stantem tanquam occisum] queritur, Quare prius vocat eum leonem, modo vocat eum agnum? Responso. Leo dicitur propter victoriam, agnus vero propter viciniam: leo quia diabolum vicit, agnus quia seipsum offerens mundum redemit. Vbi ergo ponitur consolatio Ioannis fleentis, describitur victoria per quam habet potestatem Librum aperire & tollere signacula eius: vbi vero accipit Librum, quia hoc per passionem meruit, vocatur agnus. Item leo fuit per potentiam maiestatis, agnus vero per mansuetudinem humilitatis: & leo in malos puniendo, agnus vero eosdem tolerando.

Dub. 3.

Christus agnus dicitur & leo.

Dub. 4.

Dub. 5.

Tertio super illo verbo [& audiui vocem Angelorum] queritur, Quæ sit illa vox, aut sensibilis, aut intelligibilis? Et videtur quod sensibilis. Dionysius 6. cap. Ecclesiastica Hierarchia. Illuminationis excellentiam sensibilibus dicendo, tanquam vox aquarum reboant, Benedicta gloria Domini: ergo vox Angelorum fuit sensibilis. Contra: Damasc. Lumina intellectualia, id est, Angeli, sine voce prolata iradentia sunt sibi inuicem & consilia & intelligentia: ergo vox eorum non est sensibilis. Responso. Vox Angelorum sensibilis non est, sed intelligibilis. Cum enim non accipiant notitiam rei alicuius mediante aliquo sensibili, non manifestant suam voluntatem aliqua voce sensibili. Vnde laus eorum non est laus vocalis. Vnde Gregor. Vox Angelorum in laude conditoris est ipsa admiratio intimæ contemplationis. Et quia hanc admirationem Ioannes intellexit, ideo dicitur audisse vocem, id est, intellexisse. Ad illud quod dicit Dionysius, dicendum quod non dicit Angelos loqui sensibilibus, nisi sensu interiori: quia omnia interiora eorum sentiunt illam illuminationem & dilectionem quam à Deo accipiunt.

Quarto super illo verbo [Dignus est Agnus accipere virtutem] Glossa, id est, immunitatem à peccato. Contra: Non accipit illam quia passus est & merito Passionis, sed ex vnioue Verbi. Responso. Ipse quoad se semper habuit immunitatem peccati, sed nobis accepit merito Passionis: quia ex Passione habuerunt efficaciam contra peccata sacramenta, & præcipue baptismus. Vel sic: Ex vnioue habuit immunitatem à peccato secundum acti veritatem, sed merito Passionis quantum ad manifestationem & euidenciam.

Dub. 5.

Quinto queritur, Cum supra dictum sit [vidi Agnum tanquam occisum] hic dicit [dignus est Agnus qui occisus est] quare differenter hoc dicitur: Responso. Quod dicitur hic occisus, exprimit veritatem rei. Quod dicitur supra tanquam occisus, excludit in morte detentionem. Psalm. 15. Non dabit sanctum tuum videre corruptionem.

Dub. 6.

Vltimo super illo verbo [Sedit in throno & Agno benedictio & honor] queritur, Cum prædicta, scilicet, virtutem & fortitudinem habuerint Angeli ab ipso mundi antequam Filius incarnaretur, cum secundum humanitatem dicitur agnus, videtur quod agno non debent talia attribui. Responso. Agno attribuitur in quantum est Deus, non in quantum est homo: vel quia per ipsum

Dub. 7.

E 3 separata

reparata est ruina Angelorum. *Ephes. 1.* Instaurare omnia in ipso quæ in cælo & quæ in terra sunt.

CAPVT VI.

Et vidi quod aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitruui. Veni, & vide.

Sicut dictum fuit in principio quarti cap. Hic est quarta pars secundæ visionis, in qua agitur de consequentibus apertione Libri, hoc est, de apertione septem sigillorum. Et continet hæc pars duo cap. scilicet, sextum, & septimum. Et diuiditur hæc pars in septem partes secundum numerum septem sigillorum. Et sic distinguuntur secundum *Bedam*. Nam in primo sigillo ostenditur status primitiue Ecclesie. In tribus sequentibus bellum contra Ecclesiam triforme. In quinto triumphantium in hoc bello gloria. In sexto persecutio tempore Antichristi ventura. In septimo quietis æternæ initium. Vbi signentur partes patet. In prima parte in qua agitur de apertione primi sigilli, dicit tria. Primo vidit Agnum vnum de septem sigillis apertionem. Secundo se dicit audisse vocem ipsam excitantem, & audiui vnum. Tertio exprimit suam visionem [& ecce equus albus] Dicit ergo. Et vidi [scilicet, oculo interiori intellexi] quod aperuisset [id est, reuelasset: quia, sicut dicit *Glossa*] apertio sigilli apertio est sacramenti [Agnus] id est, Christus qui est sapientia Patris: & ideo perinet ad ipsum reuelatio sacramentorum [vnum de septem sigillis] id est, status Ecclesie primitiue, Ecclesie Patribus innotescere fecit, qui erat sigillatus in Scriptura, id est, absconditus sub figuris: quod fecit Christus, dum Spiritum sanctum misit Discipulis, qui eos doceret omnia, & quæ ventura erant annuntiaret. *Ioan. 16.* Cum venerit ille Spiritus, docebit vos omnem veritatem. Vel [vnum de septem sigillis] appellatur declaratio Resurrectionis [& audiui] supple, auditu interiori [vnum de quatuor animalibus] id est, Marcus qui specialius agit de Christi Resurrectione, & ideo primus est in ista visione. Sed contra: *Glossa* dicit [vnum de quatuor animalibus] id est, Ioannem Responso. *Glossa* dicit hoc: quia Ioannes altius de Christi diuinitate tractauit cuius virtute resurrexit, de qua Resurrectione Marcus apertius scripsit [tanquam vocem tonitruui] id est, vocem euidentem, terribilem, & mirabilem: quod dicitur, quia Apostoli terribiliter, & euidenter, & cum miraculorum coruscatione in modum tonitruui prædicauerunt. *Act. 2.* Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes: Nonne omnes isti qui loquuntur, &c. [dicens: Veni] attendendo [& vide] intelligendo [Veni] à figuris eas relinquendo [& vide] veritatem manifestam [veni] per amorem [& vide] per fidem. *Psal. 44.* Audi si

lia, & vide: audi quæ prædicta sunt, & vide quæ completa sunt.

Et vidi, & ecce equus albus: & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona: & exiuit vincens vt vinceret.

Hic ostendit quæ viderit, & dicuntur tria. Primo dicit Christum Ecclesie præsidem [& ecce equus albus] Secundo dicit ipsum gerere contra impios sacræ doctrinæ armaturam [& habebat arcum] Tertio quia victor gerit coronam [& data est ei corona] Dicit ergo.

Et vidi [supple, sicut dixerat] & ecce equus albus [secundum *Bedam*, id est, Ecclesia in baptismo abluta. *Psal. 50.* Lauabis me, & super niuem dealbabor. Vel [equus albus] id est, Prædicatorum primorum cætus, qui dicuntur equus propter fortitudinem, audaciam, & hinnitum prædicationis. *Job 39.* Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum. Item propter currendi velocitatem. *Habat. 1.* Velociores pardis equi eius. Item propter patientiam. *Psal. 91.* Bene patientes erunt vt annuntiet. Albus propter gratiam baptismalem qua sunt abluti. Item propter maiorem claritatem cognitionis. Albedo enim inter omnes colores plus participat de lumine, & ipsi plus de lumine cognitionis habuerunt. *Matth. 5.* Vos estis lux mundi [& qui sedebat super illum, id est, Christus qui est dux & rector eorum] habebat arcum id est, sacram Scripturam quæ arcus dicitur, quia castrum Domini, id est, Ecclesiam defendit, & inimicos eius occidit, si tamen manu tenentur, id est, opere. Nota: Arcus fit ex duobus: ex chorda, & ligno duro, & chorda lignum flectit. Lignum durum Vetus Testamentum est: chorda flectens Nouum: Testamento enim nouæ legis Veteris Testamenti duritia emolliuit. De hoc *Genes. 9.* Ponam arcum meum in nubibus cæli, id est, in prædicatoribus qui sunt eleuati per contemplationem, aquosi per compunctionem, lucidi per bonam conuersationem, pluentes & terram fecundantes per prædicationem. Iste arcus tot habet sagittas, quot eloquia. Hunc arcum Christus habebat: quia ipsum accepit de dextera sedentis in throno, supra 5. cap. [& data est ei] id est, Christo [corona] multitudo fidelium qui ei adhererunt vt corona capiti. *Isa. 62.* Et eris corona gloriæ, & diadema regni in manu Dei tui. Vel [corona] fuit caro Christi, qua diuinitas fuit vestita, vt caput corona. Caput coronam portat, & corona caput vestit: sic diuinitas portat humanitatem, & humanitas vestit diuinitatem. *Cantic. 3.* Egredimini filie Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater sua, id est, Virgo beata, in die desponsationis eius, id est, incarnationis quando humanitas est desponsata diuinitati [& exiuit] scilicet à Patre in vterum, & de vtero in mundum. Vel [exiuit] de angustia Iudææ [vincens] scilicet paucos de Iudæis conuertendo ad fidem [vt vinceret] scilicet in Gentibus per Apostolorum prædicationem conuertendo eos ad fidem. Vel sic [exiuit] scilicet de vtero in mundum [vincens] naturam: quia in veterum clausum introiuit, & clauso exiuit [vt vinceret] scilicet, diabolum per humilitatem, carnem

Equus albus.

Arms.

per virginitatem, mundum per paupertatem [Et data est ei corona] *Glossa*, potestas quæ sic dicitur propter æternitatem. *Daniel. 7.* Potestas eius potestas æterna [& exiuit] à Patre in mundum [vincens] diabolum in se [vt vinceret] scilicet in membris suis. Et sic notatur duplex Christi victoria qua vicit diabolum in se per suam Passionem. *Sapient. 19.* Certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Alia qua vincit quotidie in membris suis, de qua *Luc. 22.* Dabo vobis os & sapientiam quibus non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Vel [data est ei corona] ad literam spinea [& exiuit] scilicet, de Ierusalem [vincens] Iudeos & Pilatum per patientiam [vt vinceret] diabolum, & mortem.

Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens: Veni, & vide.

Hæc est secunda pars in qua agitur de tribus sigillis, in quibus bellum triforme ostenditur contra Ecclesiam. Primo enim impugnavit diabolus Ecclesiam per inordinationem potentie, quando per potentes seculi martyres occidebantur, quod manifestatur in apertione huius sigilli. Secundo per apparentiam sapientie, quando multi heretici mirebantur, qui per equum nigrum signantur in apertione tertij sigilli. Tertio impugnavit eam per apparentiam bonitatis, mitens hypocritas qui impugnant Ecclesiam sub specie sanctitatis, & signantur per equum pallidum. Hoc manifestatur in apertione sigilli quarti. In parte autem prima, ubi agitur de apertione secundi sigilli, dicuntur tria. Primo dicit se vidisse sigillum apertum. Secundo dicit se vocatum ab vno animalium ad videndum [& audiui secundum animal] Tertio exprimit visum [& exiuit equus rufus] Dicit ergo.

Ecclesia multipliciter impugnavit.

Et cum aperuisset [scilicet, Angelus qui præcedens aperuit] sigillum secundum [Nota: Sigillum secundum est Christi Passio quæ in lege signata erat. Apertio huius sigilli est prædicatio Passionis aperta. Et bene sequitur ad præcedens apertio huius sigilli: quia Resurrectione Christi prædicata per quam innovuit esse Deus, multi Iudæi crediderunt: quod videns diabolus inuidit, & persecutionem suscitavit, quæ sub Stephano incepit. *Act. 7.* Quapropter credentes dispersi sunt inter Gentes, & multis tribulationibus afflicti. Vnde necesse fuit, vt tunc prædicaretur eis Passio Domini, vt ad exemplum eius pati non timerent. Vnde dicit [Et cum aperuisset secundum sigillum] id est, Passionem consummatam ostendisset ipsa rei exhibitione, quæ clausa erat sub lege [audiui secundum animal] Per hoc animal secundum *Zacarias* intelligitur, qui agit specialiter de Passione, & per hoc intelligitur totus ordo Prædicatorum qui tempore martyrum Passionem Domini prædicavit. Et dicit [secundum animal] non tempore, sed ordine videndi [dicens: Veni] accedendo [& vide] diligenter attendendo [Veni] de prosperitate Ecclesie [& vide] eius aduersitatem. Vel, sicut accepti gaudium de prosperitate, ita sumas cautelam de aduersitate.

Et exiuit alius equus rufus: & qui se-

debat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant: & datus est ei gladius magnus.

Hic dicit quid viderit, & dicuntur tria. Primo describit corpus diaboli, id est, equum. Secundo ipsum diabolum [& qui sedebat] Tertio posse suum [& datum] Vnde dicit.

Et exiuit scilicet, de occulta machinatione ad apertam persecutionem. *Psal. 7.* Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Vel [exiuit] ab amicitia Dei in odium & persecutionem [alius] quia præcedenti contrarius [equus] scilicet [rufus] id est, diaboli corpus peccatis cruentatum, & necibus hominum sanguinolentum. *Isa. 1.* Manus enim vestre sanguine plenæ sunt. Tales dicuntur [equus rufus] propter colorem sanguinis quem effundunt [& qui sedebat] vt rector & mansionarius [super eum] id est, super totum exercitum malorum, sanguine Sanctorum, cruentatum [datum est illi] id est, permissum [vt sumeret pacem de terra] id est, tolleret pacem illata persecutione.

Equus rufus.

Nota, quod dicit [de terra] non de cælo: cælum enim Sanctos significat qui sunt alti per vitæ eminentiam, concaui per humilitatem, stellati per virtutum varietatem, luminosi per conversationem bonam. Ab his non potest diabolus pacem tollere quantumcumque eos persequatur: quia Dominus pacem eis reliquit. *Ioan. 14.* Pacem relinquo vobis, &c. Sed [de terra] id est, de terrenis qui terrena diligunt, tollit pacem: quia pacem Dei non recipiunt, vel receptam abiciunt. *Isa. 57.* Non est pax impiis. Ex hoc sequitur quod se inuicem interficiant. Vnde sequitur [Et vt inuicem se interficiant] gladio materiali ad literam. *Matth. 10.* Tradet autem frater fratrem in mortem. Vel gladio, prauæ persuasionis, qui singular animam. *Psal. 36.* Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et nota, quod crudelitas huius persecutionis incepit à tempore Neronis, & durauit vsque ad tempora Constantini magni, & tunc cæsa sunt multa millia martyrum gloriose coronatorum [& datus est illi gladius magnus] id est, potestas magna interficiendi: & spiritualiter sic interfecit infideles, & corporaliter sic martyres. Et dicitur [magnus gladius] tum pro multitudine occisorum. Vnde tempore Diocletiani infra paucos dies quindecim millia Romæ cæsa sunt: tum pro occisorum magnitudine, vel qualitate, quia maiores & fidelium sustentatores vt Apostolos & excellentissimos Doctores interfecit.

Persecutio Neronis Ecclesia.

Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.

Supra determinauit de apertione primi & secundi sigilli, hic agitur de apertione tertij. Apertio vero huius sigilli est cognitio persecutionis Ecclesie factæ ab hereticis. Diabolus enim videns se per apertam persecutionem non posse proficere, sed Ecclesiam per martyrum patientiam roborari, quæ sunt argumenta contra infideles, per hereticorum

ticorum occultam malitiam tentavit fideles decipere, quos non poterat per apertam malitiam vincere. Et quia fere omnis heresis est contra incarnationem Filij Dei, ideo fuit necessarius tertius ordo Prædicatorum, qui Christi incarnationem prædicaret, & intelligitur per tertium animal, in quo *Matthæus* figuratur, qui scribit specialiter de Christi incarnatione. Et dividitur hæc pars in quinque. Primo dicit se vidisse equum nigrum, per quem signantur hæretici. Secundo quis erat fessor eius [& qui sedebat] Tertio quid tenebat in manu [habebat stateram] Quarto ponitur fidelium consolatio [Et audiui vocem] Quinto hostium cohibitio [Bilibris tritici] Dicit ergo.

Et cum aperuisset tertium sigillum [id est, ostendisset ea quæ in tertio statu Ecclesiæ ventura erant tempore hæreticorum [audiui tertium animal] id est, tertium ordinem Prædicatorum designatum per tertium animal, qui tempore hæreticorum prædicavit & instruxit homines circa incarnationem Domini [dicens: Veni] credendo [& vide] tibi & Ecclesiæ providendo [& ecce equus niger] id est, status hæreticorum peccatis denigratus. Et bene signantur hæretici per equum nigrum: quia nigredo inter omnes colores minus participat de luce, & maxime ab ea recedit: sic hæretici peccatis denigrantur, & à veritate (quæ lux est) maxime recedunt. *Thren. 3.* Denigrata est super carbones facies eorum. Nota: iste equus est contrarius primo: quia ille albus per innocentiam, iste niger per malitiam: ille fidem asruit, iste destruit [& qui sedebat super eum] id est, qui præsidebat congregationi hæreticorum ut Doctor & rector [habebat stateram] id est, Scripturam [in manu sua] id est, in potestate sua. Hæc dicitur statera: quia sicut cognoscitur per stateram quanti ponderis sit corpus: sic per sacram Scripturam cognoscitur quanti ponderis sit spiritus. Et hæc stateram habent in manu: quia aliqua opera de genere bonorum ostendunt exterius. Per hoc quod dicitur [in manu sua] potest cognosci eorum dolositas. Sancti enim Doctores habentur à scientia facta: quia humiliter se Scripturæ subiciunt sensum suum illi coaptantes: sed hæretici habent scientiam in manu sua, quia quasi Doctores illam suo sensui coaptant. Quod ergo dicit [habebat stateram in manu sua] diabolo attribuitur quod conuenit membris eius, id est, hæreticis, qui discretionem quam dicunt se habere in Scripturis opere monstrant, sed hoc faciunt dolose ad fideles decipiendum. *Osea 12.* Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Item sicut per astutiam falsi mercatoris statera male inclinatur: sic per astutiam hæreticorum Scriptura male exponitur. *Proverb. 11.* Statera dolosa abominatio est apud Deum: & pondus æquum voluntas eius. Item statera est diaboli persuasio (cum *Genes. 1.* dixit. Eritis sicut dii scientes, &c.) quam in manu tenuit, quando Adæ pomum obrulit, & sic totum mundum obtinuit, & ideo dicitur esse princeps huius mundi *Ioan. 14.* Item statera quam diabolus habuit in manu, est tribulatio qua bonos & malos Deo permittente affligit, & ponderat qui sunt grauiores & qui leuiore.

Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentium.

Hic ponitur consolatio fidelium, quia promit-

tur eis auxilium. Vnde dicit [Et audiui tanquam vocem] scilicet Angeli existentis [in medio quatuor animalium] id est, in communi testimonio quatuor Euangelistarum, & omnium Prædicatorum [dicentem] scilicet, vocem. Vel [dicentium] scilicet, animalium.

Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum & oleum ne læseris.

Hic ponitur consolatio in cohibitione aduersarij, & cohibetur tripliciter ne lædat maiores, cum dicitur [Bilibris tritici] ne lædat minores, cum dicitur [& tres bilibres] ne lædat mediocres, cum dicitur [& vinum & oleum] Dicit ergo.

Bilibris tritici [Ad literam bilibris est vas capiens duos sextarios, vel duas libras. Vnde dicitur bilibris, quasi duplex libra. Bilibris ergo tritici est illud quod continet duos sextarios vel duas libras tritici. Sed quare non dixit, Dux librae tritici? Responso. Ad signandum vnitatem Ecclesiæ dixit in singulari: & quia illa vnitatis est ex duobus Testamentis, vel duobus populis in vnum collectis: ideo posuit numerum qui in bilibris intelligitur. Vna ergo bilibris est vna Ecclesia ex duobus Testamentis, vel ex duobus populis, vel consistens in dilectione Dei & proximi [tritici] Per triticum quod præeminet cæteris granis, intelliguntur maiores in Ecclesia, qui præsumunt aliis. Bilibris ergo tritici est vna Ecclesia ex duobus populis in maioribus Sanctis [denario vno] Ille denarius est Christi sanguis quo sumus redempti. *1. Corinth. 6.* Empri estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Est ergo sensus.

Audiui vocem, &c.] Ne læseris frumentum. Quare? quia [bilibris tritici] id est, Ecclesia ex duobus populis collecta, & maioribus Sanctis, supple, est empti [denario] id est, sanguine Christi [& tres bilibres hordei denario vno] Sicut bilibris est vas continens duos sextarios: ita tres bilibres sunt tria vasa quæ continent sex sextarios. Tres ergo bilibres hordei sunt sex sextarij hordei. Et per hordeum quod est minoris valoris quam triticum, intelliguntur minores in Ecclesia: qui etsi non eisdem virtutibus vigent quibus maiores, tamen in fide Trinitatis viuunt, & ideo dicuntur tres bilibres, vel quia sex operibus misericordie exercentur. Et quia vterque eodem pretio sunt redempti, id est, sanguine Christi, ideo dicit [& tres bilibres, &c.] Quasi diceret: Ne læseris hordeum: quia [tres bilibres hordei] id est, vniuersi minores in Ecclesia, supple, empti sunt [denario vno] id est, sanguine Christi. Vel iste denarius est remuneratio vitæ æternæ. *Matth. 10.* quæ dabitur istis, vel illis [& vinum & oleum ne læseris] Per vinum & oleum significantur tenentes medium statum, qui dicuntur vinum propter calorem & feruorē charitatis per quam habent cordis lætitiā, & alios lætificant, sicut vinum lætificat cor hominis: inde consolatur et eos inebriat ad bene operandum. Oleum sunt propter opera misericordie quibus intendunt. Et de his dicitur: Vinum, id est, charitate feruentes, & oleum, id est, operibus misericordie intendentes, ne læseris. In quo notatur, quod non potest nocere diabolus, nisi

Equus niger est congregatio hæreticorum.

Scriptura dicitur statera.

Statera dolosa.

Bilibris tritici.

Quare?

Hordeum.

Oleum.

Vinum.

nisi quantum Dominus permiserit. Vel [vinum & oleum, &c.] id est, proficientes, vel penitentes.

Aliter sic [Bilibris tritici, &c.] Triticum quod est pretiosius aliis granis, significat Nouum Testamentum. Bilibris significat intelligentiam historicam & spiritualem, & hoc propter dualitatem: sed propter numerum singularem intelligitur doctrina Evangelica propter unitatem Ecclesiastici vel Evangelici sacramenti. Ecclesie enim sacramentum efficaciam habet ad vno, hoc est, a Passione Christi. Vnde dicitur emi [denario vno] hoc est, sanguine Christi. Tres bilibres Venus Testamentum significant ratione numeri, propter ordines tres qui sunt in Veteri Testamento, scilicet, lex, & Prophetæ, & agiographæ: sed ratione dualitatis mensuræ historicum sensum & mysticum significant. Per denarium significatur fidei perfectio. Vnde sicut perfectio nihil deest, nec vitra non portigitur, quasi nihil deest ei. Item per vinum significatur legis austeritas, per oleum, Evangelij suauitas. Vnde sensus est [Bilibris tritici, &c.] Quasi diceret: Nolite timere vos fideles si male exponunt hæretici Scripturam: quia bilibris tritici, id est, sana intelligentia Noui Testamenti quoad literalem & spiritualem sensum, supple, empta est denario vno, id est, sanguine Christi, cuius effusio dedit sacramenta Noui Testamenti [et tres bilibres hordei] id est, sana intelligentia Veteris Testamenti secundum utrumque sensum, literalem, & spiritualem: quod significat dualitas mensuræ, quod etiam in tribus, scilicet, lege, Prophetis, & agiographis continetur. Et hoc significat numerus pluralis cum hac conditione, tres. Hæc, inquam, sana intelligentia, supple, empta est [denario vno] sicut prius. Per hordeum autem signatur Verus Testamentum: quia sicut sub palea latet granum in hordeo, sic sub Veteri Testamento latet Nouum. Vel [denario vno] id est, professione fidei: per denarium enim signatur unitas fidei. Denarius habet regis imaginem, & inscriptionem: & imago refertur ad humanitatem, supscriptio ad diuinitatem: de quibus est fides. Quia ergo utrumque Testamentum unitatem fidei perfecte continet, recte dicitur vendi vel emi denario vno, id est, perfecta fide.

Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor partes terræ & interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.

Hic agitur de apertura quarti sigilli, in qua ostenditur tertia persecutio Ecclesie quæ facta est per hypocritas quos diabolus in Ecclesiam introduxit: videns enim, quod nec per principum persecutionem, nec per hæreticorum prauitatem posset proficere ad exercendam suam malitiam hypocritas in Ecclesia introduxit, & per eos fideles Ecclesie familiaris & secretius turbare tentauit. Et diuiditur hæc pars sicut præcedentes. Vnde dicit.

Et cum aperuisset sigillum quartum id est, manifestasset secreta illius status Ecclesie [audiui vocem quarti animalis, dicentis: Veni, & vide] id est, equi per quem *Ioannes* signatur, qui de Christi diuinitate altius scripsit. Designat etiam ordinem Predicatorum diuinitatem prædicantium, & adducuntur contra equum pallidum, id est, hypocritas, ut per ipsos eorum malitia reuelentur [et ecce equus] Et dicitur hic tria. Primo quid viderit. Secundo sefforem equi describit [et qui sedebat] Tertio quam potestatem habuit [et data est ei] Dicit ergo [et ecce equus pallidus] id est, hypocritæ qui sic appellantur, quia extingunt facies suas ut appareant hominibus ieiunantes *Matth. 6.* Mortuis enim pallor proprie accidit: hypocritæ autem mortui sunt spiritualiter, quæuis viuere videantur: prudēs sunt si eundem carnem, sed mortui secundum spiritum. *Rom. 8.* Prudentia carnis mors est. Est ergo sensus [et ecce equus pallidus] id est, hypocritarum corpus religione palliatum simulata [et qui sedebat super eum] id est, congregationem hypocritarum, quasi rector & ductor [nomen illi Mors] id est, diabolus a quo mors incepit, & ponitur effectus pro causa, quia *Sapient. 2.* Inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum [et infernus sequebatur eum] id est, diabolus. Et est argumentum, quod diabolus ubique vadit, deserit secum sua incendia. Vel in fernis sequitur diabolus: quia quos mori fecerit hic per culpam, secum trahit ad gehennam. *Isa. 5.* Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vilo termino: & descendit fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriose eius ad eum. Vel [infernus] id est, hypocritæ & ceteri peccatores inferno deputati [sequebatur eum] id est, imitatur eum in peccata, & culpa. Vel [infernus] id est, vermis conscientie [sequebatur eum] id est, hypocritam [et data est illi potestas] id est, morti siue diabolo permissio [super quatuor partes terræ] Nota: Dux sunt partes terræ: una diaboli, altera Christi. Pars Christi est indiuisa. *Cantic. 6.* Vna est columba mea. Pars diaboli in quatuor diuitiis Geniles, Indos, hæreticos, & peccatores Christianos. Et super has quatuor partes terræ quæ terræ adherent, data est diabolo potestas. *Iob 10.* Terra data est in manus impij. Vel [super quatuor partes terræ] id est, super illos qui quatuor ponunt in terrenis, scilicet, timorem, amorem, gaudium, & dolorem. Vnde *Bern.* Timet quod non oportet, amant quod non decet, gaudent vane, dolentque vanis. Et quæ sit illa potestas subdit [interficere gladio] scilicet, prauæ suggestionis, vel etiam materialis [et fame] id est, subtractionis verbi Dei [et morte] scilicet, spirituali, vel terrena cupiditate [bestiis terræ] id est, principibus crudelibus, & Prælati per quos diabolus multos interficit: tales enim signantur per bestias. *Tit. 1.* Cretenses semper mendaces, & malæ bestie.

Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subrus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter Testimonium quod habebant. Et clamabant voce magna, dicentes: Viquequo Domine, sanctus, & verus, non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?

Denarius

Equus pallidus Hypocritæ

Diabolus dicitur mors

Infernus sequitur diabolus

Dux partes hominum

Et date sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conferui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi.

Supra magnas præmisit tribulationes, & ne terretentur boni qui in huiusmodi afflictionibus sunt occidendi, consolatur eos, manifestans gratiam eorum qui in triplici bello vincunt. Et consolatur bonos per tria. Primo, quia vidit animas interfectorum pro Christo sub protectione Christi. Secundo per hoc quod dicit singulos eorum singulis stolis remunerari [& data sunt illis] Tertio per hoc quod audiuit promissionem desiderij eorum adimplendi [& dictum est illis] Dicit ergo.

Et cum aperuisset sigillum quintum [Nota: Illud sigillum est consolatio occulta animarum iam in 7. ætate quiescentium quæ prius occulta erat Ecclesiæ: sed fuit declarata Ioanni, & per ipsum reuelata Ecclesiæ: ergo aperite sigillum quintum est occulta status Ecclesiæ quantum ad statum animarum 7. ætate quiescentium manifestate [vidit subus altare] id est, sub protectione & confortio Christi, qui dicitur altare factum de terra, id est, de Virgine. Exod. 20. Altare de terra facietis mihi, super quod debetis offerre omnia, id est, super fidem eius [animas interfectorum] Gloss. capiti suo humiliantes se [animas] dico [interfectorum] id est, martyrum [propter verbum Dei] id est, Filium Dei [quod habebant in corde] per fidem [& propter testimonium quod habebant] scilicet in ore per confessionem. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam. Vel [propter testimonium] id est, Christianitatis titulum [quod habebant] in corde testabantur vita, & opere, id est, aliis restabantur [& clamabant voce magna] id est, magno desiderio [dicentes] id est, desiderantes. Psalm. 33. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos [Vsq̄uequo] id est, vsque ad quod tempus expectas [Domine] qui potes omnia [sanctus] in te, & sanctitatem aliis dans [& verus] implens promissa. Et in his tribus promissis Trinitas distinguitur personarum. Domine refertur ad Patrem, sanctus ad Spiritum sanctum, verus ad Filium: & hoc fit per appropriationem [Vsq̄uequo non vindicas sanguinem nostrum] id est, effusionem sanguinis nostri, inferendo pœnam peccatoribus. Sed quomodo Sancti petunt vindictam? Videtur enim facere contra illud Levit. 19. Non quaras vltionem. Responsio. Duobus modis potest peti vindicta: ex charitate vt prædestinati conuertantur à malo ad bonum, & præciti peccate desistant, vt per hoc minorem pœnam in inferno habeant, quod est pietatis & misericordie. Vel ex crudelitate primo modo petunt, & supple [Vsq̄uequo non vindicas de his qui habitant in terra] id est, qui amore terrenis inhaerent. Et nota: Repetitio vindictæ est signum expressio- nis desiderij: & datæ sunt illis singulæ stolæ id est, beatitudo animarum: sed postea accipient aliam post corporum resurrectionem. Isa. 61. In terra sua duplicia possidebunt [& dictum est illis] scilicet per inspirationem [vt requiescant] id est, patienter expectent [tempus adhuc modicum] quia breuis

Consola- tur bonos triplici- ter.

Christus dicitur altare.

Quæstio. Vindicta petio.

est cursus penitentis vitæ respectu æternitatis. Psalm. 89. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præerit [donec compleatur numerus conferuorum meorum] id est, illorum qui Deo seruiunt sicut ipsi [& fratrum eorum] id est, qui ad eandem hereditatem sunt vocati qui interficiendi sunt, scilicet, aperto martyrio, vel occulto [sicut & illi] id est, eadem causa, quia propter verbum Dei.

Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam fæcus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur.

Hic agitur de sexto sigillo, & in apertione huius ostenditur quæ tribulatio ventura sit tempore Antichristi. Et dividitur hæc pars in duas. In prima manifestatur tribulatio Ecclesiæ tempore Antichristi. In secunda ne desperent boni, subditur consolatio ex præsentia Christi [Et vidi alterum. 7. c.] in prima duo tanguntur. Primo quod tanta erit tribulatio, quod in Ecclesia secundum omnem sui statum fiet immutatio. Secundo quod propter hoc impediatur prædicatio, infra. 7. cap. [Post hæc quatuor Angelos] In prima duo. Primo quod erit prædicta immutatio. Secundo ponitur huius immutationis manifestatio: & hoc dupliciter primo quantum ad bonos, secundo quantum ad malos. Primum ibi [sol factus est] Secundum ibi [& omnes montes] Dicit ergo.

Et vidi [scilicet oculis mentis] cum aperuisset sigillum sextum] id est, manifestasset mysterium sexti sigilli, quod est tribulatio inferenda tempore Antichristi. Hoc autem facit Dominus duplici causa. Primo vt moderni in contemplatione futurorum Sanctorum animentur ad tolerantiam passionum: quia istæ quasi nihil sunt respectu futurarum. Secundo vt cum venerint minus grauentur: quia iacula quæ prævidentur, minus feriunt Grego. [& ecce] Istud ecce est nota admirationis [terræ motus factus est magnus] id est, Ecclesiæ persecutio tempore Antichristi: terra enim est Ecclesia. Eccl. 1. Terra autem in æternum stat [motus magnus] persecutio magna, de qua Matth. 24. Erit tanta tribulatio, vt si fieri potest, moueantur etiam electi. Et vitur præterito hic pro futuro certitudine prophetalis [& sol factus est niger] factus id est, fiet.

Nota: Per solem intelliguntur Doctores Ecclesiæ: quia sicut sol inter alios planetas maxime fulget, sic illi dicuntur fulgere inter alios homines. Mat. 5. Vos estis lux mundi. Primo ergo dicitur sol: quia illuminant & accendunt. 1. Tim. 4. Exemplum esto fidelium, &c. Secundo: quia sicut sol vires resoluit, excrementa fluuiorum detrahit, lutum siccatur, fructus maturat: sic Doctores, vnde Malach. 3. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Tertio: quia sicut sol distinguit horas diei, sic Doctores perfectionem Apostolorum quæ sunt duodecim horæ diei. Ioan. 2. Quarto: quia sicut sol atomos apparere facit, sic Docto-

Anti- christi persecutio.

Solis propria est.

res minimos defectus cognoscant. Vnde supra 3. Qui habet oculos, id est, Doctores, tanquam flammam ignis. Quinro: quia sicut sol quanto magis eleuatur, tanto magis calefacit: sic Doctores quanto magis elongantur à terrenis, tanto alios magis accendunt ad amorem æternorum. Elabac. 3. Sol eleuatus est, & luna stetit in ordine suo. 7.

Factus est niger [secundum apparentiam] tanquam fæcus cilicinus [id est, viles, & peccatores reputatione malorum] & luna [id est, medijs, in Ecclesia, qui post solem, id est, Prælatos maiores sunt, & lumen sicut à sole luna ab eis recipiunt] facta est vt sanguis [Per sanguinem intelliguntur illi qui carnalem vel terrenam vitam diligunt, quæ est tota in sanguine Levit. 17. Luna ergo fit tota vt sanguis, quando timore mortis illi qui vt luna in nocte, id est, in aduersitate huius mundi splendebant, lumen suum alijs occultabant. Joel 3. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Vel [luna tota] id est, tota congregatio mediocriam in Ecclesia [facta est vt sanguis] quia illi occidentur, & suo sanguine respergentur [& stellæ cæli] Per stellæ quæ parum habet de lumine respectu solis & lune, intelliguntur minores in Ecclesia, qui lucent fide: sed tempore persecutionis amore terreno cadere videbuntur in terram, sed non cadent, quia finaliter non timent. Iudicum 3. Et stellæ retraxerunt lumen suum. Vnde [sol factus est niger] id est, maiores in Ecclesia obscurabuntur [tanquam fæcus cilicinus] quia miraculis non conuocabunt [& luna tota facta est vt sanguis] quia timore mortis mediocres suam fidem occultabunt [& stellæ cæli, id est, minores in Ecclesia] de cælo ceciderunt, id est, cadere videbuntur amore terrenorum [sicut ficus emittit, &c.]

Vel sic [de cælo ceciderunt] id est, à fide recedunt [super terram] adherentes terrenis [sicut ficus emittit grossos suos] Haymo. Grossos appellat fructus primi temporis, qui antequam veniant ad maturitatem, concussi vento in terram cadent [cum à vento magno mouetur] Vel grossi intelliguntur idem quod stellæ. Hi à vento magno mouebuntur, id est, magna persecutione.

Et cælum recessit sicut liber inuolutus.

Hic ostendit quod omnes Sancti exhibent in medio impiorum, qui Sancti intelliguntur per cælum. Vnde & cælum, id est, Ecclesia stellata virtutibus, lucens sapientia, sphericâ fide, alta contemplatione, mobilis obedientia, summa patientia, casa helios, id est, domus Dei [recessit] id est, recedat, non abcessu corporis [sicut dicit Haymo] sed fide, & opere [sicut liber inuolutus] id est, signatus, & clausus.

Nota: Sicut in libro inuoluto non videtur quid intus contineatur, nisi ab illis quibus voluntarie aperitur: sic Sancti illius ultimi temporis suis se manifestabunt, & extraneis se celabunt. Vnde Glossa. Celantes predicationem impijs. Item in Sanctis erit fides, & sanctitas, sed non apparebit, quia non facient miracula. Isa. 29. Erit visio omnium sicut verba libri signati [quem cum dederint scienti literas, dicent. Lege istum. Et respondebit: Non possum] scilicet vbi litteræ non apparent, licet sint ibi.

Aliter exponuntur prædicta de Christo sic [&

Luna.

Stella.

Grossi quid sint.

Ecclesia dicitur cælum.

Liber inuolutus.

sol] id est, Christus [factus est niger tanquam fæcus cilicinus] quia tunc non lucebunt miraculis, malis eorum facientibus miracula [& luna] id est, Ecclesia à vero sole illuminata [tota] id est, totaliter secundum omnem sui statum [facta est] reputatione malorum [vt sanguis] id est, vt sanguinea, & peccatrix [& stellæ cæli, id est, Sancti] de cælo ceciderunt super terram] id est, à Christo separati sunt reputatione malorum propter terrenorum amorem [& cælum] id est, vera Scripturæ intelligentia [recessit sicut liber inuolutus] id est, recedat ab hominum memoria propter sua peccata [& cælum, id est, prædicatores] recessit sicut liber inuolutus] quia præ nimia persecutione non audebunt, nec poterunt prædicare. Moraliter potes omnia exponere de Prælato.

Et omnes montes & insulæ de locis suis moræ sunt: & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium: & dicunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

Supra ostendit fieri immutationem circa bonos in Ecclesia secundum omnem statum, hic ostendit immutationem fieri in malis secundum omnem eorum differentiam. Et dicuntur duo. Primo dicit, quod omnes mali in Ecclesia mouebuntur à fide. Secundo, quod desperati fugient ad auxilium demonum, iudicio imminente [& absconderunt se in speluncis] in prima dicitur tria. Primo quod recedat à fide superbi. Secundo quod cupidi [& diuites & fortes] Tertio quod seruientes voluptati carnali [seruus & liber] Dicit ergo.

Et omnes montes] id est, omnes superbi, qui alios transcendunt per elationem, sicut montes terræ planitiem [& insulæ] Gloss. negotijs seculi agitati [mori sunt de locis suis] id est, à fide, & charitate, deserentes Christum, & adherentes Antichristo [& reges terræ] qui sciunt se & alios regere in moribus, & inde superbiunt. Aug. Sola superbia bonis operibus insidiatur vt pereant [& principes] id est, qui de potentia superbiunt, & ideo à fide recedunt. Isa. 1. Principes tui infideles [& tribuni] id est, qui de scientia superbiunt. 1. Corin. 3. Scientia inflat. Et sicut tribuni sedes iudicis appellatur, sic tribuni qui iudicant alios nuncupantur. Illi ergo qui superbiunt de vita, appellantur reges: qui de potentia, principes: qui de scientia, tribuni [& diuites, & fortes] hæc dicit fieri immutationem in cupidis, qui diuites sunt in possidendo, fortes in acquirendo, & retinendo, acquisita multiplicando. Tales sunt diuites in temporalibus, pauperes in spiritualibus [& fortes] ad spoliandum pauperes, sed in bello contra diabolum debiles [& omnis seruus] id est, libidini deditus [& liber] à lege rationis. Rom. 6. Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ [absconderunt se] id est, abscondere desiderant [præteritum pro futuro] in speluncis] vt lateant ibi

Tribuni.

ibi

ibi [& in petris] ut refugium habeant [montium] id est, demonum qui sunt alti per superbiam. P[er] 73. Superbia eorum qui te oderunt, &c [& dicunt] scilicet desiderando [montibus & petris] id est, demonibus altis & duris, in quibus putabant se habere tutam protectionem [Cadite super nos] id est, inclinate vos ad nostrum auxilium, ut a presentia iudicis nos protegeris [& abscondite nos a facie sedentis super thronum] id est, a presentia iudicis, vel Christi [& sedentis super thronum] id est, Patris Ecclesie presidentis [& ab ira Agni] id est, Christi hominis, qui in ira sua conturbavit eos [1. salm. 10.] quoniam venit dies. Quasi dicat: Necessè est ut hoc faciatis, & nos abscondaris [quoniam venit dies magnus iræ ipsorum] id est, Patris sedentis [& Agni] id est, Christi. 1. sal. 1. Dies Domini magnus, & terribilis valde, & quis poterit, &c. Quasi dicat. Nullus. Malach. 3. Quis poterit stare ad videndum eum? Aliter exponitur illud [& on. ne, montes & insule, &c.] de bonis qui magnitudine tribulationis concussi, separabunt se fide & opere a malis, & suffragia Angelorum sanctorum postulabunt, ut eorum precibus mereantur penas evadere, & misericordiam iudicis consequantur. Hæc expositio est in Glossa.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [interficere gladio, & fame, & morte] Contra: Amos 7. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquarum, sed audiendi verbum Dei. Si ergo Deus famem mittit, quid committit qui eos fame interficit? Responsio Haym. Quod Deus facit in isto iudicio, diabolus facit in invasione, & mala voluntate.

Fames spiritus...

CAPUT VII.

Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.



Supra ostendit tribulationem Ecclesie quæ erit tempore Antichristi, hic ostenditur consolatio Ecclesie. Et dividitur pars ista in tres. In prima ponitur consolatio gratiæ in presenti. Secundo consolatio gratiæ in futuro [post hæc vidi turbam] Tertio ostenditur via per quam venitur ad consolationem gloriæ à consolatione gratiæ [& respondit vnus de senioribus] In prima parte dicuntur tria. Primo videtur Christus huius consolationis nuntius [& vidi alterum Angelum] Secundo auditur vox ipsius [& clamauit voce] Tertio ponitur consolatio gratiæ quæ facta est ad clamorem eius [nolite nocere] Continua: Tanta erit tribulatio Ecclesie: sed tamen non obliuiscetur Deus misereri. Unde dicit.

Post hæc vidi quatuor Angelos id est, quatuor demones. Diabolus enim missus dicitur hic Angelus, & à Deo ad probationem bonorum, & à principe diabolo ad subuersionem cunctorum. Nota: Sicut dicit Haym. Angeli stantes super quatuor partes terræ sunt demones præpositi quatuor regnis principalibus, scilicet. Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum.

Diabolus missus... Angeli stantes super quatuor partes terræ.

Per quatuor ventos intelligitur quadruplex prædicatio ad conuertendum terrenos. Vna est recolendo beneficia gratiæ quæ nobis continuis oriuntur, & signantur per ventum Orientis. Alia est recolendo beneficia gloriæ, quæ dabuntur in futuro quæ signantur per ventum Australem. Tertia est recolendo multiplicem lapsum peccati, & signatur per ventum Occidentis. Quarta est recolendo acerbiteritatem penæ & durationem eius, & signatur per ventum Aquilonis. Est ergo sensus talis [post hæc vidi] Illud post non notat diuersitatem visionum, sed ordinem visorum iuxta ostensionem Angeli, & narrationem Ioannis [quatuor Angelos] id est, quatuor demones præpositos aliis: vel demones vniuersos, qui bene per quatuor signantur: quia numerus iste maxime diuisibilis est, & ipsi intendunt facere diuisionem. Vel dicuntur quatuor: quia quatuor Evangelia annihilare intendunt [stantes super quatuor angulos terræ] id est, in quatuor principalibus regnis commorantes. Vel [super quatuor angulos terræ] id est, super cupiditatem, & vanitatem, libidinem, & voluptatem. Vel [super quatuor angulos] quia laborant ut ponant hominem in angulo, id est, in sordibus, vel in angulo dupliciter [tenentes quatuor ventos terræ] id est, Prædicatores, qui quadruplicem prædicationem debent prædicare: peccata quæ debemus fugere, bona quæ debemus facere, penas quas debemus timere, & gaudia quæ debemus sperare vel appetere. Vel dicuntur quatuor: quia de fontibus Saluatoris, id est, de quatuor Evangeliiis debent quicquid prædicant haurire. Genes. 1. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis. Vel quia debent habere quatuor virtutes. Vel quia debent prædicare per quatuor climata mundi [ne flarent super terram] id est, terrenorum amatores qui peccant concupiscentia oculorum [neque super mare] id est, superbos qui peccant per superbiam vitæ [neque in ullam arborem] id est, luxuriosos qui peccant per concupiscentiam carnis: & tales dicuntur arbores, quia trahunt humorem suum à terra, ut arbores.

Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens.

Supra ostendit tribulationem Ecclesie quæ erit tempore Antichristi, hic ostenditur consolatio Ecclesie. Et dividitur pars ista in tres. In prima ponitur consolatio gratiæ in presenti. Secundo consolatio gratiæ in futuro [post hæc vidi turbam] Tertio ostenditur via per quam venitur ad consolationem gloriæ à consolatione gratiæ [& respondit vnus de senioribus] In prima parte dicuntur tria. Primo videtur Christus huius consolationis nuntius [& vidi alterum Angelum] Secundo auditur vox ipsius [& clamauit voce] Tertio ponitur consolatio gratiæ quæ facta est ad clamorem eius [nolite nocere] Continua: Tanta erit tribulatio Ecclesie: sed tamen non obliuiscetur Deus misereri. Unde dicit.

Et vidi alterum Angelum id est, Christum qui bene vocatur Angelus: quia noua vitæ gaudia mundo nuntiavit [alterum] id est, valde à prædi-

Quæstio...

Natiuitas Christi...

Signum Dei viui...

Septem proprietates...

Quæstio...

etis diuersum. Priores enim venerant ad nocendum, iste ad saluandum. Ioan. 3. Misit Deus Filium suum in mundum, non ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum [ascendentem ab ortu solis] scilicet, in natiuitate, quæ ortui solis comparatur. Malach. ultimo. Vobis timentibus nomen meum, & cetera: Ortus enim solis huius inchoauit diem gratiæ. Hic quæritur, Quomodo dicitur ascendere iste sol, vel Angelus? Responsio. Ascendere dicitur respectu nostræ natiuitatis, quæ descensus dicitur propter gravitatem culpe originalis. 2. Reg. 4. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram. Vel dicitur ascendere secundum Haym. quia tertia die resurrexit, & sua resurrectione totum mundum illuminauit, scilicet, per fidem Resurrectionis. P[er] salm. 67. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Vel [ascendentem ab ortu solis] Glossa à Patre. Contra: Inclinauit celos & descendit. P[er] salm. 117. Respondit dicitur ascendere Christus: quia à Patre veniens, supra carnem quam assumpsit, ut Dominus fuit. Isa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem. Vel [ascendit] à Resurrectione in nominis exaltatione, vel etiam in Ascensione. Secundum hunc ascensum præcessit descensus humilitatis. Ephes. 4. Qui ascendit, ipse est & qui descendit, &c. [habentem signum Dei viui] id est, potestatem faciendi miracula, & dimittendi peccata, quod erat signum Dei viui, quia vtrumque solius Dei est. Math. 8. Ut sciat quia Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata. Vel [signum Dei viui] id est, immunitatem peccati, quod est signum Dei. Deuter. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate [& clamauit voce magna quatuor Angelis] Glossa. Clamare Dei est facere. Clamauit autem, cum magne auctoritatis imperio demones refragando. Unde de eo dicitur Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? [quibus datum est] id est, permissum nocere terræ [id est, avaris, vel terrena amantibus] & mari [id est, superbis luxuriosis, vel etiam malis omnibus. Mare enim habet proprietates septem criminalium peccatorum: tumet, per quod signat superbos: linet, per quod inuidos: feruet, per quod iracundos: absorbet, per quod auaros: stat, per quod accidiosos: spumat, per quod luxuriosos: mergit, per quod gulosos signat.

Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.

Hic ponitur consolatio gratiæ in presenti, & dicuntur tria. Primo prohibentur illi Angeli ne nocent. Secundo determinatur tempus quo à nocimento abstinere debeant [quoadusque signemus] Tertio dicit se intellexisse qui hoc signo signati debeant [& audiui numerum] Dicit ergo.

Nolite nocere [Hic quæritur, Cum datum sit eis nocere, quare nocere prohibentur? Responsio. Quia diabolus quantum est de voluntate sua potestatem suam desiderat semper ampliare: & ideo malo mala voluntas eorum cohibetur ne possint nocere quantum vellet [Nolite] id est, ne attentis [nocere terræ & mari] id est, peccatoribus quantum velletis [neque arboribus] id est, bonis qui

dicuntur arbores: quia faciunt fructum bonorum operum, habent in medicinam folia verborum, radicantur in Christo per humilitatem, extendentes ramos per charitatem, operi cortice per vitæ asperitatem, dantes umbram aliis per bonum exemplum, erecti per spem, sursum tendentes per æternorum contemplationem, viui per fidem [quoadusque] id est, nec ante, nec post. Simile habetur Math. 2. Et non cognouit eam donec peperit filium, &c. id est, nec ante, nec post [signemus] Sed cum Ioannes vidit vnum Angelum, quare non dicit, quoadusque signem, sed videtur plurali dicens, signemus. Responsio. Sensus est [signemus] scilicet, ego, & ministri mei: ego interioris, & ministri mei exterioris [seruos Dei nostri in frontibus eorum] Glossa. signo crucis discernamus. Hoc signum fideles in Ecclesia recipiunt intrus in corde quod est frons interior, & exterior in frontem: unde baptizatus inungitur in pectore ut fidem cordis habeat, & in fronte ne fidem Christi erubescat confecti. Ista tamen audacia proprie datur in sacramento confirmationis: & ideo dicit [in frontibus eorum] ut vtrumque frontem intelligamus, scilicet, exteriorem, & interiorem.

Confirmatio...

Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israël. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati.

Hic dicit se intellexisse numerum illorum qui signandi erant illo signo, & primo sub quodam numero finito ponit numerum signatorum. Secundo per partes probat numerum [ex tribu Iuda] Dicit ergo.

Et audiui id est, spiritualiter intellexi [numerum] scilicet signatorum, id est, signandorum, vel signatorum in præsentia [centum quadraginta quatuor millia ex omni tribu filiorum Israël] sicut dicit Haym. in hoc loco ponitur numerus finitus pro infinito: nec pertinet solum ad duodecim tribus filiorum Israël, sed ad omnem Ecclesiam quæ in suis comprehenditur electis, quod ostenditur sic. Ternarius signat Trinitatem sanctam: quaternarius quatuor mundi partes, vel quatuor virtutes, vel quatuor Evangelia. Si ergo ducatur ternarius in quaternarium, vel è conuerso, resultat duodenarius numerus qui est numerus factarius: quia per ipsum omnes illi signantur qui in quatuor mundi partibus fidem tenent sanctæ Trinitatis, vel habent quatuor virtutes in fide Trinitatis fundatas. Mille signat perfectionem, vel unitatem.

vnitatem. Quia ergo Ecclesia per Trinitatis notitiam in quatuor mundi partibus, & vniuersis generationibus aggregatur, in duodenis millibus figuratur. Item quia ciuitas in quadropolita est, sicut dicitur *infra* 21. ideo duodecim millia multiplicando per quatuor, fiunt 48. millia, & sic perficitur in eo quod credit. Ut autem perueniat ad illud id est, ad contemplationem Trinitatis multiplicando 48. millia per ternariū fiunt 144. millia, per quem numerum designatur vniuersitas Sanctoium. Aliter omnes electi signantur per talem numerum secundum quadruplicem statum. Per centum signantur omnes quibus debetur fructus centesimus, sicut virgines. Per quadraginta qui est numerus penitentiarum, signantur illi quibus debetur fructus sexagesimus, vt continentes. Per quatuor illi quibus debetur fructus trigessimus, scilicet, coniugati: & recte per talem numerum signantur, quia quatuor est primus numerus diuisibilis in numero, coniugati vero diuisi sunt. 1. *Corinth.* 7. Qui cum vxore est sollicitus est quæ sunt mundi, & quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et omnes isti dicuntur mille: quia iste numerus cubitus, id est, solidus est: habet enim trinā dimensionem, scilicet, x. decies, x. decies, x. decies. Et omnes illi seruant de alogum ad honorem Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: vel cum fide, spe, & charitate [ex omni tribu filiorum Israel] id est, ex omnibus cuiuscumque sint nationis fidem Patriarchæ imitantibus [& audiui numerum signatorum 144 milia] Nota: in hoc numero ponuntur quatuor genera numerorum 40. 4. 107. 1000. Quadragenarius est numerus penitentiarum: quia partes huius numeri faciunt quinquagesimum, qui est numerus remissionis *Leuit.* 24. Similiter penitentia ducit ad remissionem peccatorum, & Dei reconciliationem, unde pertinet ad incipientes. Quaternarius est illorum qui in quatuor virtutibus proficiunt, & pertinent ad proficientes. Centenarius pertinet ad perfectos, qui decalogum perfecte seruauerunt. Millesimus qui est vltimus numerorum, pertinet ad perseverantes: quia perseverantia est perfectio virtutum, & sic ad hæc quatuor potest reduci omnis numerus seruandorum. Et tria prima nomina quæ subduntur ex tribu Iuda, &c. pertinent ad statum incipientium, tria alia ad statum proficientium, tria sequentia ad statum perfectorum, tria vltima ad statum perseverantium. Vnde dicit.

Quæstio.

Quæstio
omnium
tur Dan
& Ephraim.

Ex tribu Iuda duodecim millia signati] id est, omnes electi qui per quatuor mundi partes tenent fidem Trinitatis cum perfectione operis. Sed tunc queritur. Quare non dixit in generali de omni tribu filiorum Israel, duodecim millia signati, vt non ex primeret tribus & nomina filiorum Israel: Responso. Propter duo factum est. Primo vt ostenderetur, quod electi illas virtutes debent habere quæ per nomina filiorum designantur. Secundo vt aliquos filios computando, & non omnes, alios à numero ostenderet excludendos. Nam tribus Dan & Ephraim non ponuntur hic. Nam ex tribu Dan nasciturus est Antichristus, de Ephraim natus est Ieroboam qui filios Israel primus traxit ad idololatriam 3. *Reg.* 12. Ad signandum ergo quod schisma maxime detestandum est, non ponuntur tribus illorum à quibus descenderunt illi qui schisma fecerunt, sicut Ieroboam in veteri

lege, & Antichristus in noua. Tamen quidam dicunt de Ephraim, quod intelligatur hic per tribum Ioseph. Nota, quod dicit [signati] hic ponitur genus pro genere, id est, masculinum pro neutro: vel est gentium singularis, & ponitur pro plurali: vel subintelligitur substantiuum, scilicet, homines sic [ex tribu Iuda] supple, sunt homines signati duodecim millia, item nota, quod dicit [duodecim millia] non vult, quod tot præcisè de qualibet tribu seruandi sint, vel quod tam paruus numerus seruandorum sit in qualibet tribu: sed propter duodecim Apostolos quorum prædicatione & doctrina ad salutem sunt vocati. Vel sic dictum est propter fidem Trinitatis & perfectionem operum in quatuor mundi partibus habitam à seruandis. Nota, quod est triplex confessio peccati. Prima de qua *Psal.* 31. dixi [in quo denotatur deliberatio] confitebor aduersum, &c. in quo notatur bona intentio. Secunda est fidei. *Rom.* 10. Corde creditur ad iustitiam, &c. Tertia est laudis. *Ecdli.* 15. Confitebor tibi Domine rex, &c. Nota: Secundum Bedam Iudas interpretatur confessio: qui ideo primus ponitur, quia nisi per confessionem renuntiemus malis actibus, rectis non informamur.

Confessio triplex.

Iudæi.

Ex tribu Ruben duodecim millia signati] Ruben interpretatur Iudæus in medio. Sic autem est quod in actu peccati sunt tria: sensualitas, inferior pars rationis, & superior. Sensualitas offert delectabile inferiori parti rationis. Inferior pars superiorem ad consensum trahit. In hoc ergo medio debet penitens inspicere post confessionem, ne pars inferior aliquid offerat superiori quod ipsam trahat ad peccati consensum. In hoc medio respiciendum est per contritionem, vt primo sit Iudas per confessionem, postea Ruben per contritionem.

Ruben

Tria sunt in actu peccati

Ex tribu Gad duodecim millia signati] Gad interpretatur accinctus: in quo notatur, quod postquam confessus est homo & contritus, debet accingi ad bene operandum, vt satisfaciatur, & contra tentationes ne cadat. *Gen.* 49. Gad accinctus præliabitur ante eum. Et *Luc.* 12. Sint lumbi vestri præcincti, contra luxuriam: & lucernæ ardentes in manibus vestris, vt satisfaciatis per bonam operationem. Sic ergo in istis tribus describitur status incipientium, qui consistit in confessione, contritione, & satisfactione. Deinde procedit ad describendum statum proficientium, ad quem requiruntur exercitium virtutum, dilatio charitatis, contemptus terrenorum. Vnde dicit [Ex tribu Aser duodecim millia signati]

Gad

Aser.

Aser interpretatur beatus. Hoc bene conuenit proficienti, qui custodit mandata, & intendit operibus bonis. *Psal.* 105. Qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam in omni tempore. Et *Luc.* 11. Beati qui audiunt verbum Dei.

Nephtalim.

Ex tribu Nephtalim duodecim millia signati. Nephtalim interpretatur latitudo, per quod signatur latitudo charitatis quam habet proficientes in operibus iustitiæ & custodia mandatorum. *Psal.* 118. Latum mandatum tuum nimis. Quia extenditur vsque ad inimicos. *Psal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cot meum.

Manasse.

Ex tribu Manasse duodecim millia signati] Manasses interpretatur oblitus, vel necessitas, quod bene

bene conuenit proficienti: cum enim mandata seruandis in charitate dilatatus fuerit, quæ retro sunt obliuiscitur. & in anteriora se extendit. *Philip.* 3. Et quia adhuc ad quod extenditur nondum peruenit, ideo dicitur necessitas, & etiam quia curam carnis non facit in desiderijs, sed sola necessitate humane conditionis. *Psal.* 106. De necessitatibus meis erue me Domine. In his ergo tribus signatur status proficientium: vt qui proficit sit Aser per custodiam mandatorum, Nephtalim per latitudinem charitatis, Manasses per contemptum mundi. Deinde procedit ad ostendendum statum perfectorum, ad quem concurrunt tria: compassio, operum supererogatio, diuina bonitatis prærogatio. Vnde dicit.

Simcon. Tristitia duplex.

Ex tribu Simcon duodecim millia signati] Simcon interpretatur odiens inuicem, vel audiuit tristitiam, quod conuenit perfectis quibus inest duplex tristitia, & duplex inuicem: vnus pro incolarum præsentis miserie, alius pro dilatione patriæ.

Leui.

Ex tribu Leui duodecim millia signati] Leui interpretatur additus. Perfecti autem implent consilia quæ sunt addita supra præcepta: & ideo bene per Leui signantur.

Issachar.

Ex tribu Issachar duodecim millia signati] Issachar interpretatur merces quæ facit perfectos prærogatis dulcedinem diuine bonitatis. Vnde *Ierem.* 31. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo. Ex his ergo tribus exprimitur status perfectorum, qui debent merere, vel plorare, consilia adimplere, & ad mercedem tendere.

Adperferantiam tria concurrunt. Zabulon.

Ex tribu Zabulon duodecim millia signati] Hic describitur status perseverantium, ad quem concurrunt tria: victoria vitiorum, abundantia meritiorum, adeptio præmiorum. Dicit ergo [Ex tribu Zabulon duodecim millia signati] Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis, quod fit per victoriam vitiorum, quam sola obtinet perseverantia: & ideo perseverantium conuenit quod dicitur habitaculum fortitudinis, quia tales non succumbunt tentationi, sed magis roborantur. *Hebr.* 11. Conualuerunt de infirmitate, &c.

Ioseph.

Ex tribu Ioseph duodecim millia signati] Ioseph interpretatur augmentum, per quod etiam perseverantes intelliguntur, qui pecuniam acceptam cum augmento referunt. *Matth.* 27. Ecce alia duo superlucratum sum. Hoc conuenit solis perseverantibus.

Beniamin.

Ex tribu Beniamin duodecim millia signati] Beniamin interpretatur filius dextræ, quod solis perseverantibus conuenit, qui in dextra Dei, id est, in beatitudine collocabuntur. In his ergo tribus signatur status perseverantium. Sunt enim tales, Zabulon per victoriam vitiorum, Ioseph per augmentum meritiorum, Beniamin per adptionem præmiorum.

Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis.

Hic ponitur consolatio gloriæ quæ erit in futuro, & notatur hic duo. Primum dicit, quod vident hic magnam multitudinem electorum. Secundo dicit, in Apocalypsim.

do manifestat gloriam eorum [stantes ante thronum] Dicit ergo.

Post hæc, id est, postquam audiui numerum fidelium qui comprehenditur in duodecim tribubus [vidi turbam magnam] id est, omnium fidelium congregationem quæ in re magna dicitur, sed parua in comparatione ad reprobos [quam dinumerare nemo poterat, scilicet porus homo], Deus autem potest eam numerare. *Psal.* 138. Dinumerabo eos, &c. [ex omnibus gentibus] Hoc dicit, ne aliquis crederet, quod non essent aliqui signati nisi de Iudeis [& tribubus] gentium [& populis] in vna vrbe [& linguis] populorum. In gentibus sunt diuersæ tribus, in tribubus diuersi populi, in populis diuersa linguæ, & per hæc intelliguntur omnes electi.

Stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno.

Hic manifestatur gloria honorum, & primo ostenditur beatitudo animarum ex visione Christi in vna natura natura, secundo glorificatio corporum [amicti stolis] Tertio remuneratio eorum pro victoria [& palmæ] Quarto quod propter hoc homines laudant Deum [clamabant voce] Quinto quod Angeli eorum laudem confirmant [& omnes Angeli stabant] Dicit ergo.

Turba.

Stantes ante thronum] Nota: Turba est nomen collectivum, & ideo supponit multos: vnde dicit [stantes ante thronum, id est, ante Christi humanitatem assumptam, in qua iudicabit. *Psal.* 44. Thronus tuus Deus in seculum seculi [in conspectu Agni] id est, hominis Christi, quasi parati ad obediendum. Tales autem stabant in iudicio, non cadent: quia pro eis dabitur sententia. *Sapient.* 5. Stabant iusti in magna constantia. Et benedicit [in conspectu Agni] quia Sancti in iudicio ipsum videbunt mansuetum, & piū [amicti stolis albis] id est, sola animæ & corporis [& palmæ in manibus eorum] id est, coronæ pro operibus. Vel [palmæ] id est, manifestatio victoriarum habitaram de hostibus: quod respondet premio accidentali. Vel per hoc notatur certitudo de premio. Quod enim in manu habetur, certe possidetur [& clamabant voce magna] id est, magno desiderio. *Psal.* 9. Desiderium cordis eorum audiuit auris tua [Salus] scilicet, quam habemus in anima, vel in corpore [Deo nostro] supple, attribueda est. Vel sic [Salus Deo nostro] id est, Patri [qui sedet super thronum] id est, qui regnat in nobis [& Agno] id est, Christo homini, & non excluditur Spiritus sanctus. Nam vbi Pater & Filius nominantur, Spiritus sanctus intelligitur simul. *Ioannes* 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te veram Deum, &c.

Palmæ.

Et omnes Angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen.

Hic ponitur congratulatio Angelorum confirmantium

firmantium laudem hominum vnde dicit [Et omnes Angli stabant] parati ad obediendum, prompti ad adiuvandum, sicut ad protegendum, voluntarii ad signatos recipiendum, festini ad introducendum, laeti de consortio signatorum [in circuitu throni] id est, Ecclesie, cum protegendo, & defendendo à demonum impugnationibus. Sicut autem thronus dicitur Christi humanitas, in qua sicut in throno sedet Filius Dei, & in ea iudicabit: sic dicuntur Angeli esse in circuitu eius, quia delectantur in contemplatione ipsius, ab ipso accipientes initium suæ delectationis, & in ipsum terminantes [& seniorum] id est, Prælatorum ad munendum & iuvandum [& quatuor animalium] id est, Prædicatorum ad teuelandum eis mysteria, & docendum vtilia, & mundandum eorum labia. Vel per circuitum throni intelliguntur in Ecclesia minores, per seniores mediocres, per quatuor animalia maiores. Ex quo patet, quod ordines Angelorum implebuntur de minoribus, mediocribus, & maioribus [& ceciderunt in conspectu throni] id est, humiliaverunt se in conspectu Christi sedentis in throno [in facies suas] In hoc notatur discretio. Qui enim cadit in faciem, videt quo cadit: sed qui cadit retro, nescit quo ruat. Vnde idem est ac sic dicatur, Sapienter se humiliaverunt [& adorauerunt Deum] id est, adorationem quæ Deo debetur, exhibuerunt Christo. *Hebr. 1.* Et adorant eum omnes Angeli eius [dicentes Amen] Hoc dicitur ad laudem hominum, & confirmationem eorum quæ dixerunt homines. Q. d. [dicentes, Amen] id est, respondentes, & confirmantes ad laudationem signatorum. Verum est quod dicitis, & nos confirmamus, & approbamus, & congratulamur, dicentes, Amen.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen.

Hic tangitur de laude Angelorum [Benedictio] id est, nostra exaltatio, quam super omnem creaturam habemus [claritas] id est, impassibilitas, vel intelligentiæ perspicuitas, qua clare Deum videmus [& sapientia] quam dedit nobis, ut malis resistere sciremus. Vel [sapientia] qua in cognitis delectamur [gratiarum actio] pro naturalibus bonis [honor] quia Angelis aliis caelestibus, prælegimus seruire Deo [virtus] id est, potentia in resistendo [& fortitudo] id est, gratiæ confirmatio [Deo nostro] supple, attribuuntur. Q. d. Non nobis, sed Deo: non ad tempus & horam, sed [in secula seculorum Amen] id est, in æternum, in quo notatur laudis continuatio. *Isa. 62.* Tota die & tota nocte non tacebunt, laudantes nomen Domini.

Aliter exponunt secundum quod agunt hic Angeli gratias de bonis collatis conciuibus suis: vnde [Benedictio] supple, sit ei pro exhibitione gloriæ [claritas] pro cognitione veritatis in creatura [& sapientia] pro cognitione veritatis in seipsa [gratiarum actio] pro remissione peccatorum [& honor] pro bonis meritorum [virtus] pro bonis naturæ spiritualis [& fortitudo] pro bonis naturæ corporalis. Vel dicendum, quod ista referuntur ad septem dotes: vnde [Benedictio] id est, di-

Cadere in faciem & retro cadere.

lectio quæ est filiorum: quia ex dilectione solent patres filiis benedicere [& claritas] id est, aperta cognitio [& sapientia] à sapore, id est, fructus, & hæc sunt tres dotes animæ [gratiarum actio] id est, agilitas: quia de hoc maxime gratias agunt, quod ubicunque voluerit spiritus, poterit esse corpus [honor] id est, claritas [virtus] id est, impassibilitas [& fortitudo] id est, subtilitas. Vel dicendum, quod Angeli agunt hic gratias de bonis collatis suis conciuibus, id est, hominibus signatis: vnde [Benedictio] pro bonis naturæ, gratiæ, fortunæ, gloriæ [& claritas] pro serenitate vitæ, famæ, conscientiæ [sapientia] pro Dei & sui cognitione [& gratiarum actio] pro redemptione [honor] pro habitu virtutum [virtus] pro exercitio operum [fortitudo] pro sustentia difficillimorum [Deo nostro] supple, tribuenda sunt hæc. *Psal. 113.* Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Et hoc non ad horam, sed in secula seculorum, id est, sine fine. Amen confirmatio est prædicatorum.

Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? Et dixi illi: Domine mi, tu scis.

Hic agitur per quam viam venit de consolatione gratiæ ad consolationem gloriæ. Et notantur tria. Primo ponitur senioris questio. Secundo Ioannis responsio [dixi illi] Tertio per quam viam est veniendum illuc instructio [& dixi mihi] Dicit ergo.

Et respondit vnus de senioribus [id est, vniuersitas omnium Prædicatorum Veteris, & Noui Testamenti, qui vnum sentiunt & idem docent, ut dicit Glossa. Sed cum nullus interrogauerit, quid est quod dicit, Et respondit?] Responsio. Modus est Scripturæ ut responsio non satisfaciatur questioni, cum nulla præcesserit, sed desiderio hominis, sicut dicitur *Matth. 23.* Et respondens Angelus, dixit mulieribus, &c. Cum tamen nulla questio præcessisset exterior: quærebant tamen desiderio cui respondens Angelus dixit, Nolite timere, &c. Vnde sensus est [Et respondit vnus de senioribus] id est, desiderio meo satisfecit [& dixit mihi: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt] quantum ad statum miseræ seculi. Q. d. Attende in quo statu sunt, & à quo veniunt, quia de miseria ad gloriam, de carcere ad regnum, de vinculis ad libertatem. *Ecl. 4.* De carcere catenisque interdum quis egreditur ad regnum [Et dixi illi: Domine mi tu scis] Q. d. Nescio, tu scis.

Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.

Hic docet senior Ioannem per quam viam venit ad gloriam. Et primo dicitur, quod via est tribulatio. Secundo quod est via ad gloriam [ibi] id est, vnde dicit.

Et dixit mihi [scilicet, satisfaciens meo desiderio] Hi sunt [Q. d. Tales qui sunt in tribulatione, vere sunt, quia Christus cum eis est.] *Psal. 90.* Cum

Questio.

Dealbauerunt in sanguine.

Fructus in tribu consistit.

Ecclesie triumphantis commendationes.

Cum ipso sum in tribulatione [qui venerunt] *Hymno.* dicit quod [i] [venerunt] accipitur hic pro presenti, præterito, & futuro, id est, qui veniunt, venerunt, & venient [ex magna tribulatione] id est, de aduersitatibus huius mundi, in quo sunt multe tribulationes iustorum *Psal. 33.* scilicet, cordis, & corporis. Nota: Est tribulatio magna in mundo, maior in purgatorio, maxima in inferno [& lauerunt stolas suas] id est, animas & corpora quibus quasi vestibus induuntur animæ, id est, mundauerunt in hac vita ab omnibus sordibus peccatorum, primo per baptismum, postea per penitentiam [& dealbauerunt eas] id est, cum alba essent per innocentiam, magis albas fecerunt [in sanguine Agni] id est, in fide & imitatione Passionis Christi.

Sed quomodo dicit [dealbauerunt in sanguine] cum sanguis non sit albus, sed rubeus? Responsio. Hoc dicit: quia sanguis per multam decoctionem fit lac, sicut patet in naturali generatione lactis, quando generator ex sanguine in mamillis: & ideo quia sanguis Christi maxime fuit decoctus igne Passionis, ideo dicitur habere naturam lactis cuius est albificans. Nota, quod illud verbum non pertinet ad martyres solum, sed ad electos omnes [lauerunt stolas suas, &c.] Vnde *Beda.* Non de solis martyribus dicit. Illi enim sanguine proprio lauantur: Ecclesiam autem tota sanguine Iesu Christi Filij Dei mundat ab omni delicto: vnde sensus est [in sanguine Agni] id est, in fide sanguinis, hoc est, Passionis.

Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos.

Hic ostenditur quod tribulatio est via ad gloriam. Et dicuntur duo. Primo dicit eos sui omni bono, secundo carere omni malo [non esurient] Fructus consistit in tribu in visione, laude, & amore. Visio ibi tangitur [Ideo sunt ante thronum Dei] Laus ibi [seruiunt ei] Amor ibi [& qui sedet] Continua sic: Venerunt ex magna tribulatione [ideo sunt ante thronum Dei] id est, indefinenter eius visione perfruuntur [& seruiunt ei] *Glossa* laudando [die ac nocte] id est, continue [in templo eius] id est, in Ecclesia triumphante [& qui sedet super thronum] id est, diuinitas Filij, quæ sedet in humanitate sicut in throno [habitabit super illum] id est, quia in illa iudicabit. Vel [super illos] protegens, gubernans, & bona sua eis communicans. Vel [thronus] dicitur Ecclesia in qua Dominus sedet. Vnde dicit [qui sedet super thronum] id est, Filius Dei [habitabit super illos] scilicet, per amorem. *Ioan. 14.* Siquis diligit me, sermone meo seruabit, &c.

Non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus: quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Hic ostendit quod ibi erit carentia omnis ma-

li. Et primo dicit quod carebunt omni malo. Secundo ponitur huius ratio [quoniam Agnus] Item primo excludit ab eis omnem miseriam interiorum [non esurient] Secundo exteriorum [neque cadet super illos] Continua sic: Venerunt ex magna tribulatione: & ideo tribulationem amplius non patientur, quia non esurient, supple, satiati pane viuo. *Ioan. 7.* Ego sum panis viuus, neque sitient [supple, fonte vitæ potati.] *Ioan. 4.* Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum amplius. Contra. *Ecl. 2.4.* Qui edunt me, adhuc esurient, &c. Responsio. Duo sunt in esurie, scilicet, defectus, & desiderium. Defectus omnino tollitur, desiderium manebit, ut sic excludatur fastidium: & ita Sancti semper resicientur, & satiabuntur, & nunquã fastidient. *1. Petr. 1.* In quem desiderant Angeli prospicere. Esurie ergo hic sumitur pro defectu, in Ecclesiastico pro desiderio & affectu [neque cadet super illos sol] id est, maior tribulatio [neque vllus æstus] id est, minor tribulatio. Et bene dicit [neque vllus æstus] quia neque corporalis, neque spiritualis, nec æternus, nec temporalis. De his *Psal. 120.* Per diem sol non viuet te, id est, maior tribulatio: neque luna per noctem, id est, minor. Et subditur ratio [quoniam Agnus qui in medio throni est] id est, qui est in medio Sanctorum qui sunt eius thronus [reget eos] scilicet, rationem cognitione illuminando, vel reget eos] id est, voluntates eorum ita disponet, ut nihil velle possint nisi quod Deus vult [& deducet eos] de seipso ad seipsum id est, de se homine ad se Deum ducet [ad vitæ fontes aquarum] id est, ad Christum. *Psal. 35.* Quoniam apud te est fons vitæ: fons, dico, qui irrigat totam Ecclesiam. *Gen. 2.2.* Fons ascendebat à terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Et dicuntur fontes pluraliter propter pluralitatem donorum in Sanctis suis. Vel [vitæ fontes aquarum] id est, ad contemplandam sanctæ Trinitatis maiestatem, quæ est fons vnus propter vnitatem naturæ: sed plures propter Trinitatem personarum, & numerositatem gratiarum quæ sunt vitæ spiritualis, & spiritualiter faciunt viuere, & ideo ad fontes vitæ aquarum, Vel [vitæ fontes aquarum] dicuntur gaudia paradisi quæ erunt de visione Dei, de stola corporis, de stola animæ, de Sanctorum societate. Propter hoc *Matth. 25.* Intra in gaudium Domini tui. *Isa. 11.* Haucietis aquas in gaudio de fontibus Sataeoris [& absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum] id est, omnem dolorem & tristitiæ causam. *Bern.* Felix lacryma quam pia manus Conditoris absterget. Et bene dicit [omnes lacrymas] quia sicut dicit *Hymno.* variæ sunt lacrymæ Sanctorum: quoniam alius propterea plangit, quia malum egit. Alius, quia bona non fecit. Alius, quia dura correptionis flagella sustinet. Alius, quia intus impugnatur. Alius, quia peregrinatur à regno. Sed istæ lacrymæ tunc penitus abstergentur.

Hic sunt dubitabilia. Primo super verbo [habitentem signem Dei viui] id est, signum crucis. Contra: Crux fuit signum mortui hominis: non ergo Dei viui. Responsio. Ideo dicitur signum Dei viui: quia ibi vixit Deus humane mortentis, cuius fuit signum clamor quem emisit in morte.

Secundo queritur, Cum sint plura alia signa quibus reprobi ab electis discernuntur, quare po-

Esurie.

Christus est fons vitæ.

Lacryma.

Sanctorum lacryma.

Dub. 1.

Dub. 2.

tius exponimus hoc de signo crucis quam de alio: Responso. Quia diabolus victus est per hoc signum: ideo ut coerceretur diaboli malitia, ne lædat signatos, exponitur de signo crucis, de quo *Ezech. 9.* Sig. a thau super frontes virorum gementium, &c. Sequitur: Super quem videritis thau, ne occidatis eum.

Dub. 3. Tertio super illo verbo [ex tribu Iuda] Cum Iudas sit quartus filius *Gen. 22.* quare hic ponitur primo loco? & generaliter de ordine aliorum nominum: quia fere omnia sunt transposita præter quatuor ultima. Responso. Quia signatio quæ ponitur hic, fit per gratiam quæ nec dignitatem nec genus nec tempus attendit. Vel quia hic intendit ostendere statum Ecclesiæ secundum quod procedit ascendendo à minoribus ad maiores: ideo hæc nomina ponit secundum congruentiam quam habent ad invicem in ascensu isto ratione interpretationis nominum: unde non ordinem terræ generationis, sed iuxta interpretationem nominum profectum Ecclesiæ decrevit exponere, quæ à confessione & laude præfenti ad dexteram vitæ festinat æternæ, secundum illud *Psal. 83.* Ibunt de virtute in virtutem.

Dub. 4. Quarto queritur, Quare Simeon ponitur hic, & non ponitur in benedictionibus. *Deuter. 30.* Item Dan & Ephraim ponuntur in benedictionibus, hic autem non: queritur, Quare hoc fit: Responso. Hoc fit propter mysteriam sumptum ex nominum interpretatione. Dan enim interpretatur iudicium, & signat penitentes qui se iudicant hic: Ephraim interpretatur fructificans, & significat proficientes. Et tam hi quam illi digni sunt benedictione novæ legis: ideo ponuntur in Deuter. quia dicitur nova lex. Simeon interpretatur nomen habitaculi, & significat eos qui vocant & statuunt nomina sua in habitaculo mundi. *Psal. 48.* Vocaverunt nomina sua in terris suis. Et hi non habebunt benedictionem novæ legis quæ est benedictio gratiæ.

Dub. 5. Quinto super illo verbo [quam dinumerare nemo poterat] queritur, Cum supra posita sit ista turba sub numero certo & finito, hic ponitur sub numero infinito & incerto, quare hoc facit? Responso. Per numerum suprascriptum, scilicet, 44. millia, signantur conversi de Iudæis, qui pauci fuerunt respectu aliorum: & ideo ponitur certus numerus, & finitus. Sed per turbam quæ ponitur hic signantur conversi de Gentibus, qui plures fuerunt illis: & ideo ponitur numerus infinitus. Tamen secundum *Glossam* utrobique intelligitur numerus omnium electorum: qui primo ponitur finitus, quia Deo est finitus, & certus: & postea ponitur sub numero incerto, quia nobis est infinitus, & incertus.

VISIO TERTIA
CAPVT VIII.

Et cum aperuisset sigillum septimum factum est silentium in celo, quasi media hora.

Hic determinatur apertio sigilli septimi, qua manifestatur status Ecclesiæ post tempus Antichristi, scilicet, quando dabitur pax Ecclesiæ, sed parum durabit. Unde quia hic status quasi clausus latebat in Scriptura, hic ostenditur: ideo dicitur sigillum septimum apertum. Unde dicitur [Et cum aperuisset sigillum septimum] id est, statum Ecclesiæ statum post mortem Antichristi manifestasset [factum est silentium] id est, pax, & tranquillitas [in celo] id est, in Ecclesia. Tunc enim licebit Sanctis prædicare libere, nec aliquis astringet eos, nec impugnabit [quasi media hora] id est, per modicum tempus, quia cito veniet Dominus ad iudicandum. Unde *Bedæ.* Post inieritum Antichristi requies aliquantula futura creditur in Ecclesia.

Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ.

Supra posuit duas visiones. Hic ponit tertiam in qua secundum *Bedam* sub specie septem Angelorum tuba canentium septem euentus Ecclesiæ describuntur. Et diuiditur hæc pars in tres partes. In prima videntur septem Angeli quibus datæ sunt septem tubæ. In secunda determinatur à quo sunt datæ [et alius Angelus] In tertia officium ad quod sunt datæ [et septem Angeli] Dicit ergo.

Et vidi] scilicet, in visione spirituali [septem Angelos] id est, Prædicatores vniuersos, qui dicuntur Angeli, quia æterna bona nobis annuntiant: de quibus *Isa. 33.* Angeli pacis amare stibunt. Item quia nobis ministrant. *Hebr. 1.* Omnes sunt administratorij, &c. Item quia debent esse spirituales, & non carnales. *Psal. 103.* Qui facit Angelos suos spiritus. Item quia debent esse contemplatione cælestes. *Matth. 18.* Angeli eorum semper vident faciem Patris. Et dicuntur esse septem propter septem vitiorum eradicationem, & septem virtutum plantationem. Vel quia septiformi Spiritu sunt repleti. Vel quia præponuntur credentium vniuersitati [stantes] id est, paratos ad diuinum obsequium, vel ad obediendum. *Psal. 7.* Mane astabo tibi. Item stantes, id est, paratos ad eundem. *Ioan. 15.* Posui vos ut eatis. Item stantes dirigendo intentionem suam ad Deum. Item stantes, id est, paratos ad prædicandum, sicut Dominus stans prædicauit turbis *Luc. 6.* [in conspectu Dei] per contemplationem. Vel quia à Deo aspiciuntur, & Angelis Sanctis. *Psal. 49.* Holocausta aurum tua in conspectu meo sunt semper. Vel [in conspectu Dei] ut à Deo videantur

Prædicatores dicuntur Angeli septem stantes quibus datæ sunt septem tubæ.

tur non ab hominibus solum [et datæ sunt illis septem tubæ] id est, officium prædicandi. Hæc dicuntur datæ, quia nemo debet prædicare nisi missus. *Rom. 10.* Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Item tubæ, scilicet, in quibus peccata dimittuntur, quarum vsus erat in iubilæo *Iosue 6.* Item in quibus munitiones mundi destruantur, quæ signantur in muris Iericho corruentibus ad clangorem tabarum. Et dicuntur septem propter septiformem gratiam Spiritus sancti per quem Scriptura est reserata quam prædicant. Vel quia septem munitiones mundi dissipant, vel prædicant, quæ sunt tales, sui amor, amor mundi, amor honoris, ignorantia, consuetudo praua, sui status inceditudo, præsumptio. Et (sicut dicit *Hieronymus ad Heliodorum*) facile rumpit hæc omnia vincula amor Christi, & timor gehennæ.

Et alius Angelus venit.

Supra dictum est quod septem Angelis sunt datæ septem tubæ, hic dicit à quo sunt datæ, & dicuntur tria. Primo dicit quod Filius Dei venit in carnem. Secundo ad immolandum eam obedientiam promptitudinem [et stetit ante altare] Tertio quod immolauit quando ascendit in crucem [et accepit Angelus] Dicit ergo.

Et alius Angelus] id est, Christus qui est Angelus magni consilij *Isa. 9.* secundum aliam translationem Et dicitur Angelus: quia Patrem nobis nuntiavit. *Ioan. 1.* Vnigenitus qui est in sinu Patris, &c. Item quia ad saluandum nobis missus. *Ioan. 5.* Non enim misit Deus Filium in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur] venit] scilicet in carnem. *Ioan. 1.* Verbum caro factum est. *Psal. 39.* Tunc dixi: Ecce venio. Qui ubique habet esse per deitatem. *Ierem. 23.* Cælum & terram ego impleo. Et dicitur [alius] quia ab aliis in natura diuersus. Iste Creator, alij creatura. Iste cunctis Prædicatoribus melior, & gratia sanctitatis, & potentia virtutis, & excellentia dignitatis.

Christus dicitur Angelus.

Et stetit ante altare, habens thuribulum aureum.

Hic dicit, quod Christus seipsum paratus fuit offerre in cruce. Et dicuntur tria. Primo ipsius promptitudo ad immolandum se pro nobis in cruce. Secundo quod orationes Sanctorum sunt ei commissæ [et data sunt ei incensa multa] Tertio quod per eum Deo Patri sunt oblata [et ascendit fumus incensæ] Dicit ergo.

Altare multa significat.

Et stetit] scilicet, quasi paratus immolare. In quo notatur obedientiæ promptitudo. *Philip. 3.* Factus est obediens, &c. [ante altare] id est, ante crucem mysterium incarnationis implere desiderans. *Luc. 22.* Desiderio desideravi, &c. Vel secundum *Glossam* exponitur de Christo qui dicitur altare. Et tunc sic [et stetit ante altare] id est, Christus fuit in deitate verus Deus priusquam esset altare, id est, humanæ naturæ vnitus. Vel fides dicitur altare: quia nulla operatio placet Deo, nisi fiat in fide Ecclesiæ. *Psal. 50.* Tunc imponent super altare tuum vitulos. *Hebr. 12.* Sine fide impossibile est placere Deo. Item, altare cor iusti. *Psal. 42.* Introibo ad altare Dei: quod dicitur altare, quia in eo carnales motus debent comburi, & hoc

timore diuini iudicij. *Exod. 27.* Facies & altare holocaustorum. Item quia in eo desiderata sunt omnia igne charitatis debent accendi. *Exod. 30.* Facies & altare ad adolendum thymiana. Item, altare dicitur Ecclesia ante quam Christus stat, eam protegendum. *3. Reg. 7.* Altare oraculi texit auro mundissimo. *Gen. 15.* Ego protector tuus, & merces tua. [Habens thuribulum aureum. Nota: Thuribulum est clausum inferius, & apertum superius, & signat corpus Christi quod non fuit formatum humano, id est, inferiori opere, sed superiori, id est, opere Spiritus sancti. *Luc. 1.* Spiritus sanctus superueniet in te. Item habet plura foramina, & Christus vulneca. *Cantic. 5.* Veni in foraminibus petrae. Item thus crematur ut Domino offeratur, sic orationes Sanctorum Ecclesiæ per Christum Deo Patri diriguntur. Unde orationes terminantur per Dominum. Unde *Beatus.* Factus est thuribulum ex quo Deus suauitatem odoris accepit, & propitiatus factus est mundo [aureum] propter innocentiam fulgorem, & puritatem. Hoc est quod dicitur *3. Reg. 7.* quod Salomon fecit thuribulum de auro purissimo. Nota: Aurum purum fuit corpus hominis ante lapsum, quia peccatum non habuit. Aurum purius fuit corpus Virginis, quod nunquam commisit peccatum. Aurum purissimum fuit in Christo: quia nec peccauit, nec peccare voluit, nec potuit committere aliquod peccatum. *Proverb. 15.* Aufer rubiginem de argento, id est, de Beata Virgine contaminationem originalis: & egredietur vas purissimum, id est, corpus Christi. Item aurum, quia ex sola charitate est passus, & crucifixus. *Ierem. 31.* In charitate perpetua dilexisti te, &c. [in manu sua] scilicet, paratus ipsum immolare Patri pro nobis. *Psal. 118.* Anima mea in manibus meis semper. Item [in manu sua] quia in potestate sua fuit ipsum offerre. *Ioan. 10.* Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam, &c. *Isa. 53.* Oblatus est quia ipse voluit. Item [in manu sua] quia corpus eius non habuit rebellionem ad spiritum, nec è conuerso. Alia litera (sicut dicit *Bedæ*) habet [super altare] ubi nos habemus ante altare: quod dicitur quia super altare crucis thuribulum suum aureum, id est, corpus immolatum Patri pro nobis obtulit. Secundum *Hieronymum* per thuribulum aureum intelligitur Ecclesia quæ incensa igne diuini amoris mundas orationes ad Deum dirigit: clausa est inferius ad terræna, sed aperta superius ad æterna. Et dicitur aureum propter fulgorem sapientiæ, pretiositatem charitatis & obedientiæ, quibus vestita est Ecclesia. Secundum *Glossam* thuribulum aureum dicitur Apostoli qui sunt vas plenum Spiritus sancti, &c.

Thuribulum aureum.

Aurum purum.

Et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.

Hic dicit quod orationes Sanctorum quæ multæ sunt, sunt ei commissæ. Unde dicit [Et data sunt ei] id est, Christo [incensa multa] id est, multæ orationes Sanctorum [ut daret] id est, Patri offerret [de orationibus Sanctorum omnium] scilicet, aliquas, & non omnes: quia non semper petunt quod eis est vtile ad salutem, sicut pater in Paulo qui petiit stimulum amoueri, & tamen non obtinuit

tinuit. 2. *Corinth.* 12. [super altare] id est, super crucem in qua oblatas est. Merito enim passionis orationes quæ in Christo ponuntur, sicut incensum in thuribulum, Deo Patri sunt acceptæ. Vnde 1. *Ioan.* 1. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, &c. Aureum] id est, tinctum sanguine Christi, miraculis fulgens, inter omnia ligna pretiosius, sicut inter metalla aurum. Vocatur ergo crux altare: quia super ipsam immolatus est Christus [aureum] propter miraculorum fulgorem, & sui pretiositatem.

Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.

Supra dictum est, quod Sancti committunt orationes suas Christo, ut eas Patri offerat: hic dicit, quod ipse eas Patri reddit acceptas. Vnde dicit.

Et ascendit fumus incensorum] id est, compunctio procreata studio orationis, igne visionis Dei accensa [de orationibus Sanctorum de manu Angeli] id est, virtute sue potestate, quæ per manum intelligitur. Quasi dicit: Per virtutem & operationem Christi ascendunt orationes Sanctorum [coram Deo] scilicet, Patre, ipse enim quasi orationes scilicet Sanctorum in manu recipit, & offert eas Deo Patri, ostendens ei continue humanitatem assumptam pro redemptione humani generis.

Et accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terra motus magnus.

Supra dictum est quod Christus venit in carnem, & quod paratus sit ad sustinendum Passionem: hic dicit, quod voluntarie ascendit crucem. Et dicuntur quatuor. Primo, quod corpus suum morti voluntarie exposuit. Secundo, quod acerbitatem Passionis in omnibus membris sustinuit [et impleuit illud] Tertio, quod corpus suum voluntarie in sepulchro posuit [et misit in terram] Quarto signa probantia quod Deus fuerit [et facta sunt tonitrua] Vnde dicit.

Et accepit Angelus thuribulum] Consta: Prius habebat in manu: ergo non accepit. Responsio. Prius habebat in manu, cum veniret hora mortis. Accepit autem quando se morti voluntarie exposuit. Vnde [Accepit thuribulum aureum] id est, corpus suum sanctum, & immaculatum morti & Passioni exposuit. *Ioan.* 18. Quem quaeritis? Responderunt, Iesum Nazarenum Et dixit eis, Ego sum [Et impleuit illud de igne altaris] id est, acerbitate mortis crucis totum corpus suum impleuit: quia in omnibus membris suis passus fuit: vel quia ex charitate passus fuit [et misit in terram] id est, in sepulchrum [et facta sunt tonitrua] id est, miracula: quia petra scissæ, mortui resuscitati sunt, & tertremotus factus. Vnde Centurio dixit, audito terræ motu: Verè Filius Dei erat iste. Vel sic [et facta sunt tonitrua] scilicet, in eius Passione: quia tunc ignis verus extinctus est in nube, id est, Christus mortuus in cruce, igne etiã

Corpus Christi dicitur thuribulum aureum.

tali extincto facte sunt tenebræ ab hora Sexta usque ad Nonam [et voces] quando Angelus apparuit consolans eum siue confortans. *Luc.* 22. Vel quando vox de celo dixit: & clarificauit, & clarificabo *Ioan.* 14. [Et fulgura] in die Pentecostes scilicet. *Act.* 2. Factus est repente de celo sonus, &c. Vel [voces] quas audierunt Iudæi post Ascensionem Domini, Angelis dicentibus, Recedamus ab his sedibus, ut dicit Iosephus [et fulgura] quia viderunt equites discurrentes in aere, in quo significabatur quod citius essent captiandi [et terræ motus magnus] Hoc fuit in Resurrectione. Hoc fuit in fidelium oratione. *Act.* 4. Cum oraret, commotus est locus in quo erant congregati. Vel sic [et accepit thuribulum aureum] id est, Apostolos [et impleuit illud de igne] id est, de charitate [altaris] id est, Christi. *Act.* 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto [et misit in terram] id est, Ecclesiam, scilicet, ad prædicandum [et facta sunt] supple, ipsi prædicantibus [tonitrua] comminationum [et voces] consolationum [et fulgura] miraculorum [et terræ motus factus] est magnus] quia visis miraculis quidam conuersi sunt ad penitentiam, alij ad perfectionem.

Et septem Angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se ut tuba canerent.

Hæc est tertia pars huius tertie visionis, in qua agitur ad quid sunt datæ illi tubæ. Et dicuntur hic duo. Primo, quod se præparauerunt ad canendum. Secundo determinat per ordinem de cantu eorum [et primus Angelus] Dicit ergo.

Et septem Angeli] id est, Prædicatores vniuersi [qui habebant septem tubas] id est, officium prædicandi, in quibus continentur septem, ut supra dictum est [præparauerunt se] scilicet ad seruandum diuina eloquia. Vnde in *Esdra* 7. Eldas præparauit cor suum, &c. Vel [præparauerunt se] id est, quomodo, & quid singulis debeant prædicare. Vel [præparauerunt se] *Matth.* Prius faciendo quod prædicaturi sunt [ut tuba canerent] id est, prædicarent. Et nota, quod dicit [ut tuba canerent] quia etiã tuba sonum reddit terribilem, tamen debet esse cantus: quia prædicatio debet & terrorem incurrere, & ad amorem inducere. Item cum hilaritate & læticia debent officium exercere.

Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mixta in sanguine: & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.

Hic incipit determinare de cantu siue tubis septem Angelorum. Et diuiditur hæc pars in septem secundum numerum septem Angelorum vsque ad 12. capitulum in quo terminatur pars ista huius tertie visionis. Hic autem agitur de cantu primi Angeli. Et dicuntur hic tria. Primo, quod ad prædicationem Apostolorum ita Dei innotuit. Secundo dicitur quibus innotuit [et missum est in terram] Tertio, quod omnes malos consumpsit [et tertia pars terræ] Vnde dicit.

Et

Et primus Angelus, id est, primus ordo Prædicatorum, ut fuerunt Apostoli [tuba cecinit] id est, prædicauit, aperte exhortans ad bellum. *Isa.* 58. Quasi tuba exalta vocem tuam. Vel [tuba cecinit] ratione tubæ terror, ratione cantus suauitas, vel amor. Prædicatio Apostolorum visa est ut cantus suauis bonis, malis autem ut terror grauis [et facta est grando & ignis] id est, voce Prædicatorum manifestata est poena, quæ debetur malis hominibus [mixta in sanguine] quia illa poena debetur pro sanguinolentis operibus. Et in grandine intelligitur frigus, in igne calor, in sanguine peccatum. Quasi dicit, Prædicant poenam talem debent peccatoribus secundum illud *Iob* 34. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius [et missum est in terram] *Glossa.* Hoc totum, id est, grando, & ignis, & sanguis in terram, id est, habitantibus in terra. Et quia aliqui ad prædicationem Apostolorum sunt conuersi, alij vero igne æterno consumpti. Vnde subdit [et tertia pars terræ] non dicit, tota terra. Nota: Duæ partes dicuntur auditores, tertia pars neutra. Item duæ partes sunt actiui & contemplatiui, tertia neuter. Vel secundum *Glossam* duæ partes sunt iustorum, perfecti scilicet, & minus perfecti, tertia pars reprobi. Duas partes conseruat Dominus. *Psal.* 113. Benedixit omnibus qui timer Dominum, pusillis cum maioribus. Item eorum qui saluantur: quidam saluantur in statu innocentie, ut paruuli: quidam in statu actualiter iustitie, ut adulti: tertia sunt reprobi, quæ combusta est igne infernali. Vel sic [tertia pars terræ & arborum combusta est, omne fœnum viride combustum est] Per terram intelliguntur subditi, per arbores Prælati, per fœnum viride confidentes in virore huius mundi. Subditorum tres sunt partes, innocentes, penitentes, pertinaces, & hæc tertia pars igne combusta est. Prælatorum tres sunt partes, quidam contemplatiui: alij actiui: alij terrenis actibus dediti, & hæc tertia pars igne combusta est avaritie in presenti, & tandem comburentur igne inferni. Vnde [et tertia pars terræ] id est, proferens malas herbas [et tertia pars arborum] sterilis & infructuosa [combusta est] *Matth.* 7. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c. [et omne fœnum viride combustum est] Per fœnum intelligitur caro, per virorem luxurie humor: ergo omne fœnum, id est, omnis homo [viride] id est, in quo est luxurie humor combustum est] scilicet, igne luxurie, & tandem igne gehennæ. Vel per fœnum viride intelliguntur omnes quiescentes in virore huius mundi: quod hodie est, & cras in clibanum mittitur *Matth.* 6. Quia vero huius fœni nihil participat bonitatem, sed totum reprobabile est, ideo dicitur Omne fœnum.

Fœnum.

Secundum alium modum legendi diuiditur sic illa pars. Et primo notatur primus ordo Prædicatorum Noui Testamenti. Secundo sanctorum Iudæi populi [et facta est grando] Tertio reprobatio illius populi [et missum est] Dicit ergo [et primus Angelus] id est, primus ordo Prædicatorum, scilicet, Apostolorum [tuba cecinit] id est, prædicauit, consolando corda fidelium. Nota, quod quilibet Angelus dicitur tuba canere: nunquam tamen in Veteri Testamento dicitur esse cantus, sed clangor. Et hoc quia Verus Testamentum fuit lex

timoris, Nouum amoris. Et dicitur cantus tubæ prædicatio Apostolorum: quia fuit dulcis Christi-
anitas, sed terribilis Iudæis: & propter hoc [facta est grando] id est, persecutio [et ignis] id est, interior ardens amulatio. Vel [grando] terroris [et ignis] inuidia, & indignationis. Vel [grando] exterioris persecutionis [et ignis] amoris in cordibus fidelium [mixta sanguine] quia propter hoc effundunt sanguinem fidelium: vnde lapidauerunt Stephanum *Act.* 7. [et missum est in terram] id est, contra Iudæos inuitos & terrenos à diabolo suggerente. Et dicit [missum est] impersonaliter: quia per hoc Iudæi priuati sunt omni principatu, sacerdotio, & regno [et tertia pars terræ] id est, Iudæorum terrenorum [combusta est] scilicet, primo igne peccati, postea comburentur igne infernali. Prima pars Iudæorum fuit eorum qui ante prædicationem Apostolorum crederent. Secunda eorum qui post prædicationem conuersi sunt. Tertia eorum qui nec ante nec post crederant [et tertia pars] supple, a bonorum, id est, malorum Iudæorum, qui per superbiam Christum recipere noluerunt [et omne fœnum viride combustum est] id est, Iudæi qui luxurie vacabant. Nota, quod tria genera Iudæorum tangit. Per tertiam partem terræ signat auaros, per arbores Iudæos & elatos propter doctrinam legis, per fœnum luxuriosos; Et quia temporalibus & doctrina legis contingit & bene & maleviti, sed non luxuria, ideo dicitur quod omne fœnum viride combustum est.

Iudæo-
rum genera.

Et secundus Angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris, sanguis: & mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauis interit.

Hic est secunda tuba in qua secundum *Bedam* signatur diabolus expulsus de Ecclesia. Et dicuntur duo. Primo, quod diabolus ad prædicationem Apostolorum expulsus ab electis amplius cepit dominari in reprobis. Secundo dicit, quod ex hoc secuta est in eis plaga spiritalis [et facta est tertia pars] Dicit ergo.

Et secundus Angelus] id est, Apostoli. Vnde de iste Angelus non est alius à primo in natura & officio: sed secundus dicitur, quia aliis, id est, gentibus prædicauit [tuba cecinit] id est, aperte prædicauit [et ecce tanquam mons] id est, diabolus qui dicitur mons propter suam superbiam [magnus] propter potentiam [igne ardens] propter iram & inuidiam [missus est in mare, id est, mundum] *Psal.* 103. Hoc mare magnium, &c. Vel [in mare] id est, in corda reproborum exclusus à bonis per prædicationem Apostolorum: non quod ibi non esset, sed quia feruentius intendere cepit. Vel sic [et secundus Angelus tuba cecinit] ut prius, id est, aperte prædicauit [et tanquam mons magnus] id est, diabolus [missus est] scilicet diuina permissione, vel nocendi libidine [in mare] id est, in Gentiles qui dicuntur mare, quia tumidi per superbiam & fluidi per luxuriam, fluctuantes per diuersorum idolorum culturam, salsi per iracundiam. Sed cum diabolus possederit hoc

Apostoli dicuntur Angeli.

Diabolus dicitur mons.

Gentiles dicuntur mare.

Quæstio.

hoc mare, quate dicitur missus in mare: Respon-
 d. o. Vt a populo possideret quoad par e reprobu-
 rum, vt & persecutione n excitaret [& facta est
 tertia pars maris sanguis] Mare quod dicitur, signat
 superbia: quoniam sunt sanguis, quando peccant
 per superbiam: quia & sanguis peccatum signat [&
 mortua est tertia pars creaturæ quæ habebat ani-
 mam in mari] Per hoc intelliguntur carnales vi-
 uentes in deliciis carnis. Mare enim spumofum est:
 & sicut dicit *Heronymus* venter meto æstuans,
 cito spumat in luxuriam [& tertia pars nauium
 interit] Per naues intelliguntur cupidi & auari,
 qui nauigant mare vt sic possint suæ cupiditati
 satisfacere. Quia vero quidam prædictorum pecca-
 torum penitent manifeste, quidam occulte, quidam
 vero nunquam: ideo per tertiam partem maris, &
 per tertiam partem creaturæ, & per tertiam partem
 nauium intelliguntur. Vt sic vt per mare intelliga-
 tur gentilitas. Prima pars huius est illi qui fidem
 receperunt, & confessi sunt. Secunda pars, illi qui
 receperunt, sed confessi non sunt. Tertia pars sunt
 illi qui nec receperunt, nec confessi sunt. Est ergo
 sensus [& tertia pars maris] id est, gentilitas facta
 est sanguis [scilicet persequens crudeliter Aposto-
 los, & effundens sanguinem eorum, & mortua est
 tertia pars creaturæ quæ habebat animam in ma-
 ri] Nota: Per hanc creaturam habentem animam
 in mari, signatur sapientia mundi, vt Philosophi
 qui propter suam discretionem videntur animas
 in mundo habere, & magis rationales iudicantur.
 Inde dicuntur creatura mundi. *Roma. 1.* Inuisibilia
 Dei, à creatura mundi, id est, à Philosophis, &c.
 Horum fuerunt tres partes. Quidam fuerunt di-
 positi ad credendum per bonam naturam, vt Diony-
 sius. Alij per doctrinam Apostolorum. Alij nec
 sic, nec sic: & illa tertia pars est mortua in errore
 suo, vel in effusione sanguinis fidelium [& tertia
 pars nauium interit] Nota: Per naues intelligun-
 tur aliorum rectores vt principes. Horum sunt
 tres partes. Quidam doctrinam Euangelicam re-
 ceperunt, & Ecclesiam dotauerunt. Alij recepe-
 runt, sed hoc non fecerunt. Alij nihil horum fe-
 cerunt: & ista tertia pars interit primo interitu
 peccati, postea interitu æternæ mortis.

Et tertius Angelus tuba cecinit, &
 cecidit de cælo stella magna ardens
 tanquam facula, & cecidit in tertiam
 partem fluminum, & in fontes aqua-
 rum: & nomen stellæ, dicitur Absin-
 thium. Et facta est tertia pars aqua-
 rum in Absinthium: & multi homi-
 num mortui sunt de aquis, quia amaræ
 factæ sunt.

Hæc est tertia tuba, quæ secundum *Bedam*
 significat hereticos ab Ecclesia recedentes, & Scri-
 pturam corruptentes. Postquam enim diabolus
 non potuit fideles peruenire sine subuertente per
 persecutiones, misit hereticos qui multos subuer-
 tunt. Et dicitur hic quinque. Primo, quod ad
 vocem Prædicatorum princeps hereticorum ceci-
 dit ab Ecclesia. Secundo dicitur vbi [& cecidit in
 tertiam partem] Tertio ponitur nomen ipsius, &
 nomen stellæ. Quarto ostendit effectum consequen-

Naues sunt auari.

Philosophi dicuntur creatura mundi.

Tribus rectoribus.

rem casum [& facta est tertia pars aquarum] Quin-
 to, quod ex amaritudine facta est mors homi-
 num, & multi homines mortui. Vnde dicitur.

Et tertius Angelus id est, tertius ordo Prædi-
 catorum. Hi fuerunt Doctores qui Apostolis &
 martyribus successerunt, & Scripturam exposue-
 runt [tuba cecinit] id est, aperte prædicauit
 [& cecidit de cælo stella magna] id est, diabolus
 qui est princeps hereticorum. *Isa. 14.* Quomodo
 cecidisti lucifer qui mane, &c. [& stella] non quia
 iam luceat, sed propter primam conditionem in
 qua luxit. Item [magna] quia cæteris præclarior
 fuit [ardens] igne inuidiæ [tanquam facula] Nota:
 Facula ardendo fetorem emittit, & alios illumi-
 nando seipsam consumit: sic diabolus tentando
 homines & inflammando emittit vitiorum fetore-
 rem, & spiritualiter consumit seipsum. Vel [ceci-
 dit de cælo] ad literam quando superbiuit. Sed
 de isto casu non intelligitur hic, sed de secundo,
 qui, supple, Angelo tertio canente, ab Ecclesia ex-
 pulsus fuit. Ecclesia enim est cælum. *Isa. 66.*
 Cælum mihi sedes est. Vel sic [& tertius Angelus]
 id est, tertius ordo Prædicatorum [tuba cecinit] id
 est, aperte prædicauit [& cecidit] lapsu erroris [de
 cælo] id est, de consortio fidelium [stella] heretico-
 rum [magna] id est, cæteris hereticorum [nocte
 lucens] id est, errans, & errores docens. Vel ad
 literam [nocte docens] *Ioan. 3.* Qui male agit, odit
 lucem. Vel [stella magna] id est, hæresiarcha qui
 [stella] dicitur propter scientiam apparentem [ma-
 gna] propter sequentium multitudinem [ardens]
 igne inuidiæ contra Ecclesiam [sicut facula] non
 sicut vera stella. Facula illuminando seipsam con-
 sumit, & quicquid consumit in carbonem conuer-
 tit siue redigit: sic hæresiarcha & se consumit alios
 docendo, & in nigredinem peccati conuertit eos.
Nahum 2. Facies omnium sicut nigredo ollæ [&
 cecidit in tertiam partem fluminum] Nota: Flumi-
 na sunt sacre Scripturæ. *Psal. 92.* Eleuauerunt
 flumina vocem suam, scilicet, in Prædicationibus.
 Horum fluminum sunt tres partes. Prima est tex-
 tus Veteris Testamenti, & Noui Testamenti. Sec-
 unda, dicta Apostolorum. Tertia, expositiones
 Sanctorum: & in istam partem ceciderunt hereti-
 ci, quia Sanctorum expositiones non recipiunt.
 Vel prima pars est Vetus Testamentum, secunda
 Nouum, tertia neurtus, & in hanc ipsi cadunt.
 Item tres partes sunt tres expositiones. Prima lite-
 ralis, secunda spiritualis, tertia peruersa, in hanc
 cadunt ipsi [& in fontes aquarum] Nota: Fontes
 aquarum sunt quatuor Euangelia, in quibus origo
 fidei comprehenditur, quæ ipsi deprauant. *Psal. 10.*
 Quæ perfecisti destruxerunt [& nomen stellæ]
 bene dicit nomen: quia nomen habet, quod sit lu-
 cens, & non rem [dicitur Absinthium] tum quia
 amaritudinem perturbationis inducit in Ecclesia:
 tum quia seductum per eam in amaritudinem
 mortis spiritualis perducitur. Vel [Absinthium]
 quia cibum sacre Scripturæ reddit amarum. *1.*
Corinth. 5. Modicum fermentum totam massam
 corrumpit. Vel [Absinthium] quia veritatis dul-
 cedinem dimittunt, & in amaritudinem mendaciæ
 cadunt [& facta est tertia pars aquarum] id est, illa
 in qua hereticus cadit [absinthium] quia peruersa
 expositio totam reddit amarum Scripturam [&
 multi homines mortui sunt de aquis] id est, de vsu
 earum, hoc est, Scripturarum infectarum [quia
 amaræ factæ sunt] scilicet, per malas expositiones
 hereticorum.

Diabolus dicitur stella & facula

Hæresiarcha dicitur stella magna

Flumina

Hereticus dicitur Absinthium

hereticorum. Mixtum enim est fel hereticæ pra-
 uitatis. Vnde [mortui sunt multi hominum] scili-
 cet, spiritualiter. *Ierem. 9.* Ecce cibabo eos abstin-
 thio, & potum dabo eis aquam fellis, id est, per-
 mittam cibari & potari istis aquis.

Et quartus Angelus cecinit: & per-
 cussa est tertia pars solis, & tertia pars
 lunæ, & tertia pars stellarum: ita vt
 obscuraretur tertia pars eorum, &
 diei non luceret pars tertia, & noctis
 similiter.

Hic est quarta tuba, quæ secundum *Bedam*
 significat falsorum fratrum in sidem obfca-
 ratione defecitum. Et dicuntur duo. Primo po-
 nit statum hypocritarum. Secundo ostendit dif-
 ferentiam inter cantum præcedentium & sequen-
 tium tubarum [& vidi, & audiui] in prima parte
 dicuntur quatuor. Primo signatur hypocritis in
 maioribus Ecclesie personis, scilicet, Prælati-
 cum dicit [& tertia pars solis] Secundo in medio
 cribus, scilicet, clericis [& tertia pars lunæ] Tertio
 in religiosis [& tertia pars stellarum] Quarto in
 laicis [& diei non luceret] Dicit ergo.

Et quartus Angelus id est, quartus ordo Præ-
 dicatorum [tuba cecinit] id est, voce prædicatio-
 nis intonuit [& percussa est tertia pars solis] id est,
 iaculis prædicationis deiecta est falsitas, & simu-
 latio hypocritarum Prælatorum. Prælati enim per
 solem signantur: tum quia sol totum mundum
 illuminat. Sic Prælati lumina sunt aliorum. Vnde
Matth. 5. Vox estis lux mundi. Tum quia sol non
 variatur per incrementa & decremента, sed idem
 stat. Sic Prælati debent esse stabiles, vt nec ad-
 uersitate, nec prosperitate moueantur, nec male-
 dictione, nec benedictione. *Ecclesi. 27.* Homo sa-
 piens permanet in sapientia sicut sol. Tum quia sol
 non dedignatur seruire minori se, scilicet, terræ,
 quam ornat speciebus diuersis. Sic Prælati debent
 esse ministri omnium ad exemplum illius veri
 solis, qui venit ministrare, & non ministrari
Matth. 20. Horum tertia pars percussa est: quia
 quidam ardent, & lucet: adent vita, & lucent
 doctrina. Quidam ardent vita, sed non lucent
 scientia. Tertij sunt qui nec ardent, nec lucent: &
 pro istis dicitur, quod tertia pars percussa est. Vel
 tertij qui lucent scientia, sed non ardent charita-
 tem: & ideo percussa est tertia pars solis. *Psal. 73.*
 Qui obscurati sunt terræ Domino, &c. Item sol
 excedit in tribus corpora superiora: in quantita-
 te, & claritate, & calore. In primo notatur pote-
 stas Prælatorum, in secundo fidei claritas, in tertio
 charitas. Hæc fere in omnibus percussa est: quia
 estis potestatem & fidem retineant, tamen perdunt
 charitatis feruorem. Hæc ergo pars percussa est,
 quæ loet exterius simulata sanctitate, sed non
 ardet interius habita charitate [& tertia pars lunæ]
 Nota: Per lunam intelliguntur illi qui sunt
 in medio statu, scilicet, sacerdotes, & clerici, qui
 sicut lana recipit à sole, sic recipiunt lumen à Præ-
 latis. Horum tres sunt partes. Quidam habent
 curam temporalium, & hi sunt prima pars. Alij
 administrationem sacramentorum, & hi sunt se-
 cunda pars. Tertia pars est illorum qui neutrum
 faciunt, & hæc tertia pars percussa est gladio præ-
 dicationis, & reuelata est eorum hypocritis [&

Prælati per solem.

tertia pars lunæ] id est, clericorum, supple, percussa
 est [& tertia pars stellarum] *Glossa.* Simplices.
 Tales sunt religiosi. Nota: Stellæ sunt ornatus
 cæli: & ipsi sunt ornatus Ecclesie. Item stellæ
 parue apparent: & ipsi in Ecclesia paruum sta-
 tum habent. Item stellæ suis motibus suum lau-
 dant Creatorem: & tales suis operibus ipsum
 laudant. Stella fixæ sunt in cælo: & tales in clau-
 stro. *Iudic. 5.* Stellæ manente in cursu & ordine.
 Item noctem illuminant: & illi Ecclesiam. *Phi-
 lip. 2.* Inter quos lucetis. Horum tres sunt partes:
 obedientia, continentia, paupertas, quæ fere vbi-
 que percussa est, quoniam omnes quatuor qua
 sua sunt. Horum sunt tres partes. Quidam perfe-
 cti, quidam imperfecti, quidam vero reprobi, &
 hæc tertia pars percussa est gladio prædicationis.
 Et subdit quomodo [ita vt obscuraretur tertia
 pars illorum] *Glossa.* Vt amittant cognitionem, &
 bonam operationem. Hic queritur, Quare dicitur,
 ita vt obscuraretur tertia pars illorum, & non
 dicitur, percussa est tertia pars & obscurata. Respon-
 sio *Haym.* Quia illi prius per Prædicatores vul-
 nerabantur occulte: sed postea obscurabantur,
 quando anathematizabantur aperte [& diei non
 luceret tertia pars] Hæc est quarta particula, in
 qua dicit quod illuminati à maioribus, patientur
 defectum, & obscurati sunt. Horum autem qui-
 dam sunt contemplatiui, qui signantur per diem.
 Alij actiui, qui signantur per noctem: & inter eos
 sunt quidam perfecti, quidam imperfecti, quidam
 neutrum, & hæc est tertia pars quæ obscurata est.
 Vnde sensus est [& diei non luceret tertia pars]
 id est, illorum qui illuminati sunt à maioribus,
 sicut sunt contemplatiui. Horum duæ partes sunt:
 perfecti, & imperfecti, tertia pars neutra, & ista
 pars percussa est [& noctis similiter] id est, actiuo-
 rum, qui illuminati sunt à maioribus, sicut dictum
 est. Vel per diem & noctem intelliguntur laici,
 qui debent illuminari à sole, sicut dies, id est, à
 Prælati: & à stellis, id est, à clericis, sicut nox. Ho-
 rum sunt tres partes: principes, negotiatores, agro-
 rum cultores. Hæc pars tertia opprimitur quasi
 ab omnibus.

Stellæ sunt proprie- tates.

Quæstio

Et vidi & audiui vocem vnius aquilæ
 volantis per medium cæli, dicentis
 voce magna: Væ, væ, væ habi-
 tantibus in terra: de cæteris vocibus
 trium Angelorum qui erant tuba can-
 turi.

Nota, quod grauioribus sunt status Ecclesie se-
 quentes præcedentibus: ideo hic ostendit diffe-
 rentiam inter præcedentes cantus tubarum, &
 sequentes. Et dicuntur duo hic. Primo intro-
 ducitur Ecclesia clamans sub specie aquilæ triplex
 væ. Secundo determinat vnde accipiatur hoc tri-
 plex væ [de cæteris vocibus] Dicit ergo.

Et vidi id est, intellexi [& audiui auditu inte-
 riori] *Haym.* In spirituali visione hoc est videre,
 quod audire, & e conuerso [vocem vnius aquilæ]
 Nota: Prædicatores signantur per aquilam: quia
 sicut aquila se renouat post uersatam, sic Prædi-
 cator debet deponere veterem peccati conuersa-
 tionem. *Ephes. 4.* Deponite vos secundum pristi-
 nam conuersationem veterem hominem. Item,
 sicut aquila habet volatum sublimiorem, sic Præ-
 dicator

Prædicatores per aquilam proprie- tates.

dicator volare debet per contemplationem. Job 19. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, &c. Item, sicut aquila habet visum acutiorem, sic Prædicator intelligentiam profundiorum. Vnde sequitur ibidem. Et oculi eius de longe prospiciunt. Dicuntur autem vnus aquila, licet multi sint, propter concordiam vnitatem: quia concorditer vnum sentiant, vnum querant, vnum prædicant. Vnde Psal. 26. Vnam petij à Domino [volantis per medium cæli] id est, per secreta cælestia, vel mysteria Ecclesiæ capientis, & aliis prædicantis [et dicentis] id est, prædicantis [magna voce] quia in toto mundo. Vel quia propter magnam. Vel quia affectu magno [Væ, væ, væ] væ pro culpa originalis peccati, væ pro culpa actualis transgressionis, væ pro culpa omissionis. Vel triplex væ dicitur propter triplex peccatum, scilicet, cogitationis, locutionis, & operationis. Vel, sicut dicit Haym. væ significat æternam damnationem quæ continet tria: pœnarum diuersitatem, acerbitatem, æternitatem. Vel væ triplex propter peccatum in Deum, in se, & in proximum. Vel væ propter moriendi necessitatem, seruendi vilitatem, sciendi paruitatem. Et hoc contra illa tria quæ promisit diabolus primo homini, dicens: Nequaquam moriemini: ecce vitæ perpetuitas. Sed eritis sicut dii: ecce libertas. Sciētes bonum & malum: ecce scientiæ vniuersitas [habitantes in terra] id est, terrenis delectationibus & desiderijs deditis, supple, aquilæ accipientis hæc tria væ [de cæteris vocibus Angelorum qui erant tuba canturi] Vel sic illud triplex væ oritur, supple, de cæteris vocibus, &c.

Væ triplex.

Quæstio.

Hic queritur quomodo dicit, quod de tribus Angelis accipit triplex væ, & maxime de tertio, cum septimus annuntiat regnum Christi, & gloriam electorum? Responso. Potest esse, quod gloria electorum? Responso. Potest esse, quod gloria electorum quam ille nuntiat, erit angens pœnam reprobatorum, dum videbunt quantam gloriam amiserunt. Vel forte excipitur ex eo quod dicitur in fine illius [et aduenit ita tua in tempore mortuorum, &c.] Ad litteram hoc triplex væ dicitur propter triplicem statum Ecclesiæ, qui in tribus Angelis describitur: Nota, quod quidam dicunt, quod hic est punctus habitantibus in terra, & dicant quod istud [de cæteris vocibus, &c.] non respicit præcedentia, sed est titulus sequentis capituli. Sed melius exponitur, sicut dictum est, & sic exponit Haym.

CAPVT IX.

Et quintus Angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei claus putei abyssi.

SVPR A actum est de quatuor tubis, hi: agitur de quinta, quæ (sicut dicit Bedæ) maiorem infestationem hereticorum signat tempus Antichristi præcurrentium. Et dicuntur hic quatuor. Primo sub figura locustarum ostendit hereticorum generationem. Secundo ponit illis concessam potestatem [et data

est illis] Tertio subdit eorum multiplicem descriptionem [et similitudines] Quarto dicit diabolum esse eorum rectorem [et habebant super se] In prima parte vbi ostenduntur hereticorum genera, dicuntur quatuor. Primo dicit se vidisse diabolum de cælo cadentem. Secundo ostendit ei super hereticos datam potestatem [et data est illi] Tertio heresum ipsarum apertionem [et aperuit puteum] Quarto subdit illius apertionis efficaciam [et ascendit fumus putei] Dicit ergo.

Et quintus Angelus id est, quintus ordo Prædicatorum: quintus, dico, ordine narrationis, & ordine temporis [tuba cecinit] id est, aperte prædicauit & incepit præmunire, vt se ad prælium præpararent [et vidi] id est, oculo mentis intellexi [stellam] diabolum, qui dicitur stella mentis intellexi conditionis, originem. Vel quia, sicut dicit Haym. se transfiguratur in Angelum lucis [de cælo] id est, de societate Angelorum & [de cælo] empyreo vbi creatus fuit [cecidisse] scilicet, propter peccatum superbiæ. Isa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, &c. [in terram] id est, in eos qui terræna diligunt, & sapiunt. Vel [in terram] id est, in hunc caliginosum aërem, qui quasi carcer deputatus est eis vsque ad diem iudicij ad hominum probationem. Ephes. 6. Non est nobis colluctatio, &c. Dicitur etiam [de cælo cadere] id est, de Ecclesiâ, de qua, sicut dicit Haym. quotidie cadit, quando nati fonte baptismatis regenerantur, & renuntiant diabolo, & pompis eius [et data est illi claus] id est, potestas dominandi hereticis, vel omnibus malis: vel potestas nocendi [putei abyssi] id est, hereticorum qui dicuntur puteus abyssi propter profunditatem astutiæ, & tenebras suæ malitiæ. Genes. 1. Et tenebræ erant super faciem abyssi, id est, cordis tenebrosi. Abyssus enim dicitur sine bysso, id est, candore, vel lumine. Vel [puteus] propter profunditatem malitiæ [abyssi] propter tenebrositatem conscientiarum: carent enim illius lumine qui est vera lux. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Et quia hoc lumen non habent heretici, ideo signantur nomine abyssi. Job 28. Abyssus dicit, non est in me, &c. scilicet, sapientia Dei [item puteus] signat profunditatem malitiæ, in quem cum peccator cadit, contemnit. Proverb. 18. Impius cum venerit in profundum peccatorum, contemnit. Ergo diabolo data est claus putei abyssi, id est, malorum, vt eum clauderet ad gratiam, & aperiret ad culpam.

Diabolus cecidit in terram.

Hereticis dicitur puteus abyssi.

Puteum.

Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ.

Gloss. hereses quæ latebant in cordibus eorum, proferre fecit. Haym. Ipse hoc facit: quia eo instigante fit [et ascendit fumus putei] Hic est quartum vbi dicitur quis fuit effectus apertionis. Et ostenditur triplex. Primus est tenebrosæ doctrinæ productio. Secundus obscuratio [et obscuratus est sol] Tertius, Prædicatorum Antichristi multitudo [de fumo putei] Item in prima dicuntur duo. Primo ostendit prauæ doctrinæ productio. Secundo illius doctrinæ ad doctrinam Antichristi assimilatio [sicut fumus fornacis] Dicit ergo ita.

Aperuit puteum] & puteo aperto [fumus putei] id est, doctrina praua, & tenebrosa, carens lumine

mine veritatis, & nocens appropinquatum oculis [ascendit] scilicet, per manifestationem. Item in mentem per superbiam præsumptionem. Isti sunt nates diaboli per quos fumum malæ doctrinæ emittit. Job 41. De natiuitate eius procedit fumus, &c. Item fumus est fama mala. De quo Isa. 13. Ab Aquilone venit fumus [sicut fumus fornacis magnæ] id est, sicut doctrina peruersa Antichristi, procedens ex nouissima persecutione, quæ dicitur fornax, quia bonos probabit. Eccli. 17. Vasa figuli probat fornax: & homines inustos tentatio tribulationis: malos autem deuorabit. Exemplum de fornace Babylonis, quæ Chaldaeos interfecit. Dan. 3. Hic queritur, Cum Dominus dicit Matth. 24. quod tunc erit tribulatio tanta, qualis non fuit ab initio, quomodo dicitur fumus putei similis fumo fornacis, id est, quomodo dicitur doctrina hereticorum similis doctrinæ Antichristi. Responso Haym. Sciendum, quod illa persecutio & falsa doctrina Antichristi & cæterorum similis ex parte erit, & ex parte dissimilis. Similis erit in persecutione Sanctorum, & in mendacijs erroribus dissimilis vero in hoc, quod tunc miracula facient falsi Doctores, quod isti facere non possunt. Ideoque immanior erit, quia per vtraque decipiet. Matth. 24. Tunc surgent Pseudo-Christi & Pseudo-Prophete, &c. [et obscuratus est sol] & cer de fumo, putei] Hic ponitur secundus effectus doctrinæ hereticorum, qui est obscuratio veræ doctrinæ, siue Ecclesiæ. Vnde ait [et obscuratus est sol] id est, maiores alios illuminantes ad cognitionem veri, & inflammantes ad amorem boni [et aer] id est, minores qui illuminantur ab alijs. Tales obscurabuntur: quia doctrina vera non reputabitur: quia multi de illis ad doctrinam malorum peruerterunt [de fumo putei] de caligine peruersi dogmatis. Vnde Isa. 5. Alpegi terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata in caligine eius.

Quæstio.

Et de fumo putei exierunt locustæ in terram.

Hic est tertius affectus & dicitur, quod ex praua doctrina hereticorum nascetur Prædicatorum & discipulorum Antichristi multitudo. Vnde dicit [et de fumo putei] de tenebrosa hereticorum doctrina [exierunt locustæ in terram] id est, discipuli erroris nati sunt in mundo: quia terrena corda hominum decipient. Nota: Comparantur discipuli hereticorum & Antichristi locustis: quia (sicut Haym. dicit) locustæ rectos gressus non habent vt animalia quædam, nec volant vt aues. Sic heretici fidem rectam non habent ad volandum in celum, nec rectos gressus ad bene operandum. Item locustæ dant saltus, & virentia corrodam. Sic heretici per instantiam eleuantur, & animas quæ virorem fidei habent, occidunt quando possunt. Et bene dicuntur tales exire de fumo putei. Nam fumus dum alta petit, in seipso deficit. Sic heretici dum per superbiam eleuantur, deficiunt & annihilantur. Psal. 72. Deiecisti eos dum alleuerantur.

Locustæ quibus hereticorum discipuli assimilantur.

Et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.

Supra actum est de hereticorum generatione, D. Albert. Mag. in Apocalypsim.

hic agitur de concessa sibi potestate. Et dicuntur hic tria. Primo ponitur potestatis collatio, secundo eiusdem potestatis reſtrictio [et præceptum est illis] Tertio ostenditur quanta sit reſtrictio, & quanta sit eius exercitio [et dictum est illis] Dicit ergo.

Et data est illis, id est, hereticis præsentibus Antichristi [data] permissione Dei [potestas] scilicet, nocendi, ſcruendi, decipiendi [sicut habent potestatem scorpiones terræ] Nota: Potestas nocendi in scorpione est in cauda, per quam percutit, & venena diffundit. Similiter diabolus per hereticos venenum suæ malitiæ diffundit, sicut per caudam suam. Isa. 11. Propheta docens mendacium, ipse est cauda, scilicet diaboli. Item similes sunt scorpionibus: quia scorpio blanditur in facie, sed occulte cauda percutit. Sic heretici falsa veris miscent, & verâ falsis, vt auditores facilius occulte decipiant, & sic veneno malæ doctrinæ interficiant. Psal. 13. Venenum aspidum sub labijs eorum. Vel quia per temporalia decipiunt, quæ dependent post, sicut cauda. Item punctura scorpionis primo non sentitur, sed postea punctus occiditur. Sic decepti ab istis primo non sentiunt deceptionem, sed tandem perimuntur. Exech. 2. Increduli & subuerfores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.

Scorpio.

Et præceptum est illis ne læderent foenum terræ, neque omnem viride, neque omnem arborem: nisi tantum homines qui non habeant signum Dei in frontibus suis.

Hic ponitur reſtrictio potestatis eorum, & dicuntur duo. Primo prohibentur ne lædant beatos. Secundo permittitur vt lædant malos [nisi tantum homines] prohibentur autem à læsione hominum, primo incipientium [foenum terræ] secundo proficientium [neque omnem viride] tertio perfectiorum [neque omnem arborem] Dicit ergo.

Et præceptum est illis id est, cohibiti sunt potestate diuina [ne læderent foenum terræ] id est, incipientes, & faciles decipi in fide [neque omnem viride] id est, proficientes [neque omnem arborem] id est, perfectos qui, inter ventos tentationum stabiles sunt. Psal. 91. Plantati in domo Domini in atrijs domus Dei nostri. Hic queritur, Quare non dicit, ne læderent omnem foenum, sicut dicit, Omne viride, & omnem arborem? Responso. Per foenum signantur incipientes, qui de facili cadunt, & cito læduntur: aliqui tamen stant, & perseverant. Per viride signantur proficientes: per arborem perfecti, qui non læduntur tali percussione, sed magis proficiunt. Ideo dicit, neque omnem viride, neque omnem arborem. Incipientes vero aliquando læduntur, & cadunt: & ideo cum dicitur, ne læderent foenum, non dicit, omne foenum. Vel sic, vt per tria prædicta tria genera saluatorum intelligantur, qui signantur per Noe, Daniel, & Job Exech. 14. hoc est, Prælati, continentes, & coniugati. Per foenum terræ coniugati, qui terræ adherent, & signantur per Job. Per omne viride continentes, qui virorem corporis seruant, qui signantur per Daniel. Per arborem signantur Prælati, quorum rami refrigerantia præstant alijs, qui signantur per Noe. Est ergo

Quæstio.

G

ergo sensus [Et præceptum est illis] scilicet, à Deo, eorum potestatem limitante [ne læderent fœnum terræ] id est, coniungatos in anima, licet corpus affligant, & temporalia auferant. Job 2. Ecce in manu tua est, &c. [neque omne viride] id est, continentes pudicitia nitentes siue virentes [neque omnem arborem] id est, Prælatos foliis verborum alios sanantes, & fructibus operum satiantes, & umbra exemplorum vel consolationum alios recreantes [nisi tantum homines] scilicet, carnales dictos ab humo. 1. Cor. 3. Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis; qui non habent signum Dei viui in frontibus suis] id est, signum crucis, fidei, passionis [in frontibus suis] scilicet, interiori, & exteriori: vi fidem habeant in corde, & eam confiteantur in ore. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, &c. Ezch. 10. Super quem videritis thau ne occidatis eum. Nota: Thau est vltima littera alphabeti Hebræorum, & interpretatur confirmatio, & signat finalem perseverantiam in penitentia & confessione nominis Christi, quæ confirmat hominem. Vnde & hoc signo liberantur omnes qui habent illud. Et est sensus, Ac si dicatur, Illi qui crubescunt agere penitentiam, & confiteri Christi nomen, lædentur ab istis Pseudo-prædicatoribus, & aliis pœcarforibus Antichristi.

Et datum est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus quinque. Et cruciatus eorum, vt cruciatus scorpionum cum percutit hominem.

Hic est secundum vbi dicitur quantum se extendit potestas istorum respectu bonorum, & quomodo intelligitur restranari potestas eorum. Et dicitur quatuor. Primo prohibetur ne occidant bonos. Secundo dicitur vt in præsentia affligant eos [sed vt cruciarent eos] Tertio dicitur quis sit cruciatus eorum [& cruciatus eorum] Quarto, quod tantum sit quod homines desiderabunt mortem in diebus illis. Dicit ergo.

Et datum est illis] id est, diuina prouidentia ordinarum [ne occiderent] scilicet, spiritualiter in anima, quamuis permittantur in corpore occidi [eos] scilicet qui sunt fœnum, & viride, &c. [sed vt cruciarent mensibus quinque] hoc est, quando viuunt in hac vita, quæ quinque sensibus corporis regitur. Vel [mensibus quinque] id est, toto tempore præsentis quod in hoc intelligitur, propter quinque ætates huius vitæ quæ sunt infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, senectus. Tel secundum aliam litteram [mensibus sex] id est, sex ætatibus seculi quibus permissione Dei tribulantur electi, vt in septima requiescant. Job 5. In sex tribulationibus liberabit te: & in septima non tanget te malum [& cruciatus eorum] id est, ab eis illatus [vt cruciatus scorpionis cum percutit hominem] supple, cuius cruciatus est grauis, & à posterioribus diffundit venenum. Similiter, sicut dicit Beda, impietas malorum à posterioribus nocet, cum anterioribus, id est, æternis bonis temporalia, quæ retro sunt, præferri minus blandimèntique compellit.

Et in diebus illis querent homines mortem, & non inuenient eam: & de-

T. B. M.

Quid per mensibus quinque

siderabunt mori; & fugiet mors ab eis.

Hic est quartum vbi ostendit, quod tam grauis erit persecutio, quod homines desiderabunt mori, quod erit [sicut dicit Beda] miseram vitam cito morte finiti volentes. Vel [sicut dicit Haymo] boni desiderabunt mori, & esse cum Christo. Vnde dicit.

Et in diebus illis] in quibus alij cadent per hypocritism, alij per hæresim, alij per voluntariam, alij per fraudem [querent homines mortem] scilicet, corporalem. Glossa, rimentes lapsum: quia desiderabunt mori, nimia tribulatione pressi, & tædio viuendi affecti. Sicut Elias 3. Reg. 19. petiuit animæ suæ vt moreretur [& non inuenient eam] Glossa, vt probatioris reddantur, vel etiam propter minores, ne de morte eorum scandalizati deseperent, absque consolatoribus remanentes [& desiderabunt mori] Q. d. Non quocumque modo querent, sed magno desiderio. Item 8. Eligent magis mortem quam vitam [& fugiet mors ab illis] ne grex Domini deserat inter dentes luporum. Beda. Sicut Ciprianus sub Deciana persecutione conquestus. Volentibus, inquit, mori non perantebatur occidi.

Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquam coronæ similes auro.

Supra tetigit concessam potestatem hæreticis, hic describit eos multis modis. Et dicuntur tria. Primo describuntur à conditionibus quæ pertinent ad operationem mali. Secundo à conditionibus quæ pertinent ad declinationem boni [& habebant loricas] Tertio dicitur in quo habebant potestatem nocendi [& potestas eorum] In prima parte dicuntur tria. Primo ponitur desiderium nocendi. Secundo ponitur causa [& super capita eorum] Tertio modus & forma [& facies eorum] Dicit ergo.

Et similitudines locustarum] id est, hæreticorum & prædicatorum Antichristi: qui sicut & locustæ faciunt saltum per superbiam, & cadunt per auaritiam, debilitate stant per luxuriam. Et est argumentum hic, quod visio fuit imaginaria, supple, erant [similes equis paratis in prælium] id est, ad prælium, quasi cum impetu currentes, & sine discretionem in depressionem electorum. Vnde Haymo. Equis comparantur hæretici, propter eorum velocem vbique discursum. Item Beda. Sicut equi non propria ratione, sed impetu prædentis aguntur in prælium: ita mali Doctores demoniaco acti spiritu Ecclesiam impugnant [& super capita eorum] id est, super doctores hæreticorum [tanquam coronæ] id est, victoriæ per oppressionem iustorum. Et dicit [tanquam] quia non erunt veræ coronæ, sed tantum in eorum opinione [similes auro] Haymo. Quia ipsi se sicut victores simulabunt, & remuneratione dignos, ac si essent Sancti qui per aurum intelliguntur. Vel sic [super capita eorum] id est, mentibus eorum, mens enim caput est [tanquam coronæ] id est, retributiones æternæ [similes auro] scilicet veræ sapientiæ. Q. d. Coronas suas doctoribus suis attribuant, & sibi

Mortis desiderium.

Equis hæretici comparantur.

sibi præmia æterna de eo quod per falsam sapientiam Ecclesiam impugnant. Vel [similes auro] id est, Apostolis, quibus suos doctores equiparabunt.

Et facies earum sicut facies hominum, & habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum, sicut dentes leonum erant.

Hic notatur modus nocendi. Et dicuntur tria. Primo dicit, quod prætentur aliquid bonum. Secundo signatur latens malum [& habebant capillos] Tertio tangitur apertum malum [& dentes eorum] Vel primo tangitur boni apparentia, secundo latens malitia, tertio aperta sceleritas. Dicit ergo.

In facie hominis sunt quatuor Capilli.

Et facies eorum] id est, hæreticorum, qui signatur per locustas [sicut facies hominum] Nota: in facie hominis sunt quatuor; os, nasus, oculi, & mansuetudo: per quæ signatur modestia, intelligentia, discretio, & eloquentia. Et sic apparent discreti, intelligentes, & eloquentes [& habebant capillos mulierum] In hoc innuitur occulta malitia eorum. Nota: Capilli turpitudinem colli regunt. Sic isti mala sua abscondunt. Item molles & flexibiles sunt. Sic isti vitam mollem ducunt, & sunt veritabiles ad omne malum. Ad terram dependent. Sic isti temporalia querunt. In capillis ergo mulierum intelligitur mollis vita, in hoc quod dependet auaritia, in hoc quod collum tegunt fallacia eorum [& dentes earum] Hic ostenditur eorum aperta malitia. Nota: Dentes eorum hic dicuntur doctores eorum & expositores, qui præparant panem mendacij, vt trahant multos in corpus Antichristi [sicut dentes leonum] propter apertam sceleritatem quam in Sanctos exercebunt. Sensus ergo est. Non solum lædent per ostensionem boni, & occultationem mali: sed etiam aperte scelerant. Vnde dicit [& dentes earum] id est, doctores hæreticorum [sicut dentes leonum erant] scilicet, denigrantes & Sanctos laniantes sine omni contradictione. Job 29. Contrebam molas iniqui, & de dentibus eius, &c. Item dentes leonum ferocem emittunt. Sic hæretici ferocem male famæ. Tria ergo dicuntur habere prædicatorum Antichristi: faciem hominis, quæ dicent se omnia facere secundum discretionem: capillos mulierum, quia trahent alios ad vitam mollem & dissolutam: dentes leonum, quia aperte & crudeliter deservient. Et per primum simulant bonum, per secundum dissimulant malum, per tertium aperte deservient.

Dentis.

Antichristi doctores.

Et habebant loricas sicut loricas ferreas.

Hic ponuntur conditiones quæ pertinent ad declinationem boni. Et dicuntur tria. Primo contra veritatem cordis obduratio. Secundo ipsius mali defensio [& vox alarum] Tertio per potentiam principum Ecclesie impugratio [& habebant caudas. Dicit ergo.

Lorica.

Et habebant loricas] id est, corda sententiarum de ceptoribus munita [sicut loricas ferreas] per duritiam pertinacitatem, & mentis obstinationem.

D. Alber. Mag. in Apocalypsim.

Et vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum: & habebant caudas similes scorpionum: & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se regem Angelum abyssi cui nomen Hebraicæ Abaddon, Græce autem Apollyon, & Latine habens nomen Exterminans. Vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo vtr post hæc.

Hic ostenditur declinatio per hoc quod errorem suum defendunt. Vnde dicit [& vox alarum earum] id est, sonus & tumultus verborum quæ dicuntur ab hæreticis, susurationes eorum quibus quasi à aliis eleuantur, vt iusti & sapientes reputentur. Hæc, inquam, vox est [sicut vox equorum multorum currentium in bellum] Nota: Multitudo curruum venientium ad bellum diuersis stridoribus nuntiat quod aduersarius proferat, & confusus est eorum sonus qui est equorum hinnitus, horralium tumultus, tamen est eorum conuexio ad bellum. Sic hæretici inter se discordes, diuersis hæresibus contra veritatem pugnant vananiter, & defendunt suum errorem de quibus 1. Tim. 3. Isti veritati resistunt, homines mente corrupti, & reprobi circa fidem. Et sic notatur sceleritas eorum irrationabiles, & impetuosi [& habebant caudas] ad declinationem boni, & defensionem mali [caudas] id est, potentiam in temporalibus quæ posteriora sunt & per caudam signatur. Hi sunt principes seculares, per quos hæretici Ecclesiam impugnant. Vnde ait [& habebant caudas] id est, principes seculares [similes scorpionum] supple, caudis. Quia sicut scorpio cauda nocet quæ est posterior pars: ita & iste caudæ, scilicet, principes seculi per posteriora nocent, id est, per penam temporalem. Vel hoc dicit: quia blandiendo in facie, & muneribus seducunt [& aculei erant in caudis earum] id est, peccatum quod est aculeus mortis: in quo signat illos principes plenos esse peccatis. Vel aculei sunt astute argutie, & blasphemie, quibus Sanctos pungunt, si quo modo possent eos mouere, & via veritatis facere deuiare: vel tormenta quæ bonis inferent [& potestas earum] id est, locustarum, hoc est, prædicatorum Antichristi [nocere hominibus mensibus quinque] Contra: Supradictum est, ne occiderent eos, &c. Responso secundum Haymo. Hic dicitur de malis, ibi loquitur de bonis: malos enim interficiunt, illos cruciant, sed non occidunt. Vnde sensus est [nocere hominibus] id est, nocendi carnalibus qui summam sapiunt [mensibus quinque] Haymo. quando quinque sensus corporis subsistunt [& habebant super se regem] id est, diabolum dominantem, qui est rex super omnes filios superbie. Hic ita [Angelum abyssi] id est, diabolum, qui dicitur abyssi, quia sine bysso & candore omnis boni [Cui nomen Hebraicæ Abaddon] Haymo, & Hieron. dicitur, quod debet dici Laabaddon, & interpretatur exterminans. Laabaddon autem Hebraicum est, & interpretatur iudicatus: Græce autem Apollyon, & Latine habens nomen

Cauda.

Aculei.

Abaddon nomen diaboli.

men Exterminans, & est idem quod Laabadon. Ex quibus patet, quod non debet ibi esse abaddon. Hic queritur, Quare diabolus nominatur istis tribus linguis, scilicet Hebraica, Græca, & Latina: Responsio. Vt in omni lingua eius veritas intellecta facilius vitetur. Item quia per illum hominem damnatum, scilicet Antichristum conabitur usurpare sibi nomen Christi, quod fuit scriptum tribus linguis. *Joan. 19.* Erat autem scriptum Hebraice, Græce, & Latine. Et nota, quod in omni lingua nomen diaboli sonat exterminans: quia de omnibus aliquos exterminat, id est, extra terminos Catholicæ fidei ponit in terra exterminij, id est, in infernum. Quia vero terminus & finis creaturæ rationalis est beatitudo: ideo dicitur recte exterminans, qui animam rationalem extra hunc terminum ponere nititur. *Sapient. 3.* Ab itinere iusto abierunt in exterminium, id est, in infernum [Vt unam abici] id est, una tribulatio in narratione quinti Angeli præcessit [et ecce veniunt adhuc duo vtz] id est, due tribulationes quæ continentur sub tuba sexti & septimi Angeli [post hæc] quæ dicta sunt. Vel duo vtz, scilicet, quæ ventura sunt tempore Antichristi in die iudicij.

Et sextus Angelus tuba cecinit: & audiui vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicente sexto Angelo qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum: vt occiderent tertiam partem hominum.

Supra dictum est de quinque tubis, hæc agitur de sexta tuba, & (sicut dicit *Beda*) apertum bellum Antichristi & suorum contra Ecclesiam signat. Et diuiditur pars ista in quatuor. In prima parte determinatur de solutione quatuor Angelorum. In secunda de visione equitum & equorum [et numerus equestris exercitus] In tertia de descensu Angeli fortis, & significatione tonitruorum *Infra 10.* [et vidi alium Angelum fortem] In quarta hortatur Ioannes ad prædicandum [et vocem quam audiuit de caelo] In prima parte dicuntur tria. Primo ostenditur tempore Antichristi relaxatio potestatis demonum. Secundo conatus & obduratio malitiæ eorum [qui parati erant] Tertio ponitur manifestatio ad quid sit conatus eorum [vt occiderent tertiam partem] Dicit ergo.

Et sextus Angelus, id est, sextus ordo Prædicatorum [tuba cecinit] id est, de tempore Antichristi prædicauit [et audiui vocem unam] id est, concordiam Ecclesiæ vniuersalis, supple, præcedentem [et quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei] Nota: Altare dicitur Ecclesia de qua sumus compunctionis ascendit ad Deum. *Isa. 60.* Offerent super altare meum, &c. Hoc altare est aureum: quia Ecclesia est tuba per charitatem, fulgida per castitatem, solida per patientiam, ductilis per obedientiam, sonora per prædicationem, ponderosa per martyrum con-

Ecclesia dicitur altare.

stantiam. Quatuor cornua huius altaris sunt omnes Prædicatores & Doctores, qui eam defendunt ab impugnationibus hæreticorum. Et dicuntur quatuor: quia debent quatuor prædicare de Christo, sicut dicit *Gloss.* duo sunt infinitatis, vt Natiuitas, & Passio. Duo sunt potestatis & virtutis, vt Resurrectio, & Ascensio. Horum vna vox est: quia ad idem tendunt, & idem concorditer prædicant. Est ergo sensus [et audiui vocem unam] id est, concordem prædicationem, supple, procedentem [ex quatuor cornibus altaris aurei] id est, ex vniuersis Ecclesiæ Prædicatoribus [quod] scilicet altare, id est, Ecclesia [est ante oculos Dei] id est, in conspectu Dei, hoc est, quam semper Deus respicit. Vel sic [ex quatuor cornibus] Nota: Altare Christi est: quia super illud omnis oblatio est accepta [aureum] propter diuinæ sapientiæ claritatem, charitatis puritatem, obedientiæ ductibilitatem. Quatuor cornua sunt quatuor Evangelia. Sensus ergo est [et audiui vocem unam] id est, concordem prædicationem, supple, procedentem [ex quatuor cornibus altaris] id est, quatuor Evangelij Christi [quod est ante oculos Dei] sicut filius ante patrem cui complacet. *Matth. 17.* Hic est Filius meus dilectus, &c, vt aduocatus ante iudicem. *1. Ioan. 2.* Aduocatum habemus apud Patrem, &c. [dicentem sexto Angelo] id est, Prædicatoribus vniuersis qui futuri sunt tempore Antichristi [qui habebat tubam] id est, prædicandi & docendi auctoritatem [Solue] id est, annuntia esse soluendos [quatuor Angelos] id est, demones qui dicuntur Angeli, id est, missi, qui mittuntur à Deo ad probationem bonorum, & à diabolo principum eorum, & sua propria voluntate ad damnationem malorum. Et dicuntur quatuor, sicut dicit *Haym.* propter quatuor regna principalia quibus opponuntur, scilicet Assyriorum, Medorum, Macedonum, Romanorum. Vel propter quadruplicem tentandi modum. Tentatio enim aut est grauis, & occulta: aut grauis & manifesta: aut leuis, & occulta: aut leuis, & manifesta [qui alligati sunt] scilicet, diuina potentia [in flumine magno Euphrate] id est, in malignorum hominum cordibus. Euphrates enim (dicit *Beda*) fluvius est Babylonis, & in hoc loco potentiam seculari signat, in qua diabolus dicitur alligatus, quia ne quantum velit noccat diuina potentia refrenatur. *Haym.* In principibus huius seculi maxime diabolus habitat, & regnat. Et bene significantur per Euphraten qui est fluvius impetuosis, & profundus, currens per Babyloniam, & interpretatur humus, vel puluerulentus, vel fructifer, aut crescens. Et potentes sunt fluvius, id est, fluidi: quia decurrunt per luxuriam ad mare inferni: magnus, propter personarum magnitudinem: profundus, propter astutiam: impetuosis, propter furorē & iracundiam: currunt per seculum per auaritiam in humo & puluere, id est, carnis deliciis, & temporalibus diuitiis crescentes [et soluti sunt] id est, soluentur tempore statuto & præfinito à Deo [quatuor Angeli] scilicet, demones [qui parati erant] malitia, & diligenti astutia [in horam & diem & mensem & annum] Sicut dicit *Haym.* per horam intelligitur dimidius annus. Per alia tria intelliguntur tres anni quibus persecutio Antichristi durabit. *Daniel. 12.* Usquequo finis horum mirabilium:

Cornua altaris.

Euphrates.

rabiliū & respondetur, in tempus & tempora & dimidium temporis, scilicet, durabit persecutio Antichristi. Et per tempus vniū annus intelligitur, & per duo tempora duo anni, per dimidium temporis dimidiū annus. Vel per hoc (vt dicit *Gloss.*) processus illius persecutionis notatur. Per horam signatur initium, per diem processus, per mensem profectus, per annum multiplicatio. Vnde in primo erit grauis, in secundo grauior, in tertio grauiissima, & in fine omnino desuetus, vt vix ab aliquo possit sustineri. *Infra 11.* Vt terra & mari: quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam, sciens quod modo tempus habet. Est ergo sensus [qui parati erant in horam, &c.] id est, in omni parte temporis affligere continue & sine interpolatione, sicut non inuenitur interpolatio inter partes diei mensis & anni. Et dicuntur parati, vt etiam nos parare studeamus, & imparati non inueniamur. *Matth. 25.* Ideo estote parati [vt occiderent] Quasi dicit. Ad hoc erant parati, vt occiderent prius morte culpæ, & postea morte gehennæ [terciam partem hominum] id est, omnes reprobos. Prima pars hominum sunt innocentes, secunda penitentes, tertia reprobj. Vel prima pars actiui, secunda contemplatiui, tertia reprobj. Est ergo sensus [vt occiderent] vt prius [terciam partem hominum] hoc est, illos qui recedunt à binario innocentie & penitentie: vel actiue vite, & contemplatiue, de qua *supra 3.* & tertia pars terræ combusta est.

Et numerus equestris exercitus vices millies dena millia, & audiui numerum eorum. Et ita vidi equos in visione.

Hic est secunda pars quæ est de visione equitum & equorum. Et dicuntur hic quatuor. Primo ponitur numerus equitum. Secundo dicit se videri equos eorum [et ita vidi equos] Tertio describitur equites eorum [et qui sedebant] Quarto describitur equos eorum, & capita equorum. Dicit ergo.

Et numerus equestris exercitus] Nota: Hic secundum *Haym.* numerus ponitur reproborum, & similiter Sanctorum: & primo numerus malorum, secundo bonorum: vnde dicit [Et numerus equestris exercitus] id est, malorum [vices millies] id est, viginti millia qui 20. dicuntur: quia prædicatores diaboli erant transgressores decalogi. Milie dicuntur: quia perseverabunt in transgressione tali [dena millia] supple, erat numerus equitum Dei, hoc est, bonorum. *Psal. 67.* Currus Dei decem millibus multiplex. Et boni per decem millia signantur: quia in obseruantia decalogi, & bono perseverant.

Hic queritur secundum istam expositionem, Quare prius ponitur numerus malorum quam bonorum? Item, Quare malos signat per aduerbia, bonos per nomina? Item, Quare exercitus malorum & bonorum designantur per numerum significatiuum, & non per numerum numerantem? Responsio. Ad primum dicendum: quod numerus malorum ponitur prius, deinde bonorum propter tria. Primo ut illa multitudine malorum sancti desperent. Secundo ut consolentur boni: quia boni per malos Angelos conseruabuntur. *D. Alb. Mag. in Apocalypsim.*

Et ardebuntur mali. Tertio ne possit aliquis presumere de viribus suis, dicens se stabilem fuisse in bonis suis: & ideo post malorum multitudinem ostenditur multitudo bonorum, etsi non tanta quanta malorum. Ad secundum dicendum, quod hoc signat quod malum non stat per se, sed conualescit in bono, vt malum culpæ in actione, malum teatus in anima. Ad tertium dicendum, quod ponitur hic numerus significans, & non numerus numerans: quia finitus numerus ponitur hic pro infinito: vnde iste numerus vices millies non numerat exercitum Angelorum sine demonum, sed tantum signat quod plures sunt quam per hanc numerum exprimentur. Sed adhuc restat, Quare numerus signans ponatur hic, & non numerans: cuius causa est: Quia cum liber iste sit reuelatio facta ad edificationem Ecclesiæ: & numerus numerans non est ad edificationem, sed numerus signans, quia per hunc signatur quales sunt illi & isti, quod non fieret per numerum numerantem.

Nota: Cum sint nouem ordines Angelorum, ad decimum qui cecidit, dena millia referuntur. Per millies vero qui est numerus multiplex, demonum multitudo signatur. Per vices vero quod bis decem continet, ostendit decimam ordinem demonum de malis hominibus duplicatum. Nihil ergo aliud est secundum hos [vices millies dena millia] equestris exercitus] nisi quod decimus ordo ex demonibus & malis hominibus duplicatus, infinitus existit, qui contra Ecclesiam tempore Antichristi pugnabunt.

Alij dicunt, quod per vtrumque numerum tantum boni signantur, & dicunt, quod per numerum bonorum hic positum intelligitur numerus malorum: quia malum non potest esse nisi in bono. Per vices millies intelliguntur Sancti Noui Testamenti, qui decalogum seruant ad literam: & secundum spirituales intelligentiam in vicenarij perfecta iustitia. Per dena millia signantur Sancti Veteris Testamenti qui legem ad literam obseruabant. Et quoniam contra utroque bellum habuit diabolus: propter hoc per hos numeros intelliguntur exercitus demonum & equitum & equorum. Equi enim sunt mali homines, equites sunt demones. Vnde dicit [et numerus equestris exercitus] scilicet, demonum & suorum equorum [vices millies] id est, signatus per hos numeros non præcise numeratus. Vnde ponitur finitum pro infinito. Et sic è conuatio numerus equestris exercitus Dei tam hominum quam Angelorum [dena millia] id est, signatus per hos numeros [et audiui numerum eorum] id est, intellexi quid ille numerus signaret, vel quod plures essent mali quam boni [et ita vidi equos in visione] scilicet, sicut numerum equitum, ita intellexi numerum equorum. Et per equos intelliguntur prædicatores errorum super quos ascendunt demones, sicut *Exod. 15.* dicitur. Equum & ascensorem eius deiecit in mare. Vel sic [et ita vidi equos in visione] id est, sicut equites intendunt ad destruendam Ecclesiam: sic vidi equos, id est, malos prædicatores tendere ad destructionem Ecclesiæ. Nam equi & equites ad idem tendunt, sed equi per equites quibus ducuntur. Sic Antichristiani per demones ducti contra Ecclesiam pugnabunt.

Et qui sedebant super eos, habebant

bant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas.

Hic describitur dæmones qui sunt equites à pœna quam sustinent, & ad quam trahunt suos sequaces. Et primo dicitur, quod pœna eorum est indissolubilis: quod signatur, cum dicitur [loricas] Secundo, quod est ardens [igneas] Tertio, quod ex-cæcans [hyacinthinas] Quarto, quod fœrens [sulphureas] Dicit ergo.

Lorica
hyacin-
thina
ignea.

Et qui sequebantur id est, dæmones malis prædicatoribus [super eos] id est, prædicatoribus falsis [habebant loricas] id est, pœnas & tormenta quæ ha-mara & confirmata sunt sic quod nulla pœce possunt dissolui. In quo notatur, quod pœna eorum est indissolubilis [igneas] id est, ardentes, & inextinguibiles [hyacinthinas] id est, ex-cæcantes. *Haym.* hyacinthinas posuit pro eo quod est fumeas. Ex igne enim fumus egreditur. *Gloss.* lapidis fumidi colorem. In inferno enim erit ignis inextinguibilis, & fumus qui malos ex-cæcabit ne lumen verum videre possint [& sulphureas] id est, fœtidas. Vel sic de prædicatoribus Antichristi [& habebant loricas] id est, sententias infurcatas per perplexam astutiam [igneas] per ardentem invidiam, vel iracundiam [sulphureas] id est, fœrentes per infamiam [& hyacinthinas] per celestis iusticie simulationem. Nam hyacinthus habet similitudinem cæli, & significat vitam celestem. Angelus autem fatanz se transfiguratur in Angelum lucis. Et per hæc tria signatur triplex persecutio, quæ tunc erit in malis respectu bonorum: feruor itæ in principibus & persecutoribus, simulatio sanctitatis in prædicatoribus, fœtor doctrinæ in peruersis Doctoribus & prælatibus.

Et capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne & de fumo & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum.

Hic describuntur equi dæmonum, scilicet, ipsi hæretici, & dicuntur hic quinque. Primo, quod maiores eorum erunt fortes ad contumeliam infirmorum. Secundo, qualis erit doctrina eorum [& de ore ipsorum] Tertio, effectus doctrinæ eorum [& ab his tribus] Quarto, hoc probat [potestas eorum] Quinto, quod aliqui non suscipient doctrinam eorum [& cæteri homines] Dicit ergo.

Et capita equorum, scilicet, hæreticorum, & maiores inter eos [erant ut capita leonum] id est, fortes ad conterendum infirmos, & fœrentes ad inficiendum eos. Nota: In leone notatur superbia crudelitas, & aperta malitia. Contra sanctos autem armabuntur superbia, & aperta malitia, & crudelitate magna [& de ore eorum] id est, de aperta prædicatione eorum [procedit] supple, [ignis] & ita erit ardens [& fumus] & sic erit ex-cæcans [& sulphur] sic fœrens. Vel [ignis] id est, feruor itæ persequentis [& fumus] simulationis [& sulphur] fœrentis eruditionis. Vel [ignis] auaritiæ [& fumus] superbiæ [& sulphur] luxuriæ [Et

ab his tribus plagis] scilicet, ignis, fumo, & sulphure [occisa est tertia pars hominum] Quasi dicit. Peruersorum hominum dogmatibus seducti mortis supplicium incurrunt. Et dicit [tertia pars hominum] Quia quidam incipient agere pœnitentiam & implebunt, quibus debetur gloria. Alij incipient, sed non implebunt præuerti morte, tamen cum gratia. Tertij, qui nec incipient, nec implebunt, quibus debetur pœna æterna. Vel prima pars hominum est qui consistebunt adu Christi, secunda illorum qui habitu, tertia illorum qui aperte negabant. Occisa est, inquam, tertia pars hominum his plagis, [& de igne] & pro id est [& de fumo, & de sulphure] & repetitio expressio est malitiæ & efficaciz eorum prædicationis.

Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum, similes serpentibus, habentibus capita: & in his nocent.

Supra dixit, quod per prædicationem hæreticorum occideret tertia pars hominum, hic probat, quod hoc erit per prædicationem eorum. Et dicuntur duo in quibus consistit eorum potestas. Primo enim dicit, quod hanc potestatem habent in prædicatione aperta, secundo in occulta [& in caudis] Et ibi dicuntur duo. Primo dicit, quod occulta prædicatione nocent. Secundo ponit huius causam [nam caudæ eorum] Continua ita: Per prædicationem hæreticorum occideret tertia pars hominum [potestas enim equorum] id est, falsorum prædicatorum [in ore ipsorum est] *Gloss.* id est, mala prædicatione. Per os enim intelligitur mala aperta prædicatione [& in caudis eorum] Nota: Per caudas quæ turpitudinem tegunt, intelligitur occulta prædicatione mali, quæ tegitur colore verborum. In ore ergo & in caudis est potestas eorum: quia quosdam corrumpunt aperte malum prædicando, quosdam vero occulte prædicando [nam caudæ eorum] id est, sub verborum blanditiis latens mali prædicatione, sicut later sub cauda turpitudinis [similes sunt serpentibus] *Gloss.* qui facie blandiuntur, & occulte immittunt venenum [habentes capita] id est, principes qui præsumunt ministris [& in his nocent] id est, auctoritate & violentia eorum. *Bedæ.* Principum patrocinia amplius nocent, quam si solo verbo suaderent. Aliter sic potestas enim equorum in ore ipsorum est] Nota: Per os intelligitur rationum inductio, & per caudas bonorum temporalium largitio: & per ista duo multos decipiunt, scilicet, per rationum inductiones, & per munerum largitiones: & ideo dicit [potestas equorum in ore eorum est] id est, in rationum inductione [& in caudis eorum] id est, in munerum largitione [nam caudæ eorum] id est, temporalia [similes sunt serpentibus] quia in fine venenum infundunt. Moraliter per os equorum signatur aduatio, per caudam luxuria: in quibus multum consistit diaboli potestas & ministrorum eius. Et bene dicuntur caudæ similes serpentibus: quia luxuria in principio habet voluptatem, & in fine mortis punitionem.

Et cæteri homines qui non sunt occisi

cisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia & simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à beneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

Supra dictum est, quod recipientes hæreticorum doctrinam & Antichristi, damnabuntur, hæc ostendit, quod etiam impœnitentes peribunt, & ponit hic multa genera peccatorum, scilicet, idolatriam, homicidium [ab homicidiis] luxuriam [à fornicatione] furum [à furtis] Dicit ergo.

Et cæteri homines, id est, infideles qui sunt ab Ecclesia separati numero & merito [qui non sunt occisi his plagis] id est, non sunt seducti ab hæreticis [nec pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum] scilicet, malis [ut non adorarent dæmonia] scilicet, post pœnitentiam Vel [ut non] id est, quoniam [& simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea] *Psalm.* 113. Aures habent, & non audient. Item, Simulachra Gentium, argentum, & aurum, &c. quæ supple, simulachra [neque videre possunt] *Psalm.* 113. Oculos habent, & non vident [neque audire, neque ambulare] *Psalm.* 113. Aures habent, & non audient, &c.] Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis] scilicet, quibus multos ad literam occidebant aperte [neque à beneficiis suis] quibus interficiebant occulte [neque à fornicatione sua] id est, ab immunditia carnis quacumque [neque à furtis suis] scilicet, commissis à se. Quasi diceret: Omnes qui pœnitentiam non egerunt, peribunt. *Leuia* 20. Omnis qui non est inuentus scriptus in libro vitæ, missus est in stagnum ignis.

Multi-
plex dæ-
monium,
id est,
scientia.

Moraliter. Dæmon sciens interpretatur. Dæmonium ergo autem potest dici Theologia, quæ in splendore & valore omnes alias scientias superat, sicut aurum alia metallis. Item dæmonium argenteum legalis scientia, & alia lucrativæ. Dæmonium æreum sermōcialis scientia: quia plus aliis scientiis resonat, ut logica, & huiusmodi. Lapideum naturalis scientia quæ est immutabilis, nec subiacet nobis, ut dicit Philosophus. Ligneum, moralis scientia, quæ sicut lignum formari potest. Qui ergo omnes istas scientias sine modo, sine fine debito addiscunt, dæmoniaci sunt, & adorant dæmonia. Unde Bernardus, Student quidam ut sciant, & est curiositas: quidam ut sciantur, & est vanitas: alij ut dicantur, & est cupiditas: alij ut ædificentur, & est prudentia: alij ut ædificentur, & est caritas.

Dub. 1.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [ne læderent feruorem terræ, neque omne viride] queritur, Cum feruorem inter omnia videntia possit computari, cur omne viride à sereno distinxit? Responso Expositio. Feruorem non humanis, sed animalium congruit cibus: multa enim videntur inueniuntur in quibus homines delectantur, sicut in cibo. Unde per feruorem quo pascuntur animalia, simplices & incipientes intelliguntur,

qui sunt in Ecclesia, & non possunt accipere solitum cibum, sed velut animalia literarum superficie delectantur. Per feruorem igitur intelliguntur incipientes, per viride proficiunt: nec ad iteram debet sumi.

Dub. 2.

Secundo super illo verbo [& habebant super se regem] *Gloss.* Diabolum dominantem terrenis. Contra: *August.* Ille solus qui creauit, rector est omnium creaturarum & gubernator: ergo diabolus non est rector vel rex. Responso. Antiquus hostis sic dicitur rex peruersorum hominum, non quod ipse creauit eos, aut regat, sed quod iute Deo permittente tyrannidem dominationis super eos exerceat quos sibi per peccatum seruos addidit: ut qui expectari nolunt gratiam liberationis, sentiant dominium exterminatoris.

Diabolus dicitur rector.

Dub. 3.

Tertio queritur super illo verbo [& capita equorum erant ut capita leonum, &c.] Cum idem hic per equos quod supra per locustas significatur, & supra dixerit locustas habere facies hominum, quare dicit hic equos habere capita leonum? Responso secundum Bedam, quod hæretici sæpe aliquid humanitatis ostendunt, ideo dicuntur locustæ habere facies hominum: quia vero tempore Antichristi crudelitatem exercebunt, ideo dicuntur equi habere capita leonum.

Dub. 4.

Quarto super illo verbo [ab homicidiis suis, neque à beneficiis, neque à fornicatione sua] queritur, Quare ponit fornicationem in singulari, cum cætera ponat in plurali? Responso. Plus dicit in singulari, quam in plurali: quia sic dicit nomen speciei quæ omnibus conuenit: per hoc enim plures inuenit perire per fornicationem, quam per cætera peccata. Unde *August.* de singularitate clericorum. Quantos leones domuit vna infirmitas misera, delicata, quæ cum sit vilis & misera, de magnis efficit prædam. Loquitur de fornicatione.

CAPVT X.

Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo.



Secundum Bedam ita continuatur ista pars ad partem præcedentem. Descripta Antichristi scruitia, ad ostendendum eiusdem ruinam, exordium natiuitatis Christi & gloriam Ecclesie recapitulat. Hic ergo determinatur de descensu Angeli fortis, & significatione tributorum. Et diuiditur hæc pars in tres. In prima dicitur quomodo facta est manifestatio veritatis per Angelum ascendentem consolationem bonorum. In secunda iubetur signari veritas ne veniat ad cognitionem reproborum [& audiui vocem] In tertia introducitur Angelus annuntians esse in proximo mundi finem [& Angelus quem vidi] In prima dicuntur tria. Primo ponitur Angeli fortis descensio. Secundo Angeli descriptio [amicum vobis] Tertio quod per ipsum facta est veritatis manifestatio [& habebat in manu] Dicit ergo.

Et vidi] Nota quod coniunctio copulativa notat.

notat, quod hæc visio non est alia à præcedenti, sed illi quasi pars parti copulatur. Angelum id est, Dei Filium, qui dicitur quasi Dei Patris voluntatis nuntius, qui noua nuntiauit, noua promittit, noua suis fidelibus contulit. In hoc noua iur missio ipsius, de qua I. 20. Et vocabitur nomen eius magni concilij; Angelus, secundum aliam litteram [Alium] à prædictis quatuor qui soluti erant, id est, contrarius illis omnino in effectu. Illi enim uenerunt ad perdendum, iste ad saluandum [alius] & in natura: quia iste Creator, illi creatura [fortem] quia Dei uirtus. Hym. Fortis dicitur: quia ad debellandas aëreas potestates uenit [descendentem] humilitate incarnationis, uel à cognitione Angelorum ad cognitionem hominum [de celo] id est, de Patre. Psalm. 18. A summo celo egressio eius. Sed quid fuit principium motuum huius descensus? Responso Bernardi. Verbum ut ad nos descenderet propria benignitas inclinauit, natura traxit, ueritas qua se uenturum promiserat compulit, puritas ueteri uirginalis suscepit, salua uirginitatis integritate, potentia eduxit, obedientia in omnibus reduxit, patientia armavit, charitas uerbis & miraculis manifestauit. Nota in hoc quod dicit [Angelum] notatur, quod missus: in hoc quod dicit [fortem] notatur ad quid missus: in hoc quod dicit [descendentem] notatur mirandi modus.

Amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquam columna ignis.

Hic ponitur descendentis descriptio. Et dicuntur hic quatuor quæ facta sunt in illo descensu. Primum est humana nature assumptio. Secundum est generis humani reconciliatio [& iris in capite] Tertiū est nature assumptæ glorificatio [& facies eius] Quartum, per gratiam sancti Spiritus confirmatio [& pedes eius] Dicit ergo.

Amictum nube] id est, indutum humana carne: per nubem enim intelligitur humana natura in Christo. I. 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, id est, mundum. Nubem leuem ascendit, quando carnem sine grauedine peccati assumpsit. Nube ergo amictus Angelus apparuit, quando carne indutus inter homines Filius Dei apparuit. De hac duplicem pluuiam pluit: sanguinis ad redemptionem, & aquæ in ablutionem. Ioannis 19. Exiuit sanguis. Sed si ascendit in incarnatione, quomodo hic dicitur descendere? Responso. Ascendit, quia humana natura fuit omnino subiecta diuinitati, & caro spiritui. Descendit autem, cum se dignatione misericordie suæ inclinauit [& iris in capite eius] Nota: Caput Christi est diuinitas. 1. Cor. 11. Caput Christi Deus, Iris Græce, dicitur arcus Latine, qui diuersis coloribus apparet in nube, & est signum reconciliationis inter Deum & homines Gen. 9. Et generator iste arcus, cum radiis solis fuerit nubes aquosa illustrata. Sol enim est Dei Filius: natura humana est nubes aquosa: illustrata, quia gratiis plena. Hanc nubem illustrauit, cum naturam humanam assumpsit. Et sic factus est arcus, id est, reconciliatio hominis. Vnde per Iridem notatur facta reconciliatio: quæ dicitur esse in capite, quia potentia reconciliandi fuit in

Missio
Ely Dei.

Quod
fuit motus
descensus
Christi.

Quatuor
facta in
Christi
descensu

Caput
Christi
est diuinitas.

Sol est
Dei Filius.

Per iridem
notatur
reconci-

deitate, quæ est caput Christi. Est ergo sensus [& iris erat] id est, uirtus & potentia reconciliandi [in capite eius] id est, in deitate, quæ est caput Christi. Vel sic [iris erat] id est, clementia & pietas [in capite eius] id est, in intentione eius [& facies eius erat ut sol] Nota: Per faciem Angelij, Filij Dei incarnatio intelligitur. Nam sicut homo per faciem cognoscitur: sic ille per humanitatem assumptam. Item ut sol dicitur: quia sicut ille sol uisibilis Ortum habet & Occasum, & uisum Ortum post Occasum: sic Filius Dei ortum habuit in Natiuitate, occasum in pretiosissima morte. Item ortum in Resurrectione. Eccl. 1. Oritur sol, id est, Christus in natiuitate, & occidit in morte, & ad locum suum reuertitur in Resurrectione, quando ex Passione mortis rediit ad gloriam Resurrectionis. Et ideo dicitur [& facies eius] id est, assumpta humanitas [ut sol erat] id est, illuminans mentes hominum & inflammans [& pedes eius tanquam columna ignis] Nota: Per pedes Angeli Prædicatores intelliguntur. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, ut porter nomen meum, &c. Et sicut per pedes corpus portatu: sic per Prædicatores Christus. Item dicuntur Prædicatores columna: quia ædificium Ecclesie portant. Gal. 2. Iacobus & Cephas & Ioannes qui uidebatur columna esse, dexteram mihi dederunt. Psalm. 74. Ego confirmaui columnas eius: quod fuit, quando Spiritum sanctum misit in specie columbæ, & in gratia Dei sunt confirmaui Act. 2. Est ergo sensus [& pedes eius] id est, Prædicatores [tanquam columna ignis] quia Spiritu sancto accensis alios inflammannt ad amorem, & lucent per exemplum & doctrinam. I. an. 5. Erat Ioannes lucerna ardens & lucens.

Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistram autem supra terram: & clamauit uoce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua uoces suas, & ego scripturus eram.

Hic ostenditur, quod per ipsum facta est ueritatis manifestatio. Et dicuntur hic quatuor. Primo, quod per Christum obscuritas Scripturarum est reserata. Secundo, quod per ipsum est ubique manifestata [& posuit pedem suum] Tertio, quod prius ueritatem manifestauit [& clamauit] Quarto, quod ad similitudinem istius ordo Prædicatorum exiit ad prædicandum [& cum clamasset] Dicit ergo.

Et habebat in manu sua] Nota, quod Ioannes supra quinto capitulo uidit librum signatum sigillis septem, per quem uetus Testamentum significabatur plenum multa obscuritate, hic per librum apertum Nouum Testamentum significatur quod est apertum in manu Christi, id est, in eius operatione. Vnde sensus est [& habebat in manu sua] id est, in operatione sua & potestate [libellum apertum] id est, Nouum Testamentum: quod apertum dicitur, quia illa quæ latebant in Veteri Testamento secreta, in Nouo Testamento sunt

Uat. o ge-
nitus
humani.

Per fa-
ciem An-
geli, Filij
Dei in-
carnatio
intelligi-
tur.

Per pedes
Angeli
Prædica-
tores in-
telligun-
tur.

Quid per
librum.

aperta. Et (sicut dicit Beda) libellus appellatur: quia agit de Christi humanitate per quam uenit ad legis intentionem [& posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistram autem super terram] In quo signatur, quod ueritas Euangelij est diuulgata in mari & in terra. Et nota, quod per pedes dextrum firmiores Prædicatores, & per sinistram debiliores, per mare signatur gentilitas habens amaritudinem infidelitatis, per terram duritia Iudæorum quæ frequenter arata prædicatione Prophetarum, modicum fructum reddidit. Est ergo sensus [& posuit pedem suum dextrum] id est, firmiores Prædicatores [super mare] id est, super Gentiles qui erant magis rebelles [& sinistram] id est, minores Prædicatores [super terram] id est, Iudæam duram. Vel sic, per pedem dextrum signatur uita æterna, per sinistram poena æterna. Est ergo sensus [& posuit pedem suum dextrum supra mare] cum gentilitatem conuertit ad fidem, & ad beatitudinem disposuit [sinistram autem super terram] id est, Iudæos, cum propter sua scelera excacati permiserit. Rom. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret.

Nota: In his uerbis describitur Christus in nouem conditionibus quas debet Prælati habere. Prima est puritas, cum dicit [Angelum] I. an. 3. Qui de celo uenit, super omnes est. Secunda est charitas per quam dulciter & fortiter animam suam posuit, cum dicit [fortem] Cant. 5. Fortis est ut mors dilectio. Tertia est humilitas, cum dicit [descendentem] Philip. 2. Exipauit semetipsum, &c. Quarta, pietas & clementia, cum dicit [amictum nube] Eccl. 24. Thronus meus in columna nubis. Quinta est iustitia, cum dicit [& iris in capite eius] Psalm. 84. Iustitia ante eum ambulabit. Sexta sapientia, cum dicit [& facies eius sicut sol] Septima, affectionum recta ordinatio, cum dicit [pedes eius, &c.] Octaua, doctrinæ impletio [& habebat libellum in manu sua] Act. 1. Cœpit Iesus facere & docere. Nona, prædicationis discretio: quia alia & alia diuersis prædicauit: aliter Iudæis, aliter obedientibus, aliter inobedientibus [& posuit pedem dextrum]

Et clamauit uoce magna] Hic est tertium ubi dicit, quod prius prædicando ueritatem manifestauit. Dicit ergo [& clamauit] scilicet, Christus [uoce magna] id est, prædicatione aperte promittente magna, & comminante magna: promittente uitam æternam, & comminante poenam æternam. De primo I. an. 7. Siquis sitit, ueniat ad me, & bibat. De secundo Matth. 7. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, abscidetur, &c. [quemadmodum cum leo rugit] id est, audacter & terribiliter. Nota: Leo terret bestias omnes: sic Christus prædicando omnes malos homines. Nota: Quadruplex est clamor Christi. Primus in prædicatione. Psalm. 68. Laboraui clamans. Secundus in cruce. Matth. 27. Clamauit uoce magna eli. Tertius in Lazari suscitatione. I. an. 11. Hæc cum dixisset, uoce magna clamauit, &c. Quartus erit in iudicij discussione. I. an. 42. Vociferabitur, & clamabit super inimicos suos [& cum clamasset] Hic dicitur quod ad similitudinem Christi alij exierunt ad prædicandum. Vnde dicit [& cum clamasset] id est, cum Christus prædicasset & ueritatem manifestasset [locuta sunt septem tonitrua] id est, uniuersi Prædicatores, qui dicuntur septem, quia

Quadruplex
Christi
clamor.

septiformi Spiritu repletis tonitrua, quia terrorem cordibus incutebant. Vnde tonitruum dicitur tonus terræ uoces suas. Quasi diceret, non fabulas [& cum locuta fuissent septem tonitrua] id est, uniuersi Prædicatores uoces suas terribiles [scilicet] propter septem comminationes poenarum. Vna est carentia æternæ hereditatis. Alia, carentia uisionis Dei. Tertia, carentia Angelicæ societatis. Quarta, carentia glorificationis corporis & anime. Quinta, uermis ignis corrodens. Sexta, ignis extra affligens. Septima, sempiternus horror inhabitans Iob 10. Hic queritur, Quare dicit Christum clamare, & Prædicatores loqui? Responso. Quia eius est comminari, cuius est publicare, ideo dicitur Christus clamare comminando: Prædicatorum autem est exhortari, & cum modestia aliquantulum proponere [ego scripturus eram] id est, paratus scribere: quia ipse supra audierat, Quod uides, scribe in libro.

Et audiui uocem de celo dicentem mihi, Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: & noli ea scribere.

Hæc est secunda pars capituli, in qua ueritas Euangelij signari præcipitur, id est, sigillari. Vnde dicit.

Et audiui] id est, intellexi [uocem de celo] id est, inspirationem à Deo missam, uel admonitionem Angelicam [dicentem mihi, Signa] id est, sub sigillo claudere [quæ locuta sunt septem tonitrua] id est, uniuersi Prædicatores [& noli ea scribere] id est, infidelibus manifestare. Signa ergo ut inimicos lateant, & ut amicis pateant.

Et Angelus quem uidi stantem supra mare & supra terram, leuauit manum suam ad caelum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, qui creauit caelum & ea quæ in eo sunt: & terram, & ea quæ in ea sunt: & mare, & ea quæ in eo sunt, Quia tempus non erit amplius, sed in diebus uocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut Euangelizauit per seruos suos Prophetas.

Hæc est tertia pars, in qua introducitur Angelus asserens & annuntians mundi finem. Et dicuntur hic duo. Primo asserit mundo, quod cito erit. Secundo, quando erit [sed in diebus septimi Angeli] Dicit ergo.

Et Angelus quem uidi stantem supra mare] id est, Christus, qui est super gentilitatem [& supra terram] id est, super Iudæos [leuauit manum suam in caelum] Secundum Haymo. id est, humanitatem assumptam ad dexteram Patris eleuauit. Vel [leuauit manum suam] id est, habitum & gestum infantis accepit [& iurauit per uiuentem in secula seculorum] Haymo. id est, per Deum Patrem, quando ad eum omnia opera sua retulit. I. an. 14. Pater autem in me manens, ipse facit opera.

opera. Vel [iuravit] id est, firmiter statuit, & veraciter affirmavit. Et est contra hereticos qui dicunt quod non licet iurare [qui creavit] id est, de nihilo ad esse produxit [caelum] scilicet, empyreum [& ea quæ in eo sunt] id est, Angelos. Vel [caelum] sidereum scilicet [& ea quæ in eo sunt] scilicet, solem, & lunam, & sidera. Vel [caelum] aereum [& ea quæ in eo sunt] scilicet, aves. Vel [caelum] id est, animam [& ea quæ in ea sunt] id est, vires, virtutes, & huiusmodi [& terram] ad litteram [& ea quæ in ea sunt] scilicet, homines, arbores, bestias, & aves, & cetera huiusmodi. Vel [terram] id est, Ecclesiam [& ea quæ in ea sunt] scilicet, distinctiones personarum, dona gratiarum, & distributiones officiorum [& mare] id est, quamlibet congregationem aquarum [& ea quæ in eo sunt] id est, pisces. Vel [mare] id est, tribulationum amaritudinem [& ea quæ in eo sunt] id est, earum utilitatem [Quia tempus non erit amplius] Contra *Psalm. 30.* Et erit tempus eorum in secula. Responsio *Haymo.* Iustus tempus non erit: quia nulla mutabilitas in eis erit. Tempus autem est vicissitudo diei ac noctis. Sed malis erit tempus: quia semper mutabuntur. *Iob 24.* Ab aquis nivium transibunt ad calorem nivium. Quod ergo de iustis Dominus negat, hoc de iniustus *Psalm.* affirmat. Aliter tempus dupliciter accipitur: primo pro mensura motus primi mobilis, & sic non erit tempus, quia tunc stabunt firmamentum, & planetae, & huiusmodi. Secundo prout est mora motus rerum mutabilium, & sic erit tempus quoad malos in inferno, ut dictum est. Quod ergo dicitur in *Psalm.*, refertur ad malos: quod vero dicitur hic, refertur ad bonos qui erunt in stata & in omni quiete. Sensus ergo est [Quia tempus non erit amplius] id est, vanitas mutabilitatis non erit in beatis [sed in diebus vocis septimi Angeli] id est, in diebus ultimorum Prædicatorum prope tempus Antichristi [& cum cœperit tuba canere] *Haymo.* id est, cum cœperit sancta Ecclesia suam prædicationem diffundere [consummabitur] id est, perficietur, & implebitur [mysterium Dei] id est, quicquid modo later, siue sint præmia bonorum siue tormenta malorum [sicut evangelizavit per seruos suos Prophetas] quorum, sicut ait *Haymo.* omnis intentio fuit de Domini adventu, & seculi consummatione prophetare. Ideoque tunc perficitur quod ante prædictum est.

Et vox quam audiui de caelo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare & super terram.

Hæc est quarta principalis huius partis, in qua determinatur de tuba septimi Angeli, & est admonitio ad prædicandum. Et dicuntur quinque. Primo monetur Ioannes ad recipiendum Scripturam intelligentiam [Vade, & accipe librum] secundo eius effectus notatur ad accipiendum [Et abij ad Angelum] Tertio dicitur, quod sic eum accipiat, ut opere impleat [& dicit mihi] Quarto quod sic eam accipiat [& accipi librum] Quinto quod oportet adhuc prædicare Gentibus, & populis [oportet te iterum] Dicit ergo.

Et vox [vel [vocem] habet alij] [Et vox quam]

scilicet, vocem [audiui] Vox scilicet spiratio interna, vel admonitio Angelica [quam audiui] auditu interiori [de caelo] in quo notatur huius Angeli sublimitas [iterum loquentem mecum] id est, mihi desideranti. Vnde quia desiderium cordis est locutio qua anima loquitur Deo, & Ioannes desiderabat ista scire: ideo dicit [loquentem mecum] & non mihi, sed mecum in cordis secreto. Vel [dicentem] id est, præcipientem [Vade] *Glossa.* id est, Dei gratiam promerere [& accipe librum apertum] id est, Scripturæ intelligentiam quam Deus aperuit nascendo, pariendo, resurgendo, ascendendo. Hic liber est apertus bonis, malis vero signatus, si ut supra dictum est [Signa quæ locuti sunt, &c.] [de manu Angeli] id est, Christi, qui mysteria revelavit [stantis supra mare] id est, qui superavit omnes amaritudines Passionis [Et supra terram] id est, qui superavit omnes cupiditates huius mundi. Et dicitur [stantis] quia post Resurrectionem Christus regnat immortalis & impassibilis. Vel in hoc notatur quod ipse regnat super omnia, secundum illud *Psalm. 8.* Omnia subiecit sub pedibus eius.

Et abij ad Angelum, dicens ei ut daret mihi librum.

Hic est secundum ubi ostenditur affectus Ioannis ad accipiendum Scripturæ intelligentiam. Vnde dicit *Haymo.* Iubentis Dei nutum paratissimus sequitur Sanctorum affectus. *Iob 14.* Voca me, & ego respondebo tibi. Dicit ergo.

Et abij [scilicet] tanquam vere obediens [ad Angelum] id est, Christum, ad quem sicut dicit *Haymo.* non gressibus corporis, sed passibus mentis acceditur [dicens ei] *Glossa.* opere, & oratione [ut daret] gratis, non venderet meritis. *Math. 10.* Gratis accepistis, gratis date [mihi] scilicet parare recipere, obediens, & postulanti [librum] id est, Scripturarum intelligentiam. In quo notatur, quod oratione, & obedientia debet queri sapientia. *Iacob. 1.* Siquis indiget sapientia, postulet, &c.

Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.

Hic est tertium huius partis, ubi monetur Ioannes ut sic Scripturæ intelligentiam accipiat, ut eam opere impleat. Vnde dicit.

Et dixit mihi [scilicet, oranti, & obediens] [Accipe librum] id est, intelligentiam Scripturæ & officium prædicandi [& deuora illum] id est, auide & festinanter manduca, vel traha illum operando & inquirendo. Vel [deuora illum] memorie firmiter commendando. *Ambrosius.* Librum deuorare, id est, Scripturarum intelligentiam seclis visceribus recondere [& faciet amaricari ventrem tuum] scilicet, sensualitatem quæ mollis est & fragilis sicut venter, & est receptaculum prauorum desideriorum sicut venter fordium [sed in ore tuo erit dulce sicut mel] id est, tibi placebit cogitando, meditando, & prædicando *Psalm. 118.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua!

Et accipi librum de manu Angeli, & deuorauit

deuorauit illum: & erat in ore meo tanquam mel, dulce. Et cum deuorarem eum, amaricatus est venter meus.

Hic est quartum ubi dicitur, quod habuit intelligentiam sicut Angelus dixit ei. Vnde sensus est [Et accipi librum] id est, Scripturæ intelligentiam [de manu Angeli] id est, de dono & operatione Christi. Quasi diceret: Non ex merito, vel studio [& deuorauit illum] id est, cum auditate sumpsi. *Exech. 3.* Aperui os meum, & cibauit me illo volumine. Vel [deuorauit illum] id est, memoriz tradidi, & opere adimpleui [& erat in ore meo tanquam mel, dulce] scilicet, interiori, id est, in mente, vel exteriori, id est, in prædicatione. *Exech. 3.* Et factum est in ore meo quasi mel, dulce [Et cum deuorarem eum] id est, memoriz commendarem, & opere implesem. Nota: Tria verba proposita sunt hic: vade, accipe, deuora. Vade postulando: accipe, obediendo & intelligendo: & deuora, firmiter memoriz imprimendo [& amaricatus est venter meus] id est, mens mea de Sanctorum afflictione, & de contumementium damnatione, tempore Antichristi doluit ex compassione.

Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

Et dixit mihi [scilicet Angelus] Oportet te iterum [Nota, quod] Ioannes intelligentiam Scripturarum acceperat ut opere impleat: & ideo dicit Angelus, quod licet sit modo in carcere, quia erat in exilio: tamen oportet adhuc ipsum prædicare. Quod ergo dicitur hic, intelligitur de persona beati Ioannis, qui cum in exilium esset relegatus, recepit consolationem de promissa liberatione, & restituenda sibi prædicatione. Et dicuntur duo hic. Primo dicitur, quod oportet eum adhuc prædicare. Secundo ostenditur modus prædicandi [& datus est mihi calamus] *infra 11.* Dicit ergo [Oportet te iterum prophetare] id est, prædicare, vel futura prædicare mala quæ vidisti. Et dicit iterum, quia hoc iam fecerat antequam esset in exilium missus [populis] diuersis nationibus [& Gentibus, &c.]

Questio. Hic queritur, Quomodo hoc est verum quod prædicauerit regibus multis, &c. cum postea non exiuerit de Asia? Responsio. Scripto prædicauit multis regibus, & verbo Gentibus, & populis: & rediens de exilio, Asiam corruptam inuenit, & hæresibus vitiatam. Vnde indico siue indulto triduo ieiunio Euangelium scripsit, ubi veritatem manifestando, hæreses destruxit. Vel potest dici, quod illud dicitur de Prædicatoribus victimi temporis: quia in fine per prædicationem libere & sine vlla contradictione exercituum conuertentur reliquæ Israël, sicut dicitur *Isa. 10.* Dicit ergo [Oportet te iterum] scilicet Antichristo mortuo [prophetare] id est, ad ædificationem hominum occulta prædicare [populis, & Gentibus, & linguis, & regibus multis] *Math. 24.* Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso mundo, in testimonium omnibus gentibus. Tunc veniet consummatio.

Hic sunt dubitabilia. Primo dubitatur super illo verbo [Et vidi alium Angelum] Contra *Christum Habac. 3.* Ibi abscondita est fortitudo eius, &c. Responsio. Abscondita est in hoc quod fuit mortuus: sed fortis apparuit, cum mortem mortens superavit: fortior, cum à morte virtute propria resurrexit: fortissimus, cum per mortem demones deiecit, & de limbo Sanctos extraxit. *Zach. 11.* Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti victos de lacu in quo non erat aqua.

Secundo queritur super illo verbo [Et posuit pedem dextram supra mare, sinistram autem supra terram] Quare hoc fecit? Responsio *Haymo.* Deus omnipotens fortiora membra super fluctus maris, infirmiora vero super soliditatem terræ constituit.

Tertio queritur super illo verbo [Signa quæ locata sunt septem tonitrua: & noli ea scribere, &c.] Contra: *Supra 1.* quæ vides, scribe in libro. Item, *Infra ultimo.* Ne signaueris verba prophetiæ huius. Responsio. Talia sunt signanda, & etiam aperienda: signanda sunt vel claudenda infidelibus & malis, reuelanda sunt bonis. Propter primum dicitur hic [Signa quæ locata sunt, &c.] propter secundum *infra ultimo* [Ne signaueris, &c.]

Quarto queritur super illo verbo [Et iuravit per viventem in secula seculorum] Contra: Deus prohibet iurare. *Math. 5.* Nolite iurare omnino: sed non debet facere quod prohibet. Responsio *Bedæ.* Angelus per viventem in secula iurat, dum Christus in nomine Patris veniens incommutabili veritate sua dicta confirmat. *Haymo* alter soluit, dicens: Homines recte iurate prohibentur, qui sepe in iuramento falluntur. Ipse vero qui est veritas, nunquam fallitur, & ideo potest iurare qui falli non potest. Iuramentum autem eius est omnis sermo ipsius: quia quicquid loquitur, absque vlla ambiguitate complectitur.

Quinto queritur super illo verbo [Vade & accipe librum apertum, &c.] Contra: *Lucæ ultimo.* Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas, &c. ergo tunc Ioannes accepit librum apertum. Quid est ergo quod dicitur nunc accipere hic? Responsio. Hic dicitur Ioanni in persona Prædicatorum futurorum, qui nondum acceperant officium prædicandi, sed erant accepturi. Vel hoc dicitur Ioanni hic ut librum accipiat, id est, resumat officium prædicationis quod propter exilium intermiserat.

CAPVT XI.

Et datus est mihi calamus similibus virgæ: & dictum est mihi, Surge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

¶ VERA promissum est beato Ioanni, quod oportet eum iterum prædicare. Hic ostenditur modus prædicationis sue. Et tanguntur tria quæ sunt necessaria Prædicatori. Primum est collatio scientiæ [Et datus est mihi] Secundum exercitatio in prædicatione [Surge]

[Surge] Tertium discretio in prædicationis prolatione [Et me in templum] Dicit ergo.

Et datus est mihi] In quo notatur quod scientia datur à Deo. Sapient. 9. Da mihi Domine scientiam tuam alitricem sapientiam [Calamus] id est scientia factæ Scripturæ, quæ per calamum bene intelligitur, quia sicut calamo scribitur, sic per Scripturam factæ scientiæ & prædicationem eius, in corde hominis fides & amor Dei cum cæteris virtutibus inseruntur. Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

Psalm. 44. Lingua mea calamus scribæ. Scriba est Spiritus sanctus: lingua Prædicatoris est calamus, qui loquitur Spiritus sanctus. Math. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et sicut non laudatur calamus de bona litera, sed scriptor: sic non debet laudari de bona prædicatione Prædicator, sed Spiritus sanctus. Item comparatur calamo propter mensuram: quia sermo Scripturæ debet esse secundum capacitatem auditorum.

Scriptura comparatur calamo & virgæ.

Ezechiel. 4. Calamus mensuræ datus est in manu eius. Item propter rectitudinem. Proverb. 8. Recti sunt sermones mei & æqui inveniuntibus scientiam. Iste autem calamus non est inanis, sed [similis virgæ] Glossa. Sceptro, quia reges constituitur.

Proverb. 18. Per me reges regnant, &c. Nota: Virgæ dicitur similis, quia promittit regnum obferuantibus. Mat. 5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Item propter flexibilitatem in omnibus bonis expositionibus.

2. Timoth. 4. Omnis Scriptura diuinitus inspirata utilis est, &c. Item propter officium regendi. Hac enim suas oues regunt Prælati. Psalm. 44. Virga directionis virga regni tui. Item propter officium corrigendi. Proverb. 12. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina, &c. Item propter auctoritatem prædicandi [& dictum est mihi, Surge] scilicet, ad prædicationis officium, & ne iaceas in viis peccatorum [& metire] Hic tangitur de discretione prædicandi. Et primo dicitur, quod bonis est prædicandum. Secundo, quod malis est subtrahendum [Atrium autem] Dicit ergo.

Et metire templum Dei] id est, Ecclesiam. 1. Corinth. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos [& altare] id est eminentiores in Ecclesia, vel seculo tenuitantes [& adorantes in eo] id est, templo, scilicet, Patrem in spiritu & veritate Ioan. 4. Vel per templum intelligitur Ecclesia, per altare penitentes & carnem mortificantes, per adorantes contemplatiui & spirituales. Quasi diceret: Prædica unicuique secundum suam capacitatem & statum, simplicibus simplicia. 1. Corinth. 3. Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam. Maioribus maiora. 1. Corinth. 3. Sapientiam loquimur inter perfectos. Vel aliter [metire templum] id est, Ecclesiam triumphantem. Psalm. 28. In templo eius omnes dicent gloriam [& altare] id est, Christum, super quem oblationes Ecclesie offeruntur. Exod. 20. Altare de terra facietis mihi [& adorantes in eo] id est, omnes fideles. Et nota, quod inter adorantes & templum ponitur Christus, ad signandum quod Ecclesia militans per Christum coniungitur triumphanti, & conuerso. Vnde etiam dicitur mediator. Sensus ergo est [metire templum] id est, contemplare bonorum gaudia, & aliis prædica [& altare] id est, Christum, prædicando quæ de eo

sunt credenda [& adorantes in eo] id est, multitudinem fidelium, quæ est ex omni gente congregata. Vel [adorantes in eo] id est, ostende qualiter fideles debent adorare.

Atrium autem quod est foris templum, eice foras, & ne metiaris illud.

Hic dicuntur tria. Primo, quod falsi fratres de Ecclesia eiciendi sunt. Secundo, quod non est eis prædicandum [& ne metiaris] Tertio redditur causa horum [Quoniam datum est] Dicit ergo.

Atrium autem id est, peccatores [quod est foris templum] id est, extra Ecclesiam merito, qui per atrium signantur, quia atrium adhæret Ecclesie, & tamen extra est: sic mali Christiani adhærent per fidem, & tamen per peccatum extra manent. Item atrium terra sancta est, & tamen ponuntur ibi cadavera: sic isti per baptismum sanctificati, & tamen peccatis pleni [atrium autem quod est foris templum, eice foras] Hymno. Quomodo potest foras eici, quod interius non est? Responso.

Hoc genus locutionis tale est, quale illud. Deleantur de libro viuentium, id est, non scribantur in eo. Ita etiam hic [atrium eice foras] id est, noli computare intus [eice foras] id est, prædica eiciendos foras & damnandos. Vel [eice foras] Glossa, excommunicando ostende esse foras. Hæc eiectione signata est in eiectione ancillæ Genes. 16.

Gal. 4. Fice ancillam & filium eius [& ne metiaris eum] Nota: Dicit eum ratione significati, non significantis. Quasi diceret. Subtrahere eis beneficium prædicationis omnino, sicut dicit Glossa.

Quoniam datum est Gentibus, & Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.

Hic redditur causa. Et dicuntur tria. Primo, quod reprobi qui sunt in Ecclesia sociabuntur Gentibus in vltimis temporibus. Secundo, quod cum eis opprimunt Ecclesiam quadraginta duobus mensibus [& Ciuitatem sanctam] Tertio promittitur Ecclesie ad consolationem, duorum Prophetarum testimonium siue aduentus [& dabo duobus testibus] Dicit ergo.

Et ne metiaris quoniam datum est] scilicet, atrium, id est, mali Christiani [Gentibus] scilicet, in societatem peccatorum, & morum. Psalm. 105. Commixti sunt inter Gentes [& Ciuitatem sanctam] id est, Ecclesiam. Psalm. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei [calcabunt] id est, opprimunt, licet non comminuant. Hymno. Sicut si lex tanto magis eliminatur, quanto magis calcatur: sic sancta Ecclesia ex persecutione perfidorum reductior redditur & luculentior [mensibus quadraginta duobus] id est, tribus annis, & dimidio: tantum enim regnabit Antichristus. Et sicut populus Israël quadagesima mansione peruenit in terram promissionis Num. 33: & tamen ab aduersariis sustinuit multa, id est, mala in præcedentibus mansionibus: sic Ecclesia perueniet ad terram viuentium post persecutiones quas sustinebit diebus illis. Aliter per numerum istum signatur totum

Quid per atrium

Quæstio

totum tempus vite præsentis: & hoc propter sex ætates mundi, & septem dies quibus omne tempus voluitur. Sexies septem xliij, faciunt. Et dicuntur menses propter defectum vite præsentis, quæ tota est in defectu. Vnde per xliij, menses signatur omne tempus quo impij Ecclesiam calcant siue conculcant, & bonos persequuntur, quod significatum fuit in persecutione Esau contra Iacob Genes. 27. & Cain contra Abel, & Saul contra Dauid, & Iudæorum contra Christum.

Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta.

Hic est tertia pars istius partis, in qua ad consolationem Ecclesie promittitur aduentus duorum Prophetarum, ne terneret audita scruitia præuorum. Et diuiditur hæc pars in quatuor. In prima agitur de eorum prædicatione, & prædicationis commendatione. In secunda de eorum potestate [hi habent potestatem] In tertia de eorum morte & passione [& cum fuerint testimonium] In quarta de eorum gloria & resurrectione [& post tres dies] In prima parte tangitur eorum prædicatione. Secundo quædam quibus commendatur illa prædicatione [amiciti faccis] In prima tanguntur tria. Primo, præmium testium [& dabo duobus] Secundo, iniuncti officij exercitium [& prophetabunt] Tertium tempus exercendi officium [diebus mille] Dicit ergo.

Aduentus Henoch & Elie

Etiam

Henoch

Et dabo] non dicit quid, ad signandum illud esse ineffabile quod dabit [duobus testibus meis] scilicet, Henoch & Elie, & in hoc notatur sufficientia testium. Math. 18. In ore duorum aut trium testium. Vel [duobus] dicit, quia testimonium prehibebunt Christo de duobus, scilicet, quod sit Deus, & homo. Vel de duobus, scilicet de Christi magnitudine, & Antichristi reprobatione. Vel quia duobus suum testimonium confirmabunt, scilicet de Nouo, & Veteri Testamento. Vel de duobus, hoc est, de penis malorum, & de præmijs bonorum. Vel secundum Hymno, duo testes dicuntur propter duo genera martyrij: vnum in mente, alterum in carne. Nota: Quod Elias sit vnus ex his testibus, habetur expresse Malach. 4. Ecce ego mitram vobis Eliam ut conuertat corda patrum ad filios. Sed vnde habetur, quod Henoch sit alius. Forte habetur ex hoc quod transatus est. Genes. 5. Et Henoch ambulauit cum Deo, & non comparuit, quia tulit illum Deus. Aliqui tamen dixerunt, quod Moyse erit ille alter, quod conuincunt ex hoc quod Deus apparuit tribus Discipulis cum Moyse, & Elia Math. 17. Tamen communiter concordant Sancti, quod ille sit Henoch [& prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta] id est, prædicabunt tribus annis, & dimidio, sicut dicit Glossa. Contra: Alia Glossa dicit, quod dies non faciunt tres annos, & dimidium: ideo quia deficient xxxi. dies. Responso. Isti prædicabunt quanto tempore Christus prædicauit. Non enim prædicauit tribus annis, & dimidio integre: quia pro dimidio anno computatur tempus illud quod est ab Epiphania vsque ad Pascha: & hanc solutionem innuit Glossa illa. Prædicabunt tribus annis, & dimidio, sicut & ipse Christus prædicauit. Vel potest dici, quod Scriptura non facit vim de minimis, propter quod

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

per prædictum numerum intelligitur tres anni, & dimidius: est numerus ille non perficiat totaliter tantum tempus, quia posito maiori non fit vis de minori.

Amicti faccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.

Hic tanguntur quedam quæ prædicationem illorum præcedunt commendabilem. Primum est deiectione & humilitas exterior [amiciti faccis] Secundum, vinctio interior [hi sunt duæ oliuæ] Tertium est veritatis manifestatio [& duo candelabra] Quartum, ordinata intentio [in conspectu Domini terræ] Quintum, constans veritatis confessio [& si quis voluerit] Dicit ergo.

Henoch & Elie in multis commendantur

Sacrum

Oliua

Candelabra

Amicti faccis] id est, vilibus pannis. Hymno. quia penitentiam quam prædicabunt ore, etiam habitu ostendent. Vel [amiciti faccis] id est, reputatione utilitatis & miserie eorum. Quasi dicat. Viles & miseros reparari permittam [hi sunt duæ oliuæ] Glossa. Spiritu vincti quantum ad donum geminæ charitatis, scilicet, Dei, & proximi: quæ per oleum signatur, quia sicut oleum alijs liquotibus superferatur, ita charitas alijs virtutibus præeminet [& duo candelabra] Glossa. dantes lumen vite alijs Math. 5. Vos estis lux mundi. Vel [duo candelabra] scilicet, lumen fidei habentes, & alios illuminantes. Nota: Dicuntur oliuæ per charitatem, candelabra per fidem, stantes per spem [in conspectu Domini terræ stantes] Glossa. quod Deo placet attendentes. Vel [stantes in conspectu] per contemplationem: vel erecti & firmi per spem [& si quis voluerit nocere illis] id est, à bono proposito reuocare [ignis exiet de ore ipsorum] id est, scientia spiritualis, quæ dicitur ignis propter suam virtutem. Vel [ignis] id est, prædicatione ignita [exiet de ore eorum] scilicet, quasi de fornace accensa. Eccli. 48. Surrexit Elias sicut ignis: & verbum illius quasi facula ardebat [& deuorabit inimicos eorum] id est, impotentes reddet eos ad resistendum. Quid. Conuertet eos, ita quod non poterunt resistere. Vel [deuorabit] Glossa. damnabit, id est, damnandos & deuorandos esse ostendet. Job 20. Deuorabit eum ignis qui non succenditur [& si quis] ut Antichristus, vel alius [voluerit eos lædere] scilicet morte corporali occidere [sic] id est, simili sententia. Glossa. vel spiritali simili sententia [oportet eum occidi] id est, occisione condemnari. Isa. 11. Spiritu oris sui interficiet impiam, &c.

Amicti faccis] id est, vilibus pannis. Hymno. quia penitentiam quam prædicabunt ore, etiam habitu ostendent. Vel [amiciti faccis] id est, reputatione utilitatis & miserie eorum. Quasi dicat. Viles & miseros reparari permittam [hi sunt duæ oliuæ] Glossa. Spiritu vincti quantum ad donum geminæ charitatis, scilicet, Dei, & proximi: quæ per oleum signatur, quia sicut oleum alijs liquotibus superferatur, ita charitas alijs virtutibus præeminet [& duo candelabra] Glossa. dantes lumen vite alijs Math. 5. Vos estis lux mundi. Vel [duo candelabra] scilicet, lumen fidei habentes, & alios illuminantes. Nota: Dicuntur oliuæ per charitatem, candelabra per fidem, stantes per spem [in conspectu Domini terræ stantes] Glossa. quod Deo placet attendentes. Vel [stantes in conspectu] per contemplationem: vel erecti & firmi per spem [& si quis voluerit nocere illis] id est, à bono proposito reuocare [ignis exiet de ore ipsorum] id est, scientia spiritualis, quæ dicitur ignis propter suam virtutem. Vel [ignis] id est, prædicatione ignita [exiet de ore eorum] scilicet, quasi de fornace accensa. Eccli. 48. Surrexit Elias sicut ignis: & verbum illius quasi facula ardebat [& deuorabit inimicos eorum] id est, impotentes reddet eos ad resistendum. Quid. Conuertet eos, ita quod non poterunt resistere. Vel [deuorabit] Glossa. damnabit, id est, damnandos & deuorandos esse ostendet. Job 20. Deuorabit eum ignis qui non succenditur [& si quis] ut Antichristus, vel alius [voluerit eos lædere] scilicet morte corporali occidere [sic] id est, simili sententia. Glossa. vel spiritali simili sententia [oportet eum occidi] id est, occisione condemnari. Isa. 11. Spiritu oris sui interficiet impiam, &c.

Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ illorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint.

Hic agitur de potestate eorum, & determinatur potestas eorum in tribus, scilicet, in clausione cæli

Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ illorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint.

Hic agitur de potestate eorum, & determinatur potestas eorum in tribus, scilicet, in clausione cæli

Hic agitur de potestate eorum, & determinatur potestas eorum in tribus, scilicet, in clausione cæli

Hic agitur de potestate eorum, & determinatur potestas eorum in tribus, scilicet, in clausione cæli

Hic agitur de potestate eorum, & determinatur potestas eorum in tribus, scilicet, in clausione cæli

cæli ne pluat super terram. In conuersione aquarum in sanguinem [& potestatem habent] In percussione terræ per plagam multiplicem [& percutere terram] Dicit ergo.

Hi habent potestatem claudendi cælum [ad libram [ne pluat tempore prophetiæ ipsorum] scilicet per tres annos fere , & dimidium . Hoc fuit figuratum 3. Reg. 17. vbi ad preces Eliæ clausum est cælum ne daret pluuiam tribus annis & sex mensibus [& potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem] ad literam , sicut legitur factum in Ægypto Exod 7. [& percutere terram omni plaga] sicut Moyses percussit Ægyptum , donec filios Israel educeret de Ægypto . Sed quia non legitur , quod isti debeant vti potestate ista tempore Antichristi : ideo non debet hic attendi sensus literalis , sed spiritualis . Vnde dicit [Hi habent potestatem claudendi cælum] id est , Scripturam , quæ sicut dicit Gloss. celat nobis arcana . Est ergo sensus [habent potestatem claudendi] scilicet indignis [cælum] id est , Scripturæ intelligentiam [ne pluat] scilicet pluuiam doctrinæ propter indignitatem terræ [diebus prophetiæ ipsorum] id est , tempore prædicationis eorum : verumtamen hoc cælum aperient electis , & prædicabunt eis [& potestatem habent super aquas] id est , super pluuiam quæ de cælo Scripturæ stillat [conuertendi eas in sanguinem] Gloss. in peccatum Nota : Aqua conuertitur in sanguinem , quando sacra Scriptura conuertitur reprobis in damnationem : quod fit duobus modis : vel cum audiri contemnitur , vel cum audita non impletur opere . *Iac. 4.* Scienti bonum facere , & non facienti , peccatum est illi . Vel etiam cum audita male intelligitur , & peruertitur . Vel sic [habent potestatem super aquas] id est , mentes humanas [conuertendi eas in sanguinem] id est , in fidem passionis & martyrii amorem . Vel doctrinas falsorum doctorum [conuertendi eas in sanguinem] id est , ostendendi eas falsas , & peruersas [&] supple. habent potestatem] percutere terram] id est , terrenos , qui dicuntur terra propter nimium amorem terrenorum [omni plaga] id est , vniuersitate peccatorum [quotiescunque voluerint] quia in potestate eorum est infidelibus prædicare , quando voluerint , & ostendere illis peccatorum suorum penas , vt conuertantur si voluerint : si noluerint , damnentur . *Luc. 10.* Seruus sciens voluntatem Domini sui & non faciens , plagis vapulabit multis .

Et cum finierint testimonium suum : bestia quæ ascendit de abyssu , faciet aduersus eos bellum , & vincet illos , & occidet eos . Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ , quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus , vbi & Dominus eorum crucifixus est . Et videbunt de tribubus , & populis , & linguis , & Gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium : & corpora eorum non sinent poni in monumentis . Et inhabitantes terram gaudebunt super illos , & iocundabuntur : & munera mittent inuicem , quoniam

hi duo Prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram .

Hic agitur de morte eorum : & dicuntur quinque . Primo manifestatur tempus mortis . Secundo , actor [bestia] Terrio , ordo facti [faciet aduersus illos] Quarto , locus necis [& corpora eorum] Quinto , gaudium de morte eorum [& videbunt] Dicit ergo .

Et cum finierint testimonium suum] id est , suam prædicationem in qua testimonium perhibebunt Christo [bestia] id est , Antichristus , qui sic dicitur propter irrationabilitatem , bonorum vastationem , & ferocitatem , *Dan. 7.* Aspiciet bestiam , & ecce bestia quarta terribilis , atque mirabilis , &c. [quæ ascendit] Gloss. ad regnum [de abyssu] id est , de ludæis excæcatis : quia de tribu Dan nascetur . *Genes. 49.* Fiat Dan coluber in via . Vel [de abyssu] Gloss. per tenebrosos : quia per tales exaltabitur . Vel [de abyssu] id est , de profunda & occulta cordis malitia in opus exibat . Primo enim bonus apparebit : vnde hypocritæ & tyranni ponent eam in regno [faciet aduersus eos bellum] scilicet , corporale & spirituale , sicut dicit *Haym.* exhibebit tormentorum cuncta gênera , quæ in præcedentibus martyribus sunt adimpleta , conabitur doctrinis superare , exhibebit doctia , promittet dulcia , adhibebit falsa miracula . vnde faciet bellum comminando , blandiendo , disputando , promittendo , miracula faciendo [& vincet illos] non verbis superando , sed interficiendo . Vel vincet illos secundum opinionem vulgi [& occidet illos] Gloss. corporaliter [& corpora eorum iacebunt in plateis] scilicet sine honore sepulturæ , vt qui viderint eos , timeant illos imitari [ciuitatis magnæ] id est , Ierusalem , quæ dicitur magna : vel propter multitudinem ædificiorum , vel propter multitudinem peccatorum . *Jerem. 6.* Hæc est ciuitas visitationis , omnis calumnia in medio eius [magnæ] Gloss. olim in virtutibus , modo in malitia . Et dicit [in plateis] quia in plateis interficientur : vel quia de vna platea transferentur in aliam , vt homines videntes illos timeant imitari [quæ spiritualiter vocatur Sodoma] quia muta à laude Dei . Vel propter abominaciones quæ fiunt ibi , propter quas Sodoma comparatur . *Isa. 1.* Audite verbum Domini principes Sodomorum , &c. [& Ægyptus] id est , tenebrosa , & sine cognitione Dei . *Sapient. 17.* Vna catena tenebrarum omnes erant colligati [vbi & Dominus eorum] id est , Christus , qui Dominus dicitur & iure creationis , & redemptiois , eorum , scilicet Heaech , & Eliæ [crucifixus est] in se corporaliter . *Iohn. 19.* Prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus . Vel in suis membris spiritualiter . *Matth. 24.* Quod vni ex minimis meis fecistis , mihi fecistis [& videbunt] scilicet , quidam oculis , quidam fama [de populis , & tribubus , & linguis , & Gentibus] id est , multi de istis [corpora eorum per tres dies & dimidium] scilicet , iacere super terram : quod fiet , vt magis terreantur homines ne eis acquiescant . Sed quare permittit Dominus , vt tam crudeliter & inhumane tractentur ? Responso . Vt maior sit eorum gloria , & vt euidentior eorum resurrectio fiat : quia si sepulti essent , non esset ita clarum de eorum resurrectione [& corpora eorum non sinent poni in monumentis] Gloss. ne eorum memoria habeatur ,

Claude-
re ca-
lum.

Aqua
conuer-
tur in
sangu-
inem.

Anti-
christus
dicitur
bestia.

Abyssus.

Duplex
bellum.

Ieru-
salem
dicitur
ciuitas
magna.

Sodoma.

Ægy-
ptus.

Questio.

habeatur, vel alij magis terreantur. Nota: Corpora eorum plus iacebunt super terram, quam Christus in sepulchro: sic ostendatur quod mors non tantam habuit potestatem super Christum, quantum in ipsis [& inhabitates terram, gaudebunt super illos] gaudio interiori [& iocundabuntur] letitia exteriori. *Gloss.* Iustorum afflictio, impiorum est epulatio [& munera mittent inuicem] Ad literam in signum gaudij: putabunt enim se bonos, illis occisis qui vitam eorum contradicebant [quoniam hi duo Prophete] scilicet, Henoch, & Elias [cruciauerunt eos] scilicet, malos, damnationem eorum predicando, & ita erunt eis odiosi: vel malicia eorum contradicendo. *Sapient. 2.* Grauis est nobis ad videndum. Vel audacter corripiendo. *Proverb. 15.* Non amat pestilens eum qui se corripit] qui habitant super terram] id est, terrena amantes quae illi contentiebant.

Et post dies tres & dimidium, spiritus vitae a Deo intravit in eos: & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos.

Hic est quarta pars in qua agitur de resurrectione & gloria eorum. Et primo de resurrectione. Secundo de gloria [& audierunt vocem] In prima tangitur primo resurrectionis tempus. Secundo resurrectio [Spiritus vitae a Deo]. Tertio eius manifestatio [& steterunt] Quarto, videntibus timoris incussio [& timor magnus] Dicit ergo.

Et post tres dies & dimidium] id est, post tres annos & dimidium post mortem Antichristi: sic sumitur dies pro anno: & sic intelligunt illud de generali resurrectione: sed probabilius videtur, quod quarto die resurgant a sua interfectione, sicut alij exponunt [spiritus vitae] id est, anima corpus vivificans [a Deo] scilicet missus, vel virtute divina [intravit in eos] *Hym.* Non alienus spiritus ingreditur in eos: sed unusquisque homo animam suam recipiet [& steterunt super pedes suos] id est, stabunt immortales, & impassibiles, ut dicit *Gloss.* [& timor magnus] scilicet, ex perspecta eorum resurrectione, vel infernalis poenae [cecidit super eos] id est, cadet sicut pondus optimens [qui viderunt eos] id est, videbunt tam gloriose resurrectisse. Hic queritur, Quomodo videbunt oculis non glorificatis corpora glorificata? *Responsio Gregor.* in homilia Paschali. Corpus glorificatum palpabile est per veritatem naturae, subtile vero per effectum spiritualis potentiae. Vnde possunt uti palpabilitate vel subtilitate ad voluntatem spiritus. Tamen quidam dicunt, quod hoc est per miraculum.

Et audierunt vocem magnam de caelo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in caelum in nube: & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terrae motus magnus: & decima pars civitatis cecidit: & occisa sunt in terrae motu nomina hominum septem millia, & re-

D. Alb. Mag. in Apocalypsum.

liqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo caeli. Vt secundum abiit: & ecce vix tertium veniet cito.

Hic agitur de gloria eorum, & primo notatur vocatio eorum ad susceptionem coronae. Secundo, susceptio [& ascenderunt] Tertio, ex visione reproborum afflictio [& viderunt illos] Dicit ergo.

Et audierunt] scilicet, Henoch & Elias [vocem magnam] id est, magnae potestatis indicatam. *Psal. 67.* Dabit voci suae vocem virtutis. Vel [magnam] id est, omnibus audibilem [de caelo] id est, de Christo, vel Archangelo, ut dicit *Glossa.* [dicentem] *Gloss.* id est, hoc operantem [illis] scilicet, Henoch & Eliae [Ascendite huc] id est, vos qui fuistis in descensu humilitatis ad sublimationem gloriae & societatem Sanctorum [& ascenderunt] scilicet in medio hominum impiorum [in caelum] empyreum [in nube] scilicet eos obumbrante & malos terrente, sicut Christus *Ab. 1. 1. Thess. 4.* Rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera [& viderunt illos inimici eorum] ut sic qui gaudebant de morte, magis doleant de glorificatione. *Sapient. 5.* Videntes turbabuntur timore horribili, &c. [& in illa hora] scilicet ascensionis illorum, vel statim post [factus est terrae motus magnus] ad literam. *Luc. 21.* Terrae motus magni erunt. Vel [terrae motus magnus] id est, terrenorum commotio [& decima pars civitatis cecidit] Per civitatem intelligitur gaudium paradisi, de quo corruerunt Angeli, & facti sunt damnationes: & cum essent novem ordines Angelorum, tot ceciderunt de ipsis quod posset fieri ordo decimus. Vel [decima pars civitatis] id est, omnes reprobi qui transgressi sunt decalogum [cecidit] id est, cadet in infernum, & irreparabiliter. Vel [cecidit] *Gloss.* in poenas, vel de Ecclesia [& occisa sunt] scilicet morte prima culpa, & secunda poenae [in terrae motu] scilicet supra dicto. *Gloss.* omnino in infernum detrah, & poenae non respiciunt [nomina hominum septem millia] id est, omnes reprobi. *Gloss.* Omnes perfecti in malitia. Per nomen mali, per septem universi, per mille perfecti: unde omnes septem peccatis irretiti. Et dicit [nomina] quia mali tantum habent nomen, non rem. *Supra 3.* Nomen habes quod vitas, & mortuus es [& reliqui] id est, Sancti [in timorem missi sunt] id est, reverentiam Dei. *Psal. 18.* Timor Domini sanctus, &c. Vel [in timorem] ne cadant in peccatis. *1. Corinth. 10.* Qui se existimat stare, videat ne cadas [& dederunt gloriam Deo caeli] id est, agentes gratias de evasione poenarum, de exaltatione humilium, de depressione superbiorum. *Luc. 1.* Magnificat anima mea Dominum, &c. Quare? quia deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Vel [dederunt gloriam Deo caeli] *Gloss.* nihil sibi appropriantes. *Psal. 43.* Non nobis Domine, non nobis [Vt secundum] id est, tribulatio inferenda Sanctis tempore Antichristi [abiit] in narratione. Vel [abiit] id est, transibit celeriter [& ecce vix tertium] id est, paucis & tribulatio iudicij futuri [veniet cito] quia post mortem illorum instabit iudicium.

Et septimus Angelus tuba cecinit: & facta

& facte sunt voces magnae in caelo, dicentes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabunt in secula seculorum. Amen. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus noster omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui venturus es.

Hic determinatur de septima tuba, quae secundum Bedam iudicium signat quo Deus mercedem suis reddet & poenam reprobis. Et dicuntur duo hic. Primo ostenditur de manifestatione regni Christi Sanctorum exultatio. Secundo, maiorum Sanctorum de aduente iudicij gratiarum actio [& viginti quatuor seniores] Dicit ergo.

Et septimus Angelus [id est, septimus ordo Prædicatorum [tuba cecinit] id est, canet, vel prædicabit. Sed quæritur hic, Cum in diebus septimi Angeli fiet consummatio mundi, sicut dictum est supra 10. quomodo dicitur tuba canere, id est, prædicare: Hymno. Dicitur septimus Angelus tuba canere, non iam populis prædicans, sed in conspectu sui Creatoris consistens, misericordiam & iudicium decantans. Psalm. 100. Misericordiam & iudicium, &c. [& facte sunt voces magnae] quia de rebus magnis magnum exoritur desiderium & gaudium [in caelo] id est, Ecclesia electorum, quæ dicitur caelum propter altitudinem vite, lumen, notitiam virtutum, distinctionem diuersarum gratiarum, sicut caelum stellis est distinctum [dicentes. Factum est] scilicet, per manifestationem quod prius per veritatem erat. Sicut enim dicit Amb.

Tunc dicitur res fieri, quando innotescit regnum huius mundi [scilicet, cui hostis antiquus prius videbatur dominari. Ioan. 14. Venit princeps huius mundi, &c. Nota, quod mundus tripliciter accipitur. Primo pro mundi fabrica, cuius Deus est creator. Ioan. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Secundo, pro vniuersali Ecclesia cuius Deus saluator. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. Tertio, pro seculi concupiscentia, cuius diabolus est rector. Ioan. 2. Nolite diligere mundum. &c. [Dei nostri & Patris & Christi eius] id est, Filij, cui data est omnis potestas in caelo & in terra Math. ultimo. Ab his non separatur Spiritus sanctus: quia trium est vnum regnum, & vna potestas: ad quod innuendum dicit singulariter [& regnabit in secula seculorum] id est, in æternum. Aliqui habent, Amen, sed non est de textu [& viginti quatuor seniores] id est, omnes Prædicatores, qui viginti quatuor dicuntur propter patres Veteris & Noui Testamenti [& viginti quatuor seniores] Gloss. non tantum minores ita glorificabant Deum, sed & maiores [qui in conspectu Dei sedent] scilicet, vt iudices. Gloss. id est, iudicant quod est in presenti. Vel sic [qui in conspectu Dei sedent] id est, quorum facta à Domino approbantur [in sedibus suis.] Vel sic [qui in conspectu Dei sedent] id est, qui ad rem semper attendunt quod Deo placet. Hym. In cunctis quæ agunt Deum sibi presentem attendunt, in conscientijs, vel officijs suis. Vel [sedent] id est, sedebunt [in

Quæstio.

Mundus accipitur tripliciter.

sedibus suis, in potestate iudicaria secundum Hym. 3. quæ thronus dicitur. Et Matib. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim [& ceciderunt in facies suas] id est, humiliauerunt se, omnia illi attribuendo à quo se talia posse præsumunt. Vel [ceciderunt in facies suas] id est, intus facies suas considerantes, se humiliauerunt [& adorauerunt Deum] reuerentiam exhibendo [dicentes] corde, ore, & opere [Gratias agimus tibi cui soli debetur honor & gloria. i. Tim. ultimo. Regi seculorum immortalis, &c. [Domine] cuius serui sumus [Deus] quem colimus [omnipotens] quem timemus. Vel [Domine] qui regis omnia per bonitatem [Deus] qui vides omnia per sapientiam [omnipotens] qui iudicas omnia per potentiam [Domine] qui nos liberaisti [Deus] qui nos creasti [omnipotens] qui nos iudicabis [Qui es] immutabilis Iacob. 1. Apud quem non est transmutatio. [& Qui eras] Gloss. Olim quasi despicientibus. Vel [qui eras] in æternitate ante mundi creationem. Hic non dicitur [& Qui venturus es] quia hic agitur de fine mundi, quando statim iam venturus est. Expositor. Præsentem iam demonstrant, quem venturum esse minime dubitant.

Quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratae sunt Gentes.

Hic ponitur causa quare Sancti referunt gratias Christo. Et dicuntur hic duo. Primo referunt ei gratias pro his quæ fecit in primo aduentu. Secundo, pro his quæ fiunt in secundo aduentu [& aduenit] in primo aduentu tria fecit. Primum est, quod per virtutem propriam resurrexit. Secundum, quod Sanctos liberauit. Tertium, quod furor gentes artipuit. Primum ibi [Quia accepisti] Secundum ibi [& regnasti] Tertium ibi [& iratae sunt] Dicit ergo. Gratias agimus, & merito, quia dignus es qui accepisti. Gloss. resurgendo [virtutem tuam] non alienam, vel usurpata, vt Antichristus [magnam] quoniam omnium quæ in caelo, & quæ in terra sunt. Vel sic [qui accepisti virtutem tuam magnam] Ecclesiam congregando, à morte resurgendo, malos damnando, bonos glorificando [& regnasti] tuos à diabolo eripiendo, & eos tuo imperio subiiciendo, & tuos ab impugnantibus defendendo [& iratae gentes] id est, gentilitate viuentes, videntes culturam suam ad nihilum redigi. Psalm. 48. Dominus regnauit, irascantur populi.

Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari: & reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & Sanctis, & timentibus nomen tuum, pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruerunt terram.

Hic referunt Sancti gratias Christo pro his quæ fiunt in secundo aduentu: & sunt hic duo. Vnum est remuneratio iustorum: aliud est damnatio impiorum. Et primo præmittitur opportunitas temporis quo hæc debent fieri [aduenit ira tua] Secundo, quod in illo debent reddi præmia iustis [& red

Resurgendo Christus gratia fecit.

Duo sunt in secundo aduentu.

[& reddere mercedem] Tertio, quod supplicia iniustis [& exterminandi eos] Quasi dicit. Gratias agimus [Quia aduenit ira tua] id est, tempus vindictæ tuæ. De hac ira Matib. 3. Progenies viperarum quis demonstrat vobis fingere à ventura ira? Hic opponitur Sapient. 12. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas: ergo non debent Sancti dicere pro iudicij die, aduenit ira tua. Responso. Ira non dicit hic mentis perturbationem, sed importat vindictam quæ in hominibus est ab ira, vel cum ira frequenter, vel semper, in Deo autem nunquam. Vel dicendum, quod Deus in se non erit iratus, sed malis apparebit iratus, bonis autem benignus [& tempus mortuorum iudicari] vt diuidatur boni à malis. Vel [tempus mortuorum iudicari] id est, in quo iudicabuntur. Eccli. 3. Iustum & impium iudicabit Dominus. Vel secundum Gloss. [tempus mortuorum iudicari] id est, vt iudices [& reddere mercedem] id est, tempus aduenit vt reddas mercedem. Sapient. 10. Reddet Deus mercedem, &c. [seruis tuis Prophetis & Sanctis & timentibus nomen tuum] Nota: Seruitium Domini hic triplex ostenditur: duplex in operatione boni: quorum primum est veritatis manifestatio, secundum est boni confirmatio [& Sanctis] Tertium est in exterminatione mali [& timentibus nomen tuum] vnde dicit [seruis tuis Prophetis] id est, veritatem alijs manifestantibus [& sanctis] id est, in bono confirmatis [& timentibus nomen tuum] id est, per timorem tui nominis à malo recedentibus. Proverb. 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo. Vel [seruis tuis Prophetis] propter contemplationem bonitatis diuinæ [& Sanctis] propter amorem veritatis [& timentibus nomen tuum] propter reuerentiam potestatis immeritæ. Et sic referunt confirmatio ad Trinitatem [pusillis & magnis] quia in omni gradu sunt maiores, & minores. Vel hoc dixit, quia hoc fiet sine personarum acceptione. Sapient. 6. Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus [&] supple, tempus aduenit [exterminandi eos] id est, extra terminum regni caelestis ponendi [qui corruerunt terram] id est, seipso per opera terrena, & alios per mala exempla. Vel [qui corruerunt terram] id est, corpus suum, male viuendo, & alijs malum exemplum dando. Hoc est ergo rubicinium septimi Angeli, scilicet, exterminium malorum in die iudicij.

Seruitium Domini triplex.

Dub. 1.

Dub. 2.

mata: Responso. Non putrescent illa corpora quæ solidata erant propter esum ligni vite quo vtuntur: tamen tandiu possent ibi esse, quod putrescerent. Vel dicendum, quod non putrescent illa corpora, conseruante diuina virtute, vt sic eorum bonitas magis appareat, & cognoscatur quando resurxerint.

Tertio super illo verbo [post tres dies & dimidium] Gloss. post tres annos & dimidium post mortem Antichristi. Contra: Post eorum mortem non regnabit tantum. Responso. Quarta die post mortem resurgent. Et quod obicitur de Gloss. dicendum, quod illi tres anni & dimidius non computantur à morte eorum, nec à morte Antichristi, sed à principio suæ predicationis, vel à tempore potestatis Antichristi. Vnde sensus est Glossæ. Post tres annos & dimidium, scilicet, ab eorum predicatione, vel Antichristi potestate quæ terminabitur morte.

Quarto super illo verbo [spiritus vite à Deo] intrauit, &c. [quæritur, Vtrum illa resurrectio erit gloriosa an non? Si gloriosa. Contra: Hebr. 11. Non accepimus reprobis reuersionem, Deo pro nobis aliquid melius providente, ne sine nobis consummarentur. Si non fuit gloriosa, tunc iterum morientur, & videtur eis fieri iniuria. Responso. Erit gloriosa eorum resurrectio. Et quod opponitur de Paulo, dicendum quod illis fiet privilegium speciale propter quod occiderunt: Paulus vero loquitur secundum legem communem.

Quinto super illo verbo [qui accepisti virtutem tuam] Contra: Daniel. 7. Potestas eius potestas æterna: ergo ipsam non accepit. Responso. Accepit virtutem in humanitate, quæ est æterna & indeficiens in diuinitate.

Sexto super illo verbo [gratias agimus tibi Domine, &c. quia aduenit ira tua] quæritur, Quomodo Sancti referunt gratias de aduentu iræ in reprobos, cum Deus præcipiat illos diligere Mat. 6. Diligite inimicos vestros, &c. Responso. Non gaudebunt de eorum damnatione, sed de iustitiæ executione. Psalm. 57. Latabitur iustus cum viderit vindictam.

Septimo super illo verbo [reddere intercedem] seruis suis] Contra: Rom. 6. Gratia Dei vita æterna: ergo non reddet mercedem, sed dabit gratis. Responso. In merito sunt duo considerare: radicem, & ea quæ ex radice eliciuntur cum libero arbitrio. Quoad primum dicitur gratia Dei vita æterna. Quoad secundum debetur ex iustitia. Respicendo gratiam quæ informat opera, dicitur gratia vita æterna: sed respiciendo opera meritoria, reddetur ex iustitia. 2. Tim. 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi, &c. cætera.

Dub. 3.

Dub. 4.

Dub. 5.

Dub. 6.

Duo in merito pensantur.

VISIO QUARTA. CAPVT XII.

Et apertum est templum Dei in celo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terramotus, & grando magna.



VPRA postea sunt tres visiones, hic ponitur quarta, sicut dicit Beda sub figura mulieris patientis in qua labores & victorias Ecclesie aperit. & præmia digna rependit. Nota differentiam istarum visionum: quatuor primæ respiciunt statum Ecclesie vniuersalem, tres vltimæ statum finale. Prima fuit arguitoria monens ad pœnitentiam: secunda, consolatoria per mysteriorum reuelationem: tertia, comminatoria per Ang. lorum clangorem: quarta, exhortatoria ad pugnam spiritualem. Et ista quatuor generant in nobis affectiones ordinatas in Deum. Prima dolore de peccatis, secunda gaudium de beneficiis, tertia timorem de pœnis, quarta speciem de victoria inimici. Pars autem ista quæ continet quartam visionem, diuiditur in tres partes. In prima dicitur mysterium in Ecclesia reuelatum esse. In secunda dicitur, quod ex hoc secuta sunt prædicationes, miracula, & pugnae Ecclesie facta sunt fulgura. In tertia incipit agere de pugna Ecclesie [& signum magnum apparuit] Nota: Sicut dicit Glossa, per duo prima ostenditur ista visio habere dependentiam à secunda & tertia visione. Quia primum, id est, reuelatio mysterij incarnationis scriptum est quarto. cap. Secundum, hoc est, prædicatione, miracula, & pugnae Ecclesie, scriptum est octauo cap. propter hoc videtur quod ista visio non incipiat hic [Et apertum est templum] sed ibi [Et signum magnum apparuit] & illa duo quæ ponuntur hic sunt continuatiua istius visionis ad præcedentes. Et secundum hoc pars hæc diuiditur in duas. Primo continuat hanc visionem præcedentibus. Secundo istam prosequitur [Et signum magnum] In prima primo tangit secundam visionem, secundo tertiam & facta sunt fulgura. Dicit ergo.

visiones quatuor in nobis signantur.

Christus dicitur templum.

Templi Christi modis apertum est.

rum, &c. Et manifestauit gloriam suam. Quarto per lateris apertionem. Ioan. 19. Vni militum lancea latus eius aperuit. Quinto per resurrectionem & Apostolorum instructionem. Luc. ultimo. Tunc aperuit eis sensum vt intelligerent Scripturas. Sexto per Apostolorum prædicationem. Matth. ultimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, &c. Ergo [apertum est templum in celo] id est, Christus manifestatus in Ecclesia, quem infideles negant. Vel sic [apertum est templum] id est, Ecclesia [in celo] quia conuersatione est celestis Phil. 3. Nostra conuersatio in talis est. Hic aperta est velamine figurarum amoto. Vel celum appellatur Scriptura sacra, quæ habet luminare maius, sicut Nouum testamentum, & minus Testamentum Vetus: & stellas, id est, Sanctorum expositiones. In hoc celo fuit templum clausum quandiu latuit sub figuris Christi mysterium: sed adueniente veritate est reueratum multis expositionibus Sanctorum. Psal. 103. Extendens celum sicut pellem, id est, Scripturam per multiplicem expositionem [& visa est arca testamenti eius] id est, mysterium incarnationis Ecclesie immoritur. Vnde sequitur [in templo eius] id est, Ecclesia. Psal. 10. Dominus in templo sancto eius.

Nota: Christus dicitur arca quæ fuit facta de lignis Setim, deaurata intus & foris. In ea fuerunt duæ tabulæ Moyti, virga Aaron, & manna, sicut dicit Hieronymus. Ligna Setim sunt leuia & impubribilia. albæ spinæ similia, & signant Christum qui assumpsit humanitatem sine grauedine peccati, cuius corpus impubribile fuit Psal. 15. Non dabis Sanctum tuum, &c. Simile tamen spinæ: quia carnem similem peccatrici accepit. Deaurata fuit eius humanitas: quia intus plena charitate, & foris bona conuersatione. In eo sunt tabulæ propter nostram doctrinam: quia Magister verus fuit, sed testamenti, quia testis fidelis supra 1. Item virga nostræ correctionis & directionis. Psal. 44. Virga directionis, &c. Item manna nostræ consolationis & refectiois. 2. Corin. 1. Deus totius consolationis. Est ergo sensus.

Et visa est arca testamenti eius id est, Christus in templo eius id est, in Ecclesia Dei. Vel secundum Glossa, [& apertum est templum] &c. id est, Spiritus sanctus datus est fidelibus à Christo [& visa est arca testamenti eius] id est, data est intelligentia mysteriorum Christi, & Ecclesie Dei [& facta sunt fulgura] id est, miracula, quæ sic dicuntur, quia incuriunt timorem, reddunt splendorem, inducunt in sporem. Item fulgura secant, vrunt, fecerunt sic miracula secabant homines per contritionem & confessionem, vrebant per satisfactionem, fecerunt, id est, fecere faciebant per peccati detestationem: ergo fulgura, id est, miracula [& voces] id est, prædicationes, & laudes: nam visis miraculis omnes Deum laudabant & benedicebant [& tonitrua] id est, comminationes deterrentes [& terramotus] id est, terrorem commotiones. Quidam enim visis miraculis mouebantur ad fidem: alij vero ad iram [& grando magna] id est, persecutio malorum, hoc est, tyrannorum. Per grandinem intelliguntur persecutores Ecclesie: quia sicut grando fruges comminuit, tamen ipsi simul conteritur: & sicut fit vt grando deficiat, sed tamen terra fruges faciet postea: sic persecutores Ecclesie deficiunt, & ipsa proficit in melius.

capitulum.

Christus dicitur arca.

Maria la uirginis.

Quia I per.

melius. Psal. 19. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, &c.

Et signum magnum apparuit in celo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.

Hic incipit agere de pugna Ecclesie sub figura mulieris, cum diabolo sub figura draconis. Et diuiditur hæc pars in duas. Et primo agit de pugna Ecclesie, & draconis. Secundo de pugna familie draconis, & mulieris [Et uidi aliam bestiam] 13. cap. Pars diuiditur in quinque partes. In prima describitur mulier. In secunda draco [Et visum est aliud signum] In tertia prædicatione draconis ad pugnam contra mulierem [Et draco stetit] In quarta adiutorium mulieris contra draconem [Et factum est prælium] In quinta victoria mulieris contra draconem [Et proiectus est draco] In prima parte mulier describitur à quinque. Primo à Christi noticia. Secundo à uitæ munditia [amicta sole] Tertio à contemptu terrenalium [& luna sub pedibus eius] Quarto à inimici victoria [& in capite eius] Quinto à generatione filiorum in gratia [& in utero habens] Dicit ergo.

Pars uirginis dicitur signum magnum.

Ecclesia est amicta sole.

Apostoli dicuntur corona duodecim stellarum.

in Christo [corona stellarum duodecim] id est, duodecim Apostoli. Vel in capite eius [id est, in principio] Ecclesie corona stellarum duodecim, id est, duodecim Apostoli, qui vniuersæ minuitur Ecclesiam. Eccl. 5. Circa illum corona fructuum quasi plantatio Cedri in Libano, &c. Vel [in capite eius, id est, in Christo] corona stellarum duodecim, id est, habitus & ornatus duodecim fructuum, qui dicuntur esse in Christo, quia ab illo fluunt in Ecclesiam. Galat. 5. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, &c. Vel sic [in capite eius, id est, in mente] corona stellarum duodecim, id est, abundantia glorie Christi, vel perennitas duodecim gaudiorum: quorum vnum est de visione diuinitatis. Aliud de visione humanitatis. Tertium de loci speciositate. Quartum de spatio. Quintum de societate hominum. Sextum de societate Angelorum. Septimum de pulchritudine creaturarum. Octauum de stabilitate eorum. Nonum de penarum euasione. Decimum de inferni clausione. Undecimum de stola anitæ. Duodecimum de stola corporis. Vel sic accipiuntur duodecim gaudia: plena cognitio, plena dilectio, firma comprehensio, claritas corporis, impassibilitas, subtilitas, agilitas, pacis tranquillitas, grata societas, loci amoenitas, plena securitas, plena satietas. Item duodecim stellæ possunt dici duodecim prærogatiue Beatæ Virginis.

Duodecim gaudia ecclesie.

Fili spirituales.

Prædicationes quinquæ sunt necessariæ.

Incarnatio dicitur filij nati.

Virgo Maria describitur.

Et in utero habens & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.

Hic ostendit, quod Ecclesia saragit filios spirituales parere, & notantur tria: sufficientia uitæ, exercitium doctrine [clamabat] seruior conuertendi ad Christum [& cruciatur] Dicit ergo. Et in utero habens [Glossa] in memoria verbum Dei [clamabat] scilicet orando, & prædicando [parturiens] id est, parere desiderans Deo filios spirituales. Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio, &c. [& cruciatur] scilicet vigilando, orando, prædicando, ieiunando [vt pariat] id est, Christo filios spirituales. Q. d. Torquetur desiderio & fortiore conuertendi peccatores, & etiam exteriori afflictione. Ioan. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. Nota: Hic tanguntur quinque quæ sunt necessariae Prædicatori & Prælato. Primum est concipere per fidem & scientiam. Secundum est parturire per zelum & feruorem. Tertium, clamare per deuotam orationem. Quartum, cruciari per carnis afflictionem. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, &c. Quintum est parere per boni operis ostensionem: aliter enim non est partus, sed abortus.

Nota: Signum magnum apparuit, hoc potest intelligi de incarnatione Filij Dei, de quo signo Isa. 7. Pete signum. Hoc signum dicitur magnum propter magnitudinem annuntiantis. Luc. 2. Missus est Gabriel, &c. Item propter magnitudinem apparentis: quia Deus & homo. Psal. 48. Simul in vnum diues & pauper. Item propter magnitudinem operantis. Luc. 2. Spiritus sanctus superueniet in te. Item propter modum apparitionis: quia super omnem potestatem naturæ mater virgo. Isa. 7. Ecce virgo concipiet.

Mulier amicta sole] Hic describitur mater Virgo. Primo ab omni peccati immunitate. Secundo à temporalium abdicatione [& luna sub pedibus

bus eius Tertio à gratia plenitudine [& corona stellarum, &c.] ergo Virgo fuit mulier amicta sole : quia nihil habuit maculae & obscuritatis. *Cantic. 5.* Tori palestra es, &c. Luna sub pedibus eius] scilicet, per pauperatam quam amavit, & abdicat omni reverentia [& in capite eius corona stellarum duodecim, id est, plenitudo gratia & virtutis. Nota: Hæ duodecim stellæ sunt duodecim prærogative Beatæ Virginis secundum *Bern.* scilicet, angelica saluatio, conceptio eius, sanctificatio in utero, Spiritus sancti superuentio, Filij Dei venerabilis conceptio: & hæ fuerunt de cælo. Alia quatuor fuerunt ex parte corporis. Prima, maternitas sine corruptione, secunditas, cum virginitate, sine grauedine grauida, partus sine dolore. Ex parte autem fuerunt quatuor: deuotio humilitatis, reuerentia pudoris, magnitudo fidei, martyrium cordis. Propter prima quatuor dicitur, Dominus tecum. Propter alia quatuor, Benedicta tu in mulieribus. Propter vltima quatuor, Ave gratia plena [& in utero habeo] scilicet, filium per amorem [clamabat] instante Passione per compassionem [parituriens] id est, ad non odum perturbationis se habens, quando facta est marty. *Luc. 2.* Et tuam ipsius animam. &c. [& cruciatur ut pariat] id est, flagrat desiderio ut parturitionis eius finis contingat. Ille finis fuit cessatio sui doloris, & redemptio humani generis.

Duodecim stellæ Maria.

Et visum est aliud signum in cælo: & ecce draco magnus rufus.

Diabolus dicitur draco.

Hic describitur draco, id est, diabolus qui cum muliere, id est, Ecclesia est pugnaturus. Et primo describitur ab his quæ ei in se conueniunt. Secundo ab his per quos impugnat Ecclesiam Sanctorum [habens septem capita] illa quæ ei in se conueniunt, sunt tria. Primum est astutia: unde dicitur [draco] Secundum est potentia: unde dicitur [magnus] Tertium scilicet: vnde dicit [rufus] Dicit ergo.

Et visum est aliud signum [scilicet, à primo, & illi contrarium. Et dicitur aliud: quia primum fuit signum salutis, & clemencie: secundum est perditionis, & malicie: illud fuit signum bonitatis Dei, & misericordie: hoc est signum malicie diaboli, & inuidie [in cælo] id est, in Ecclesia [& ecce] Nota: Ecce est ad iudicium demonstrandi, in quo notatur quod semper præsto est ad nocendum [draco] id est, diabolus qui dicitur draco propter astutiam & calliditatem nocendi [magnus] propter potentiam. *Iob. 41.* Non est potestas super terram [& rufus] propter scitiam. *Ierem. 6.* Crudelis est, & non miserebitur. Vel [rufus] propter homicidium. *Iuan. 8.* Ille homicida erat ab initio, & adhuc sitit sanguinem. Hic queritur, Quomodo dicitur esse in cælo hoc signum, id est, in Ecclesia? Responso *Haym.* In cælo videtur, non quod cælum possidet, sed quod cælo aduersetur.

Quæstio.

Habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus suis diademata septem, & cauda eius traherat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram.

Vnde dicit: Habens capita septem] id est, septem spiritus malos contra septem dona Spiritus sancti. *Math. 12.* Tunc vadit, & assumit septem spiritus nequiores se. Hi sunt huiusmodi: spiritus insipientie contra sapientiam, spiritus stulticie contra intellectum, spiritus imprudentie contra consilium, spiritus ignauie contra fortitudinem, spiritus ignorantie contra scientiam, spiritus impietatis contra pietatem, spiritus temeritatis contra timorem. Hæ impugnat diabolus Ecclesiam spiritualiter & aperte. Et subdit ea quibus impugnat eam corporaliter: vnde dicit [& cornua decem] id est, principes quibus diabolus extollitur, & impugnat Ecclesiam quasi cornibus. *Dan. 7.* Decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt. Et quia diabolus plures vincet in bello spirituali, quam in corporali: ideo subdit [& in capitibus suis septem diademata] id est, septem victorias quas obtinet de succumbentibus in bello spirituali, vel septem vitia principalia.

Quid per septem cornua

Vel sic [habens septem capita] id est, omnes principes huius mundi per quos operatur [& cornua decem] *Gloss.* id est, regna, vel diuitias quibus principes decalogum legis impugnant. Et dicuntur diuitias cornua: quia per has homines eleuantur in superbiam [& in capitibus suis] id est, in principibus seculi [septem diademata] id est, vniuersalis victoria de submersis in bello [& cauda eius] Nota: Per caudam eius signatur hypocrite, vel falsi Prædicatores. Nam sicut turpitudine animalis per caudam tegitur, sic diabolus per illos tegit suam malitiam. Et est sensus [& cauda eius] id est, deceptio simulata, vel hypocritis [traherat] *Gloss.* de fide ad infidelitatem [tertiam partem stellarum cæli] id est, illorum qui sunt in Ecclesia constituti. Nota: Quidam sunt in Ecclesia stellæ lucentes: vita, & doctrina, vt Prædicatores boni: quidam vita, & non doctrina, sicut simplices: multi quidem doctrina, & non vita, vt Prælati, & prædicatores mali: & isti trahuntur cauda diaboli. *Iob. 3.* Obrebrantur stellæ caligine eius, id est, diaboli [& misit eas in terram] id est, inuoluit in terrorem amorem. Vel sic [& cauda eius] id est, conuersio diaboli super bona naturalia per quæ superbiunt, quæ cauda dicuntur, quia vitia sunt respectu grauiorum [traherat tertiam partem stellarum cæli] id est, Angelorum qui cum Lucifero ceciderunt. Nota: Prima pars Angelorum sunt assistentes. Secunda pars, boni ministrantes. Tertia pars, qui nec assistere Deo voluerunt, nec ministrare propter Deum, sed Lucifero cõsenserunt: & dicitur istos trahere cauda sua, quia ei cõsenserunt [& misit eas in terram] id est, in istum agrum caliginosum, in quo vsque in diem iudicij sunt ad electorum probationem. Et dicit [traherat] quia quodammodo fuit motus violentus, & quasi contra naturam: magis enim naturale est illis conuenire ad suum Creatorem, quam consentire in diaboli suggestionem.

Hypocrite si dicitur turcau da

Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui reclusus erat omnes gentes in virga ferrea.

Hic est tertia pars, in qua agitur de præparatione

tionem [diaboli ad pugnam contra Ecclesiam: & dicuntur sex. Primo ostenditur diaboli diligentia ad nocendum [stetit] Secundo, status mulieris [quæ erat paritura] Tertio, diaboli mala intentio [vt cum peperisset] Quarto, mulieris partus [& peperit masculum] Quinto conseruatio eius [& raptus est filius] Sexto, quod mulier per auxilium filij liberatur [& mulier fugit] Dicit ergo.

Duos diabolus tentat.

Et draco [supple, sic armatus potentia, astutia, fauitia [stetit] in quo notatur sollicitudo eius ad nocendum, & diligentia [ante mulierem] id est, contra Ecclesiam. *Genes. 3.* Inimicitias ponam inter te & mulierem [quæ erat paritura] scilicet, aliquis in Christi fide & amore [vt cum peperisset, filium eius deuoraret] id est, traheret ad peccatum, & postea ad infernum. Hoc est enim quod maxime intendit diabolus, scilicet, tentare nouitios & infirmos, & si non potest partum boni operis impedire, tamen nititur per vanam gloriam deuorare. *Zach. 3.* Satan stetit à dextris Iesu, vt aduersaretur ei [& peperit filium] id est, Christum quæ solum peperit in Virgine secundum carnem, & parit quotidie per fidem in cordibus auditorum [masculum] id est, fortem, & virtuosum ad vincendum diabolum [qui reclusus erat omnes gentes in virga ferrea] id est, in inflexibili iustitia. Vel per virgam intelligitur misericordia, per ferream iustitia. Est ergo sensus [qui reclusus erat omnes gentes in virga] per misericordiam [ferrea] per iustitiam. Quia virga, ideo corripit. *Psalms 88.* Viticabo in virga iniquitates eorum. Quia ferrea, ideo malos confringit. *Psalms 2.* Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.

Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.

Raptus filij Dei.

Hic ostenditur, quod filio nato, diabolus nocere non potest, quia ad Deum raptus est. Et potest exponi de Christo & membris eius. De Christo sic [Et raptus est filius ad Deum] id est, ad vniuersum Dei in quantum homo [& ad thronum eius] id est, æqualitatem potestatis vt cum Patre regat & iudicet. Item [raptus est filius eius] in Ascensione [ad Deum] id est, ad æqualitatem iudiciorum potestatis: & est intelligendum de raptu quantum ad manifestationem, non secundum rei veritatem, cū sit ab æterno æqualis & consubstantialis Patri. De membris exponitur sic [& raptus est ad Deum] per fidem [filius eius] scilicet, Ecclesie [& ad thronum] per charitatem & spem [& mulier fugit] *Gloss.* per auxilium huius filij, id est, Christi [in solitudinem] *Gloss.* in mentis secretum, spero tumultu mundi. *Psalms 54.* Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine. Elongaui fugiens, scilicet, mundi tumultum; & mansi in solitudine id est, in cordis secretis: ibi enim est diuina allocutio sine tumultu. *Osee 2.* Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Ibi est sine amaritudine dulcedo. *Sapient. 8.* Intrans in domum meam conuiescam cum ea: non enim habet amaritudinem conuictus illius. Ibi deliciarum multitudo. *Isa. 51.*

Fugere in solitudinem.

Ponet desertum in delicias, &c. [vbi habebat locum paratum] *Haym.* id est, ipsū qui in corde illius requiescit. Hic est locus salutis, de quo *Psalms 30.* Estis mihi in Deum protectorem, & in locum munitionis [à Deo] quia hoc est à Deo quod veniat ad talem locum [vt ibi pascat eam] id est, verbo prædicationis. *Ierem. 3.* Dabo vobis pastores iuxta cor meum, qui pascant vos, &c. [diebus mille ducentis sexaginta] id est, toto tempore vite præsentis: quia tantum durabit Ecclesia, & Christi doctrina. *Matth. vltim.* Ecce ego vobiscum sum, &c. Vel sic [vt ibi pascat eam] scilicet, cibo prædicationis per Henoch & Eliam [diebus mille ducentis sexaginta] id est, tribus annis & dimidio, quibus Antichristus regnabit [& mulier] id est, Ecclesia vel sancta anima [fugit in solitudinem] id est, in cælum per contemplationem, quod dicitur solitudo propter tumultus carentiam, & quia derelictum ab Angelis cadentibus per superbiam [vbi locum paratum habet] scilicet, vt ibi tandem rapiatur per apertam visionem. *Iuan. 14.* Vado parare vobis locum [vt ibi pascat eam] pane Angelorum. *Psalms 77.* Panem Angelorum manducauit homo. Vel [in solitudinem] id est, religionem, vbi soli Deo vacant [vbi habebat locum paratum à Deo] scilicet, ad comedendum verbum Dei in lectione, & ipsū Deum in contemplatione [vbi pascat eam] Ad litteram corporaliter, spiritualiter panem triplici pascuntur tales, scilicet, doctrina Eucharistie, & consolationis interar, vel gratia. *Ecclesi. 25.* Cibauit illum pane vite & intellectus.

Solitudo

Et factum est prælium magnum in cælo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnavit & Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum, amplius in cælo.

Hic est quarta pars principalis, qua determinatur de adiutorio mulieris contra draconem: & dicitur quatuor. Primo, quod sancti Angeli iuuant Ecclesiam. Secundo, quod demones nituntur retrahere Ecclesie adiutorium [& draco pugnavit] Tertio, quod hoc facere non possunt [& non valuerunt] Quarto, quod de Ecclesia eieci sunt [neque locus amplius] Dicit ergo.

Factum est prælium magnum in cælo] id est, in Ecclesia, quæ cælum est: quod factum est ex quo per fidem & passionem Christi diabolus de cordibus fidelium est eiectus. *Ephes. 7.* Induite vos armaturam fidei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Vel [in cælo] id est, propter cælum quod hominibus auferre voluit. *Ephes. 6.* Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. sed contra spiritualia nequitie in cælestibus, id est, pro cælestibus. Aliter sic [factum est prælium magnum in cælo] scilicet, quando boni & mali Angeli inter se differunt: illi voluerunt exaltari, isti voluerunt humiliari vnde sequitur [Michael] qui est princeps Ecclesie specialiter & custos [& Angeli eius] id est, minores, qui sunt singulis hominibus deputati, & sunt sub illo. Vel [Angeli eius] id est, conuies eius [præliabantur] pro Ecclesia orando, adiutoria ministrando, bona desideria inspirando, imperium demonum reprimendo [cum dracone] id est, contra Luciferum principem

Michael pugnat cum dracone.

cipem demonum [& draco pugnabat & Angeli eius] supple. pugnabant contra Ecclesiam, scilicet noxia consulendo, peruersa suggerendo, bonorum Angelorum exercitum impugnando [& non valuerunt] supple. draco & Angeli eius remouere suffragia bonorum Angelorum [neque locus inuentus est eorum amplius in celo] id est, in Ecclesia. Quoad bonos, dicit *Gloss.* Sed contra: Post baptismum multi peccant, & sic decipiuntur à diabolo. Responsio *Haym.* Licet videantur præualere ad tempus: tamen in eos qui ad vitam prædestinati sunt, non prævalent: quia non regnat peccatum in eis. Tolle ergo regnum peccati, & non inuenietur locus diabolo. Item in malis non habet diabolus locum & quietam mansionem, sicut habebat ante Christi aduentum: frequenter enim inquietatur à Prædicatoribus. Sensus ergo est [neque locus inuentus est eorum amplius in celo] id est, in Ecclesia quoad Sanctos: quia licet per ipsos quandoque transeant tentando, non tamen in eis habent locum, id est, mansionem. Vel potest dici, quod illud quod dicitur hic [& non valuerunt] refertur ad illum statum in fine mundi: quoniam in fine certaminis succumbent [neque locus eorum amplius inuentus est in celo] quia vitra non habebunt tempus tentandi: vnde funditus erunt à fidelibus exclusi.

Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt.

Hic est quinta pars ubi agitur de projectione draconis: & primo agitur de eius eiectione, secundo de Sanctorum congratulatione pro liberatione Ecclesie [Et audiui vocem magnam] Continua sic. Præliabantur Angeli, & auxilio eorum, supple. [proiectus est draco ille] scilicet, diabolus, qui draco dicitur propter immanitatem sceleris, sicut dicit *Haym.* siue propter inuidiam [magnus] propter superbiam: vel propter potentiam [serpens] propter astutiam. *Genes. 3.* Serpens erat callidior [antiquus propter peccandi consuetudinem: vel propter temporis antiquitatem: quia ab initio mundi nocens. *Ioan. 8.* Ille homicida erat, &c. [qui vocatur diabolus] id est, deorsum fluens: quia alios facit fluere in peccata: vel quia ipse de peccato in peccatum fluere non cessat. *Psal. 73.* Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper [Satanas] id est, aduersarius. *1. Petr. 5.* Aduersarius vester diabolus. Vel [Satanas] id est, contrarius, quia semper persequitur bonos [qui seducit] id est, seorsum à via veritatis ducit secundum fictionem suam [vniuersum orbem] scilicet partem vniuersi orbis, scilicet malos qui petunt [& proiectus est in terram] id est, in corda terrenorum: non quia ibi prius non esset, sed ut ibi magis dominaretur exclusus à bonis. *Genes. 4.* Terram contedes omnibus diebus vite tue. Vel sic [proiectus est in terram] id est, de cordibus electorum in corda reproborum. Vel [in terram] id est, in infernum. *Iob 10.* Terram miserie & tenebrarum [& Angeli eius cum eo missi sunt] scilicet, sicut membra cum capite. *1. Petr. 2.* Si Deus Angelis pec-

Diabolus dicitur serpens antiquus.

Satanas.

cantibus non pepercit, sed rudentibus inferni, &c. Vel sic [proiectus est draco] per auaritiam: quia animal sitibundum est, & auarus semper sitit [magnus] per superbiam [serpens] per inuidiam [antiquus] per gulam: quia hoc est antiquum peccatum primi hominis [diabolus] per luxuriam: quia interpretatur desfluens [Satanas] per iram [qui seducit vniuersum orbem] scilicet, per accidiam. Et nota, quod hunc toties describit, ut melius sciamus cauere insidias eius.

Et audiui vocem magnam in celo dicentem: Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte: & ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.

Hic subditur gratiarum actio pro victoria habita de diabolo, & dicuntur tria. Primo redditur gratiarum actio à sanctis. Secundo ponitur inuitatio Angelorum ad congratulandum cum eis [Propterea lætamini cæli] Tertio agitur de pena malorum Angelorum exclusorum à bonis [Væ terre & mari] In prima parte dicuntur duo. Primo redditur gratiarum actio Deo à Sanctis exhibita. Secundo ponitur causa quare ei referatur gratiarum actio [quia proiectus est] Dicit ergo.

Audiui vocem magnam in celo id est, in Ecclesia triumphante [dicentem] id est, signantem [Nunc] id est, principè mortis deuictio. Vel [nunc] id est, omni tempore vite presentis ab aduentu Saluatoris vsque ad finem mundi [facta est salus] quia per Christum sumus saluati. *Psal. 3.* Domini est salus [& virtus] quia per ipsum sumus roborati. *1. Ia. 40.* Qui dat laqueo virtutem, &c. [& regnum Dei nostri] id est, Patris nostri, qui nos regit, & proficere facit de virtute in virtutem, ut dicit *Gloss.* [& potestas Christi eius] id est, Filij [quia proiectus est &c.]

Vel sic [Audiui vocem magnam in celo dicentem] ut prius [Nunc facta est salus] scilicet, Ecclesie per gratiam operantem [& virtus] per gratiam cooperantem [& regnum Dei nostri] per gratiam consummantem. Vel [salus] id est, peccatorum remissio [& virtus] id est, bene operandi robur [& regnum Dei nostri] per vitiorum calcationem. Et bene dicit [facta est] quia ante aduentum Christi salus erat in fieri: post eius aduentum est in facto esse [Et potestas Christi eius] id est, Filij Dei Patris qui ad se omnia trahit. *Ioan. 12.* Et ego si exaltatus fuerò à terra, omnia traham ad meipsum. Et quia mali non trahuntur, ideo non sunt [quia proiectus est] id est, procul iactus sine spe reuertendi [accusator fratrum nostrorum] id est, diabolus cuius officium est accusare [qui accusabat] id est, accusabiles facere saragebat, suggerendo & inducendo in peccatum [ante conspectum Dei nostri] quem nihil latet. *Hebr. 4.* Omnia nuda & aperta sunt.

Diabolus dicitur accusator fratrum nostrorum.

Peccati dicit terra mare.

sunt, &c. [die ac nocte] id est, continue. Vel secundum *Haymonem*, per prospera & aduersa. *Haym.* Die ac nocte accusat, quando alios prosperitatibus extolli facit, alios aduersitatibus frangit [& ipsi vicerunt illum] scilicet fratres, auxilio Angelorum fulti [vicerunt] inquam, resistendo tentationibus suis. Vel [vicerunt] potestate liberi arbitrij. *Hieronymus*. Debilis est hostis qui non vincit nisi volentes. Sed ne crederetur quod vicissent virtute propria tantum, subdit [propter sanguinem Agni] id est, merito Passionis Iesu Christi, vel per fidem & virtutem Passionis [& propter verbum testimonij sui] id est, propter confessionem fidei apertam. Vel [propter verbum testimonij sui] id est, propter predicationem qua testati sunt Christi Resurrectionem. *Ab.* Virtute magna debebant Apostoli testimonium resurrectionis, &c. [& non dilexerunt animas suas usque ad mortem] *Gloss.* non sic fouerunt carnem suam ut anime perirent. Quasi diceret: Magis elegerunt mori, quam ut animas suas carnaliter diligerent. *Ab.* 20. Non facio animam meam pretiosiores tunc [Propterea] scilicet, quia proiectus est draco, & facta est salus [letamini celi] id est, Angeli maiores [& qui habitatis in eis] id est, minores, & dicuntur isti habitare in maioribus, quia recipiunt ab eis illuminationes. Vel [letamini celi] id est, omnes Sancti qui morantur in talium congregatione. Vel [letamini celi] id est, Prælati [& qui habitatis in eis] id est, subditi, supple, propter diaboli deiectionem, & Ecclesie promotionem.

Væ terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.

Hic agitur de pena malorum, & dicuntur duo. Primo, quod expulsus ab electis, cepit amplius seuire in reprobos. Secundo ostenditur conatus ipsius Ecclesiam impugnantis [Et postquam vidit] in primo duo facit. Primo imprecatur reprobis penam. Secundo reddit causam [Quia descendit diabolus] Dicit ergo.

Peccator dicitur terra, & mare.

Væ terræ [& mari] id est, firmis & obduratis in peccato [& mari] id est, fluxilibus de peccato in peccatum. *Isa.* 57. Impij autem quasi mare feruens. Vel sic [Væ terræ & mari] id est, peccatoribus qui sunt fluentes deorsum, sicut mare: & stabiles sicut terra, quia non ascendunt sursum. Et subdit causam [Quia descendit] scilicet, ab electis expulsus [ad vos] scilicet, perdendos amplius & decipiendos [diabolus] scilicet, de celo eiectus [habens iram magnam] id est, iratus de sua eiectione, & Sanctorum salute [sciens, quod modicum tempus habet] scilicet ad seuiendum in Sanctos, & ideo ardentius impugnat eos. Et nota, quod hic tanguntur duo modi impugnationis tempore Antichristi: vnus erit per simulatam humilitatem, & uoratur, cum dicit [descendit] Alius erit per aptam crudelitatem, & uoratur, cum dicit [habens iram magnam]

Et postquam vidit draco quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum.

Hæc est secunda pars illius partis [Væ terræ & mari] in qua ostenditur, quod videns se eiectum, Ecclesiam persequitur aperte. Et dicuntur duo. Primo quomodo persequitur Ecclesiam in maioribus, secundo in minoribus [Et iratus est draco] Prima persecutio duplex est. Vna spiritalis, de qua determinatur primo. Alia corporalis, de qua secundo [& misit serpens] in prima tanguntur duo. Primo tangitur diaboli persecutio, secundo Sanctorum liberatio [& data sunt mulieri] Dicit ergo.

Et postquam vidit draco [id est, diabolus. Nota: Draco habet corpus magnum, & subtilem visum, & significat diabolum, qui est magnus potentia, & subtiliter videt per astutiam [quod proiectus est in terram] id est, in reprobos, eiectus à Sanctis [persecutus est mulierem] id est, Ecclesiam quæ mulier dicitur: & quia sponsa per fidem, & mater per predicationem filios generans, & soror per naturæ conformitatem, & vxor bonis operibus Christo adherens [quæ peperit masculum] id est, Christum, à quo habet auxilium contra persecutores. Vel [masculum] id est, fortem populum, ut fuerunt martyres: qui sicut dicit *Haym.* ante potuerunt mori quam à Christo separari.

Et data sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ: ut volaret in desertum in locum suum vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis.

Hic agitur de Ecclesie liberatione, & dicuntur tria. Primo, quod Ecclesie data sunt dona. Secundo ad quid sunt data [ut volaret] Tertio, quod in eorum mittitur ut tentationes euadat [vbi alitur per tempus] Continua ita: Persecutus est diabolus Ecclesiam: sed antequam persequeretur. Dicit ergo.

Data sunt mulieri [id est, Ecclesie] duæ alæ [id est, duo genera donorum, quorum quædam illuminant intellectum, alia affectum inflammant. Has alas petebat David, dicens: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: Vbi duæ alæ sunt duo testamenta secundum *Haymonem*: vel duo præcepta charitatis: vel vita æterna, & contemplatiua: vel patientia, & sapientia: sapientia contra impugnationem verborum, patientia contra impugnationem verberum. Iste sunt [alæ aquilæ magnæ] id est, Christi. *Deuter.* 32. Sicut aquila pronocans ad volandum pullos suos, &c. Et subdit ad quid [ut volaret in desertum] id est, in corda Sanctorum, deserta à carnis temporalibus, & amore terrenorum [in locum suum] vbi occultas inimici insidias præcipit, & apertas contemnit [Vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis] id est, per tres annos & dimidium, per predicationem Christi, qui tanto tempore predicauit. *Haym.* Christus est fugientibus via, peruenientibus locus, esurientibus cibus. Si autem referatur ad statum Ecclesie tempore Antichristi, tunc est sensus [vbi alitur per tempus] id est, doctrina predicationis Elize & Henoch, quæ fiet tribus annis & dimidio: sic enim est conseruado Iudæis computare per tempus annum, per tempora duos annos, & dimidium temporis dimidium annum [volaret] inquam, à facie serpentis, id est, impugnatione diaboli

diaboli: vel contra impugnationem diaboli. Psalm. 22. Parasiti in conspectu meo mensam.

Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine. Et audiuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo.

Supra actum est de persecutione spirituali, hic de corporali. Et dicuntur quatuor. Primo quod ad suggestionem diaboli erit magna persecutio tempore Antichristi. Secundo dicitur ad quid [vt eam faceret] Tertio promittitur ei auxilium Christi [et audiuit terra] Quarto, quod Christus eam liberavit [et aperuit terra os suum] Dicit ergo.

Et misit serpens id est, diabolus callidus post mulierem, quia cum alas non haberet, non poterat attingere eam [ex ore suo] id est, per inspirationem, vel prauam suggestionem [aquam] id est, persecutionem, vel tribulationem [tanquam flumen] id est, inundantem. *Muth. 24.* Tunc erit tribulatio tanta qualis non fuit, &c. [vt faceret eam] id est, Ecclesiam [trahi] scilicet, in peccatum, & de peccato in infernum [à flumine] id est, tribulatione inundante, quæ solet multos trahere ad peccatum. *Thren. 3.* Inundauerunt aquæ: dixi, Perij [Et audiuit terram] id est, Christus qui terram nostram assumpsit, id est, humanitatem. Hæc terra est benedicta. *Psalm. 84.* Benedixisti Domine terram tuam [mulierem] id est, Ecclesiam, filios Christo generantem. Adiuuit, inquam, tribulationes pro ea sustinendo, exemplum patientiæ, & virtutem patiendi dando. *Isa. 53.* Vere langores nostros ipse tulit. Vel [terra] triumphans Ecclesia, quæ est in terra viuendum. *Psalm. 26.* Credo videre bona Domini in terra viuendum. *Gloss.* Sancti stabiles, vt terra [Audiuit terra mulierem] id est, Ecclesiam militantem [et aperuit terra] id est, Christi corpus [os suum] id est, se preparauit, vt reciperet quicquid ei inferretur, sicut ille qui aperit os [et absorbit flumen] *Gloss.* id est, omnes penas in se destruxit: quia factus est immortalis, & impassibilis [quod misit draco de ore] id est, ex suggestionem sua. Vnde patet, quod corpus nostrum non poterit submergi in flumine: quia iam terra capitis nostri absorbit. *Haymo.* Nihil amplius præualebit in corpore, quod non præualuit in capite.

Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit super arenam maris,

Supra actum est de persecutione maiorum, hic agitur de persecutione minorum. Et dicuntur duo. Primo dicit, quod cum Sanctis præliatur. Secundo, quod in reprobis requiescit [Et stetit super] In prima parte dicuntur duo. Primo, quod diabolus aggreditur minores. Secundo describit eos. [qui custodiunt] Dicit ergo.

Et iratus est draco id est, diabolus [in mulierem] id est, contra mulierem videns eam habere

auxilium Christi, & quod non potest eam superare in maioribus [et abiit] scilicet recedens à maioribus quos expugnare non potuit [facere prælium cum reliquis de semine eius] *Gloss.* cum minoribus [qui custodiunt mandata Dei] scilicet charitatem Dei & proximi corde, & opere [et habent testimonium Iesu] id est, fidem illius in corde, & ore. Sed secundum hoc videtur, quod deberet prius dicere testimonium Iesu, deinde qui custodiunt mandata, cum fides præcedat charitatem. *Responsio Haymonis.* Sciendum, quod mandata prius ponuntur: quia charitas quæ in mandatis est, maior est omnibus virtutibus, licet fides sit via ad Deum. Vel sic [qui custodiunt mandata] id est, decalogum [et habent testimonium Iesu] active scilicet, & passive: quia testimonium reddunt Iesu Christo, & ipse illis. *Math. 10.* Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. [Et stetit super arenam maris] Alij libri habent, Sedit. Quasi dicat. Videns, quod non posset expugnare electos [stetit, vel sedit] id est, moram fecit [super arenam maris] id est, super steriles, & aridos, & infructuosos, & incompatios. Super tales enim sedet sicut Dominus super solium suum. *Psalm. 19.* Sedit in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.

Hic sunt dubitabilia. Primo dubitatur super illo verbo [Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum] Contra: Tertia pars Angelorum non cecidit. Item, Omnes simul ceciderunt. Ergo illos non traxit. *Responsio.* Tertia pars appellatur, non quantum ad numerum personarum, sed quantum ad statum. Quidam enim Angeli Deo assistunt, quidam ministrant, & hi sunt boni. Quidam nec assistunt, nec ministrant, & hi sunt tertia pars, & mali. Ad secundum dicendum, quod Lucifer similitudinem Dei appetit, & hanc voluntatem alijs ostendit: & illi consenserunt, & sic dicitur eos traxisse, non quidem per violentiam, sed per inductionem, ostendendo scilicet suam voluntatem.

Secundo super illo verbo [et peperit filium masculinum] quæritur, Cum idem sit filius & masculus, quare addit masculum, cum dixerat filium? *Responsio.* Secundum quod dixerat filium masculinum, hoc refertur ad Christum victorem diaboli qui feminam vicerat. Vel potest dici, quod dicit filium masculinum ad signandum, quod nihil fuit in eo femineum, nec virtuti oppositum, sed totum virtuosum. *1. Corin. 1.* Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.

Tertio quæritur, Cum Ecclesia Deo generet filios & filias in vtroque sexu, quare dicitur filium masculinum? *Responsio.* Vterque sexus nomine filij hic intelligitur: quia per filium accipiuntur hic Sancti qui vincunt diabolum in vtroque sexu. Femina enim quæ vincit diabolum virtute animi, bene vir appellatur: quia quamuis sit femina corpore, tamen virtute animi viro coæquatur, propter quod omnibus dicitur in *Psalm.* Viriliter agite, & confortetur cor vestrum.

Quarto super illo verbo [Proiectus est accusator fratrum] Contra: Nos sumus corporei: Angeli incorporati: ergo non sunt fratres nostri. *Responsio.* Fratres sumus per creationem: quia ab eodem Patre creati: fratres per gratiam, non per naturam. Item fratres: quia vocati ad eandem hereditatem.

Quinto

Dub. 5. Quinto quæritur, Quare dicitur in singulari [Accusator fratrum nostrorum] cum multi sint? *Responsio.* Licet sint multi in personis, tamen sunt vnum vnitate voluntatis, & intentionis. Vel ly Accusator refertur ad principem demonum.

Dub. 6. Sexto super illo verbo [Postquam vidit draco, quod proiectus est in terram] quæritur, Quare non dixit, in terram, & mare: cum supra dixisset, Væ terræ & mari? *Responsio.* Ad signandum, quod terra & mare idem significant, scilicet, corda reproborum, qui terra dicuntur per appetitum terrenorum, mare vero propter virtutem superbiz & amaritudinem inuidiz & fluxibilitatem luxuriæ, &c.

CAPVT XIII.

Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem: & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiarum. Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis.



Supra actum de pugna draconis cum Sanctis, hic agitur de pugna familie draconis & familie Christi. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima describitur acies familie draconis sub specie bestie ascendentes de mari. In secunda sub specie bestie ascendentes de terra. Et vidi aliam bestiam. Prima in duas partes. In prima ponitur bestie descriptio. In secunda excitatur legentis intentio. Siquis habet aurem [In prima primo describitur bestiam in se, secundo in capitis diuersitate] Et vidi vnum [In prima describitur bestia dupliciter: primo per eius propria, secundo per eius communia] & bestia quam vidi] Dicit ergo.

Familia diaboli. Et vidi de mari bestiam? Continua sic. Draco non potest vincere Ecclesiam, & ideo copulat sibi familiam malam. Vnde dicit [Et vidi bestiam] id est, malorum multitudinem bestialem & crudelē [de mari] id est, de principibus malis secundum *Gloss.* [ascendentem] id est, scientem contra Ecclesiam. Vel sic [Et vidi] id est, spiritaliter intellexi [bestiam] id est, Antichristum, ad modum bestie scientem, & vniuersam rationem operantem. Vel [bestiam] id est, diabolum secundum *Haym.* [ascendentem de mari] id est, de reprobis, qui iacent in amaritudine iniquorum peccatorum. *Os. 2.* Prouocabit me Ephraim in amaritudinibus suis [de mari] id est, de iudeis, qui amarissime Christum crucifixerunt, & de tribu Dan de qua nascetur Antichristus secundum carnem, quæ fuit vilissima tribus in Israel. Et dicit [ascendentem] quia de vili tribu veniet ad magnam potestatem. Item per hoc quod dicit [ascendentem de mari] signatur, quod cito cadet: quia

D. Alber. Mag. in Apocalypsim.

de fluxu & instabili fundamēto veniet [habentem capita septem] id est, vniversos principes qui Antichristo adhaerebunt, & illi subditi erunt. Vel [capita septem] id est, septem principes iniquitatis, quorum primus fuit Cain. Secundus Nemrod. *Gen. 10.* Alia quatuor sunt quatuor regna, quæ signantur per quatuor bestias *Dan. 7.* Septimus erit Antichristus, de quo *Dan. 7.* Suiget rex impudens facie, & intelligens propositiones: & supra quam credi potest vniversa vastabit [et cornua decem] id est, omnia regna quibus impugnet Ecclesiam conseruantem decalogum. Et bene signantur per decem, qui est numerus diminutus: nam partes suæ aliquorū aggregate reddunt tantum octonarium, in quo signatur quod mali semper tendunt in diminutionem, sicut boni semper proficiunt [et super cornua eius] id est, super principes, vel regna [decem diademata] id est, decem victoriæ quas obtinebunt de transgressoribus legis [et super capita eius] id est, super principes qui ei adhaerebunt [nomina blasphemiarum] *Haymo.* Diabolus maxime per potentes huius seculi Deum blasphematur, & ore, & opere. Et sicut dicit *Gloss.* dicitur Christum non fuisse Deum verum, sed magum.

Vel sic [et vidi bestiam habentem septem capita] id est, septem peccata principalia [et bestia quam vidi] id est, Antichristus, vel membra eius [singulis erat pardo] *Haymo.* Pardo est bestia seuissima, atque impatientissima, & varietate carnis discolor, & significat hypocritam quæ est in Antichristo, & membris eius. *Daniel. 7.* Post hæc aspicebam, & ecce alia bestia quasi pardus [et pedes eius] id est, bestie [sicut pedes vrsi] Nota: Pedes Antichristi sunt eius prædicatores per mundum ipsam ferentes: & dicuntur sicut pedes vrsi, quia vrsus est animal immundum, conculcans pedibus, & denorat, amans mel, & dulcia: & illi erant immundi per luxuriam, concubabant eos qui noluerunt acquiescere, dulcia amant, id est, temporalia, & delectationes carnales. Dicitur enim *Dan. 13.* Et erit in concupiscentiis feminarum [et os eius sicut os leonis] Nota: Per leonem, qui est animal superbum, intelligitur superbia Antichristi. Os eius est eius locutio: ergo [os eius] id est, eius locutio [sicut os leonis] id est, procedens ex superbia. Vel dicendum, quod ille pardo comparatur propter fallendi varietatem, vrsus propter luxuriam, leoni propter superbiam.

Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem magnam.

Hic agitur de potestate Antichristi quæ est à diabolo data sibi. Et dicitur hic, quod diabolus dedit illi potestatem faciendi miracula. Sicut enim in Christo habitat plenitudo æquitatis suæ diuinitatis, & sicut Christus omnia opera sua facit per virtutem diuinitatis: sic in illo habitat plenitudo iniquitatis, & omnia opera sua facit per potestatem diaboli [Et dedit illi] scilicet, Antichristo [virtutem] scilicet, faciendi miracula, vt dicit *Gloss.* Contra: Miracula sunt ad manifestationem Dei: Antichristus autem nihil facit ad hoc ordinatum, ergo non faciet miracula. Item, Diabolus non habet potestatem nisi in naturalibus: sed miracula sunt super naturam: ergo. *Responsio.*

Septem principes diaboli.

Pardus.

Vrsus.

Leo.

Miracula Antichristi.

ponso in *Glossa*. Accipitur miraculum pro miro, vel mirabili. Habebit ergo potestatem faciendi miracula, non miracula: nam miraculum proprie ordinatur ad cognoscendum virtutem Dei. Mirabilia autem faciet, quæ homines poterunt admirari, & propter novitatem rei, & propter modam faciendi, quia cito faciet quod natura faceret tardius. *Thef. 2.* Cuius aduentus erit secundum operationem Satanz in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus [& potestatem magnam] *Glossa*, seducendi multos. Contra: *Rom. 13.* Non est potestas nisi à Deo: ergo diabolus non dabit potestatem Antichristo. *Responsio*. Deus dabit illi potestatem: sed tamen aburet illa, & conuertet ad malum, vt tota diabolica credatur.

Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est.

Hic agitur de capitum descriptione, vel de Antichristi simulatione. Et primo ponitur Antichristi simulatio, secundo efficacia simulationis eius [Admirata vniuersa terra] In prima primo ponitur simulatio respectu mortis, secundo respectu resurrectionis [& plaga mortis] Dicit ergo.

Simulatio Antichristi.

Et vidi vnum id est, Antichristum [de capitibus eius] id est, de septem principibus, qui per septem capita signantur, in quibus quia excellit Antichristus per malitiam, dicitur vnum singulariter. Vel [vnum de capitibus suis] id est, Antichristus, qui sic dicitur, quia dicit se esse principium suipsum [quasi occisum] id est, simularie, & non vere: quia per artem magicam simulabit se mortuum [in mortem] Hoc addit ne credatur secundum communem vsu loqui, quo aliquis occisus dicitur, qui est proximus morti [& plaga mortis eius] scilicet, simulata [curata est] scilicet, per resurrectionem simulatam. Simulabit enim mortuum se per triduum, & postea dicit se suscitatum: sed sicut dicit *Bedæ*, totum faciet arte magica, & ministerio demonum.

Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestie.

Hic tangitur de efficacia simulationis eius que consistit in duobus: respectu suorum, & respectu sui, quod *istis* [Et datum est ei os] Efficacia simulationis in aliis consistit in quatuor. Primo in gentium admiratione. Secundo in imitatione [post bestiam] Tertio in eius adoratione [Et adorauerunt draconem] Quarto in eius magnificatione [& adorauerunt] Vnde dicit.

Et admirata est id est, admirabitur. Q. d. Crederent eum resurrexisse: & ideo admirabatur [vniuersa terra] id est, omnes habentes terrenum affectum & intellectum [post bestiam] supple, eantes mente, & corpore. Ad literam sequentur eam pte admiratione, decepti magicis eius artibus. Dei permissione [Et adorauerunt draconem] *Glossa*, diabolus, supple, in Antichristo [qui dedit potestatem] scilicet miracula faciendi, & resurgendi, vt videbatur [bestie] id est, Antichristo.

Et adorauerunt bestiam, dicentes:

Quis similis bestie? & quis poterit pugnare cum ea?

Hic dicitur, quod reprobi magnificabunt Antichristum à duobus. Primo à potentia faciendi miracula, cum dicit [Quis similis bestie?] Secundo à potestatis eminentia [Et quis poterit] Dicit ergo.

Et adorauerunt bestiam id est, bestialem Antichristum, se illi humiliando [dicentes] scilicet, ex visorum admiratione, & cordis pusillanimitate [Quis similis bestie?] scilicet in miraculorum admiratione [& quis poterit pugnare cum ea] id est, potestati eius resistere? Q. d. Nullus est qui in potentia seculari emineat ita. *Haymo*. Verum dicunt qui hanc bestiam adorant: quia neque in seculari potentia, neque in miraculorum fraude, in retroactis temporibus similis ei apparuit. Nota: Quatuor prædicta debemus Creatori. Primo debemus admirari eius maiestatem. *Rom. 10.* O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Secundo imitari eius humilitatem. *Matth. 11.* Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Tertio adorare eius diuinitatem. *Deuter. 6.* Dominum Deum tuum adorabis, &c. Quarto laudare eius bonitatem. *Psal. 67.* Laudate Dominum omnes gentes, &c.

Debemus Creatori nostris quatuor.

Et datum est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadragintaduos.

Hic agitur de efficacia simulationis in seipso. Ex eo enim quod videbit, quod homines credunt eum à mortuis resurrexisse, oritur magna presumptio in eo, & ex presumptione magna & aperta blasphemia. Et secundum hoc exponitur sic.

Et datum est ei scilicet, diuina permissione [os loquens magna] supple, dicendo se esse Deum. *Daniel. 11.* Aduersum Deum deorum loquetur magnifica [& blasphemias] scilicet, negando Christum esse Deum [& data est illi] scilicet, Antichristo bestiali [potestas facere] supple, prædicta mala [menses quadragintaduos] id est, per tres annos & dimidium. Tunc enim ita præsumet, quod publice audeat blasphemare, quod ante faciebat occulte. Sed queritur, Quare istud verbum toties repetitur? *Responsio*. Tribus de causis. Primo vt præmuniamur contra illam persecutionem. *Gregorius*. Minus feriant iacula que prævidentur. Secundo, vt non timeamus, quia cito transibunt huiusmodi. Tertio, vt talem gloriam non queramus, que ita cito terminabitur.

Quæstio.

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in celo habitant.

Hic agitur de vsu potestatis, & dicuntur quatuor. Primo, quod blasphemabit Deum, negando ipsum esse. Secundo, quod blasphemabit omne nomen eius, per quod apparet laudabile [blasphemare nomen eius] Tertio, quod blasphemabit omnes qui Deo seruiunt [& tabernaculum eius]

Quatuor,

Quarto, quod etiam illos qui à maioribus protegentur [Et eos qui in celo] Dicit ergo.

Antichristum Deum blasphemabis.

Christi tabernaculum.

Et aperuit os suum scilicet, quod ante per tres annos & dimidium quasi clausum tenebat, dum occulte blasphemabat [in blasphemias] scilicet apertas [ad Deum] scilicet, vsque ad Deum. Tunc enim dicit aperte Christum non fuisse Dei Filium, & dicit se esse Christum [blasphemare nomen eius] id est, ad blasphemandum fidem & obedientiam Christi, per quam nominabilis est & laudabilis. Vel [nomen eius] id est, Iesu, quod est nomen super omne nomen, de quo *Psal. 118.* Sit nomen eius benedictum in secula. Hoc nomen blasphemabit: quia dicit Christum non fuisse Christum, sed potius Antichristum, & mentitur se Christum [& tabernaculum eius] id est, Sanctos in quibus habitat Dominus, sicut milites in tabernaculis, in quibus triumphat. Vnde *Glossa*. [& tabernaculum eius] id est, eos qui sibi militant, id est, Sanctos qui sunt in Ecclesia militanti. Vel [tabernaculum eius] id est, carnem Christi, de quo *Psal. 45.* Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus: in quo deitas lamit, sicut in tabernaculo. *Coloss. 2.* In quo habitat plenitudo deitatis corporaliter, id est, vere [& eos qui in celo habitant] id est, qui protegentur à maioribus in Ecclesia, sicut minores, per celum enim maiores. Vel sic [& eos qui in celo habitant] id est, Sanctos illos qui iam fruuntur Deo in celo: dicit enim illos fuisse ministros Antichristi, & nullum ante se Christianum.

Et est datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos.

Hic est quarta pars, in qua agitur de vsu potestatis suæ, & dicitur hic concessum esse Antichristo punire Sanctos corporaliter. Vnde dicit [Et datum est illi] id est, à Deo permillum [facere bellum cum Sanctis] id est, contra Sanctos, scilicet comminando, blandiendo, promittendo, exhortando [& vincere illos] scilicet, corporaliter occidendo. *Haymo*. Quos non poterit inclinare ad fidem suam, vincet, id est, occidet.

Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eum omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

Potestas eius amittitur.

Hic est illa pars in qua agitur de ambitu potestatis Antichristi. Et dicuntur quatuor. Primo, quod habebit potestatem in reprobos de Iudeis [& data est ei] Secundo, quod in reprobos de Gentibus [& linguam & gentem] Tertio, quod omnes isti cultum diuinum ei exhibebunt [& adorauerunt eum] Quarto, quod omnes reprobi sunt [quorum nomina] Vnde dicit.

Et data est ei potestas in omnem tribum quoad Iudeos [& linguam & gentem] *Haymo*. In lingua & gente omnes Gentium nationes intelligimus. Vel sic [& linguam] quoad malos Christianos, & gentem quoad Paganos [& adorauerunt eum] id est, Antichristum [omnes qui habitant in

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

terra] id est, qui terrenis desiderijs seruiunt, hoc est, omnes reprobi adorauerunt in ipso diabolus. Hic queritur, Supra dictum est [& adorauerunt bestiam] quare dicit modo [& adorauerunt eum] & non eam? *Responsio*. In hoc innuit, quod cum Antichristus à subditis adoratur, diabolus in eo adoratur [quorum] scilicet, reprobos [non sunt nomina scripta in Libro vitæ Agni] id est, vitæ quam dat Agnus, id est, Christus [qui occisus est ab origine mundi] id est, præuisus est ab æterno occidi in tempore. Vnde [ab origine mundi] id est, ante originem. Simile *Ecclesi. 24.* Ab initio & ante secula creata sum, id est, præuisa creati secundum humanitatem, dicit sapientia. Ab initio, id est, ante initium. Vel sic [qui occisus est ab origine mundi] id est, post originem. Vel sic [qui occisus est ab origine mundi] id est, statim post originem, non in se, sed in suis membris, sicut fuit Abel, vel alij Sancti. Vel præfiguratus occidit in Abel, & agno quem obrulit.

Quæstio.

Siquis habet aurem, audiat: Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occidet, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia & fides Sanctorum.

Supra posita est bestie descriptio, hic excitatur legentis attentio. Et dicuntur duo. Primo ponitur intellectus excitationum. Secundo consolatio Sanctorum [qui in captiuitatem] Dicit ergo.

Siquis habet aurem [cordis] audiat id est, intelligat sensum verbi. Vel sic [siquis habet aurem] corporis [audiat] auribus cordis. Hic queritur, Quare Scriptura interponit hoc verbum, siquis habet aurem, &c. *Responsio Bedæ*. Quoties Scriptura hoc dictum interponit, intentum querit auditorum pro obstitititate rei [qui in captiuitatem] Q. d. Nolite multum curare de gloria Antichristi [qui in captiuitatem duxerit] scilicet, alienando à fide & salute duxerit, inquam, verbo, vel exemplo [in captiuitatem vadit] id est, in penas infernales, velit nolit. Et non dicit, vadet, sed vadit: quia iam lata est sententia de istis *Iohan. 3.* Qui non credit, iam indicatus est [qui in gladio occidet] scilicet spirituali, vt gladio malæ persuasionis, vel gladio materiali, sicut Antichristus, & nisi oportet eum gladio occidi scilicet, sententia æternæ iudicij. *Iob 19.* Fugite à facie gladij. Vel aliquando gladio materiali [Hic est patientia & fides Sanctorum] id est, hoc tempore probatur quis Sanctorum fidelis sit & patiens. Multi enim tempore pacis videntur patientes & fideles, qui tempore persecutionis inueniuntur impatientes & infideles. *Luc. 8.* Ad tempus credunt, &c. Vel sic [Hic est patientia & fides Sanctorum] id est, ad hoc dantur fides & patientia, vt possint Sancti sustinere tribulationem. Vel sic [Hic est patientia, &c.] id est, in tribulationibus, probatur fides & patientia, sicut aurum in fornace. *Augustinus*. Quod flagellum grano, quod lima ferro, quod fornax auro: hoc tribulatio viro iusto. Nota [Hic est] id est, in tribulatione [patientia & fides Sanctorum] sicut aurum in fornace ad probandum, sicut argentum in mihera ad extrahendum, sicut flos in arbore ad gnetandum, sicut semen in agro ad multiplicandum.

Quæstio.

Et vidi etiam bestiam ascendentem de terra & habebat cornua duo, similia Agni & loquebatur sicut draco.

Anti-christi membra.

Supra posita Antichristi descriptionem, hic describit membra eius & præcipue prædicatores eius. Et dicitur hæc pars in duas. In prima figura bestie describit prædicatores Antichristi, in secunda potestatem eorum & effectum potestatis [& potestatem prioris bestie] in prima tanguntur quatuor. Primo eorum crudelitas. Secundo superbia [ascendentem] Tertio simulatio & hypocrisis [& habebat cornua duo] In quarta modus loquendi [& loquebatur] Dicit ergo.

Et vidi etiam bestiam [Nota: Hæc bestia differt à præcedenti: quia illa ascendit de mari, hæc de terra. Per illam signatur Antichristus, per istam corpus eius, maxime qui eam prædicaturi sunt. Hym. Prior bestia Antichristus est, scilicet, malorum caput: sequens vero corpus eius, maxime qui eam prædicaturi sunt. Per primam potest signari multitudo Gentium adherentium Antichristo in persecutione Ecclesie: per secundam falsi Christiani, qui Ecclesiam persequuntur cum Antichristo. Dicit ergo.

Et vidi id est, intellexi spiritualiter [aliam bestiam] id est, Pseudo Apostolorum congregationem. Et dicitur bestia quasi vastia propter crudelitatem [ascendentem] scilicet, propter superbiam, & transuentem [de terra] id est, de terrenorum opulentia. Hym. De terra ascendere, est pro terrenis rebus in superbiam erigi. Nota: Non dicit quod ascendit, sed vnde: quia malorum affensus est descensus. Psalm. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. Nota, quod diabolus reuelabit ei thesauros absconditos, vnde suos ditabit: & sic erigatur in superbiam. Daniel. 11. Dominabitur thesaurorum auri & argenti [& habebat duo cornua] id est, vitam, & scientiam: sed quia non habebit illa secundum veritatem, sed per simulationem: ideo non dicit simpliciter, sed [similia Agni] Vel [duo cornua] sunt doctrina & potestas faciendi miracula per simulationem, non secundum veritatem, & per ea quasi per cornua impugnant Ecclesiam. Vel [duo cornua] id est, duo Testamenta, quibus defenditur Ecclesia, quæ habebit per scientie cognitionem, non per vite sanctitatem: per usurpationem, non secundum veritatem. Vnde sequitur [similia Agni] Vel [duo cornua similia Agni] sunt dilectio Dei & proximi simulata quæ erit in eis. Vnde Gloss. Si quid boni in eis videbitur, simulatio erit [& loquebatur sicut draco] id est, Antichristus: quia sicut diabolus loquitur in Antichristo, ita prædicatores Antichristi loquuntur à diabolo. Vel [sicut draco] quia persuadendo & blasphemando concordabit draconis.

Et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis.

Hic agit de potestate ministrorum Antichristi. Et dicuntur tria. Primo, quod habebunt potesta-

tem decipiendi per sanctitatis simulationem. Secundo, per miraculorum operationem [& fecit signa] Tertio per secularem potestatem [& faciet ut quicumque] Dicit ergo.

Et potestatem prioris bestie id est, Antichristi bestialis & irrationalis [omnem] id est, omnes modos decipiendi: quibus Antichristus decipit, decipiunt illi [faciebat in conspectu eius] id est, Antichristi, hoc est, in beneplacito eius. Vel [in conspectu eius] scilicet, ut quasi videatur omnia scire. Hym. quærit, Si prædicatores Antichristi semper in eius presentia sint: & respondet, quod non: sed ideo dicuntur in conspectu eius potestatem habere, quia ubique sunt, studebunt ita voluntatem eius facere, ac si semper ab eo videantur. In conspectu etiam eius sunt: quia intantum eum honorabunt, ut quicquid acturi sunt, dicant in conspectu eius esse, tanquam nihil eum latere possit [& fecit terram] id est, amatores terrenorum [& inhabitantes in ea] Gloss. in amore terrenorum perseverantes. Vel [terram] id est, corpora terrena [& inhabitantes in ea] id est, animas quiescentes in corporibus [adorare bestiam primam] id est, Antichristum qui est caput omnium malorum, quem adorabunt Apostoli sui, sicut Christum adorauerunt veri Apostoli [cuius curata est plaga mortis] scilicet, simulate, & per resurrectionem simulatam quam prædicabunt sicut veram.

Et fecit signa magna ut etiam ignem faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum.

Hic determinat potestatem quam habebunt ministri Antichristi per miraculorum operationem. Et dicuntur duo. Primo, quod miracula facient ad confirmationem prædicationis suæ. Secundo, miraculorum expressionem ponit [ut etiam ignem] Tertio, quod ad maiorem deceptionem facient coram Sanctis in conspectu hominum. Dicit ergo.

Et fecit signa id est, faciet [magna] Gloss. ad confirmationem prædicationis suæ [ut etiam ignem faceret de celo descendere in terram] Ad literam poterunt hæc facere Apostoli Antichristi, demonum operatione. Nec hoc est incredibile, cum alia vice hoc fecit diabolus. Job 1. Ignis de celo venit, &c. Vel [ignem] id est, spiritum malignum in specie ignis faciet [descendere de celo in terram] sicut Apostolis datus est Spiritus sanctus in igne, id est specie ignis. Act. 2. Et sicut ad prædicationem Apostolorum dabatur Spiritus sanctus signo visibili. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, &c. sic illi dabunt spiritum malignum in specie ignis, arte magica [in terram] id est, in homines qui terrena sapiunt [in conspectu hominum] id est, Sanctorum. Matth. 24. Surget Pseudo Apostoli, & dabunt signa magna, &c. Vel [in conspectu hominum] id est, aperte, & iactabunt se meliores Apostolis, qui in conclavi receperunt Spiritum sanctum.

Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie, dicens habitanti-

bus in terra ut faciant imaginem bestie quæ habet plagam gladii, & vixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestie, & ut loquatur imago bestie.

Supra dictum est quod ministri Antichristi miracula facient, hic dicitur, quod per hoc multos seducunt. Et dicuntur hic tria. Primo, quod per miraculorum operationem multos decipient. Secundo, quod Antichristo conformes facient [dicens habitatoribus] Tertio, quod illos loqui linguis facient [& datum est illi] In prima parte dicuntur tria. Primo, quod prædicatores Antichristi terrenos homines seducunt. Secundo ostendit per quod, quoniam per miracula propter signa [Tertio, quod illa sicut in inuocatione nominis Antichristi [in conspectu bestie] Dicit ergo.

Et seduxit id est, seorsum à veritate ducet [habitantes in terra] id est, finaliter amantes terrena, & postponentes diuina [propter signa] id est, miracula quæ data sunt [scilicet, permissione diuina] id est, bestie, hoc est, prædicatores Antichristi facere in conspectu bestie id est, Antichristi, in cuius nominis inuocatione ministri eius miracula facient [dicens] id est, præcipiens habitantibus in terra id est, in terrenis, qui sibi adherent [ut faciant imaginem bestie] id est, Antichristi, id est, ut faciant se conformes illi, sicut dicit Gloss. & Hym. hoc est, fidem illius tenebunt, & simulationem illius imitabuntur [quæ habet plagam gladii] id est, cicatrices vulnerum, quæ sunt signum mortis [& vixit] scilicet, per simulationem resurrectionis: quia sicut dictum est, se finget mortuum, & resurrexisset. Nota: Aliqui dicunt, quod facient à suis credentibus fieri imaginem Antichristi materiale, sicut nos facimus imaginem Saluatoris, & facient eam adorari in eius nomine [& datum est illi] id est, permissum illi [scilicet, bestie, id est, ministris Antichristi bestialibus & irrationalibus [ut daret spiritum] scilicet, malignum spiritum prophetandi [imagini bestie] id est, conformibus Antichristi, sicut dicit Gloss. [ut loquatur bestie imago] id est, conformes Antichristo loquantur variis linguis, vel prophetantes de futuris, sicut dictum fuit Apostolis, quod possent loqui variis linguis. Si autem intelligatur de imagine materiali, tunc exponitur sic [& datum est illi] scilicet, statim [ut loquatur imago bestie] id est, Antichristi. Secundum hoc videtur, quod sit creatura rationalis. Responsio. Loquetur per ipsum prædicantem, sicut idola solebant dare responsa. Vnde Hym. Arte magica facient statim loqui, & futura prædicere: & hoc permittet Deus, peccatis hominum exigentibus, sicut olim permissum est, cum vigeret idololatria.

Imago bestie.

Et faciet ut quicumque non adorauerint imaginem bestie, occidantur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis, & nequis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen be-

D. Albert. Mag. in Apocalypsim.

stie, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est.

Hic dicit, quod per secularem potestatem hoc facient. Et dicuntur tria. Primo, quod contraditores Antichristi punientur morte. Secundo, quod conformes facient consistere Antichristum esse Deum ore [& omnes pusillos] Tertio, quod nullus nisi prædicatores Antichristi, aud. bit prædicare [nequis possit] Dicit ergo.

Et faciet scilicet, illa bestia quæ corpus Antichristi significat. Gloss. per principes seculares [ut quicumque non adorauerint imaginem bestie] id est, quicumque colendo noluerint imitari illam simulationem qua paratur Antichristus esse Filius Dei, & resurrexisset à mortuis, vel Apostolos sibi conformes non honorauerint, & obediuerint eis, occidantur, scilicet, morte corporali [& faciet omnes pusillos] id est, qui malum quod volunt, peccate non possunt [& magnos] id est, qui secundum suum propositum operantur malum [& diuites] id est, superbos diuitis, & elatos in temporalibus [& pauperes] id est, bonis operibus [& liberos] id est, a iustitia alienos [& seruos] id est, peccatis repletos. Rom. 6. Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. id est, alieni a iustitia [habere characterem] id est, vite & doctrine conformitatem [in dextera manu] id est, in opere manifestam [aut in frontibus suis] id est, per apertam oris confessionem [& nequis possit emere aut vendere] nisi qui habeat characterem bestie [Ad literam boni habebuntur quasi excommunicati: ita ut nullus audeat vendere, nec ab eis emere. Vel sic. Non solum ita facient per principes seculares: sed etiam illud [nequis possit emere] Gloss. seruos Dei acquirere [aut vendere] scilicet, tunicam mundanæ conuersationis per opera penitentia. Illi enim tunc dicunt, quod non erit sciendum, sed diuitis & deliciis vacandum. Vel sic [nequis possit emere] scilicet, veritatis intelligentiam, studebunt, & audiendi [aut vendere] docendo, vel prædicando [nisi qui habeat characterem bestie] id est, fidem Antichristi in corde [aut nomen bestie] id est, confessionem eius in ore, sicut dicit Hym. Nemo tunc poterit prædicare Christum libere, sed Antichristum factum. Propter quod tunc 2. Timoth. 4. est tempus cum sanam doctrinam non suscipient, sed sua desideria, &c. [aut numerum nominis eius] id est, nisi habeat multiplicationem operum: ut sic per opera probet se habere fidem in corde, & ore per apertam confessionem. Quid autem sit nomen bestie & numerus nominis eius, statim dicitur [Hic] id est, in cognitione nominis bestie & numeri nominis [est sapientia] scilicet, necessaria ut sciatur. Vel [hic] id est, in hoc tempore, quando tanta erit tribulatio, est sapientia, scilicet, opus ad cauendum casum.

Et datum est illi [Nota: Aliter exponitur ut intelligatur de imagine materiali ad literam, licet aliquando sit factum [& datum est illi] scilicet Deo permittente [ut daret spiritum imagini bestie] id est, statim factæ ad similitudinem Antichristi & honorem [spiritum] in quo, ut moueatur, & loquatur ad maiorem hominum deceptionem. Hoc autem fiet per spiritum prædicantem illi statim, non vultum ut forma. Vnde scribit [ut loquatur imago bestie]. Ad literam

per demonem [& faciet] [illicet , per suam per-
suasionem & principum secularem potestatem [vt
quicumque non adorauerint imaginem bestie , oc-
cidantur] ad literam , quod figuratum fuit *Dansel.*
3. Vbi præceptum fuit , quod omnes interficerentur
qui non adorarent statuam auream [& facit omnes
putillos , &c.] Hi. sic distributio pro generibus sin-
gularum , non pro singulis generum , habere chara-
cterem] id est , aliquod signum [in dextera manu]
ad literam [aut in frontibus suis] id est , capitibus ,
per quod cognoscantur esse de familia Antichristi ,
sicut iudei portant aliquod signum , per quod co-
gnoscantur [& nequis possit emere , &c.] Ad li-
teram boni et aut vt excommunicati : ita quod nul-
lus audebit eis vendere , nec ab eis emere. *Primo.*
39. Abominantur impij eos qui in recta via sunt
[nisi qui habet charactere n bestie] signum [aut
nomen bestie] scilicet , vt vocetur ab Antichristo
Antichristianus , sicut à Christo vocatur Chri-
stiani [aut numerum nominis eius] Ad literam , vt
omnes literas nominis ipsius habeat scriptas aper-
te. Et hoc totum fiet , vt boni cognoscantur , &
non possint latere , sed occidantur . *Hic est sa-
pientia] scilicet , in cognitione nominis & nume-
ri eius.*

Qui habet intellectum , computet
numerum bestie : numerus enim ho-
minis est : & numerus eius sexcenti
sexaginta sex.

Hic est secunda illius partis in qua determina-
tur de secunda bestia , & excitatur intellectus le-
gentis. Et dicuntur tria. Primo excitatur lector
ad computandum numerum bestie. Secundo , quod
licet videatur per illum numerum Deus , tamen
erit homo purus [numerus hominis est] Tertio
ponit numerum nominis : vt per hoc intelligi de-
tur quod sit nomen bestie , vt possit caueti [& nu-
merus eius] Dicit ergo.

Qui habet *Gloss.* Quia res est obscura , attentos
facit [intellectu] id est , donum intelligendi my-
steria [computet numerum bestie] scilicet , ita
quod sciat & cognoscat signatum illius [numerus
enim hominis est] & non Dei. *Beda.* Numerus
hominis est ne eum putemus iuxta quorundam
opinionem , vel diabolum esse , vel Deum , sed
vno de hominibus in quo totus Satanus habita-
tus est corporaliter [& numerus eius est sexcenti
sexaginta sex] Ad hoc intelligendum notandum ,
quod hic liber in Græco scriptus est : vnde secu-
dum morem Græcorum numerus iste huius nomi-
nis accipiendus est. Græci autem literis expriment
numeros , secundum quod in alphabeto ponantur.
Verbi gratia. Alpha quod est primum elementum ,
signat vnum , vita duo , &c. vsque ad iota quod
decimo loco ponitur , & significat decem : sequens
vero , scilicet , cappa signat . o. sequens vero 30 &
sic semper procedendo vsque ad centum : vnde Rho
centum signat , sequens vero ducenta signat , sic
procedendo vsque a mille. Hæc vi o de facili in-
uenitur nomen bestie & numerus hominis. *Secun-
dum B. Iam.* hoc nomen est Teritan quod in-
terpretatur gigas : hoc enim nome i quasi omnibus
potentia antecellit vsurpabit Antichristus iactans
se illum de quo *Psalms.* 18. Exultauit vt gigas.
Numerus autem huius nominis est de lxxj. quod

Teritan

patet sic : T signat ccc. E quinque . j. decem T ccc. A
vnum N 50. quæ simul congregata faciunt de lxxj.
Interpretatur etiam sol : quia ille affirmabit se
esse solem iustitiæ , de quo *Malach.* 3. Vobis ti-
mentibus nomen meum orietur sol iustitiæ , & ve-
ram lucem quæ illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. Item latinis verbis no-
men habens istum numerum , Diclux , quod bene
competit ei qui cuiuslibet dicet , Dic lux , id est , dic
me esse lucem. Et in hoc quod est Diclux , numerum
prædictum inuenimus. Denim apud nos quingentos
signat , i vnum , c centum , l quinquaginta , v quin-
que , x decem : quæ simul sumpta de lxxj perficiuntur.
Item aliud nomen ponit *Beda* completens eundem
numerum , quod est Antemos , & interpretatur
honor contrarius : quod quidem conuenit Anti-
christo qui honori qui soli Christo debetur , erit
contrarius. A signat vnum , N quinquaginta , T
ccc. E quinque , M quadr. ginta , O lxx. S ducenta :
quæ simul sumpta reddunt prædictum numerum.
Hoc idem reperitur in alio nomine quod est Ar-
noyme quod interpretatur nego , quod bene con-
uenit Antichristo qui negabit Christum esse
Deum , & complet numerum prædictum. A vnum
signat , R centum N quinquaginta . O septuagin-
ti . V cccc . M 40. E 5. Ex prædictis patet , quod
sit nomen bestie , & quis sit numerus nominis
eius. Nomina autem ista , id est , res eorum nomi-
num vsurpabit sibi Antichristus : quia vocabit se
solem iustitiæ , & gigantem geminam substantiam , id
est , diuinæ , & humanæ. Item faciet se vocari
Antemos , id est , Christo contrarium : & Arnoyme ,
quia negabit Christum esse Deum , & affirmabit
se esse Deum. Et per hunc numerum qui in præ-
dictis nominibus continetur , volet ipse apparere
Deus : sed sapientibus & cognoscentibus veritatem
nominis , purus homo apparebit. Et ideo dicit [qui
habet intellectum] id est , sensum & gratiam co-
gnoscendi mysteria [computet numerum bestie]
id est , literas nominis eius [numerus enim ho-
minis] id est patet per literas ipsam bestiam pu-
rum esse hominem , quamuis se dicat Deum [&
numerus est de lxxj] id est , literæ eius talem nu-
merum signant , & habebit nomen bestie.

Hic est dubitatio , quomodo videatur Deus per
hunc numerum insipientibus , cum sapientibus
appareat purus homo. *Responsio.* In hoc numero
de lxxj. triplex senarius inuenitur , scilicet , senarius
sex vnitatum . vj. senarius sex denariorum , scilicet ,
lx senarius centenariorum , scilicet , de. Primus
signat perfectionem naturæ : quia in sex diebus sunt
omnia operata. Secundus senarius , scilicet dena-
riorum , signat perfectionem meritum : in obser-
uatione enim decalogi consistit meritum : & in hoc
quod sexies sumitur , signatur perfecta adimplectio
decalogi : vnde per lx signatur perfectio merito-
rum. Tertius senarius significat perfectionem
præmiorum : centum enim significat præmium
quod debetur perfectis , nam fructus centesimus
illis debetur. Quia igitur Antichristus habet hunc
numerum , in quo signatur perfectio naturæ , gra-
tiæ , & gloriæ , quæ triplex perfectio à solo Deo est :
ideo insipientibus videbitur Deus esse. Sapientibus
tamen per hunc numerum videbitur purus homo ,
quia totum per senarium scribitur & perficitur in
quo datur intelligi , quod ille cui hic numerus
competit , pura creatura est ; nam senarius est
numerus

Diclux

*Ante-
mos*

Arnoyme

Quæstio

numerus operationis creaturæ : omnes enim crea-
turæ sex diebus operatae sunt. Aliter dicunt alij
quod per senarium , cuius partes aliquotæ totum
perficiunt , nec ultra procedunt , nec citra ferma-
nent , signatur perfectio fidei cui nihil addendum
vel detrahendum est , sed simpliciter tenendum
sicut determinat Scripturæ : & sicut senarij non
sunt nisi tres partes aliquotæ , sic non est fides nisi
de tribus , scilicet , nisi de Trinitate personarum ,
aut dualitate naturarum in Christo , aut vnitate
essentiæ trium personarum. Hic est prima per-
fectio & magna. Item per 60. qui componitur
ex senario ducto in denarium , signatur perfectio
operationis. Hic est secunda perfectio & maior.
Item per centum signatur triplex perfectio , scili-
cet , fidei propter senarium , operationis propter
denarium , adimpletionis consiliorum propter
centum. Quia igitur Antichristus hanc triplicem
perfectionem suis promittit , vel præmium
quod debetur eis ; ideo reputabitur ab eis Deus.
A sapientibus vero homo purus. Quamuis enim
per prædictos numeros diuersæ signantur per-
fectiones : tamen cum senarius sit numerus ope-
rationis , quia sex diebus omnes creaturæ sunt
operatae , ideo per ipsum tantum creatura & non
creator signatur. Ideo tempore Antichristi qui
per prædictos numeros describitur , apparebit po-
rus homo sapientibus & in malitia perfectus.

Dub. 1.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo
[Et os eius sicut os leonis , &c.] queritur , Cum
supra dictum sit , quod bestia haberet septem cor-
nua , quomodo hic dicitur habere vnum os , &
non 7. ora ? *Responsio.* Septem sunt eius capita
non numero , sed significatione : vnde idem sunt
septem capita quod vnum : signant enim omne
corpus malorum. Vel dicitur [os eius] singulariter ,
ad signandum quod omnes reprobi tunc loquen-
tur ore suo , hoc est , ore diaboli , id est , ore vno ,
sicut omnes boni ore vno loquentur , id est , ore
Spiritus sancti.

Dub. 2.

Secundo super illo verbo [Et adorauerunt dra-
conem] *Gloss.* diabolum , qui dedit potestatem be-
stie. *Gloss.* vt faceret miracula. Queritur , aut
homines credent eum habere potestatem à diabo-
lo , aut à Deo : si à Deo , ergo adorant Deum , &
non diabolum : si à diabolo , quomodo ergo se-
quuntur eum ? *Responsio.* Multi scient Antichri-
stum esse malum , & multi simplices non aduer-
tent , sed omnes sequentur eum , vel propter dona
quæ dabit , vel propter timorem mortis : & viden-
tes eius miracula , dicent , Benedictus qui dedit isti
talem potestatem. Hic autem est diabolus , & ideo
in communi adorabunt diabolum , non propria
ratione.

Dub. 3.

Tertio super illo verbo [Et datum est ei facere
bellum cum Sanctis , & vincere eos] querit
Haym. Si Dominus electos suos diligit , cur ita
vehementer permittet illos affligi ? *Responderet* :
quia filij sunt , & paterna hereditate donandi ,
atque ideo dilecti. Vnde scriptum est ad *Hebr.* 12.
Flagellat omnem filium quem recipit . Et supra
tertio. Ego quos amo , arguo , & castigo.

Dub. 4.

Quarto super illo verbo [Et faciet ignem de-
cendere de celo] queritur , Quare potius commo-
morat miraculum ignis quam aliud ? *Responsio*
Beda. Miraculum ignis quasi maximum prætu-
lit : vt quia Dominus Iesus , Spiritu sancto in igne
veniente , virtutum gratiam dedit , ipse quo-

*Quare
faciet
miracu-
lum in
igne.*

que suos quasi simili charismate , astutia fallente ,
decipiat.

Quinto super illo verbo [Et datum est illi vt
daret spiritum imagini bestie , vt loquatur] scilicet
prophetando de futuris. Contra : Solus Deus
potest dare spiritum prophetandi . id est , præviden-
di , & prædicendi futura. *Responsio.* Futura con-
tingentia subiacent ordinationi diuinæ : & ideo
taliym notitia solus Deus potest dare. Cum
igitur prophetia sit de talibus , solus Deus potest
dare spiritum prophetandi . Quædam vero sunt
futura naturaliter , vt eclipsis lunæ , vel solis : &
talia potest prædicere demon . Item , cum sit velo-
cissimus , illud quod dictum est iam in vna regio-
ne , vel factum , dicit cito post in alia , vbi videtur
quasi futurum : & sic prædicit futura : aliter non ,
nisi reuelarentur ei à superiori . Item quandoque
prædicant futura ex quadam coniectura : propter
quod frequenter accidit , quod mentiantur .

Item queritur , Vtrum possit dare loqui variis

linguis . *Responsio.* Credo quod non : sed hoc
faciet secundum visionem hominum solum . Vel
ipse , cum sciat omnes Scripturas & omnia idio-
mata , vt dicit *Damas.* loquetur in eis , vel hoc
faciet simulatorie , aut per fallaciam huiusmodi ,
& cum plures sint eius sequaces & diuersarum
linguarum , faciet illos loqui , ac si linguis variis
mirabiliter loquerentur .

Dub. 5.

Dub. 6.

Lib. 4.

cap. 1.

CAPVT XIV.

Et vidi , & ecce Agnus stabat
supra montem Sion , & cum
eo centum quadraginta qua-
tuor millia habentes nomen
eius , & nomen Patris eius
scriptum in frontibus suis.

SUPRA descripsit Ioannes familiam
draconis , hoc est , Antichristum & mi-
nistros eius , hic incipit agere de Agno
& familia eius quæ opponatur prædictis . Et di-
cuntur hic tria . Primo Agni visio . Secundo exer-
citus eius descriptio [& cum illo] Tertio præ-
conum aduocatio [& vidi alterum Angelum]
Dicit ergo.

Et vidi] id est , intellexi spiritu reuelante [&
ecce Agnus] Hoc dicit quantum ad humanam na-
turam propter innocentiam vitæ & sacrificium &
immolationem . *Ierem.* 11. Ego quasi Agnus qui
&c. [stabat] Hoc dicit quantum ad diuinitatem :
nam si cecidit per humanitatem , semper stetit se-
cundum diuinitatem . *Ioan.* 1. Medius vestrum ste-
tit , scilicet , secundum deitatem , quem vos nescitis ,
occidentes eum secundum carnem [supra mon-
tem Sion] Sion interpretatur specula , & signat
Ecclesiam , quæ bona futura speratur , & quæ
mala sunt cauenda denuntiat . Et dicitur stans ,
quasi semper iuuare Ecclesiam paratus . *Psalms.* 2.
Ego autem constitutus sum rex ab eo , &c. [mon-
tem] id est , Ecclesiam , quæ mons dicitur in se , pro-
ficiendo [Sion] id est , specula , aliis bonum exem-
plum dando [mons] bene operando , specula infi-
dias diaboli præcauendo .

Sion

Et cum eo centum quadraginta quatuor milia] Et ponitur hic numerus finitus pro infinito. Et sicut dicit *Haym.* hic numerus signat eos qui sunt virgines mente & carne. Et primo describuntur ab aperta nominis Christi confessione [habentes nomen eius] secundo à passionis Christi imitatione [& audiu] tertio à perfecta mentis & corporis integritate [& cantabant] Et primum pertinet ad prædicatores. Secundo ad martyres. Tertium ad virgines. Hic ergo [Et cum illo] scilicet, Agno [cxliij. millia] sicut dicit *Gloss.* virgines in fide Trinitatis perfectos, ex quatuor partibus mundi electos signat. Si enim ternarius in quaternarium ducatur, vel è conuerso, redditur duodenarius qui ductus in seipsum facit cxliij. nam duodecies xij. faciunt cxliij. millia. Hoc addit ad signandum perfectionem. Quia ergo duodenarius est numerus abundans: ideo signat illos qui abundantem iustitiam seruant, sicut sunt virgines, martyres, & prædicantes. Virgines seruant abundantem iustitiam quoad spiritum proprium, martyres quoad Deum, prædicatores quoad proximum: vnde dicit [& cum illo] id est, cum Agno, ei conformes & similes. Ex hoc sequitur: ergo erant super eam. quia Christus erat super eam. Responsio. Christus est super Ecclesiam potentia & dignitate, Sancti vero maiores sunt supra dignitate, non potestate. cxliij. millia, id est, Sancti perfectæ iustitiæ in fide Trinitatis, ex quatuor mundi partibus collecti, sicut sunt Prædicatores, martyres, & virgines [habentes nomen eius] id est, Christi à quo Christiani [Et nomen Patris eius] à quo dicuntur filij, & filij Dei. *Psal.* 81. Ego dixi. Dicitis, &c. Et primo ponit nomen Christi: quia ad Patrem non possumus venire nisi per Christum. *Ioan.* 10. Ego sum ostium [Scriptum in frontibus suis] id est, consistentes illud ore & operibus manifeste. Et dicit scriptum, non fictum, vel pictum: quia sic posset tribulatio aliquis delerit: sed scriptum, *Gloss.* indelebiter. Aliter per prædictos numeros signatur triplex vel quadruplex status beatorum. Vnde sensus est: & cum eo. cxliij. millia] supple, stabant per conformitatem & ad custodiendum Ecclesiam. Per xl. qui est penitentium, signatur status incipientium: per quatuor signatur status proficientium in quatuor virtutibus se exercitantium: per c. qui est numerus perfectus signatur status contemplantium. Hi omnes stabant cum Agno ad custodiam Ecclesie & parati ad bellandum, quasi acies ex opposito contra aciem diaboli [habentes nomen eius] quia à Christo Christiani: vel rem nominis, id est, gratiæ benedictionem [nomen Patris eius] id est, notitiam, vel rem nominis Patris per Dei filiationem [scriptum in frontibus suis] id est, in suis cordibus: vel [scriptum per perseverantiam in frontibus suis] scilicet, per apertam confessionem.

Et audiui vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruu magni: & vocem quam audiui, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis.

Hic describuntur Sancti ab imitatione passionis Christi, & dicuntur duo. Primo ponitur admonitio Sanctorum exercitantium se ad imitatio-

nem Christi. Secundo exprimitur modus admonitionis [& vocem quam audiui] In prima parte dicuntur duo. Primo ponit admonitionem. Secundo describit ipsam [tanquam vocem] Dicit ergo.

Et audiui *Gloss.* Sanctorum admonitionem [de celo] id est, de Ecclesia, vel de viris perfectis & caelestibus ad imperfectos & minores procedentem [tanquam vocem aquarum multarum] id est, procedentem de multitudine dulcium Scripturarum. *Psal.* 118. Quam dulcia, &c. Hic enim dicitur vox aquarum: quia multos Sanctos, id est, mundos facit [& tanquam vocem tonitruu magni] quia terret malos. *Psal.* 103. A voce tonitruu formidabunt [& vocem quam audiui] id est, vox quam audiui, supple, fuerat [sicut vox citharædorum] Nota: in cithara est lignum, & chordæ, tamen diuersimode tenentur, vnam reddunt melodiam. Per lignum signatur crux Christi, vel penitentia. Caro Sanctorum intelligitur per chordas. Chordæ igitur in hoc ligno extenduntur, quando corpora in penitentia assurgunt. Sed istæ chordæ diuersimode extenduntur: quia non omnes æqualiter penitent, vel penam pariuntur. Alius enim crucifigitur, alius decollatur, &c. vnum tamen reddunt sonum, propter vnam fidem quam omnes continentur.

Est ergo sensus [sicut vox citharædorum] id est, vox sanctorum martyrum, vel Prædicatorum [citharizantium] id est, carnis mortificationem ostendentium [in citharis suis] id est, in corporibus suis. Nam carnis mortificationem quam prædicant aliis, ostendunt in seipsis. *1. Corin.* 9. Castigo corpus meum. Et nota, quod dicit, in citharis suis: in quo notat illos qui semper citharizant in alienis, vel prædicant semper aliis penitentiam, & ipsi faciunt modicam aut nullam. *Matth.* 24. Imponunt in humeros hominum onera graua, &c.

Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores.

Hic describuntur Sancti qui virginitatem seruauerunt spiritualiter, quæ consistit in mentis & corporis integritate. Et dicuntur quatuor. Primo manifestatur gaudium quod habent virgines pro seruata integritate. Secundo ostenditur prærogatiua virginum in exultatione [nemo poterat] Tertio, quod hoc gaudium adepti sunt passionis Christi virtute [qui empti sunt] Dicit ergo.

Et cantabant quasi canticum nouum, id est, gratias agebant de integritate mentis & corporis: quod dicitur [canticum nouum] quia est canticum Novi Testamenti. *Matth.* 3. Sunt eunuchi qui se castrauerunt, &c. *Beda.* Verus canticum erat, Beatæ quæ patiunt. *Exod.* 23. Non erit infæcunda neque sterilis in terra tua. Nouum vero est, Lauda sterilis quæ non parit *Isa.* 54. Nota: quod istud canticum dicitur quasi canticum nouum: nam canticum nouum est, quod inauditum est: auditur autem de multis virginibus: sed ante partum Virginis inauditum fuit, vt simul esset virginitas & fecunditas: & illa sola potuit cantare canticum nouum, quæ hanc meruit prærogatiuam habere, vt mater esset, & virginitatem non amitteret.

teret. Vel [quasi canticum nouum] quia nunquam veterascet, sed erit in perpetua nouitate. Vel [quasi nouum] dicitur vt sic imperfectio quædam vique ad glorificationem corporum in animabus sanctis intelligatur: sed tunc erit plene nouum, quando erit glorificatio corporum [ante sedem Dei] In hoc notatur rectitudo intentionis. Quasi dicit. Non pro fauore hominum vt hypocritæ, sed ante sedem Dei, id est, in præsentia Angelorum, in quibus Deus sedet. *Psal.* 137. In conspectu Angelorum [& ante quatuor animalia] id est, Euangelistas, vel vniuersos Euangelij Prædicatores [& seniores] id est, iudices, vt dicit *Gloss.* vel Patriarchas, & Apostolos, id est, Veteris & Noui Testamenti Patres. Et dicit, ante, non post: quia æquipatantur eis in quibus iam sedet.

Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum, quadraginta quatuor millia.

Hic ostenditur prærogatiua virginum. Vnde dicit [& nemo poterat dicere canticum] id est, gratias agere, vel gaudere de integritate mentis & corporis [nisi illa. cxliij. millia] id est, nisi illi virgines qui signatur per illa. cxliij. millia. *Beda.* Singulariter canticum cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus de carnis incorruptione gaudere. Sed obicitur: quia videtur secundum hoc, quod Petrus beatus non fuerit maior illis Sanctis, cum istud canticum cantare non possit: non enim virgo permansit. Responsio. Duplex est meritum: essenziale, & accidentale. Virgines enim quamuis excellant Petrum in virginitate, & sic in præmio quodam accidentali: non tamen simpliciter, quia ipse exercebat in aliis: vnde virgines ceteris paribus ipsum excellerent, sed cetera paria non fuerunt: vnde *Haym.* Si Ioannes Apostolus fuisset in cruce leuatus, vt Petrus, vtique excelleret eum: quia ille virgo, hic esset non virgo: vnde virgines qui non fuerunt cum eo æqualis meriti, non præcellunt ipsum, licet content canticum illud.

Qui empti sunt de terra.

Hic dicit, quod virtute passionis peruenerunt ad gaudium istud. Vnde dicit [qui empti sunt] scilicet, pretioso sanguine Christi [de terra] id est, de infirmitate corporis sunt sursum eleuati, vt in carne viuunt præter carnem. *Ambros.* Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis assimulantur: maior enim victoria virginum est quam Angelorum: Angeli enim sine carne viuunt, virgines aut in carne triumphant.

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & Agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium: si ne macula enim sunt ante thronum Dei.

Hic manifestatur virginitatis dignitas tripliciter. Primo quoad incorruptionem carnis. Secundo quoad incorruptionem oris [& in ore ipsorum] Tertio quoad incorruptionem mentis [siue macula sunt] Dicit ergo.

Hi sunt] scilicet, virgines [qui cum mulieribus non sunt coinquinati] turpi opere [virgines enim sunt] merce. *Haym.* non polluti cum mulieribus mente & corpore] Hi sequuntur Agnum id est, imitantur. *Haym.* Sequi Christum, est imitari ipsum [quocumque ierit] in quacumque via: siue enim vadat ad viam præceptorum, hi sequuntur: siue ad viam consiliorum, hi sequuntur. *Benard.* sequuntur ad redemptionem, sicut omnes & sequuntur ad præcepta, sicut plures: sequuntur ad consilia, sicut pauci, quia pauci virginitatem seruant [Hi empti sunt] id est, quadam prærogatiua ab aliis separati, sicut primitiæ eliguntur ex fructibus, vel ex multo grege eligitur Agnus. Vnde hi empti sunt ex hominibus. Non dicit simpliciter, empti: quia de ceteris meliores sunt electi. Ergo [Hi empti sunt] scilicet, sanguine Christi sui, ad hoc vt essent [primitiæ ex omnibus hominibus] id est, electi ex omnibus hominibus ad modum primitiarum, id est, vt tanquam primitiæ offererentur Deo id est, Patri. Nota, quod dicit, empti, & non redempti. Nam illi proprie dicuntur empti, qui baptismalem innocentiam seruauerunt: redempti vero, qui à peccatis per penitentiam redierunt. De primo dicitur *1. Corin.* 6. Empti estis, &c. De secundis. *1. Petr.* 1. Non corruptibilibus, &c. [& Agno] id est, Filio. Sed queritur, Quare non dicit, Spiritui sancto cum sit tribus honor vnus: Responsio. Spiritus sanctus est nexus & Amor Patris & Filij: & ideo illis simul positus necessario intelligitur Spiritus sanctus [& in ore eorum non est inuentum mendacium] Hic commendantur virgines quantum ad incorruptionem oris. Sed contra: *Psal.* 115. Omnis homo mendax. Responsio. Sicut dicit inferius, in his inuenitur in quibus manet: in habentibus autem charitatem finaliter manet: quia *1. Petr.* 3. Charitas operit multitudinem peccatorum Aliter *Haym.* Omnis homo quantum est de se mendax est: in quantum est ex Deo, verax est [sine macula sunt ante thronum Dei] id est, ante Deum iudicem: quod dicitur magis de eis quam de aliis, quia quamuis electi sint sine macula, comparatione tamen aliorum soli virgines carne & mente dicuntur sine macula.

Et vidi alterum Angelum volentem per medium cæli.

Supra descripsit exercitum Agni: hic introducuntur præcones vocantes ad partem Agni. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima ponitur præconum clamor. In secunda clamoris ratio [& vidi, & ecce] In prima dicuntur duo. Primo introducuntur præcones reuocantes à parte draconis. Secundo vocantes ad partem Agni [audiui vocem] Quia vero præcones draconis clamauerunt tria, scilicet, vt bestia adoraretur, vt fieret imago bestie, vt character eius reciperetur: ideo contra hæc tria triplex ordo Prædicatorum introducitur. Et diuiditur hæc pars in tres. Primi prædicant ne adoretur bestia, secundi ne imago bestie fiat [& alius Angelus] tertij nequis characterem bestie recipiat

recipiat [& tertius Angelus Primi describuntur primo à vita actiua & contempnia sua, secundo ab officio & doctrina [habentem Euangelium aeternum] Dicit ergo.

Et vidi alterum Angelum [G. ff. id est Prædicatores. Nota: In hoc quod Angelus interpretatur missus, intelligitur eius humilitas. Item intelligitur missus ab aliquo, in quo est auctoritas.

Hic quæritur, Cum inmediate missus Angelus sit introductus, videtur quod male dicat [& vidi alterum Angelum] Responsio. Agnus de quo prædictum est, Angelus intelligitur ille de quo dicitur *Isa. 9.* Et vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, secundum aliam literam. Hic enim vocatur Agnus propter sacrificium & vitam innocentiam, sed Angelus propter regni novam annuntiationem. Et ideo bene dicitur hic [& vidi alterum Angelum] per quem signatur ordo Prædicatorum. Et sicut dicit *Haym.* dicitur alter Angelus à Christo in narratione, non intentione, cum sit vnum conformi voluntate [volantem] scilicet, pennis virtutum per contemplationem, item à terrenis se renouentem & ad caelestia se eleuantem [per medium caeli] vel caelum, id est, Ecclesie, hinc inde populos excitantes verbo & exemplo, quod pertinet ad actionem. *Ecclesi. 11.* In medio Ecclesie aperuit os eius, & c. Vel per [medium caeli] id est, per mediam Scripturam, vt semper sint parati ad docendum & prædicandum. Nota: Principium caeli est Verus Testamentum, & per hoc volant Iudæi: vltimum caeli est Nouum Testamentum, & per hoc volant Manichæi qui non recipiunt Verus Testamentum. Medium vero est concordia vtriusque, & per hoc volant Expositores & Prædicatores sacre Scripturæ.

Habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna voce.

Hic describuntur Prædicatores ab officio, & dicuntur tria. Primo, quod habent Euangelium. Secundo ad quid habeant illud, quia vt prædicent [vt euangelizarent] Tertio quid prædicent [timere Dominum] Dicit ergo.

Habentem Euangelium [scilicet, in corde per amorem & intelligentiam, in ore per prædicationem & doctrinam, in manu per operis impletionem. De primo *Psal. 118.* in corde meo abscondi eloquia tua. De secundo *Iudic. 14.* Ecce examen apum in ore leonis erat, id est, Euangelium in ore Prædicatoris. De tertio supra *Ioan.* Vidi alium Angelum, & habebat in manu libellum apertum [æternum] quia ei non succedet aliud. Item, quia æterna promittit. *Matth. 10.* Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum. *Haym.* Angelus Euangelium æternum habere dicitur: quia illud quod Euangelium promittit, in æternum manebit. Et in hoc differt à Lege Veteri quæ temporalia promittebat. *Ia. 10.* Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis [vt euangelizaret] id est, bona, & bene nuntiare. Quasi dicat, Non vt in arca reponeret, non vt tantum in corde reuolueret, non vt in terra absconderet cum seruo pigro *Matth. 25.* Ex qui-

Prædicatorum ordo per Angelum designatur.

Caeli principium, medium, vltimum.

Euangelium aeternum.

bus subdit [sedentibus super terram] id est, commorantibus in contemptu mundi, vt dicit *Gloss.* [& super omnem gentem] id est, omnibus gentibus [& tribum] id est, Iudæis omnibus, qui per tribus distinguuntur [& linguam, & populum] id est, populo cuiuscunque sit lingua. Vel hoc dicit propter nobiles inter vtroque, scilicet, Iudæos, & Gentes, qui faciunt filios suos in diuersis linguis edoceri. Vel hoc dicit propter diuersa idiomata, quæ continentur sub eodem populo. Et nota, quod dicit [super] ad signandum, quod Prædicator debet esse excellens in vita. *Ia. 9.* Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas [dicens] scilicet, Angelus qui habebat Euangelium æternum [voce magna] id est, libere & secure ex magno desiderio, & propter magna, vt propter honorem Dei & salutem animarum.

Timete Dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius: & adorare eum qui fecit caelum & terram, & mare, & fontes aquarum.

Hic dicit quid prædicat. Et primo monet Deo exhibere cultum interiorem, secundo exteriorem [& adorare] Item cultus interior duplex est: timor filialis, & honor reuerentiæ. Primum *ibi* [timete] secundum *ibi* [& date illi] Tertio redditur causa vtriusque [quia venit hora] Dicit ergo.

Timete Dominum [scilicet, timore filiali. *Psal. 118.* Timor Domini sanctus [& date illi] id est, gratis exhibere [honorem] id est, reuerentiæ, laetitiae scilicet interioris. Et bene incipit hic à timore, dicendo [timete Dominum] quia *Ecclesi. 1.* Timor Domini expellit peccatum, *Proverb. 1.* Timor Domini principium sapientiæ [quia venit hora iudicij eius] scilicet, vt reddat vnicuique secundum opera sua. Et per hoc quod dicit [hora] signat, quod cito terminabitur iudicium. *1. Corinth. 15.* In momento, in istu oculi [& adorare eum] scilicet cultu & reuerentia exteriori.

Matth. 14. Dominum Deum tuam adorabis. Quasi dicat, Nolite adorare Antichristum qui tantum corporibus præualebit ad tempus [qui fecit caelum] in quo habitant Angeli [& terram] in qua homines [mare] in quo pisces [& omnia quæ in eis sunt] Quasi dicat, Fecit continentia & contenta [& fontes aquarum] Si ergo bona est hæc copulatio, mare non est principium omnium fontium. Contra: *Genes. 1.* Congregentur aquæ quæ sub caelo sunt, in locum vnum. Item *Ecclesi. 1.* Ad locum vnde exeunt flumina, & c. Responsio. Deus fecit mare, à quo exeunt omnes aquæ, & ad illud redeunt: quia tamen hoc fit per meatus subterraneos, vbi falsa aquæ depurantur, quæ à mati exeunt vt fiant dulces. Ideo fit hic copulatio inter mare, & fontes, non quidem ratione diuersitatis naturalis, sed ratione nouæ operationis quæ requiritur ad hoc quod aqua falsa fiat dulcis.

Vel sic exponitur [timete Dominum] vt filij [& date] animo liberali, vel gratis [illi] non Antichristo [honorem] laetitiae quæ consistit in fide, spe, & charitate [quia venit hora iudicij] vt retribuatur vnicuique [& adorare eum] corde per humilitatem & cultum interiorem, vel corpore per cultum exteriorem [qui fecit caelum] id est, spiritum ratio

Duplex cultus animus.

Laetitiam quibus consistat.

rationalem [& terram] humanam carnem [mare] id est, tribulationum amaritudinem [& omnia quæ in eis sunt] in spiritu rationali fecit virtutes & potentias, in carne humana sensus & membra, in tribulatione utilitates multas [& fontes aquarum] id est, duo Testamenta, vnde omnes aquæ doctrinæ exeunt, quibus sordes peccatorum lauantur, ardores malæ concupiscentiæ extinguuntur, & sitis malæ desiderij sedatur.

Et alius Angelus securus est, dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.

Hic introducitur alius ordo Prædicatorum admonentium ne fiat imago bestiarum, scilicet, per imitationem immundæ vitæ: quia tales homines tendunt ad casum: & diuiditur hæc pars in duas. In prima Angelus prædicat casum Babylonis. In secunda ostendit quæ sit [illa magna] Dicit ergo.

Et alius Angelus [id est, alius ordo Prædicatorum, & dicitur [alius] modo, vel ordine docendi [Angelus] officio prædicandi [securus est] eum, scilicet, priorem. *Gloss.* Quia Prædicatores sibi inuicem succedunt [dicens: Cecidit cecidit Babylon] id est, malorum congregatio. Et dicit hic [Cecidit] vel propter certitudinem, vel quia ipsi & gloria eorum cadent. Quod Angelus ruinam perisidæ ciuitatis congeminando denuntiat, simul cum ipsis omnem eorum gloriam perituram demonstrat. Vel vt *Bern.* hic dicit [cecidit] propter casum in culpam in presenti, & propter casum in poenam in futuro: quia primo cadunt per consensum peccati, secundo per opus: & ponitur præteritum pro futuro ratione duplici, vel propter certitudinem prophetiæ, vel quia ipsi propter superbiam deiecti sunt à Deo. *Pf. 72.* Deiecit eos dum alleuauerunt. Est ergo sensus [Cecidit cecidit Babylon] id est, malorum vniuersitas & malitia & iniquitas. Babylon interpretatur confusio, & signat illos qui vitam immundam ducunt, & maxime de quibus dicitur *Philip. 3.* Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum [illa magna] vitiorum enormitate, vel malorum multitudine. *Ecclesi. 1.* Stultorum infinitus est numerus [quæ à vino iræ fornicationis suæ] id est, erroris sui diffusionem [potauit omnes Gentes] id est, gentiliter videntes. Nota: Idololatria nominatur hic fornicatio. *Psal. 72.* Perdidisti omnes qui fornicantur abs te, quæ vinum dicitur: quia inebriat vt intellectum auferat, quia facit seruire creaturæ, Creatore relicto: & vinum iræ dicitur, quia ad iram & vindictam Deum prouocat. *Psal. 105.* Irritauerunt eum in sculptilibus suis & ad emulationem prouocauerunt, id est, ad vindictam. Vel [vinum iræ fornicationis] dicitur gloria temporalis, quæ bibit cum iucunditate: & ideo dicitur [vinum iræ] quia iram Dei prouocat [fornicationis] quia facit fornicari à Deo: de qua *Hebr. 9.* Calix aureus Babylonis inebrians omnem terram. De vino eius bibent omnes gentes. Vel [vinum iræ fornicationis] dicitur quodlibet morale quod mentem seducit & separat à Deo, vt fornicatio corporalis à sponso, & Deum prouocat ad iram.

Babylon cecidit.

Idololatria fornicatio dicitur, & vinum iræ.

Infra 8. Quantum glorificauit, & in deliciis fuit, & c.

Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna, Siquis adorerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & siquis acceperit characterem nominis eius.

Hic introducitur tertius Angelus, id est, tertius ordo Prædicatorum admonentium ne aliquis characterem bestie accipiat. Et primo comminatur omnibus qui bestiam adorauerunt. Secundo, quod propter hæc Sancti mandatum Dei custodiant [hic patientia est] In prima parte duo dicuntur. Primo introducitur ordo Prædicatorum clamans. Secundo dicitur quid clamat [siquis adorerit] Dicit ergo.

Et tertius Angelus [id est, tertius ordo Prædicatorum [securus est illos] id est, duos præcedentes. Et dicitur tertius propter fidem Trinitatis quam prædicabit sicut alij. Vel etiam tertius ordine temporis, non multitudine credulitatis, & significat iste Angelus vltimum ordinem Prædicatorum, qui quanto plus viderint, clamando monstrabunt [dicens voce magna] id est, magna prædicationis instantia. Vel [magna] id est, libera & secunda [Siquis adorerit bestiam] id est, Antichristum qui est bestia per crudelitatem [& imaginem eius] id est, Apostolos eius, qui eum imitantur, & eum representant factis & moribus. Vel sic [imaginem eius] id est, statuam factam ad honorem eius. Forte illi qui presentes erant, adorabunt eum. Alij qui erant absentes, habebunt imaginem eius quam adorabunt in honore eius, sicut nos adoramus imaginem Crucifixi in honorem Christi [& acceperit characterem eius] id est, fidem [in fronte eius] scilicet, per apertam confessionem. Vel [characterem] ad literam, id est, signum aliquod quod in eius veneratione portabunt, & aperte confitebuntur se esse discipulos eius [aut in manu sua] per puram operis exhibitionem [hic bibet] hic comminatur eis æternam damnationem. Vnde [hic bibet de vino iræ Dei] id est, de damnatione æterna [quod mixtum est mero] id est, aliqua temporali iucunditate in presenti, id est, in poena flagellationum, quam facit Deus ad correctionem [in calice iræ ipsius] id est, in vindicta quam quasi iratus propinat. In hoc calice duo sunt: Vnum quod est purum, aliud quod est impurum, quod est fæx. Vnde cum dicit [quod est mixtum mero] patet, quod sumitur pro parte impura. Est ergo sensus [Siquis adorerit, & c. hic bibet de vino iræ Dei] id est, de fæce vini, quæ est in calice ipsius. Quasi dicat, Damnabitur

Image Antichristi.

Character eius.

Calix eius.

bitur in inferno, ubi habebit abundantem tribulationem & pœnam quod mixtum est mero id est, quæ pœna & tribulatio admixta est modo in calice ita ipsius id est, in vindicta præsentis quam Dominus quasi iratus infligit. P. 1. m. 74. Calix in manu Domini vini mei plenus mixto & cruciabitur igne, id est, ardore & sulphure id est, fetore. Hoc dicit: quia in omni peccato est feruor libidinis vel improbræ voluntatis. Item [sulphur] quia omne peccatum suum habet fetorem: quia statim post peccatum anima sentit remorsum [in conspectu Angelorum sanctorum] Hic dicitur quod pœna erit manifesta in conspectu omnium Angelorum, id est, videntibus omnibus Angelis: nec solum intelliguntur hic Angeli, sed omnes cæsti secundum Bedam [& ante conspectum Agni] id est, tanto terrore terrebuntur, ut videatur Deus omnipotens semper illis præsens esse, eisque iam vindictæ suæ semper infligere [& fumus tormentorum eorum] quæ erunt diuersa & multa [ascendet in secula seculorum] id est, sine fine Gloss. perseverabit: ubi enim fumus semper ascendit, ibi ignis nunquam deficit. Isa. 34. Ascendet fumus & generationem in generationem. Et per hoc quod dicit, ascendet, notatur, non quod ascendet in cælum, sed quia erit in notitia Sanctorum [nec habent requiem] Hic dicit, quod continua erit pœna: possit enim esse æterna, & tamen non continuari, sicut tertius dicitur semper habere febrem, quia semper habet causam febris, non tamen continue calens: sic non erit in eis qui erunt in inferno, quia illi in æternum & continue dolebunt: unde subditur [die ac nocte] id est, continue: unde sicut nox & dies sibi succedunt continue, sic pœna pœnæ. Job 34. Transibunt ab aquis niuium, &c. Et propter hanc pœnarum vicissitudinem dicitur in Psalm. 80. Et erit tempus illorum in secula, &c. [Qui adorauerunt bestiam] id est, Antichristum [& imaginem eius] id est, Apostolos & Prædicatores ipsius, ipsum imitantes, vel ad literam statutam factam ad honorem ipsius [& si quis acceperit characterem nominis ipsius] id est, notam criminis, per quam confiteatur Antichristum esse Deum ore vel opere, vel etiam aliquod signum per quod ei conformis ostendatur, supple, sic punietur.

Hic patientia Sanctorum est qui custodiunt mandata Dei & fidem I E S V.

Supra comminatus est Angelus pœnam illis qui adorauerunt Antichristum, hic dicitur quod in contuitu illius pœnæ sic comminatus, est patientia Sanctorum. Dicit ergo.

Hic id est, in consideratione æternorum. Vel [hic] id est, in præsentis vita [est] id est, probatur [patientia Sanctorum] necessaria, scilicet, in malis sustinentis. Gloss. ne veniant ad æternam pœnam [qui custodiunt] opere adimplendo [mandata Dei] in operandis [& fidem I E S V.] scilicet, in credendis.

Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Supra dictum est de præcomibus reuocantibus

à parte draconis, hic ponitur clamor aliorum vocantium ad partem Agni. Et dicuntur duo. Primo dicit se audisse vocem, secundo manifestat quid illa vox dixerit [Scribe Beati mortui] Dicit ergo.

Et audiui vocem aure inferiori [de cælo] id est, de visione cælesti [dicentem mihi] interius sine strepitu soni [Scribe] in libro ad literam, vel in corde tuo, vel in corde auditorum secundum Haym. [Beati mortui] Nota: Triplex est mors: mala, bona, indifferens: mala duplex, culpa quæ aufert bonum Domini qui est eius vita. Sapient. 1. Deus mortem non fecit, id est, peccatum, &c. Secunda est gehennæ quæ dicitur mors æterna. Psalm. 33. Mors peccatorum pessima. Mala propter pœnarum diuersitatem, peior propter acerbitatem, pessima propter æternitatem. Contra istam duplicem mortem duplex est remedium. Primum est elemosynarum largitio. Tob. 4. Elemosynâ ab omni peccato & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Secundum est mandatorum impletio. Eccl. 18. Filius non portabit iniquitatem patris: quia iudicium & iustitiam operatus est, & omnia præcepta mea custodiuit. Mors bona duplex est: prima qua moritur homo peccato. Rom. 6. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo: Secunda qua homo moritur mundo. Coloss. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Mors indifferens est separatio animæ à corpore. Genes. 2. Quæcumque die comederitis ex eo, morte morietur. Ergo [Beati mortui] scilicet, morte qua quis moritur peccato, vel mundo [Qui in Domino] id est, in confessione Domini. Vel [in Domino] supple, existentes per charitatem secundum illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, &c. [moriuntur] corporaliter per separationem animæ à corpore. Et quod sint beati, ostenditur cum subdit.

Amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.

Consistit autem beatitudo Sanctorum in duobus: in carentia mali, quod ibi quia [amodo] & in adeptione boni, quod ibi [opera enim illorum] In prima notantur tria. Primum est laboris modicitas [Amodo] Secundum est quietis infinitas [requiescant] Tertium, ordo laboris ad quietem à laboribus suis] id est, post labores suos. Dicit ergo.

Amodo] id est, à præsentis tempore: unde datur intelligi laboris modicitas: quia Isa. 3. In paucis vexati. Vel [Amodo] id est, à tempore mortis [iam dicit Spiritus] id est, tota Trinitas Deus. Ioan. 3. Deus spiritus est [ut requiescant] supple, requie interminabili & æterna. Job 11. Requiesces, & non erit qui exterreat [à laboribus suis] id est, post labores suos, dicitur quibus Sapient. 4. Laborum bonorum gloriosus est fructus. Vel [à laboribus] id est, propter labores, ut legatur casualiter. Vnde August. Labor est pretium regni cælorum [suis] non alienis. Psalm. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. [opera enim illorum sequuntur illos] ecce adeptio boni. Sed opponitur: Præmisit ut requiescant à laboribus

Mors triplex mala cum remanet.

Mors bona duplex.

Beatitudo Sanctorum in quibus consistit.

laboribus suis, quomodo dicit, Opera enim illorum sequitur illos? Responso Haym. id est, merces operum suorum sequetur illos: quia enim post opus sequuntur merces operis, ipsum opus electorum ipsos comitari dicitur. Sequuntur etiam sicut famuli Dominum.

Et vidi & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

Hic ponitur ratio clamoris illorum vocantium ad Agnum. Ratio autem est damnatio familie draconis. Et dicuntur duo. Primo ostenditur aduentus Christi ad iudicium, secundo ordo iudicij [& alter Angelus] In prima dicuntur quatuor, Primo videtur Christus in humanitate glorificata [nubem candidam] Secundo, quod iudicaturus est in ea [& super nubem] Tertio describit eum à victoria [habentem in capite coronam] Quarto à potentia [in manu sua] Dicit ergo [& vidi] id est, intellexi in visione spirituali [& ecce nubem candidam] id est, Christi humanitatem mundam, quæ nubes dicitur propter suam elevationem ad vniuersam Filij Dei, leuis propter immunitatem peccati. Isa. 19. Ecce ascendet Dominus super nubem leuem: & cum hoc fuit rubra in Passione. Isa. 63. Quare rubrum est indumentum tuum? Candida in Resurrectione. Cantus. 5. Dilatus meus candidus & rubicundus. Daniel. 7. Vestimentum eius candidum [& supra nubem sedentem] tanquam iudicem: quia sedere iudicis est. Et dicitur sedere super nubem: quia, sicut dicit Haym. Christus diuinitatis potentia præsidet humanitati suæ: ergo supra nubem sedere dicitur, quia in illa iudicabit, & quia ei præsidet diuinitatis potentia: unde sensus est [sedentem] scilicet potentiam diuinitatis [super nubem] scilicet super carnem in qua iudicabit [similem Filio hominis] Non iam Filius hominis, sed similis: quia homo post peccatum mortalis & passibilis est. Christus autem assumptis mortalitatem & passibilitatem, & ideo verè Filius hominis: sed resurgens à mortuis iam non moritur, & ideo similis bonè Filio hominis dicitur [habentem in capite suo] id est, in seipso qui est caput Ecclesiæ, vel etiam in deitate [coronam auream] supple, ad similitudinem triumphantis [& in manu sua] id est, in potestate [Falcem acutam] id est, scientiam iudicariam, vel sententiam. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere: quia Filius hominis est: quæ dicitur falx, in quantum resecat de terra cupidos. Infra enim dicitur mittere falcem suam in messem. Ventilabrum dicitur, in quantum superbos separat à bonis, sicut paleas à grano. Matth. 3. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam. Idem gladius, in quantum interficit carnales immundos. Deut. 32. Et gladius meus deuorabit carnes, id est, homines carnales.

Christi humanitas dicitur nubem candidam.

Potestas iudicaria dicitur.

Ventilabrum.

Gladius.

Aliter sic. [Et vidi] id est spiritualiter cognoui [& ecce nubem candidam] id est, Ecclesiam sanctam, non habentem maculam neque rugam, quæ pluit doctrinis, coruscet miraculis, & tonat minis. De quo Eccl. 24. Et thronus meus in columna nubis, id est, Ecclesia [& supra nubem] sedentem

scilicet, ut iudicem, ut doctorem, ut regem. Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus rex noster, Dominus legislator noster [similem filio hominis] quia in iudicio apparebit mansuetus bonis [& in capite suo coronam auream] id est, gloriam æternam, qua suos remunerabit pro victoria: & dicit eam habere in capite: quia eandem gloriam quam habet Christus homo, dabit suis, licet non tantam: vel per coronam signatur æternitas, per auream sapientia: unde coronam auream, id est sapientiam æternam [in manu sua falcem acutam] id est, iustitiam severitatem, qua malos punit in futuro [in manu sua] id est, in voluntate sua, & potestate: vel sicut dicit Haym, per falcem intelligitur prædicatio quam habet Christus in manu sua, id est, operatione.

Et alius Angelus exiit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, Mitte falcem tuam & metere: quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & messit eam.

Hic ostenditur ordo iudicij, & dicuntur quatuor. Primo introducitur desiderium Sanctorum desiderantium, secundo sententia iudicis ut impleatur tale desiderium [& vnus qui sedebat] Tertio ostenditur, quod Christus cum Sanctis iudicabit [& alius Angelus] Quarto Christus imperat Sanctis [& alius exiit] Dicit ergo.

Et alter Angelus] id est, fidelium cœtus, qui sunt alij à Christo, qui signatur per præcedentem. Dicuntur autem fideles Angeli, non natura, sed officio, quia annuntiant dictis & factis Dei voluntatem: de quibus Isa. 33. Angeli pacis amare stebunt, scilicet propter peccata populorum.

Nota: Sancti dicuntur Angelus singulariter propter concordiam voluntatum. Mat. 4. Multitudinis credentium erat cor vnus, &c. sed alius à Christo, quia ipse Dominus, iste seruus [exiit] id est, exiit [de templo] id est, de Ecclesia, quæ est templum Dei. Corin. 3. Templum Dei sanctum est, &c. Exiit, inquam, per manifestationem in die iudicij, qui modo latet in Ecclesia. Vnde Gloss. Sancti qui modo latent in Ecclesia occulti, in claritate apparent iudicari. Et sic acturi exhibunt de templo hoc [clamans voce magna] id est, magno desiderio & affectu [ad sedentem super nubem] id est, ad Christum Ecclesiam regentem & ei præsentem [Mitte falcem tuam] id est, exerce iudicium, proferendo sententiam, quæ dicitur falx, quia sub ea omnia cadunt quæ incidit, sicut sub falce [& metere] id est, collige tuos in horreum, & malos mitte in gehennam [quia venit hora ut metatur] id est, completus est numerus Sanctorum [quoniam aruit messis terræ] Messis est consummatio seculi, sicut dicit Dominus. Matth. 13. Messis hæc arida est: quia in consummatione seculi multa erit ariditas, quoniam abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum Matth. 24. Et ideo loquendo de fine seculi, ait [aruit messis] quia actu vitiosum abundante, & humore gratiæ deficiente, consummatio seculi arida erit. Et dicit [messis terræ] ad signandum, quod ariditas

ditas quæ est ex defectu humoris gratiæ & per æstum abundantis malitiæ in terrenis est, qui ad modum messis radicem affectus posuerunt in terrenis. Vnde sensus est quoniam aruit messis terræ id est, consummatio seculi, vel consummata est malitia seculi [& misit qui sedebat super nubem] id est, Christus Ecclesiæ præsidens, vel Christus Deus sedens super humanam naturam sibi unitam & eleuatam ad modum nubis [falcem suam in terram, id est, exercitū iudiciariam potestatem [& messit terram] id est, protulit scientiam contra terrenos, & separauit bonos ab eis. Vel sic [& messit terram] id est congregauit in vnum locum ad discipendum cum eis, & separandum bonos à malis. *Isa. 3.* Congregabo omnes gentes in valle Iosaphat, &c.

Et alius Angelus exiit de templo quod est in celo, habens & ipse falcem acutam. Et alius Angelus exiit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vini terræ: quoniam maturæ sunt vuz eius.

Iudicium factum est.

Hic ostendit, quod Sancti cum Christo iudicabunt. Vnde dicit [Et alius Angelus] id est, sancti habentes aliud officium à prædictis. Illi enim dicuntur desiderare iudicium: isti habere iudiciariam potestatem [exiit de templo] supple, per manifestationem [quod est in celo] Nota: Alius dicitur exire de templo: iste dicitur exire de templo quod est in celo, ad significandum, quod illi Sancti iudicabunt, qui habent eminentiam super alios qui sunt templum Dei in celo: in alio enim loco apparebunt quam ceteri Sancti minores, & ideo dicuntur exire de templo quod est in celo. Q. d. super alios Sanctos apparebunt. Et explanat de quibus loquitur [habens & ipse falcem acutam] id est, potestatem iudiciariam, sicut & Christus. *Sapient. 3.* Iudicabunt Sancti nationes, &c. *1. Corinth. 6.* Nescitis quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt. Qui autem sunt illi Sancti dicitur *Matth. 19.* Vos qui secuti estis me [Et alius Angelus] Hic determinatur quomodo Christus imperat Sanctis vt iudicent. Et diuiditur in duas partes. Primo ponitur Christi imperium, secundo obedientia Sanctorum [& misit Angelus] Et in prima dicitur tria. Primo introducitur Christus exiens de loco secretiori quam alij Sancti. Secundo, quod habebat potestatem super penas inferni [qui habebat] Tertio imperium eius ad Sanctos qui erant iudicaturi [& clamauit voce magna] Dicit ergo.

Et alius Angelus] id est, Christus qui est alius à Sanctis [exiit] scilicet per manifestationem [de altari] id est, de loco secretiori quam alij Sancti, sicut dicit *Gloss.* [qui habebat potestatem super ignem] id est, super penam æternam. *Matth. 10.* Qui potest corpus & animam mittere in gehennam [& clamauit voce magna] id est, auctoritate imperandi [ad eum] scilicet Sanctos [qui habebat falcem acutam] id est, potestatem iudiciariam [dicens, Mitte falcem tuam] id est, exerce

iudicium vt fiat resecatio malorum. Vnde sequitur [& vindemia botros vineæ terræ] Per vineam intelligitur hominum collectio, vel pluralitas: per botros opera quæ præcipiuntur vindemari, quia per illa merentur puniri homines. Est ergo sensus [& vindemia botros vini terræ] id est, omnes reprobos ponentes spem suam in terrenis propter mala eorum opera [quoniam maturæ sunt vuz eius] *Beda.* id est, consummata sunt peccata.

Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum ira Dei magni: & calcatus est lacus extra ciuitatem.

Hic ostenditur Sanctorum obedientia, & dicuntur quinque. Primo ponitur obedientia Sanctorum, secundo punitio malorum [& misit in lacum] Tertio ostenditur modus punitonis [& calcatus est lacus] Quarto qui sunt puniendi [& exiit sanguis] Quinto, quod erit diuersitas in penis [per stadia mille] Dicit ergo.

Et misit Angelus] id est, bonorum ceteris ad imperium Christi [falcem suam in terram] ad iudicandum terrenos [& vindemiauit vineam terræ] id est, omnes qui finaliter posuerunt delectationem suam in terrenis. Hic opponitur: Sancti non erunt executores sententiæ iudicis: ergo non erunt vindemiautores. *Responsio.* Quicquid dicitur hic de Sanctis, non intelligitur de executione sententiæ, vel prolatione: sed quia mali eorum comparatione iudicabuntur, & legent in eis quæ facere debuerunt & noluerunt. Item dicuntur eos punire & iudicare: quia assistunt Christo iudicanti & punienti. Vterius queritur, cum

Quæstio.

non sint duo iudicia, sed vnum tantum futurum, cum prius habitum sit de iudicio vbi Christus misit falcem suam in terram, quare non dicitur de vindemiatione vineæ scilicet, cum hæc simul fiant? *Responsio.* Per messem terræ & per vuz vineæ intelligitur malorum damnatio, vt dicit *Gloss.* sed per vineam intelliguntur maiores peccatores, qui magis student peccatis: per terram minores, qui minus student in huiusmodi: sicut maior cura adhibetur circa vineam, quam circa terram: & ideo ponit de messione terræ & vindemiatione vineæ ad signandum illa duo genera peccatorum, cum simul fiant in iudicio vno [& misit in lacum ira Dei] id est, infernum qui dicitur lacus propter suam profunditatem, sed ira Dei propter vindictam quam ibi patiuntur & iram. *Exech. 32.* Detrahā eam ad terram victimam cum his qui descenderunt in lacum [magnū] propter capacitatem, & quia magnos suscipiet ad penam. *Hieronym.* legit magnum substantiue, sic dicens, Non lacum magnum dixit, sed magnum misit in lacum, id est, superbum & elatum in vindictam. *Psal. 88.* Tu humiliasti sicut vneratum superbum [& calcatus est lacus] id est, calcati sunt qui erant in lacu, continens pro contento, id est, in æterna morte sunt depressi [extra ciuitatem] id est, extra Ecclesiam & bonorum congregationem, quæ est ciuitas sanctificata in qua requiescit. Sed queritur, Quomodo hic fiat mentio de calcatione vuz vineæ terræ, quando non facit mentionem de segete? *Responsio.* Idem intelligitur per botrum vineæ, & segetem terræ, id est,

Vinea botrus.

Quæstio id est, mali & peccatores. Idem etiam per torcular vel lacum in quo premuntur vuz, & per aream in quam manipuli congregantur, scilicet, pena inferni.

Et exiit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

Sanguis diuersus color

Hic ostenditur qui sunt puniendi, quoniam non solum maiores, sed etiam minores, qui signantur per frenos equorum: nam sicut equus per frenum regitur, sic minores per maiores. Dicit ergo.

Et exiit sanguis de lacu] Sicut dicit *Haym.* sanguis accipitur multipliciter. Quandoque signat propagationem humane sobolis. *Ioan. 1.* Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis. Quandoque peccatum homicidij & adulterij. *Psal. 50.* Libera me de sanguinibus. Quandoque peccatum infidelitatis, sicut *Exod. 7.* vbi dicitur, quod aquæ versæ sunt in sanguinem. Quandoque quodlibet mortale peccatum. *Osea 4.* Sanguis sanguinem terigit. Hic accipitur isto modo. Vnde sensus est [& exiit sanguis] id est, vindicta sanguinis, id est, peccati. Vel [exiit sanguis] id est, pena æterna exuberant quæ infligitur pro sanguine, id est, peccato [vsque ad frenos equorum, id est, vsque ad ipsos rectores iniquorum puniendos demones. Vel [vsque ad frenos equorum] id est, prælatos, qui sunt rectores aliorum, qui sicut fuerunt similes in culpa, erunt similes in penis, ideo grauius punientur. *Sapient. 6.* Iudicium grauissimum in his qui præsumunt, fiet: duram, quia male intrauerunt: durius, quia male vixerunt: durissimum, quia male reuerunt. Ergo [vsque ad frenos equorum] id est, vsque ad rectores subditorum peruenit vindicta sanguinis, scilicet, victorum [per stadia mille sexcenta] Hic ostenditur penarum diuersitas. Nota: Sicut dicit *Haym.* stadium est græca mensura, & dicitur à stando, eo quod Hercules vno anheliu currens cxxv. passus stetit. Hac mensura Græci metiebantur loca, in quibus iudebant, ibique iudentes spatium deambulabant: per quos intelliguntur omnes qui vanitatibus & ludis huius mundi sunt dediti, qui querunt tantum gloriam in presenti & non in futuro. Horum sicut dicit *Gloss.* triplex est status. Quidam sunt in huiusmodi ludis imperfecti, & minus exercitati, & signantur per sex: & alij perfectiores, & signantur per c. alij perfectissimi, qui signantur per mille. Vnde istis secundam diuersitatem statuum reddetur penarum diuersitas. Vnde vindicta extendit se à minoribus vsque ad maiores secundum omnem differentiam status. Et hoc est quod dicitur [& exiit sanguis vsque ad frenos equorum] id est, à minoribus vsque ad maiores, inuoluendo omnes, scilicet perfectos in malo qui signantur per sex. Vnde subdit [stadia mille sexcenta] Malum ergo est esse in his ludis: quia si fuerit socius ludorum, erit & socius suppliciorum. Et ideo dicitur *Ierem. 17.* Non sedi in concilio iudentium, & gloriam sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam in amaritudine replesti me.

Frenos equorum

Stadium

Dub. 1.

Hic insidunt dubia. Primo super illo verbo [cantabant canticum nouum ante sedem & quatuor &c.] queritur, Cum Christi virginis sint

equi & sedes & quatuor animalia, & xxiii. seniores, quid est quod ante sedem Dei cantare dicuntur? *Responsio Haym.* Quia ante se consistunt, qui nulla rerum mirabilium varietate à contemplatione conditoris animos reflectunt.

Secundo super illo verbo [& sequuntur agnum quocumque ierit] queritur, Vtrum omnes Sancti Christum sequantur quocumque ierit? Et videtur quod sic: quia omnes Sancti fatiantur quantum ad visum corporalem in illius humanitate, & quantum ad spiritalem in illius diuinitate: & sic nunquam ab illo separabuntur. *Responsio August.* in libr. de sancta virginitate. Sequuntur Agnum ceteri fideles qui amiserunt corporis virginitatem, non quocumque ille ierit, sed quovis illi poterunt: possunt autem ubique præterquam cum in decore virginitatis incedit.

Dub. 2.

Tertio queritur, Cum Christus martyr & prædicator fuit & virgo, quibus omnibus debetur aureola spiritualis, quare potius dicitur de virginibus quod sequuntur Agnum quocumque ille ierit, quam de martyribus, vel prædicatoribus? *Responsio.* Quia nec prædicatio, nec martyrium, signum est innocentie generalis, sed virginitas. Probabile enim est, quod qui seipsum contempsit propter Deum, quod mundum & ea quæ in mundo sunt, contempserit: vnde signanter dicitur, quod sequuntur Agnum, non Christum: in quo notabiliter innocentia exprimitur.

Dub. 3.

Quarto super illo verbo [& in ore ipsorum non est inuentum mendacium] queritur, Quare hoc de solis virginibus specialiter dicitur? *Responsio Haym.* Quia ad comparationem aliorum soli virginis veraces sunt, qui veritati quæ Christus est, virginitate mentis & corporis amplius inhaerere videntur.

Dub. 4.

Quinto super illo verbo [Et vidisti agnum Angelum] *Gloss. 1.* Prædicatores, queritur, Cum Christus dicat *Ioan. 18.* Rogo vt & ipsi in nobis vnum sint: si ergo vnum sunt, quomodo vocat hic ordinem prædicatorum alterum Angelum? *Responsio Haym.* Cum dicit, alij Angelus, ordo prædicatorum intelligitur, non quod Christus & eius prædicatores vnum non sint: quia ille caput selecti vero membra, sed quia in narratione non vnum.

Dub. 5.

Sexto super illo verbo [habens & ipse falcem acutam] id est, iudiciariam potestatem, sicut & Christus, queritur, Quomodo Sancti iudicabunt de quibus hic fit mentio, scilicet perfecti? *Responsio.* Tota Trinitas iudicabit auctoritate, Filius Dei in quantum homo ministerio, Sancti vero qui omnia reliquerunt pro Christo, Christo iudici affideodo propinquius & etiam in loco eminentiori: omnes Sancti communiter, sententiam approbando. Sed contra: Super primam ad *Corinth.* dicit *Gloss.* Sancti iudicabunt in iudicis facti comparatione, iudicabunt & auctoritate & potestate. *Solutio.* Illa auctoritas nihil aliud est quam ista supereminentia quam habebunt Sancti respectu aliorum quantum ad loci positionem.

Dub. 6.

VISIO QUINTA.

CAPVT XV.

Et vidi aliud signum in celo magnum & mirabile: Angelos septem, habentes plagas septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira Dei.

V M supra actum sit de quatuor visionibus, hic agitur de quinta. Et hoc, sicut dicit Beda, per septem plagas nouissimas terram punientes: & durat ab hoc capitulo vsque ad 18. Et diuiditur hæc pars in tres, & continet tria capitula. In prima agitur de Prædicatoribus qui damnationem reprobatorum nuntiaturi sunt. In secunda manifestatur damnatio reprobatorum per prædicationem eorum [& audiui vocem magnam] infra 16. In tertia ostenditur causa damnationis eorum [& venit vnus] infra 17. In hoc autem determinatur de Prædicatoribus qui tempore Antichristi damnationem reprobatorum nuntiabunt. Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes. In prima ponitur visio Prædicatorum habentium potestatem plagandi. In secunda ostenditur causa liberans ab istis plagis [& vidi tanquam mare] Tertio ostenditur qui liberabuntur ab istis plagis [& eos qui vicerunt] Quarto qui plagari digni sunt [& post hæc vidi] Dicit ergo quid viderit.

Et vidi id est, in visione spirituali, & quid [signum aliud] & vbi [in celo] & quantum & quale [magnum & mirabile] deinde manifestat quod signum fuerit, cum dicit [Angelos vij.] Vel aliter exponitur sic [& vidi aliud signum] Gloss. in figura aliud signante: ergo ista visio fuit imaginaria, quod concedunt multi. Vel potest dici, quod Ioan. vidit rem figuræ intellectuali visione: & deinde ostensa est figura sub qua nuntiaret eam, & scriberet [in celo] id est, in Ecclesia Sanctorum quæ alta est per vitæ eminentiam. Philip. 3. Conuersatio, &c. Stellata virtutum varietate. 1. Cor. 12. Alij datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ [magnum] significatione [mirabile] comprehensione, vel dignum admiratione. Et in hoc quod dicit signum esse magnum & mirabile, excitat attentionem audientis. Vnde Beda. Intantum voluit fieri auditorem edicendo signum magnum, &c. Quod autem sit illud signum, aperit cum subdit [Angelos septem] id est, Prædicatores vniuersos: quia nuntij sunt veritatis, vt Angeli. Et quia septimus est numerus vniuersitatis, cum eo totum tempus mensuretur. Vel dicuntur septem Prædicatores, Angeli septem propter septiformem gratiam Spiritus sancti quam habent, vel propter virtutes septem [habentes] scilicet ex officio suæ prædicationis [septem plagas nouissimas] per thodum denuntiationis: quia plagas nouissimas nuntiabunt, quas reprobi patientur tem-

Septem plagas nouissimas.

pore Antichristi, quæ omnes per septem plagas signantur. Vnde Hieronymus. Plenitudo vindictæ & consummatio in vij. plagis ostenditur. Septem vero propter 7. mortalia peccata. Vel dicit [nouissimas] id est, grauissimas: quia illi grauissime punientur; sicut grauissime peccauerunt, vel peccabunt: vel quia post non inferentur: vel quia homines nouissimi temporibus illis punientur. Nota: istæ plagæ septem sunt. Prima, carentia diuinæ visionis. Isa. 36. Tollatur impius, &c. secundum aliam litteram. Secunda, vermis conscientie. Isa. vii. Vermis eorum non moritur. Tertia, ardor gehennæ. Isa. vii. Et ignis non extinguetur. Quarta, frigus. Job 24. Transibunt ab aquis niuium, &c. Quinta, caligo, & tenebræ. Matth. 22. Mittite eum in tenebras. Sexta, fætor intolerabilis. Isa. 26. Ascendet de cadaveribus eorum fætor. Septima, horror demonum. Sapient. 16. Personæ tristes illis apparentes, horrorem præstabant [quoniam in illis consummata est ira Dei] Haym. id est, consummabitur: quia Christus statim ad iudicium veniet, & damnabuntur miseri, quia Christum reuerentur & Antichristum secuti sunt.

Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne.

Hic ostenditur quæ sit causa liberans ab his plagis, scilicet baptismus: & primo describitur ab effectu remissionis peccatorum, secundo à puritate fidei [vitreum] tertio à gratia Spiritus sancti à quo est vitrumque illorum [mixtum igne] Dicit ergo.

Et vidi] intellectu scilicet spirituali [tanquam mare vitreum] id est, baptismum, qui est causa salutis & initium. Dicitur autem baptismus mare. In mari rubro Egyptij sunt submersi Exod. 15. In baptismo omnis amaritudo peccatorum deletur [vitreum] autem dicitur propter puritatem fidei quæ in baptismo manifestatur. Vitrum corpus diaphanum est. Vnde quod habet interius, videtur exterius, & per vitrum signatur puritas fidei baptizatorum, qui quod habent interius in corde, foris ostendunt in confessione, quando dicunt se credere in Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Aliter in vitro signatur characteris impressio: quia vitrum lucidum est, & lucis solaris susceptivum, per quod signatur character qui est dispositio animæ qua mediante suscipit gratiam, sicut dicunt quidam [mixtum igne] id est, Spiritu sancto qui datur in baptismo ad confirmandum & consolidandum corda, vt homines firmos & stabiles reddat. Vnde Haym. Mare mixtum igne dicitur: quia per virtutem Spiritus sancti fideles firmantur, ne fluctuent, aut villis persecutionibus in molliem conuertantur. Est ergo sensus, quod baptismus dicitur mare, quia ibi peccata diluuntur: vitreum, quia fides manifestatur, vel character recipitur: & mixtum igne, id est, coagulatum & roboratum Spiritus sancti calore.

Et eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius & numerum nominis eius.

Hic est tertia pars capituli, in qua ostendit illos qui liberabuntur à plagis illis: & primo deseri

Baptismus mixtum mare vitreum.

Vitreum.

Mortificatio carnis fit multis modis.

Quatuor citharas habent habere prædicationem.

describuntur à victoria mali impugnantis, secundo ab operatione boni delectantis [stantes super mare] Dicit ergo.

Et [supple, vidi] eos qui vicerunt bestiam [id est, Antichristum bestialem] & imaginem eius [id est, sequaces eius, conformantes se ei in vita & doctrina] [& numerum nominis eius] supple, vicerunt, non credentes per hoc ipsum esse Deum, quamuis velit se ostendere esse Deum per numerum nominis sui.

Stantes super mare vitreum habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moyse serui Dei, & canticum Agni dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ Domine rex seculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.

Hic describit eos à boni operatione, & primo dicit, quod seruauerunt innocentiam baptismalem. Secundo, quod mortificauerunt carnem [habentes citharas] Tertia, quod vniuersæ Testamenti prædicauerunt veritatem [cantantes canticum nouum] Continua: Vidi illos qui vicerunt bestiam [stantes] scilicet per veram fidem & rectam intentionem [super mare vitreum] id est, supra baptismum. Quasi dicit. Nunquam reciderunt à gratia baptismali. Haym. Supra mare stant, qui hoc quod baptizari professi sunt, tenent. Vel per mare intelligitur mundus: vnde [super mare stantes] id est, supra mundum ipsum, scilicet continentendo. Vel per mare intelliguntur tribulationes amaræ: vnde [stantes super mare] id est, superantes tribulationum amaritudines & tentationum [habentes citharas Dei] Nota: in cithara est lignum quod signat Christi crucem, chordæ quæ signant corpora distenta per penitentiam ad Christi imitationem, secundum illud ad Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem crucifixerunt. Ergo sensus est [habentes citharas] id est, carnis passionem & mortificationem [Dei] id est, Christi, qui patitur in eis. Vel [Dei] id est, secundum mandatum Christi & exemplum, qui prius mortificauit carnem suam, vigilando, & ieiunando, & ad ultimum voluntarie moriendo. Vel [Dei] id est, propter Deum. Vel [Dei] quia hoc est Dei donum. Et dicitur [citharas] in plurali: quia pluribus modis fit mortificatio carnis. Vigilia. Eccl. 31. Vigilia honestatis tabefacit carnes. Item disciplina & ieiuniis. Eccl. 33. Cithara & vinga & onus alio panis & disciplina & opus sermo. Item meditationibus. Eccl. 10. Frequens meditatio carnis est afflictio. Vnde Hieronymus. Amia studium literarum, & carnis vitia non amabat. Item laboribus. Eccl. 31. Agnum & leporem curant collum: duram autem seruum inclinant operationes afflicte. Item dicit citharas pluraliter: quia quatuor sunt citharæ quæ debent habere Prædicatores. Prima est carnis mortificatio. Eccl. 39. Confitemini in voce laborum & canticis & citharis, id

est, in confessione, & carnis mortificatione. Secunda est cordis compassio. Isa. 16. Veniet meus ad Moab, id est, ad Peccatores. Quasi cithara sonabit. Tertia, obedientia & patientia quas Christus habuit in cruce, & sic vicit. Isa. 30. In tympanis, & in citharis & in bellis præcipuis expugnabit eos. Hoc significatum est 1. Reg. 16. vbi dicitur, quod Dauid accipiente citharam malus spiritus recessit à Saul. Quarta est otis prædicationis. Isa. 34. Contineat dulcedo citharæ. Job 30. Versa est in iudicium cithara mea [& cantantes canticum Moyse serui Dei] id est, Verus Testamentum cum gaudio prædicantes, & opere implentes præcepta Veteris Legis [& canticum Agni] id est, præcepta Novi Testamenti. Vnde Beda. Vniuersæ Testamenti consonam veritatem, vbi non tantum sonus vocis, sed etiam boni operis effectus intelligitur. Psalm. 32. Confitemini Domino in citharis in psalterio x. chordarum psallite illi, cantate ei canticum nouum [dicentes] Quasi dicit. Cantantes & dicentes. Vel cantate corde, dicentes ore [magna sunt opera tua Domine] quantum ad opera creationis. Sapient. 13. A magnitudine speciei & creaturæ [& mirabilia] quantum ad opera recreationis. Psalm. 95. Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Vel [magna] quantitate [mirabilia] virtute, & specie. Job 5. Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero [Domine Deus omnipotens] Domine qui es honorandus. Matth. 4. Dominum Deum tuum adora [Deus] diligendus. Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum [omnipotentem] qui es mercedus [iustæ sunt viæ tuæ] Iustæ: quia vnicuique pro meritis reddunt vel penas, vel præmia. Psalm. 61. Reddet vnicuique iuxta opera sua [& veræ] quia reddunt quod promittunt, vel ducunt quo promittunt [sunt viæ tuæ] id est, institutiones, per quas nos imus ad Deum, & Deus venit ad nos. Vel [viæ tuæ] id est, opera ad mandata. Psalm. 118. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas [rex seculorum] id est, presentium & futurorum. 1. Timoth. vltim. Regi seculorum. Vel eorum quæ in seculis sunt & sunt. Vel [rex seculorum] id est, rector & ordinator temporum [quis non timebit te] si considerat opera creationis, & recreationis. Item seruando tibi timore filiali. Psalm. 2. Seruite Domino in timore [Domine] qui es timendus nimis. Mala. b. i. Si ego Dominus, vbi est timor meus [& magnificabit nomen tuum] scilicet, propter opera retributionis. Vel [magnificabit] credendo, operando, & prædicando [nomen tuum] quod est admirabile, & laudabile. Psalm. 3. quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Psalm. 33. Magnificate Dominum mecum [Quia solus pius es] Gloss. quia gratis saluas. Tim. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos [quoniam omnes gentes] id est, aliquid ex omnibus, vt fiat distributio pro generibus singularium, non pro singulis generum [venient] scilicet passibus fidei, & bonorum operum [& adorabunt] adoratione laudis. Gloss. in spiritu & veritate: & iungitur de Ioan. 4. [in conspectu tuo] Gloss. in beneplacito tuo vel [in conspectu tuo] id est, vt ipsi videant te, & videantur à te [quoniam iudicia tua] quibus bonos eligis, & malos reprobas: illos humilias & flagellas, alios honoras. Item [quoniam iudicia tua] scilicet discretionis, discepcionis, & diffinitionis [manifesta sunt] id est, erunt: quia omnes scient,

scient, quod omnia iuste fecisti. *Deuter* 32. Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Sed queritur, Cum dicitur *Rom.* 11. O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius! *Psal.* 35. Iudicia tua abyssus multa. Quomodo ergo dicit hic, iudicia tua manifesta sunt? Responso *Haym.* subtilitatem iudiciorum Dei, quare scilicet hoc vel illud faciat, nemo comprehendere valet. Manifesta vero sunt in eo quod iusta sunt: quia quicquid Deus facit, & à nobis & ab omnibus vera scientibus, iustum esse intelligitur. Aliter, Multiplex est iudicium Dei: singulare quo vnum eligit, & alterum reprobat sine omni merito: sicut Iacob, & Esau. Item quo facit vnum pauperem, & alium diuitem: vnum sanum, & alium infirmum: quæ omnia facit Dominus ex causa rationabili, licet sit nobis ignota. Hic omnium iudicia manifesta sunt in suo actu in quem exeunt, quia sic pater esse omnibus: sed occulta sunt in sua causa ex qua exeunt, incertum enim est quare ita fiat. De his dicit *Apostolus*, quod incomprehensibilia sunt iudicia. Et David, quod sunt abyssus multa. Ergo & occulta sunt quoad causæ cognitionem, sed manifesta quoad exitum euentiam. Item est iudicium vniuersum multiplex. Primum est discretionis, quo Dominus iudicabit in futuro, separando bonos à malis: & bonos collocando à dextris, & malos à sinistris *Math.* 25. De hoc *Psal.* 42. Iudica me Deus & discerne causam meam. Secundum est disceptationis, de quo dicit bonis *Math.* 25. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. & sitiuerunt malis: Esuriui, &c. *1. Cor.* 3. Adducam omnes gentes in vallem Iosaphat, &c. Tertium diffinitionis, quando dabit sententiam, dicendos: Ite maledicti, &c. Venite benedicti, &c. De hoc *P.* 118. Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. Hæc omnia modo nota sunt in causa, quia manifestum est, quod omnes secundum exercitia operum suorum iudicabuntur: sed ignota sunt quoad exitum causæ, quia vespicitur qui sunt isti, vel illi. Vnde quoad exitum causæ loquitur *Apostolus Rom.* 11. Sed *Ioan.* loquitur quoad causam hanc, quæ manifesta est in genere, vel in communi. Vel manifesta sunt, *Gloss.* manifesta sunt sacramenta Ecclesie.

Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in celo.

Supra ostensum est qui liberabuntur à plagis, hic ostenditur qui sunt digni plagari. Et dicuntur duo. Primo dicit, quod aperta sunt mysteria in Ecclesia omnibus intrare volentibus. Secundo hoc probat per hoc quod Prædicatores exierunt prædicare: & exierunt septem Angeli [Vnde dicit [Post hæc] scilicet, quæ prædicta sunt [vidi] id est, spiritu reuelante cognoui [& ecce apertum est templum] id est, corpus Christi, de quo *Ioan.* 2. Soluite templum hoc, &c. Sequitur: Hoc templum dicebat de templo corporis sui. Hoc templum apertum est, quando mysteria incarnationis, natiuitatis, mortis, & resurrectionis, ad celum ascensionis reuelata sunt in Ecclesia [tabernaculi testimonij in celo] Per tabernaculum testimonij in-

tellegitur Ecclesia quæ modo militat Deo, sed triumphabit in futuro: sed tabernaculum testimonij, quia vtriusque Testamenti mandata fideliter seruat. Hæc habet in se arcam Testamenti, id est, Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi *Colos.* 2. & vnam, id est, corpus Christi in quo est panis viuus qui de celo descendit *Ioan.* 6. Et virgam Aaron in signum potestatis faciendi miracula & sacerdotij spiritualis: quæ in celo dicitur esse ratione conuersationis. *Philipp.* 3. Conuersatio nostra in celis est. Est ergo sensus [Et post hæc vidi] visione spirituali [& ecce apertum est templum] id est, sacramenta Christi reuelata sunt: templum dico tabernaculum testimonij, id est, Ecclesie militantis, quæ continet testimonia vtriusque Testamenti [in celo] quia conuersatione est cælestis.

Et exierunt septem Angeli habentes septem plagas, de templo: vestiti lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

Hic probat, quod sacramenta sunt aperta. Et dicuntur duo. Primo, quod Prædicatores mysteria prædicta sunt reuelata. Secundo, quod malis sunt occulta [& impletum templum fumo] In prima duo dicuntur. Primo, quod omnes Prædicatores exierunt ad prædicandum. Secundo ostenditur idoneitas eorum [vestiti lapide mundo] & ibi ostenditur eorum idoneitas à duobus: in vita, cum dicit [vestiti lapide] & doctrina, cum dicit [& vnum de quatuor] Dicit ergo.

Et exierunt septem Angeli [id est, Prædicatores vniuersi: septenarius enim numerus est vniuersitatis [de templo] id est, de apparitione mysteriorum. Christi. Vel [de templo] id est, de secreto mentis ad publicam prædicationem Vel [de templo] id est, de Christo: quia ab eo missi [habentes septem plagas] id est, comminantes malis vniuersam vitionem Dei. Vel, *Haym.* vocat plagas septem, plenitudinem intelligentie. Scripturarum, quæ dicuntur plagæ, quia quorundam corda vulnerant ad salutem, quorundam ad mortem. Boni vulnerantur ad salutem: de quo *Cant.* 6. Inueniunt me custodes qui circumiungunt ciuitatem, id est, Prædicatores percusserunt & vulnerauerunt, &c. Mali vulnerantur ad mortem. *Serem.* 30. Plaga inimici percussit te castigatione crudeli. Et ideo dicuntur Angeli, id est, Prædicatores habere plagas [vestiti lapide mundo & candido] id est, Christo in baptismo. *Galat.* 3. Quicumque baptizati estis, Christum induistis. Hic est lapis propter eius firmitatem, *1. Pet.* 2. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidæ angulare, &c. Mundus propter peccati immunitatem. *1. Pet.* 2. Qui peccatum non fecit, &c. Candidus propter honestam conuersationem. *Cant.* 2. Discedens meus candidus, & rubicundus. Vel sic [vestiti lapide mundo & candido] id est, fidei firmitate, quæ dicitur lapis mundus propter declinationem peccati, candidus propter boni operationem. Vel [vestiti lapide, &c.] id est, iustitia & patientia, quæ est lapis mundus propter declinationem mali, candidus propter operationem boni. *Psal.* 131. Sacerdotes tui induantur iustitiam [& præcincti circa pectora zonis aureis] Nota: Per z-

Lapis mundus est Christus

Zona nam aurea intelligitur vinculum charitatis: nam sicut aurum omnia metalla superat, sic charitas virtutes alias, & ideo vocatur vinculum perfectionis. *Coloss.* 3. Super omnia charitatem habentes quæ est vinculum perfectionis. Dicuntur [Angeli] id est, Prædicatores sic præcincti: quia sola charitate se inuicem amplectuntur: & quia carnales cogitationes & immundæ ab eis restringuntur. Ergo sensus est [& præcincti zonis aureis circa pectora] id est, charitate per quam simul connectuntur, & cogitationes immundæ restringuntur. Et dicuntur præcincti in signum quod Prædicatores & Prælati debent esse ministri Dei. Nam accingimur pugnaturi, succingimur iusti, paccingimur ministraturi. Vnde *Luc.* 12. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Et in hoc quod dicit [præcincti circa pectora] notatur, quod non solum debent restringere lumbos suæ carnis, sed etiam cogitationis.

Et vnum de quatuor animalibus, dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundie Dei viucentis in secula seculorum.

Hic ostenditur idoneitas Prædicatorum in doctrina. Et dicuntur duo. Primo dicit, quod Sancti præcedentes committunt prædicationem suis sequentibus. Secundo dicit, quod per hoc vasa sapientie efficiuntur [septem phialas] Vnde dicit.

Et vnum de quatuor animalibus [Nota: Per quatuor animalia intelliguntur primi Prædicatores, qui fidè Christi quæ in quatuor Euangelis continetur, per quatuor mundi partes seminauerunt: quorum quilibet est homo per iustitiam, quia solus inter animalia homo rectus est: bos vel vitulus, per carnis mortificationem: leo, per fortitudinem: aquila, per prudentiam. Et ideo dicuntur quatuor animalia: sed vnum, eo quod omnes vnum docent, & vnam fidem prædicant. Est ergo sensus [& vnum de quatuor animalibus] id est, Prædicatores primitiui. Vel vnum, &c. concordia & vnitatis quatuor Euangelistarum. Vel [vnum ex quatuor] id est, Christus ex quatuor vnus: nam fuit homo nascendo, vitulus patienter, leo resurgendo, aquila ascendendo [dedit septem Angelis] id est, Prædicatores sequentibus vniuersis [septem phialas] id est, sacre Scripturæ intelligentias vniuersas, & sic fecerunt eos vasa sapientie: non quia eam dederunt auctoritate, quia sic solus Deus dat. *Ecclesi.* 1. Omnis sapientia à Domino &c. sed quia ministerio expositionis illuminauit intellectum eorum, & auctoritatem prædicandi eis committendo [aureas] id est, sapientie plenas, quia per aurum sapientia intelligitur. *Haym.* Bene phialæ quas accipiunt, aureæ esse describuntur: quia vt officium prædicationis implere possint, cælitus fulgore sapientie illustrantur [plenas ita Dei] Contra: Supra dictum est quinto capite, quod phialæ plene erant odoramentorum quæ sunt orationes Sanctorum. Responso. Secundum expositorem propter electorum salutem plene odorantis, & propter reprobos damnationem plene sunt iracundia Dei. *2. Corinth.* 2. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui sunt, & in his qui perirent. Ergo plenas iracundia dicit: quia plenas

comminantur iracundia Dei effundendam. *Psal.* 68. Effunde iram tuam super Gentes [viucentis in secula seculorum] id est, in æternum, id est, potentis punire in æternum. Item in hoc notatur quod ira non est transiens, sed permanens in æternum.

Et impletum est templum Dei fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagæ, septem Angelorum.

Hic ostenditur, quod mysteria aperta fidelibus, sunt occulta infidelibus. Et dicuntur tria. Primo, quod Scriptura reprobis facta est obscura. Secundo, cuius virtutes hoc fiat [à maiestate Dei] Tertio dicit, quod nunquam reuelantur ista mysteria [& nemo poterat] Dicit ergo.

Et impletum est templum [id est, Scriptura, vel Ecclesia] fumo [id est, obscuritate & ignorantia] quoad reprobos ne possint intelligere secreta Scripturæ, & iudicia Dei, & mysteria Ecclesie quæ erunt bonis aperta. *1. Pet.* 29. Erat vobis visio omnium sicut verba libri signata [à maiestate Dei] id est, virtute Dei iuste & misericorditer disponente [&] id est, de virtute eius. Vel maiestas dicitur quoad reuelationem quæ fit bonis, virtus quoad elationem quæ fit malis: vnde ipse claudit infidelibus, & aperit fidelibus. *Supra* 3. Qui habet clauem David, id est, Scripturarum, quæ signantur per David, Sequitur, qui aperit, & nemo claudit [& nemo poterat] supple, de numero reprobos [introire in templum] id est, in sacram Scripturam per veram intelligentiam mysteriorum ipsius. Nec mirum: excauit enim eos malicia eorum *Sapient.* 2. Vell in templum [id est, persecutari subtilitates iudiciorum Dei, sicut dicit *Gloss.* Vell in templum] id est, in Ecclesiam militantem per gratiam, vel in Ecclesiam triumphantem per gloriam [donec consummarentur septem plagæ] id est, donec omnis prædicatione Ecclesie terminetur: & constat quod tunc non intelligunt: vnde idem est ac si diceret, nunquam secundum illud *Math.* 13. Donec pereierit filium sumo primogenitum, id est, nec ante, nec post. Vel sic [& nemo poterat introire in templum] id est, non cognoscent reprobis donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum [id est, donec comminationes Prædicatorum de ipsis malis puniendis in inferno impleantur. Tunc enim experientia poenarum faciet eos scire, quod modo audite contemnunt: quia sicut dicit *Gregor.* Poena oculos aperit, quos culpa claudit. Vel sic [& nemo poterat] vel malus, vel bonus generaliter [introire in templum] id est, in caput, vt eius secreta plene cognoscat [donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum] id est, vniuersa peccata & omnes miserie de quibus locuti sunt Prædicatores terminentur, &c.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [& vidi aliud signum in celo, &c.] queritur. Quare dicit quod hoc signum erit magnum & mirabile, scilicet, quod Prædicatores habebunt plagas nouissimas. Responso *Gloss.* Mirum est hominem habere tantam potestatem, vt aliquem possit damnare: sed intelligendum est sic, quod

comparatione eorum damnabuntur mali, quod magnum & mirum est propter electionem gratia: propter quod Rom. 10. dicitur. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat: & ideo dicitur quod hoc signum est mirabile, scilicet, quod aliqui eliguntur, quorum comparatione alij damnabuntur.

Dub. 1. Secundo super illo verbo [habentes citharas Dei] queritur, Cum supra 13 scriptum sit, quod Sancti citharizabunt in citharis suis, quare dicitur hic, habentes citharas Dei: Responso. Citharæ sunt Sanctorum: quia carnem suam crucifixerunt, & sic citharizant in suis citharis. Item citharæ sunt Dei: quia sic implent in seipsis quæ defuit passionum Christi. Quæ autem dicat. Passiones quas ego sustineo, Christi sunt: quas quidem in se non sustinuit, in me supplet: quod enim membrum patitur, capiti attribuitur. Super igitur dicitur, quia carnem suam mortificavit: Dei, quia hoc faciunt ad honorem Dei.

CAPVT XVI.

Et audiui vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis, Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram.

Hic est secunda pars principalis huius quinque visionis, in qua manifestatur damnatio reproborum per prædicationem Sanctorum. Et diuiditur hæc pars in duas partes. Primo præcipitur Angelis vt pœnas infligant. Secundo ponitur præceptum executio [et abiit primus] Dicit ergo.

Et audiui [scilicet, interiori auditu] [vocem magnam] id est, inspirationem diuinam. *Haym.* Vox ista vox est Omnipotentis, quæ recte magna dicitur, quia magna præcipit [de celo] vel [de templo] id est, de Ecclesia; hic enim est aliud propitiatorium de quo Deus ad Moysen *Exod. 24.* Inde præcipiam, & loquar ad te cuncta quæ mandabo filiis Israël [septem Angelis] id est, Prædicatoribus vniuersis [Ite] in quo datur intelligi, quod nullus debet prædicare nisi missus. *Rom. 10.* Quomodo prædicabunt nisi mittantur [effundite septem phialas iræ Dei in terram] id est, terrenos, denuntiantes eis iram Dei. Quasi dicat: Annuntiate peccatoribus pœnas sibi debitas iuxta numerum & mensuram peccatorum.

Et abiit primus Angelus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterem bestiarum, & in eos qui adorauerunt bestiarum & imaginem eius.

Hic est secunda pars capituli, in qua agit de denuntiatione damnationis reproborum. Et diuiditur in septem partes, secundum numerum septem Angelorum, phialas effundentium. In prima

continetur damnatio Iudzorum reproborum. In secunda Gentilium reproborum. In tertia hæreticorum. In quarta damnatio Antichristi. In quinta suorum ministrorum. In sexta falsorum Christianorum. In septima damnatio demonum. Prima pars diuiditur in duas. Primo dicitur, quod primus ordo Prædicatorum, Iudzis prædicauit. Secundo, quod Iudæi sunt ex hoc vulnerati [et factum est vulnus] Dicit ergo.

Et abiit [scilicet, præcipienti obediendo] [primus Angelus] id est, primus ordo Prædicatorum [et effudit phialam suam] scilicet, suam prædicationem [in terram] id est, Iudzam, quæ fuit ante terram de qua panis eloquij diuini præcessit. *Iob. 28.* Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igne subuersa est. *Greg.* Quia Iudæa prius legem habuit quæ resisteret, & post visis miraculis Redemptoris inuidiam habuit quæ cõcremaret [et factum est vulnus sæuum] scilicet, in Iudzis qui sunt excæcati spiritualiter ad prædicationem Apostolorum [et pessimum] quia Christum recipere nolunt. *Vnde Ierem. 30.* Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Vel sic [vulnus sæuum] quia excæcati intellectu [et pessimum] quia corrupti affectu [sæuum] quia in principio noluerunt recipere Christum [pessimum] quia in fine recipient Antichristum. *Vnde subdit* [in homines qui habebant characterem bestiarum] id est, fidem Antichristi [et in eos qui adorauerunt imaginem eius] id est, confortes erunt prædicatoribus suis. *Aliter* [Et primus Angelus] Moraliter septem comminationes accipiuntur secundum septem peccata mortalia. Et prima comminatio fit gulosis, & bene: quia prima tentatio hominis fuit de vitio gulæ: & quia hoc vitium est fomentum aliorum. *Vnde Gregor.* In pugna Christi prius, de gula agitur: quia nisi prius refrænetur, frustra contra alia laboratur. *Vnde dicit* [Et primus Angelus effudit phialas] scilicet [in terram] id est, iram Dei nuntiatur gulosis iminentem. Et comparantur tales terræ: quia sicut terra non potest satiari aqua, sic nec isti deliciis possunt satiari [et factum est vulnus sæuum] Nota: Vulnus est diuisio continui: qui autem amat vinum & pingua, adhæret eis. Fit autem vulnus, quando homo separatur ab eis. Et dicitur [sæuum] quando Deus punit per iustitiam: sed pessimum quoad recipientem: tales enim diligunt terrena propter tria, necessitatem, consolationem, & superbiam. Malum ergo erit vulnus, quando auferetur ab eis necessitas: potius, quando consolatio: pessimum, quando superfluitas. Vel dicitur pessimum: quia deliciis carebunt, & cruciatus perpetuos sustinebunt [in homines qui habent characterem bestiarum & qui adorant imaginem eius] id est, viuunt ad similitudinem bestiarum, seruientes ventri suo, sicut *Deo. Philip. 3.* Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum qui terrenæ sapiunt.

Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare.

Supra prædicta est damnatio Iudzorum reproborum, hic prædicatur damnatio Gentilium reproborum. Et dicuntur hic duo. Primo effusio prædicationis, secundo eius effectus [et factus est sanguis] Dicit ergo.

Et

Et secundus Angelus [id est, secundus ordo Prædicatorum] [effudit phialam suam in mare] id est, prædicationem diuinæ visionis [in mare] id est, in Gentiles reprobos, qui mare dicuntur propter fluxum multorum peccatorum: tument enim per superbiam, spumant per luxuriam & goliam, inquieti sunt & amari per seruitiam & iram. *Isa. 57.* Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Hic queritur secundum *Haym.* Cum præceptum fuerit istis Angelis vt phialas suas effunderent super terram, quare transgredientes præceptum, alius in mare, alius in flumina phialam effudit, & sic de aliis Responso. Quantum ad literam videtur mandatum transgredi, sed quantum ad sensum mysticum non: quia quod est terra, hoc est mare, id est, corpus totum diaboli cum suo capite: sed quia istis diuersis vitiis effluunt, ideo diuersis nominibus nominatur: vnde aliquando signantur nomine maris, aliquando nomine fluminum, & sic de aliis.

Syph.

Et factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens, mortua est in mari.

Hic determinatur effectus in Gentilibus reprobis. Et dicuntur hic duo. Primo dicit, quod punientur irrevocabiliter. Secundo, quod iam mortui sunt spiritualiter [et omnis anima viuens] Dicit ergo.

Et factus est sanguis, id est, vitio, vel vindicta sanguinis, id est, peccati quod commiserunt, persequendo Sanctos. Vel [factus est sanguis] quem effuderunt [tanquam mortui] irrationabiliter. *Vnde de Gless.* Sicut mortuus non redit ad vitam: sic illa sententia damnationis non reuocabitur [et omnis anima] *Haym.* A toto patet intelligitur, sicut illud *Psal. 13.* Omnes declinauerunt. *Vnde* [et omnis anima] id est, aliquis de omnibus [viuens] scilicet mundo, vel sua opinione, vel apparens viuere [mortua est] supple, [spiritualiter] in mari] id est, propter mare, hoc est, propter amaritudinem persecutionis. Vel sic [mortua est in mari] id est, amaritudinis gentilitatis. *Vnde Beda.* Qui se viuere iactabant, mortui probantur auctori seruasse, id est, diabolo, cuius inuidia mors intravit in orbem terre *Sapient. 1.*

Luxuria per mare natiuit.

Moraliter [Et secundus Angelus, &c.] Quoniam sicut dicit *Hieron.* venter meto æstuat, cito spumat in luxuriam: ideo recte secundus Angelus post gessam, contra luxuriam prædicat, quæ signatur per mare propter fertilitatem *Iob. 1.* Computruerunt iumenta in stercore suo. *Gregor.* Iumenta in stercore putrescere, est vitam in stercore luxuriæ finire. Item propter feruorem vel ardorem. *Osea 8.* Omnes adulterantes quasi cibarius succensus ad coquente. *Hieron.* Flammigero igne percussit femina pariter habitantes. Item propter amaritudinem. *Eccli. 7.* Inveni mulierem amaram morte. Item propter multitudinem. *Ibidem.* Manus eius sunt vincula, & cor eius sagena, quæ capit omnes pisces magnos & paruos [et factus est sanguis tanquam mortui] Hic tangitur eadem di ab hoc peccato difficultas. Sicut enim a morte nullus resurgit nisi per miraculum: ita a peccato luxuriæ. *Proverb. 23.* Fovea profunda meretricis,

[et omnis anima viuens, mortua est in mari] *1. Timoth. 5.* Vidua in deliciis viuens, mortua est.

Et tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis.

Hic est tertia pars, in qua agitur de damnatione hæreticorum. Et dicuntur tria. Primo, effusio phialæ contra hæreticos. Secundo prædicatur eorum damnatio [et factus est sanguis] Tertio Sanctorum congratulatio [et audiui Angelum, &c.] Dicit ergo.

Et tertius Angelus [id est, tertius ordo Prædicatorum, qui dicitur tertio ordine narrationis] [effudit phialam suam] id est, annuntiauit pœnam & vitionem diuinam futuram [super flumina] id est, super hæreticos, qui signantur per flumina, quia sicut dicit *Haym.* flumens ab initio sui semper ad inferiora tendit, & in mare diffunditur: sic hæretici ab altitudine Dei siue fidei recedentes, semper ad ima vitiorum descendunt per carnis concupiscentiam, donec in amaritudinem pœnæ æternæ cadent. Hi ergo sunt flumina super quæ iste Angelus effudit phialam suam, id est, diuinam vitionem nuntiando [et super fontes aquarum] id est, super hæresarchas, qui sunt principes aliorum a quibus alij exeunt, sicut flumina a fontibus: de quibus *2. Petr. 2.* Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbine agitate [et factus est sanguis] id est, nuntiata est pœna pro sanguine. *Deuter. 32.* Sanguinem feruorum suorum visceretur, & vindictam terribilem in hostes eorum. In hoc certam notatur pœna eorum crudelis. Sanguis enim est horribilis, & pœna eorum erit talis.

Et audiui Angelum aquarum dicentem, Iustus es Domine, Qui es, & Qui eras, sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.

Hic ponitur congratulatio Sanctorum pro pœna hæreticorum: & primo ponitur gaudium Sanctorum maiorem, secundo concordia minorum [et audiui alterum Angelum] In prima duo. Primo ponitur iustus diuine iustitiæ, secundo ratio huius iudicis [quia hoc iudicasti] Dicit ergo.

Audiui] id est, intellexi [Angelum aquarum] Per Angelum istum intelliguntur omnes sancti Prædicatoris, qui sunt custodes populorum, qui dicuntur Angeli, quia sunt Dei nuntij & custodiant populum Ecclesiæ qui dicitur aqua. *Cant. 3.* Inuenerunt me vigilantes qui custodiunt ciuitatem. *Isa. 17.* Aquæ multe, populi multi. Est ergo sensus [et audiui Angelum aquarum] id est, chorum Prædicatorum, qui populos custodiunt, & per doctrinam suam a maculis eos lanant [dicentem] id est, interiori affectu diuinas laudes congregate[m] [Iustus es] æquitate[m] tenendo [Domine] omnibus præsidendo [Qui es] immutabiliter [et Qui es] essentialiter [sanctus] scilicet ab omni culpa

culpa alienus, & alios sic dicitur. *Lev. 9.* Sancti estote: qui ego sanctus sum, quia hunc iudicasti] ea que nos nuntiavit, hinc & vera de monstrasti, & malos da nuntiasti. *P. alm. 118.* Iustus es Domine. Hic quæritur, Quare non dicit, & qui venturus es. Respondet *Gloss.* Venturum non ponit: quia in proximo venturum esse intelligit. Vel dicendum, quod ideo venturum non ponit: quia hic secundo laudant Deum pro eis que faciet in die iudicii, post quem non erit alius aduentus [quia sanguinem Sanctorum] minorum [& Prophetarum] & Apostolorum, id est, maiorum [effuderunt] *P. alm. 78.* Effuderunt sanguinem servorum tuorum [& sanguinem dedisti eis bibere] id est, pœnam aeternam horribilem & abominabilem debitam, & respondentem culpæ effusionis sanguinis [digni enim sunt] Qd. Sic iustum est ut qui sanguinem effuderunt, pœna sanguinis puniantur. *Off. 12.* Ad iracundiam provocavit me Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei Dominus Deus suus.

Et audiui alterum dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens: vera & iusta iudicia tua.

Hic ponitur concordia minorum Sanctorum. Vnde dicit *Gloss.* Quod Magistri dicunt discipuli confirmant. Vnde dicit [& audiui alterum Angelum] id est, minores Sanctos [dicentem] id est, confirmantem & approbantem [Etiam] id est, Verum est quod dicitur [Domine] per iustitiam [Deus] per clementiam [Omnipotens] per potentiam. Vel sic Domine per excellentiam [Deus] per naturam [omnipotens] per potentiam [vera] quia reddat quod promittunt [& iusta] quia secundum merita retribuunt [iudicia tua] *P. alm. 118.* Iudicia Domini vera iustificata, &c. Nota: Littera *Bede* & *Hieron.* habet sic [audiui vocem de atri] id est, de affectu Sanctorum interiori: quia altare dicitur cor iusti, ex quo ascendit fumus compunctionis ad Deum. *Haym.* habet sic [& audiui alterum dicentem] *Haym.* non dicit, alterum audiui dicentem, ut Angelum intelligamus: sed audiui alterum dicentem, id est, alterum verbum. Cætera ut prius.

Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines & igne: & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam.

Hic est quarta pars, in qua determinatur de damnatione Antichristi & eorum qui deficient in tribulatione. Et dicuntur hic tria. Primo, quod Prædicatores prædicabant contra Antichristum. Secundo, quod ex hoc magis sauiet, & ex hoc magis merebitur supplicium [& datum est illi] Tertio, quod multi deficientes in illa persecutione peribunt [& æstuauerunt homines] Dicit ergo.

Et quartus Angelus id est, quartus ordo Prædicatorum secundum ordinem narrationis [effu-

dit phialam suam,] id est, suam prædicationem [in solem, id est, contra Antichristum qui finget se esse solem iustitiae. Vnde *Haym.* Hunc solem intelligimus, ipsum datum hominem qui se in nouissimis diebus solem iustitiae mentetur [& datum est] id est, permissum illi id est, Antichristo [Æstu affligere homines, id est, minori tribulatione] [& igne] id est, maiori: de qua *Matth. 24.* Erit tunc tribulatio qualis nunquam fuit, ab initio, neque fiet [& æstuauerunt homines] scilicet fideles [Æstu magno] scilicet afflicti graviter & deficientes. Vnde *Gloss.* Defecerunt in illa tribulatione [& blasphemauerunt nomen Dei] corde, & ore, habentis potestatem super has plagas] id est, aut reudi plagas, vel insensenti eas, quando voluerit. *Haym.* Deus super has plagas potestatem habere dicitur: quia a quo vult amouet eas, & super quos vult iusto iudicio permittit [neque pœnitentiam egerunt] *Gloss.* id est, non respiciunt, vel respiciunt: neque peccatorum suorum confessi sunt [ut darent illi gloriam] seiplos accusando. Vel hoc dicit: quia forte aliqui dolerunt de peccatis suis corde, sed non audebant consistere ore: hoc autem non sufficit, quia *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Moraliter. [Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem] id est, prædicauit contra vanam gloriam, quæ signatur per solem, propter claritatem & sublimitatem quam superbi appetunt in hoc mundo [& datum est illi] scilicet Angelo [affligere homines] scilicet, superbos [æstu] scilicet ambitionis, tempore prosperitatis & igne inuidiæ tempore aduersitatis. Vel [æstu] elationis dum laudatur, & igne confusionis cum vituperatur [& æstuauerunt æstu magno] vel ambitionis cum bene succedit eis, vel inuidiæ cum male [& blasphemauerunt nomen Dei] scilicet, vel sibi appropriantes quod soli Deo conuenit, vel maiores spernendo [habentis potestatem super has plagas] ut quando voluerit, possit eas infligere [neque egerunt pœnitentiam] corde [ut darent illi gloriam] ore, sicut faciunt consistentes. *Iosue 7.* Fili mi da gloriam Domino Israël, & confitere, &c.

Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestie.

Hic est quinta pars, in qua agitur de damnatione ministrorum Antichristi. Et dicuntur duo. Primo ponitur prædicatio per ministros Antichristi, secundo pœna quæ consequitur eos [& factum est] Dicit ergo [& quintus Angelus] id est, quintus ordo Prædicatorum [effudit phialam suam] id est, prædicationem suam [super sedem bestie] id est, super ministros Antichristi, in quibus quasi in sede quiescit.

Et factum est regnum eius tenebrosum, & commandauerunt linguas suas præ dolore: & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.

Hic agitur de pœna eorum, & dicuntur quinque

que. Primo notatur execratio. Secundo veritatis detraçtio [& commandauerunt linguas] Tertio inuidia [præ dolore] Quarto blasphemia [& blasphemauerunt]. Quinto, finalis impœnitentia [& non egerunt pœnitentiam] Dicit ergo.

Et factum est regnum eius id est, ministri eius in quibus regnat [tenebrosum] quia execrati sunt. *Isa. 6.* Execra cor populi huius [& commandauerunt linguas suas] sicut dicit *Haym.* iuxta litteram stare non potest, ut dilaniarent linguas suas mutuo: sed sensus est [commandauerunt linguas suas] alter alterius sermo resecutus est detrahendo veritati [præ dolore] id est, præ inuidia quam habent contra Sanctos [& blasphemauerunt Deum cæli] id est, Christum, dicentes ipsum fuisse puram creaturam, & arte magica homines decepsisse [præ doloribus] de visa constantia Sanctorum [& vulneribus suis] quæ comminabantur eis Sancti. Vnde *Eccli. 10.* Qui scindit linguam, id est, Sanctos flagellat, vulnerabitur ab eis, scilicet, per comminationem in presenti, & per pœnæ acerbitatem in futuro [& non egerunt pœnitentiam] ab operibus suis, id est, finaliter impœnitentes fuerunt. *Rom. 2.* Secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens, &c.

Sedes diaboli est inuidia.

Detraçtio.

Infusus.

Moraliter. [Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestie] id est, prædicauit contra peccatum inuidiæ quæ est sedes diaboli. *Isa. 13.* Sedebo in monte testamenti, id est, superbia: in lateribus Aquilonis, id est, inuidia, qui nihil habent de igne charitatis [& factum est regnum eius tenebrosum] id est, inuidi execrati sunt per inuidiam de bonis aliorum. *Iob 5.* Per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte sic palpabant in meridie [& commandauerunt linguas suas] per detractionem quæ est filia inuidiæ, secundum *Gregor.* [præ dolore] habito de aliorum felicitate. *Socrates.* Quanta hominum gaudia sunt tanti inuidorum gemitus. Tales signatur per bufones qui moriuntur de floribus vinearum. *Tullius.* Nunquam melius torquetur eos: scilicet inuidos quam virtuti & gloriæ feruendo & blasphemauerunt Deum cæli præ vulneribus suis gloriæ, quæ sibiipsis fecerunt ex commandatione linguarum: nam inter ipsos est pugna qua unus alium sagittat & vulnerat [nec egerunt pœnitentiam] ab operibus suis] *Eccli. 26.* Homo afflatus verbis improperij omnibus diebus vitæ suæ non erudietur.

Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten: & siccauit aquam eius, ut præpararetur via regibus ab ortu solis.

Hic est sexta pars capituli, in qua continetur damnatio falsorum Christianorum, & Antichristo adherentium. Et dicuntur hic tria. Primo, sextus ordo Prædicatorum phialam suam contra falsos Christianos effudit. Secundo dicit, quod per eos Ecclesiæ nocentur principes seculi [& siccauit aquam eius] Tertio aperit modum faciendi [& vidi de ore draconis] Dicit ergo.

Et sextus Angelus id est, sextus ordo Prædicatorum [effudit phialam suam] id est, prædicauit iram Dei [in flumen illud magnum Euphraten] Nota: Euphrates interpretatur fertilitas, & signat

Euphrates.

illos qui videntur esse fertiles in virtutibus, & tamen non sunt. Euphrates enim est fluvius Babylonis. Vnde sicut Euphrates ratione sui nominis signat abundantiam, & tamen est fluvius Babylonis, id est, confusionis: ita falsi Christiani abundare videntur in gratia secundum nomen: quia dicuntur Christiani, quod sonat gratiæ vocationem: sed tamen sunt fluvij Babylonis, quia fluentes in vitiorum confusionem: & ideo benesignantur per Euphraten. Sensus ergo est [& sextus Angelus effudit phialam suam] id est, prædicationem suam in flumen illud magnum Euphraten] id est, contra falsos Christianos, qui videntur virtutibus abundare, & tamen sunt in peccatorum confusione. Vel sic secundum *Gloss.* [in flumen] id est, in omnibus diuitiis affluentibus, propter quas a fide recedunt. [magnum] Hoc dicitur propter multitudinem falsorum Christianorum. *Matth. 20.* Multi sunt vocati, pauci vero electi [& siccauit] id est, siccandam nuntiavit per æstum persecutionis [aquam eius] id est, Euphratis Nota: Per aquam intelligitur gratia: quia sicut aqua mundat a fordibus corporalibus, sic gratia a peccatis omnibus. Est ergo sensus [& siccauit] id est, æstu vitiorum persecutionis siccandam demonstravit [aquam eius] id est, gratiam falsi Christiani: tunc enim recedunt a fide Christi *Luc. 8.* Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt [ut præpararetur via] scilicet ad impugnandam Ecclesiam [regibus] id est, principibus seculi [ab ortu solis] supple venientibus. Ad litteram ibi patietur Ecclesia primam persecutionem per ministros Antichristi. Vel [regibus] id est, falsis Christianis, qui aliquando per gratiam fuerunt sicut reges inuncti [ab ortu solis] supple, recedentibus id est, a fide Christi, per quam oritur sol in cordibus bonorum, id est, Christus. Antichristus enim per falsos Christianos maxime Ecclesiam impugnabit: quod signaturum est *1. Machab. 7.* vbi dicitur, quod Alchimus qui erat de Iudæis, plura mala fecit populo.

Aqua.

Et vidi de ore draconis, & de ore bestie, & de ore Pseudo prophete exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa, & procedunt ad reges terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum qui vocatur Hebraice Hermageddon.

Hic ostenditur qualiter per falsos Christianos via patebit principibus seculi ad impugnandum Ecclesiam Dei. Et dicuntur tria. Primo quod mittentur ut contra fidem prædicent. Secundo, quod miracula facient [facientes signa] Tertio, quod ad reges terræ ibunt ut Ecclesiam impugnent [& procedunt] Dicit ergo.

Et vidi de ore draconis] id est, de inspiratione diaboli, dicit *Gloss.* vel suggestionem [& de ore bestie] id est, de Antichristi verbis [& de ore Pseudo prophete]

ophetæ] id est, de verbis, vel consilio Pseudo-Apostolorum Antichristi [exire spiritus tres mundos] id est, vniuersos falsos Christianos, & maxime hypocritas, qui dicuntur esse spiritus, quia spirituales esse videntur [tres] quia ad hoc exhibent ut fidem Trinitatis impugnent. Vel dicuntur [spiritus] propter subtilitatem malitiæ in decipiendo [tres] fidem Trinitatis impugnando [immundos] opera immunditiæ faciendo [in modum ranarum] Hieron. Spiritus exeuntes in modum ranarum sunt hypocritæ. Rana enim videtur esse in aquatamen in paludis putredine demerguntur, & procaces voces effundunt, impatientes, importunæ. Sic nimirum sunt hypocritæ doctores, qui in aqua videntur esse sapientiæ: tamen in limo sunt profundæ hæresis, & contrarias voces veritati proferunt, patientiam perdunt, & importune bono nocent [sunt enim spiritus demoniorum] quia sunt spiritualiter immundi, vel à demonibus docti [facientes signa] *Goff. miracula.* *Haym.* Aut vera Dei promissione, aut falsa, quibus reptobi Dei iudicio decipiantur. *Matth. 24.* Dabunt signa & prodigia, &c. [procedunt] scilicet missi ab Antichristo [ad reges totius terræ] id est, mundi [congregare illos in prælium] id est, ad congregandum ut pugnent contra fideles.

Rana vni doctores sunt.

Quæritur.

Hic queritur, Vtrum congregentur in vnum locum illi qui sunt in Occidente, & Oriente. Responso *Haym.* Non congregabuntur in vnum locum, sed in vnum consensum malæ voluntatis: sed hoc erit ad malum, vnde subdit [ad diem magnum] id est, ad diem iudicij, quæ dicitur dies: quia modo latentia, ibi manifestabuntur: magnus propter magnitudinem gaudiorum quoad bonos, & suppliciorum quoad malos. *Joel. 2.* Magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eam [Dei omnipotentis] Hic dicit, quod nullus poterit effugere. *Deuter. 32.* Et non est qui de manu mea possit eruere [& ecce] id est, in breui, & aperte [venio sicut fur] id est, improvisè. *1. Th. 5.* Dies Domini sicut fur. Vel in nocte veniet: & ideo [beatus qui vigilat] id est, qui sollicitus est de sua salute. *Gregor.* Vigilat qui seruat opere quod credit [& custodit vestimenta sua] id est, innocentiam acceptam in baptismo, vel virtutes, & bona opera, quibus vestitur anima [ne nudus] scilicet virtutibus, aut bonis operibus [ambulet] scilicet de hac vita ad aliam, vel vel ad diem iudicij [& videant] scilicet Sancti, & Angeli [turpitudinem eius] id est, peccata quæ turpem faciunt animam. Ista turpido operitur per vestimenta virtutum, ne videatur ad vindictam. *1. Petr. 4.* Caritas operit multitudinem peccatorum [& congregabit illos] Nota: Cum supra dictum sit, procedent congregare reges, hic tamen dicitur singulariter, congregabit illos, ad signandum quod diabolus illorum ministerio illos congregabit: vel potest referri ad tres spiritus immundos, & tamen dicitur singulariter, ad signandum vnam intentionem illorum in malo [in locum qui Hebraice dicitur hermagodon] id est, ad confortium Antichristi cui conuenit res huius nomini. Quasi di. facient illos consentire Antichristo, & habere fiduciam in ipso. Nota: secundum *Haym.* Hermagodon interpretatur confusio testium iniquorum, vel mons furum, vel mons globosus, & signat ministros Antichristi: qui testes sunt iniquitatis, quoniam inique consentent Antichristum esse Deum, &

Hermagodon.

Christum esse Antichristum: quia sicut Christus mons dicitur à fidelibus, sic Antichristus mons dicitur ab infidelibus, qui fidem furati conabuntur à fidelibus: mons globosus, quia diuersos errores ostendet in suo corpore. Vel globosus, quia quos decipiet, faciet eos globosos, id est, tenebrosos. Vel hoc dicitur propter multitudinem adherentium sibi: quia in ipso vnum erunt, & in ipso fiduciam habebunt.

Moraliter [Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumē illud magnum Euphratem] per flumen illud signatur auaritia: vnde Euphrates interpretatur crescens, vel frugifer, vel puluerulentus, & signat auaritiam, quæ semper vult crescere in pulueribus, id est, in temporalibus, sed semper fluunt: semper quia Euphrates flumen est. *Psal. 61.* Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere ergo [effudit phialam in flumen] id est, prædicauit contra auaritiam [& siccauit aquam eius] id est, temporalem abundantiam siccam ostendit. *1. 1. Ioan. 2.* Transiit mundus & concupiscentia eius [ut præpararetur via regibus] id est, Prædicatoribus ad corda eorum [ab ortu solis] id est, à Christo, qui de stella voluit nasci, id est, à Maria. *Psal. 103.* Ortus est sol, &c. [Et vidi de ore draconis exire tres spiritus immundos] Nota: Draco animal est sitibundum, & signat auaritiam quæ semper sitit. De ore eius exeunt tres spiritus immundi, qui sunt sagacitas male acquirendi, cautela male retinendi, improvidentia male distribuendi [Et de ore bestiarum] Bestia est superbia quæ omnia bona vastat. De ore eius exeunt tres spiritus immundi, scilicet irreuerentia superiorum, contemptus inferiorum, dominium vel subiectio æqualium [de ore Pseudo-prophetarum] Per Pseudo-prophetam intelligitur caro, cuius doctrina est mortifera. *Rom. 8.* Prudentia carnis mors est. De ore eius exeunt spiritus immundi, scilicet sapores exquisiti ciborum, mollietates vestimentorum, segnitie otiosorum, isti omnes spiritus immundi dicuntur, & comparantur ranis propter loquacitatem & immunditiam [Beatus qui vigilat] *Bernard.* dicit quod triplex est vigilia. Prima est reuerentia operis. Secunda, puritas intentionis. Tertia, custodia vnitatis. De his *Luc. 12.* Beati serui illi quos cum venisset Dominus, &c.

Et septimus Angelus effudit phialam suam in aërem.

Hic est vltima pars huius capituli, in qua agitur de damnatione demonum, & diuiditur in duas partes. In prima annuntiatur damnationem. In secunda mundi finem [& exiit vox magna] Dicit ergo [Et septimus Angelus] id est, septimus ordo Prædicatorum [effudit phialam suam] id est, prædicationem suam [in aërem] id est, contra demones, auertens iram Dei venturam super eos qui in hoc aëre habitant vsque in diem iudicij, & tunc cum reprobis retrudentur in infernum. Nota: Demones dicuntur aër propter leuitatem: quia velociter huc illucque discurrunt. Item propter fluxibilitatem: quia aër est corpus subtile & quasi spirituale.

Demoni dicitur aer non iam ad intellectum Platoniorum.

Et exiit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt

sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræ motus sic magnus.

In ista parte dicuntur tria. Primo nuntiatur finis mundi. Secundo ponuntur signa præcedentia diem iudicij [& facta sunt fulgura] Tertio punitio reproborum pro meritis [& facta est ciuitas] Dicit ergo.

Et exiit vox magna [Haym.] Vox ista, vox omnipotentis intelligitur Dei [exiit] inquam, scilicet in manifestum venit [magna] quia magna denuntians [de templo] id est, de Ecclesia siue à Christo, vel à Prædicatoribus eius [à throno] id est, de Ecclesia in qua sedet Deus. Vel sic [de templo à throno] id est, à sedente in throno, & inhabitante in templo. Dicit autem [à throno] quia damnationem reproborum annuntiant. Thronus autem sedes iudicij est [dicens, Factum est] supple. quicquid faciendum est. Quasi dicat. Consummata sunt omnia, & finis mundi adest. Hoc autem dicitur, quia cito futurum est, & ita certum est ac si iam factum esset. *Deut. 32.* Iuxta est dies perditionis [& facta sunt fulgura] id est, sicut ad literam [& voces] scilicet clamantium præ timore [& tonitrua] ad literam ut dampnandis futura tormenta nuntiantur [& terræ motus factus est magnus] id est, sicut [qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt] id est, esse ceperunt super terram [talis terræ motus sic magnus] quia alij fuerunt particulares, hic vniuersalis erit: erit enim à causa voluntaria, non naturali: secundum naturam enim impossibile est terræ motum esse vniuersalem. Causatur autem naturalis à fumo grosso incluso in visceribus terræ, qui cum exire cogitur, non habens spiraculum, facit terræ motum, sicut patet in castanea. Vel aliter secundum *Gloss. & Haym.* [Et facta sunt fulgura] id est, miracula, quæ faciunt ministri Antichristi, ut incutiant terrorem hominibus [& voces] quibus suadebunt simplicibus [& tonitrua] id est, comminationes, & tormenta [& terræ motus factus est magnus qualis &c.] id est, illa persecutio validissima, qua credentes in Christum affligentur [qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram] id est, esse ceperunt [talis terræ motus sic magnus] id est, tanta hominum terrorem commotio. *Daniel. 12.* Veniet tempus quale non fuit ab eo quo gentes esse ceperunt vsque ad hoc tempus.

Terræ motus causatur.

Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius.

Hic ponitur punitio reproborum, siue pœna. Secundo liberatio iustorum ab illa [& omnis insula] Tertio, quod pœna illorum erit ponderosa [& grando] Dicit ergo.

Et facta est ciuitas magna in tres partes] id est, reproborum collectio, quæ magna dicitur propter multitudinem: vel propter scelerum enot *D. Albert. Mag. in Apocalypsim.*

mitatem, sicut dicit *Haym.* hæc in tres partes diuidetur, id est, in Iudæos, Paganos, & falsos Christianos. Et per hoc quod dicitur, tres partes, datur intelligi quod quilibet pro meritis punietur, ut secundum mensuram culpæ sit & pœna: ut sicut diuisa est in tres partes per culpam, sit diuisa per pœnam [& ciuitates Gentium] id est, omnes collectiones gentilitatis viuentium, sicut geniti sunt [ceciderunt] primo in peccatum, secundo in infernum. *Psal. 35.* Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem [Et Babylon magna] Babylon interpretatur confusio, & signat congregationem malorum, quæ dicitur [magna] propter multitudinem præuocationum [venit in memoriam ante Deum] per punitorem peccatorum: nec dicitur venire in memoriam, quasi Deus sit oblitus: sed quando non punit, videtur oblitus [dare ei calicem] id est, ut daret [vini indignationis iræ eius] id est, pœnæ, ad mensuram culpæ effusam ex ira indignationis eius. Et nota, quod in hoc libro loquens de pœna malorum, dicit semper calicem vini, & non aquæ, ad signandum, quod plaga eorum erit irrevocabilis & desperata: sicut signum est quod plaga est desperabilis, quando vinum propinat in febre acuta laboranti.

Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum, descendit de celo in homines: & blasphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

Ostensa pœna malorum, hic ponitur liberatio iustorum, & per insulam omnes Sancti intelliguntur, qui ad modum insule persecutionibus quasi fluctibus contunduntur, sed non submergantur. Dicit ergo.

Et omnis insula] id est, omnis bonorum congregatio [fugit] scilicet societatem malorum mente, etsi non corpore [& montes] id est Sancti, qui non mouentur à fide, persecutionibus concussi, & propter eminentiam vitæ montes dicti [non sunt inuenti] scilicet in pœna, quia non fuerunt socij in culpa [& grando magna] id est, pœna æterna quæ ad modum grandinis tundit impios [descendit] id est, descendit [sicut talentum] id est, ponderosa, & mensurata [de celo] id est, à Deo missa [in homines] scilicet carnales. *1. Corint. 2.* Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei [& blasphemauerunt homines Deum] scilicet dicentes eum esse iniustum [propter plagam grandinis] id est, pœnæ, vel iræ, quæ descendit ad modum grandinis, contundens eos [quia magna facta est vehementer] id est, crucians eos intolerabiliter.

Moraliter. Per istum Angelum signatur ordo Prædicatorum, qui prædicabit contra acediam quæ ad modum agitati aëris huc atque illuc circa illicita peragatur, quam omnis creatura reprehensibilem ostendit, quæ sine fatigatione præceptum Dei peragit.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo *Dub. 1.* [Et omnis anima viuens mortua est in mari] queritur, Cum supra 8. dictum sit, quod tertia pars mortua est creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, quare hic dicit, omnis anima? Responso.

Responsio. Quod signatur supra per tertiam partem, hic intelligitur per omnem animam in mari viventem, scilicet omnes reprobi, qui viuunt in mari, id est, in amaritudine peccati finaliter.

Dub. 2. Secundo super illo verbo [Et audiui Angelum aquarum dicentem iustus es, &c.] queritur, Quo modo Sancti gaudent de pœna malorum, cum dicitur eis *Mat. 5.* Diligite inimicos, &c. Responsio. Non gaudent de pœna, sed de diuina iustitia.


Dub. 3. Tertio queritur super verbo eodem, Cum non posuerit supra in plaga prima vel secunda congratulationem, quare ponit hic in plaga hereticorum, Responsio. Hoc facit ad innuendum, quod persecutio hereticorum grauior est & magis nociua quam aliorum: quia hæc est contra fidem quæ fundamentum est omnium bonorum: & ideo de plaga eorum maius gaudium erit Sanctis.

Dub. 4. Quarto super illo verbo [Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet] id est, innocentiam baptismalem: ergo qui illam amiserint, nudi apparebunt. Responsio *Haym.* Si hoc vestimentum peccatis maculari contigerit, est adhuc secundum baptismum quo mundari possit, scilicet fons lacrymarum, & compunctio cordis. *Psa. 31.* Beati quorum remissa sunt iniquitates (in baptismo primæ regenerationis) & quorum tecta sunt peccata, scilicet per compunctionem cordis.

Dub. 5. Quinto super illo verbo [quoniam magna facta est vehementer] *Gloss.* quamuis sciant se puniri iuste, tamen dolebunt, quod Dominus tantam potentiam habeat, quod plagas eis infert: sed talis dolor est culpa: ergo in inferno peccabunt. Contra: *Thi. en. 4.* Completa est iniquitas tua filia Sion. *Gloss.* Cum iniquitas facta iudicio cessauerit & requies data fuerit, amplius mutatio non erit: ergo in inferno non peccabunt. Responsio. Inuidia, superbia, ira, odium, & blasphemia erunt in inferno per modum affligendi, non per modum merendi vel demerendi. Vnde *Gloss. Galat. 5.* Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. *Gloss.* Zelus iste modum non habet, permanens sine fine est: alia scelera finem habent.

CAPVT XVII.

Et venit ad me vnus de septem Angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram & de vino prostitutionis eius.

c est tertia pars principalis huius visionis. Et ostenditur hæc causa reprobationis malorum. Et diuiditur in quatuor partes. In prima promittit se Angelus ostensurum causam damnationis malo-

rum reprobatorum. In secunda ostendit figuram multitudinum [& abstulit me] In tertia ponitur admiratio Ioannis [& miratus sum] In quarta sequitur expositio visionis [& dixit mihi Angelus] Dicit ergo.

Et venit] per inspirationem & doctrinam [ad me] id est, ad Ecclesiam [vnus de septem Angelis] id est, Christus qui est excellens & singularis. *Ican. 3.* Qui de celo venit, super omnes est. Et sic Angelus gerit personam Christi, Ioannes personam Ecclesie. Secundum *Hieron.* exponitur sic [& venit ad me vnus de septem Angelis] id est, vniuersi Prædicatores, quorum officium est denuntiare plagas malorum, qui dicuntur vnus, quia vnum officium exercent, & habent vnum finem, & mittuntur ab vno [qui habebat septem phialas] id est, vniuersitatem prædicationis qua plagentur mali ad mortem, & boni ad salutem, vt *supra 17.* expositum est [& locutus est mecum] scilicet per prædicationem & doctrinam, siue per inspirationem vel reuelationem [dicens] interius in corde, sine strepitu vocis [Veni] gressibus fidei, & intelligentiæ, sicut dicit *Haym.* [& ostendam tibi damnationem] id est, causam damnationis [meretricis magnæ] Nota: Per meretricem intelligitur ciuitas reprobatorum: quia sicut mulier meretricatur quando virum dimittit, sic anima quando relicto Creatore, demonibus se prostituit, seruendo multis immunditiis. Dicitur magna propter efficaciam decipiendi, & propter multitudinem reprobatorum. Vel [ciuitatis magnæ] id est, vanitatis mundanæ, vel carnalis voluptatis, vel Antichristi [quæ sedet super aquas multas] id est, super populos multos: quia sicut aquæ defluunt in mortem continue. *2. Reg. 14.* Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. *Haym.* Sedere super aquas multas nihil aliud est, quam regnare super populos multos: quia videlicet luxuria carnis in multis dominatur: hoc enim genere peccati diabolus multos ad se trahit [cum qua] supple meretrice [fornicati sunt] scilicet Deum deserendo, & demoni adherendo, in debita exercendo, carnis immunditiam sectando [reges terræ] Ad literam maiores principes seculi [& inebriati sunt] id est, extra brian, id est, mensuram positi [qui habitant terram] id est, minores, qui plus diligunt terræna quam cælestia [de vino prostitutionis eius] id est, delectatione manifestæ fornicationis spiritualis, & corporalis. *Ioel. 1.* Expergiscimini ebrii, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Quasi dicat. Penitentiam agite, qui inebriati estis vino fornicationis spiritualis, vel corporalis delectationis.

Et abstulit me in spiritu in desertum.

Hic est secunda pars capituli, vbi ostenditur Ioanni causa reprobationis malorum, siue damnationis reprobatorum. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima ponitur eleuatio Ioannis in spiritu ad cognoscendum merita reprobatorum. In secunda ostenduntur ei diuersæ causæ damnationis eorum [Et vidi mulierem sedentem] Dicit ergo.

Et abstulit me] id est, separauit me à cognitione quam tenebam, ad cognitionem quæ sequitur [& abstulit] id est, sustulit: sed quod abstulit [in desertum]

desertum] id est, in corda reprobatorum deserta à gratia Dei cognoscenda [in spiritu] quia talia corporeis oculis non possunt videri: ergo in spiritu, id est, in visione spirituali.

Et vidi mulierem, sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiarum, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso, & margaritis: habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine martyrum Iesv.

Hic ostenduntur plures causæ damnationis reprobatorum. Prima ostenditur per sedem. Secunda per amictum [& mulier erat amictam] Tertia per officium [habens poculum aureum] Quarta per nomen in fronte scriptum [& in fronte eius] Quinta per nocendi affectum [& vidi mulierem] Dicit ergo.

Et vidi] in visione spirituali [mulierem] id est, malorum congregationem, quæ signatur per mulierem, propter molliorem vitam, & fallendi facilitatem. Item, sicut dicit *Haym.* quia à muliere sumptus peccatum inchoationem [sedentem] id est, innitentem, & quiescentem [super bestiam] id est, super Antichristum, qui bestia dicitur propter suam crudelitatem, & propter vitam bestialem quam ducit [coccinam] id est, sanguineam: bestia coccinea dicitur, siue propter peccata innumerabilia quibus Antichristus erit crucentus, siue propter sanguinem Sanctorum quem effundet [plenam nominibus blasphemiarum] quia Deum & suos Sanctos blasphemabit ore & opere. Item [plenam nominibus blasphemiarum] quia ad literam multa nomina habebit, quæ in prima facie ostendent ipsum esse Christum, quod erit blasphemiarum [habentem capita septem] id est, omnes malos reges: quia septenarius vniuersitatem demonstrat [& cornua decem] id est, omnia regna Antichristo subiecta. Nota: Septem dicuntur omnes, propter septiformem gratiam Spiritus sancti quam impugnant. Ergo per septem capita, & decem cornua, describitur à potestate qua impugnat Ecclesiam Sanctorum, qui septiformi gratia pleni sunt, & obseruant decalogum. Vel sic [habentem capita septem] id est, vniuersa vitia [& cornua decem] id est, vniuersa regna sibi subiecta, decalogum impugnantia [& mulier] id est, tota congregatio malorum [erat circumdata purpura] id est, simulatione pietatis & clementiæ quam mentiantur reprobi se habere. Sicut dicit *Haym.* Purpura regum est indumentum. Per hoc quod induta est purpura, videtur habere proprietatem & virtutem regiam, quæ est clementia: sed men-

Mulier caput peccati.

Antichristus dicitur bestia coccinea.

Purpura

tetur: vnde sequitur [& coccino] coccinum sanguinei coloris est, & signat crudelitatem illius mulieris, & effusionem sanguinis bonorum. Vnde *Gloss.* Circundata erat coccino: quia occidet nolentes acquiescere [& inaurata auro] Nota: Per aurum sapientia intelligitur. Hæc ergo mulier subtilissima simulabit se habere vestem auream, id est, sapientiam. *Gloss.* Videbitur sapientia diuina illuminare. Et in hoc intelligitur simulatio de bonis spiritualibus quæ pertinent ad intellectum [& lapide pretioso] Per lapidem pretiosum intelliguntur virtutes gratiarum, scilicet fides, spes, charitas, quæ lapis dicitur, quia per eas Ecclesia firmatur & defenditur: pretiosus, quia sunt Dei munus. Vel sic [lapide pretioso] *Gloss.* id est, charitate [& margaritis] id est, aliis virtutibus, quæ hæc meratrix mentietur se habere [habens poculum aureum] id est, abundantiam temporalium, quæ exterius fulget sicut aurum [in manu sua] id est, in potestate sua, quod illa temporalia possidebit, & tradet quibus voluerit. Vel [poculum aureum] id est, sacram Scripturam [in manu sua] id est, potestate: quia multi scient corde. Vel [in manu sua] quia exponit eam sicut voluerit. Vel [poculum aureum] id est, delectationem carnalem, vel mundi sapientiam [plenam abominatione] id est, superbia, vel errore, & falsitate [& immunditia fornicationis eius] id est, immunda fornicatione tam mentis quam corporis: & illam quæ est mentis, docebunt aperte: illam quæ est corporis, occulte [& in fronte eius] id est, in aperta operatione eius [nomen scriptum] id est, malitia obstinata [Mysterium] id est, occultum, vel secretum. Nam mysterium est in quo aliud videtur, aliud intelligitur. Sed queritur, Si nomen eius est scriptum in fronte, quomodo dicitur mysterium? Responsio secundum *Haym.* Quia perfecti & sapientes facile cognoscunt eius opera: ideo dicitur scriptum in fronte. Quia vero simplices non cognoscunt: ideo dicitur mysterium. Perfectis ergo erit in fronte, id est, apertum, sed reprobis erit mysterium, id est, occultum. Nec mirum, quia excrauit illos malitia eorum *Sapient. 2.* Deinde sequitur nomen scriptum [Babylon magna] id est, propter enormitatem scelerum, & multitudinem reprobatorum [mater fornicationum] id est, radix omnium peccatorum. Vel [mater fornicationum] *Gloss.* dans exemplum faciendi peccatum [& abominationum terræ] id est, peccatorum exquisitorum, quæ dicuntur abominationes propter scelerum eorum [& vidi mulierem] id est, malorum congregationem, scilicet molliam diligentem, & nihil vigoris habentem [ebriam de sanguine Sanctorum] scilicet illorum qui ante aduentum Domini mortui sunt pro iustitia [& de sanguine] id est, de effusione sanguinis [martyrum Iesv] id est, eorum qui propter testimonium Iesv mortui sunt post eius aduentum. *Hebr. 11.* In occisione gladii mortui sunt. Et dicit, ebriam, quia semper sitientem Sanctorum mortem, & tamen multum repletam: sicut ebrius appetit potum, tamen non indiget.

Et miratus sum cum viderem illam, admiratione magna.

Hic est tertia pars huius capituli, vbi ponitur admiratio Ioannis. Vnde dicit [Et miratus sum

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

cum viderem illam] scilicet meretricem, & suæ damnationis causam [admiracione magna] scilicet quia vidi eam sic descriptam quantum ad esse, quantum ad officium, quantum ad nomen, quantum ad habitum, & sic exaltatam, & postea conculcatam. Hic queritur, Quomodo miratur Ioannes, cum sciret causam damnationis mulieris? Responso. Licet sciret in generali, tamen sciuit postea expressius & magis in speciali. Vel dicendum, sicut dicit Gloss. quod Ioannes gerit hic personam illorum qui admirantur quod Deus permittit malos exaltari, & florere in mundo, & bonos deprimi.

Et dixit mihi Angelus, Quare miraris: ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestie quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem.

Hic est quarta pars capituli, vbi ponitur expositio huius visionis. Et dicuntur tria. Primo arguitur Ioannes, quare miratur. Secundo visionis expositio ei promittitur [ego dicam tibi] Tertio expositio sequitur [Bestia quam vidisti] Dicit ergo.

Et dixit mihi Angelus, Quare miraris] Quasi dicat. Noli mirari [ego dicam tibi] id est, reuelabo [sacramentum mulieris, & bestie quæ portat eam] id est, quid significet illa mulier, & quid bestia, & etiam damnationem illorum [quæ habet capita septem, & decem cornua] id est, omnes reges reprobos, & omnia regna illis subiecta, sicut dicit Haym.

Bestia quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abyssu, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in Libro vitæ, à constitutione mundi videntes bestiam quæ erat & non est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes, sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt: quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & cum venerit, oportet illum breue tempus manere.

Hic incipit Angelus exponere visionem beato Ioanni. Et dicuntur quinque. Primo exponitur sacramentum bestie. Secundo quid sint septem capita bestie. Tertio quid sunt decem cornua. Quarto quid sunt aquæ super quas sedet meretrix [Aquæ quas vidisti] Quinto quid sit illa mulier meretrix [et mulier] Dicit ergo.

Et bestia quam vidisti] id est, Antichristus bestialis, & crudelis [fuit] Hoc dicit pro tempore in quo potestatem habet, & regnabit [et non est] Hoc dicit, quia parum durabit. Daniel. 11. In paucis diebus conteretur. Est ergo sensus [fuit, & non est] id est, magnificabitur, sed cito deprimetur [et ascensura est] scilicet ad regnum [de abyssu] id est, per abyssum. Nota: Abyssus dicitur quasi sine bysso, id est, candore, & signat corda repro-

borum quæ sunt sine candore, id est, sine gratia. Genes. 1. Tenebræ erant super faciem abyssi. De abyssu ergo ascensurus est Antichristus: quia per reprobos extolletur ad regnum. Secundum Haymonem abyssus dicitur profunda perfidia Iudæorum, de qua nascetur Antichristus [Et in interitum ibit] id est, in mortem æternam deiicietur [et mirabuntur] scilicet ex subita morte Antichristi [inhabitantes terram] id est, reprobi, qui mente terram inhabitant, & terrenis inhaerent [quorum nomina non sunt scripta in Libro vitæ] sed potius in terra. Ierem. 17. Recedentes à te, in terra scribentur [à constitutione mundi] scilicet per prædestinationem. Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem. Et per hoc innuitur differentia inter illos qui scripti sunt secundum presentem iustitiam, & illos qui scribuntur secundum prædestinationem [videntes bestiam] id est, Antichristum [quæ erat] scilicet in tanta potestate [et non est] quia cito perit. Eccli. 1. Omnis potentatus vita brevis. Aliter exponitur sic de diabolo [Bestia] id est, diabolus qui homines bestiales facit [quam vidisti] visione spiritali [fuit] scilicet ante aduentum Christi in magna potestate [et non est] quia per aduentum Christi diminuta est [et ascensura est de abyssu] scilicet de occulto & profundo malo in apertam seuitiam, scilicet tempore Antichristi [et in interitum ibit] id est, in æternam damnationem [et mirabuntur] scilicet de subita deiiectione tantæ potestatis [inhabitantes terram] scilicet per amorem [quorum nomina non sunt scripta à constitutione mundi] id est, per æternam prædestinationem [videntes bestiam quæ erat] scilicet in magna potestate [et non est] quia cito perit [Et hic est sensus] hic est visa pœna illius bestie, vnde potest haberi sensus vt cauamus à tali deiiectione. Poëta.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Cui autem sit sensus, ostendit dicens, ei, supple [qui habet sapientiam] id est, intelligentiam vnde iudicat de vnaquaque re secundum valorem suum. Et, inquam, est sensus vt sciat cauere ne cadat in similem damnationem. Sed aliqui sunt sicut porci, qui vident socios suos duci ad macellum de angea fufuris, & tamen iidem remanent adhuc.

Septem capita] scilicet bestie [septem montes sunt] id est, omnes superbi, qui montes dicuntur propter tumorem superbie [super quos mulier sedet] id est, quibus innititur & fulcitur malorum congregatio mollis & lasciuia [et septem reges sunt] & pro id est. Vnde Beda. Capita bestie reges mundi sunt, & ob tumorem superbie montibus adæquati. Isti dicuntur montes, & capita, & reges: capita, quia in subiectos influunt malitiam, tum per malum exemplum, tum per malam suggestionem: montes propter superbiam: reges, quia subditos in malo gubernant. De his Osee 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me.

Quinque ceciderunt] Nota: Aliter per septem reges intelliguntur septem ætates in quibus regnauerunt mali. Horum regum primus regnauit in tempore ante diluuium in quo omnis caro corripuit viam suam Genes. 7. Et iste cecidit per diluuium. Secundus regnauit à Noë vsque ad Abraham, quando edificabatur turris Babel, id est, confusionis: & iste cecidit per confusionem linguarum, & dispersionem eorum qui tantum edificauit

edificauerunt Genes. 11. Tertius regnauit ab Abraham vsque ad Moysen in quo abundauit malitia super terram, & maxime peccatum contra naturam: & iste cecidit in subuersione quinquæ ciuitatum, quæ perierunt igne & sulphure Genes. 19. Quartus regnauit à Moysen vsque ad transmigrationem Babylonis. In tempore autem illo maxime regnauit peccatum idololatriæ, sicut patet in libris Prophetarum. Psalm. 77. Et in sculptilibus suis ad emulationem eum pronocauerunt. Et iste cecidit in destructione regum Iuda, de quo Ierem. ultimo. Omnes principes Iuda occidit rex Babylonis in Reblatha, scilicet propter peccatum idololatriæ. Quintus regnauit à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, in quo tempore fuit maxima persecutio legis Dei: & iste cecidit in casu Antiochi, de quo dicitur 2. Machab. 9. Ergo homicida & blasphemus pessime percussus est, & vt ipse alios tractauerat, peregre in montibus miserabili obita vita sanctus est. Hi sunt quique reges, id est, vniuersitas malorum qui in illis quinque temporibus ceciderunt. Est ergo sensus [quinque ceciderunt] id est, quinque status vel ætates transierunt [vnus est] id est, status gratiæ sub Christo, & durabit vsque ad tempus Antichristi [et alius nondum venit] id est, status in fine seculi sub Antichristo [et cum venerit] scilicet Antichristus, & sui [venerit] inquam, & in magna potestate apparuerit [oportet illum breue tempus manere] scilicet tribus annis & dimidio. Aliter exponitur secundum Gloss. & Haymonem [quinque reges] quinque sensus corporis sunt, qui in Adam fuerunt corrupti. Sextus est Christus qui nunc regnat. Septimus, Antichristus qui nondum venit, sed in fine regnabit. Vnde dicit [et alius nondum est] scilicet Antichristus [et cum venerit] scilicet in sua potestate magna [oportet illum breue tempus manere] vt prius. Mach. 24. Nisi breuiari fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.

Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit. Et decem cornua quæ vidisti: decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent: & virtutem & potestatem suam bestie tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt vocati, & electi, & fideles.

Hic dicitur, quod Antichristus omnes in malitia superabit. Vnde dicit.

Et bestia] id est, Antichristus bestialis [quæ erat] Hoc dicit pro tempore quo regnabit [et non est] Hoc dicitur pro tempore in quo destruetur, & quia eius potestas cito finietur [et ipsa octaua est] id est, super septem. Quasi diceret: Vniuersitatem malorum transcendit in malitia. Job 4. Ipse est rex super omnes filios superbie [et de septem est] id est, de vniuersitate peccato-

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

rum & propter similem naturam, & propter culpam, & pœnam [et in interitum vadit] id est, in mortem æternam. Mach. 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. [Et decem cornua quæ vidisti] scilicet, in bestia [decem reges sunt] quia regnum Romanum tempore Antichristi diuidetur in decem regna, vt dicitur Daniel. 7. Porro decem cornua ipsius regni, decem reges erunt. Dicuntur autem cornua propter firmitatem, & irrationabilitatem. Item quia adhærebunt Antichristo, sicut cornua adhærent capiti. Item quia per eos pugnabit Antichristus contra Ecclesiam, sicut bestia pugnabit cornibus suis [qui regnum nondum acceperunt] scilicet tempore Ioannis [sed potestatem tanquam reges] Gloss. Non vere reges, sed tyranni [vna hora] scilicet tempore modico. Et hoc dicit ad consolationem fidelium, sicut dicit Haym. [tribus annis & dimidio] [accipient] Gloss. à capite suo [post bestiam] id est, Antichristum, per animationem: vel quia non habebunt tantam potestatem sicut ipse [Hi vnum consilium habent] id est, vnam occultam machinationem & voluntatem contra Christum, & pro Antichristo [et virtutem] in se [et potestatem] super alios [suam bestie tradent] id est, Antichristo, omnia ei attribuendo. Vel sic [Hi vnum consilium habent] quantum ad machinationem mali [et virtutem] quantum ad simulationem boni [et potestatem suam] quantum ad illationem mali [bestie tradent] id est, attribuēt Antichristo [Hi cum Agno pugnabunt] id est, contra Agnum verbo, & opere [et Agnus vincet illos] scilicet Antichristum & suos, restrainando eorum audaciam & potentiam, ne tantum possint nocere, quantum vellent. Item suis tribuendo patientiam. Vel [vincet illos] quando damnabit eos cum capite suo diabolo. Et dicit [Agnus vincet illos] non leo, vt notetur modus vincendi, scilicet, per patientiam [quoniam Dominus dominorum est] ratione iustorum [et Rex regnum] ratione misericordie [et qui cum illo sunt] scilicet ei adherentes [vocati] per prædicationem, vel inspirationem [et electi] per prædicationem [et fideles] per fidei confessionem & integritatem, vel per operationem, quasi si des sine operibus mortui: & supple, vincet illos.

Et dixit mihi, Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt, & gentes, & linguæ.

Hæc est quarta pars, in qua ponitur significatio aquarum super quas meretrix visa est sedere. Et dicuntur hic duo. Primo quid aquæ illæ significant. Secundo ostenditur damnatio eorum qui ei adherent [Et decem cornua] Dicit ergo.

Et dixit mihi] scilicet Angelus [Aquas quas tu vidisti] id est, aquæ. Ponitur casus pro casu, sicut ibi: Et sermonem quem audistis [vbi meretrix] Gloss. Antichristus, vel malorum congregatio [sedet] id est, quiescit, id est, quietam vitam possidet [populi sunt] quoad illos qui legem habuerunt. Vel [populi] quoad diuersas ciuitates [et gentes] quoad diuersas nationes [et linguæ] quoad diuersa idioma. Vel [gentes] quoad illos qui sine lege scripta sunt [et linguæ] quoad virosque. Q. d. ex omnium gentium diuersitate mali subiecti Antichristo intelliguntur.

Et decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestie, donec consummentur verba Dei. Et mulier quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

DAMNA-
TIO
EORUM
QUI AN-
TICHRISTUM
SEQUUN-
TUR.

Anti-
christus
dicitur
fornica-
rius.

Hic ostenditur damnatio eorum qui adherent Antichristo. Et dicuntur tria. Primo eorum demeritum. Secundo poena eorum [& carnes eius manducabunt] Tertio iustum Dei iudicium [Deus enim dedit] Dicit ergo.

Et decem cornua] id est, vniuersi reprobi qui impugnant Ecclesiam seruantem legis decalogum [quæ vidisti in bestia] id est, qui adherent Antichristo [hi odient fornicariam] id est, Antichristum, vel impiorum congregationem quæ cum diabolo fornicata est. Vel [fornicariam] id est, seipfos fornicantes, etsi non affectu, tamen effectu: quia faciunt mala opera propter quæ punientur ac si se odirent. *Psalm. 10.* Qui diligit iniquitatem, odit animam suam [& desolatam facient eam] id est, seipfos ducent in desperationem, cum Antichristum damnatum viderint [& nudam] propter carentiam vestimenti fidei. Vel [desolatam] propter priuationem necessarii rei [& nudam] propter priuationem omnis honesti. Vel [desolatam] id est, sine consolatione prius habita in honoribus [& nudam] propter priuationem temporalium, quia sine diuitiis temporalibus [& carnes eius] scilicet meretricis [manducabunt] scilicet reprobi, hoc est, seipfos: quia poenam suarum carnum sustinebunt. Manducabunt carnem suam aeterno supplicio traditi: ex carnalibus enim delectationibus mortuum conscientie patiuntur, & poenas inferni sustinebunt [& ipsam] id est, seipfos [igni concremabunt] scilicet voluntarie se in ignem precipitando, & suis peccatis ignem accendendo. *Isa. 50.* Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis vobis [Deus enim dedit] id est, promissit [in corda eorum] id est, in voluntates eorum [vt faciant quod placitum est illi] scilicet mulieri meretrici, vel bestie. Et sicut *Haym.* dicit, hic precedentibus peccatis hominum, permittit Deus eos facere vnde amplius offendant. *Rom. 1.* Tradidit eos in reprobum sensum vt faciant quæ non conueniunt [vt dent regnum suam bestie] id est, Antichristum concedant & consentiant regnare super se. Vel [bestie] id est, diabolo, scilicet vt se à diabolo regi permittant [donec consummentur verba Dei] id est, donec impleantur opera, id est, quæ dicta sunt ante de poena malorum, & gloria bonorum. Vel [verba Dei] dicit ordinationem Dei de impletione numeri electorum. Vsq̄ ad illud enim tempus permittentur mali regnare cum bonis, sicut palea cum grano: sed complero numero electorum, boni recondeantur in horreum, & palea comburetur. *Matth. 3.* [& mulier quam vidisti, est ciuitas magna] id est, signat congregationem omnium malorum: quæ dicitur mulier propter mollietatem & fecunditatem in malo [ciui-

tas] quia multos comprehendit [magna] propter superbiam, & enormitatem sceleris [quæ habet regnum] id est, potestatem, & dominium [super reges terræ] quia omnes ei seruiunt, vel fere omnes. *Haym.* Maxima malorum multitudo in regibus & huius seculi principibus in superbiam eleuatur.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [habens poculum aureum in manu sua] Contra. *Isa. 51.* Calix Babylonis aureus in manu Domini, inebrians omnem terram. Si ergo in manu Domini non ergo in manu meretricis. Responsio. Aliter est in manu Domini, aliter in manu meretricis. In manu Domini sunt temporalia: quia illa dat cui vult, & quando vult. In manu meretricis: quia laborat vt illa habeat totis viribus. Vel in manu Domini sunt temporalia quantum ad vsum: in manu meretricis quantum ad abusum.

Secundo super illo verbo [Babylon magna, mater fornicationum] quæritur, Cum peccati origo à diabolo fuerit. *Sapient. 1.* Inuidia diaboli mors intravit, &c. Quare dicit, Babylon est mater fornicationum? Responsio. Diabolus sicut adulter semen peccati effudit: mulier sicut adultera, semen eius suscepit, & peperit peccatum, quando virum decepit, & sic semen peccati vsque ad nos misit. Sicut ergo dicit *Haym.* Ambo peccati genitores, fuerunt, scilicet adulter, & meretrix: diabolus, & mulier: & ideo licet diabolus sit pater, tamen concupiscentia vel congregatio mala, mater meruit appellari.

Tertio super illo verbo [Et dixit mihi Angelus, Quare miraris?] Contra: Admittenda est poena damnatorum, cum sit maxima: ergo male reprehendit eam de admiratione tantæ poenæ. Responsio. Poena reproborum dupliciter potest considerari. Aut in quantum iuste inflicta, & sic non est admiranda. Aut in quantum voluntarie merita, & sic admiranda. Casus enim in culpam voluntarius quo postea cadunt in poenam peccatores, admirandus est: & ideo *Thom. 1.* Filij Sion inclysi, amici auti primo, quomodo computati sunt in vasa testæ? Admiratur hic casum in culpam.

Quarto super illo verbo [Et decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odiant fornicariam] Contra: Decem cornua sunt idem quod ipsa meretrix, id est, omne corpus malorum: ergo si decem cornua odiant meretricem, odiant seipfos. Responsio. Duplex est odium: affectus, & effectus: affectus non odiant seipfos, sed effectus: nam ipsi faciunt opera propter quæ punientur, ac si odio se haberent. *Psalm. 10.* Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Vel sic. *Haym.* [odiant fornicariam] Hoc dicitur quia mali se inuicem odio habent, dum alius alium videt ascendere ad locum altiorum. Vel dicendum secundum *Haym.* quod cum viderint se damnatos, odiant seipfos, quia peccauerunt, & quod post peccatum poenitentiam non egerunt: quod intelligendum est, non quia odiant culpam per se, sed in comparatione ad poenam inflictam pro culpa.

Quinto super illo verbo [vt faciant quod placitum est illi] id est, Deo, vt dicit *Gilbertus* qui fuit expositor Apocalypsis. Contra: Constat, quod est malum: ergo Deo non placet. Responsio. Nunquam placet Deo malum vt fiat, sed vt puniatur, cum factum est. Non placet Deo propter se,

Dub. 1.

Dub. 2.

Dub. 3.

Dub. 4.

Odiū duplex.

Dub. 5.

se, sed propter conueniens, id est, utilitatem bonorum quam elicit ex malitia eorum, id est, malorum.

VISIO SEXTA.

CAPVT XVIII.

Et post hæc vidi alium Angelum descendentem de caelo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine, dicens: Cecidit cecidit Babylon magna.



S V P R A tæ sunt quinque visiones Beati Ioannis, hic ponitur sexta visio. & secundum *Bedam* continet damnationem meretricis magnæ id est, impie ciuitatis. Et continet ista visio tria capitula. Et diuiditur hæc pars in tres. In prima agitur de damnatione Babylonis. In secunda de damnatione bestie, id est, Antichristi [Et vidi celum apertum] *infra 19.* In tertia de damnatione diaboli [Et vidi Angelum descendentem] *infra 20.* Prima pars diuiditur in quatuor. In prima pronuntiatur Babylonis casus. In secunda ad exequendum de illa monetur populus sanctus [Et audite vocem] in tertia ponitur poena ipsius [Redite illi] in quarta consequentia casum ipsius [Et stetit] Prima iterum in tres. Primo ponitur descriptio Angeli. Secundo notatur casus impie ciuitatis [Et exclamauit] Tertio ponitur ratio damnationis [Et facta est habitatio] Dicit ergo describendum Angelum.

Et post hæc] scilicet predictam visionem, & ly [post] notat ordinem narrationis, non temporis [vidi] visione spiritali [alium Angelum] id est, Christum. Sed contra: *Supra 1.* Mittens per Angelum seruo suo Ioanni. Non ergo fuerunt plures Angeli, sed vnus solus: ergo male dicit, Vidi alium Angelum. Responsio. Vnus fuit Angelus in persona, sed quasi alius in visione diuersa: vnus ratione persone, sed alius ratione reuelationis: vnus mutatione, sed per humilitatem in incarnatione. *Philip. 2.* Qui cum in forma Dei esset, &c. [habentem potestatem magnam] scilicet ab æterno secundum diuinitatem. *Daniel. 7.* Potestas eius potestas æterna. Item ex tempore secundum humanitatem. *Matth. ultimo.* Data est mihi omnis potestas [& terra] id est, electorum Ecclesia [illuminata est] id est, lumine fidei & cognitionis [à gloria eius] id est, à gloriosa predicatione eius, quam faciebant gloriosam miracula, & eius sapientia. *Ioan. 1.* Vidimus gloriam eius [Et exclamauit] id est, excellenter clamauit predicando [in voce fortitudinis] id est, predicatione audaci & constanti, & efficaci [dicens] Cecidit cecidit Babylon magna] id est, tota congregatio reproborum confusione digna. Et conueniens, Cecidit, propter

Causa duplex.

duplicem casum, scilicet in culpam, & in poenam: vel propter corporis & animæ damnationem: vel propter damnationis continuitatem: vel propter duplicem damnationis causam, id est, peccatum omissionis, & commissionis. *Isa. 21.* Cecidit Babylon, & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt.

Et facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis.

Hic ponitur causa damnationis eius, & ponitur duplex. Prima est, quia omnes spiritus immundi habitant in ea. Secunda est, quia ab ipsa nascitur omnis immunditia [Quia de vino iræ eius] Et ecce causa [Et] pro qua [facta est] per peccatum [habitatio] id est, sedes, & locus [demoniorum] id est, spirituum vexantium per malitiam [& custodia] per confusionis contemptum [omnis spiritus immundi] per luxuriam [& custodia omnis volucris immundæ] id est, demonum per superbiam [& odibilis] sicut dicitur *Ecclesi. 10.* Odibilis coram Deo & hominibus superbia. Dicuntur ergo demones per malitiam, spiritus immundi per luxuriam, volucres immundæ per elationem.

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt.

Hic dicit quia ab ipsa fluit omnis immunditia, & primo dicit, quod ab ipsa emanat omnis immunditia luxurie. Secundo immunditia superbiæ per reges. Tertio immunditia auaritiæ quæ intelligitur per mercatores. Dicit ergo.

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt] id est, de fornicatione carnali per quam Deus prouocatur ad iram. Vel [de vino iræ fornicationis] id est, de amore illicito, qui est fornicatio spiritualis qua Deus prouocatur ad iram. *Osæ 12.* Ad iracundiam prouocauit me Ephraim [biberunt omnes gentes] id est, omnes carnales, qui sunt gentes tales, id est, viuunt in immunditia qua genui sunt [& reges terræ] id est, omnes illi qui pro terrenis superbunt [fornicati sunt cum illa] id est, cum Babylone, scilicet plus amando terræna quam cælestia [& mercatores terræ] id est, omnes auari, qui animam suam venalem faciunt, nec timent peccare vt honores seculi acquirere possint. *Ecclesi. 10.* Nihil est nequius quam amare pecuniam. Hic etenim & animam suam venalem habet, &c. [de virtute deliciarum eius] id est, de ambitione secularis potentie, sicut dicit *Haym.* [diuites facti sunt peccatis] Vel sic [de virtute deliciarum eius] id est, de peccatis per quæ delicia acquiruntur [diuites facti sunt] vitis, sed pauperes virtutibus. Vnde *Gloss.* Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniquitatis. Nota, quod per gentes intelliguntur minores qui mundum sequuntur, per reges maiores, per mercatores mediocres. Vel per gentes luxuriosi, per reges superbi, per mercatores auari.

L 4

Et

Et audiui aliam vocem de celo, dicentem, Exite de illa populus meus: & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.

Supra ostendit mulieris damnationem, hic monet populum vt fugiat eam. Et dicuntur quatuor. Primo monet Sanctos vt de locietate eius exeant. Secundo ne eius operibus contentum præbeant [Et ne participes sitis] Tertio reddat causam [& de plagis eius] Quarto probat, quod digni sunt sustinere poenam [Quoniam peruenerunt peccata] Dicit ergo.

Et audiui aliam vocem] id est, intellexi diuinam inspirationem, vel Christi prædicationem: quæ dicitur alia à præcedente, quia illa fuit de prænuntiatione casus ciuitatis, hæc est de admonitione Sanctorum vt recedant ne sint participes in peccatis [de celo] id est, de Ecclesia quæ cælar diuina mysteria infidelibus. Vel [de celo] id est de Christo. Vel Ecclesia quæ est casa helios, id est, solis, scilicet Christi [dicentem, Exite] non corpore, sed mente, & vitæ dissimilitudine [de illa] scilicet de consortio malorum, siue mundi malitia. I. 4. 2. Exite, exite, pollutum nolite tangere [populus meus] per prædestinationem & electionem. Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. &c. [& ne participes sitis delictorum eius] id est, ne malis eius operibus assensum præbeatis. Quia Eccl. 19. Qui se iungit fornicariis, nequam erit. Vel [delictorum eius] id est, peccatorum, quorum delectatione contrahitur ad molitiam [& de plagis eius non accipiatis] Quasi dicat. Si non fueritis similes in culpa, non eritis similes in poena.

Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius.

Hic ostendit quoniam reproba ciuitas digna est poena. Et dicuntur hic duo. Primo, quod mereret puniri: quia poenitere contempserat. Secundo, quoniam puniretur inuit [& recordatus est Deus] Dicit ergo.

Quoniam peruenerunt] Quasi dicat Propter hoc fugere debetis quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum] id est, adeo creuerunt, quod plus crescere non possunt. Vel sic [vsque ad cælum] id est, vsque ad Dei contemptum per impietatem, & blasphemiam. Iona 1. Ascendit malitia eius coram me [Et recordatus est Deus iniquitatum eius] scilicet ad puniendum, qui prius videbatur oblitus, dissimulans peccata eorum. Sapient. 11. Dissimulans peccata hominum propter poenitentiam.

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum, & luctum.

Hic est tertia pars principalis huius partis, in

qua determinatur de poena impiæ ciuitatis. Et dicuntur duo. Primo determinatur de poena eius in genere secundum proportionem culpæ. Secundo de poena eius in specie, quæ respondet speciali culpæ, quia in corde suo] In prima parte dicuntur duo. Primo determinatur generaliter de poena debita, quia Sanctos afflixit. Secundo de poena debita pro his quæ in se commisit [Quantum glorificauit se] In prima tria. Primo dicit vt Sancti puniant eam. Secundo, vt dupliciter puniendam iudicent [& duplicate illi] Tertio vt in corpore & anima iudicent puniendam [in poculo quod miscuit vobis] Dicit ergo.

Reddite illi] id est, congregationi malorum [sicut & ipsa reddidit vobis] scilicet vos affligendo & opprimendo. Sed contra: Math. 5. Benefacite his qui oderunt vos. Responso. Non licet malum pro malo reddere, vindicando propriam iniuriam, sed iniuriam Dei. Vnde Glossa hic. Sic vindictam meam de vobis qui purgaminis exercuit: sic iniuriam meam vos vindicatis in illis [& duplicate illi duplicia] id est, punite. Vel duplicata tormenta iudicate, scilicet in anima & in corpore, & in quolibet dupliciter. In corpore calore, & frigore. Iob 24. Ibunt ab aquis niuium ad calorem niuium. In anima verme conscientie, & cæteria visionis diuinæ [secundum opera eius] Glossa interlinearia. Secundum quod ipsi peccauerunt. Ierem. 50. Reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite [in poculo quod miscuit vobis] scilicet peruersa suggerendo, vel poenas inferendo. Vel [miscuit] quia mel dulcedinis verborum cum veneno infidelitatis [Miscete illi duplum] id est, iudicate duplicem poenam illi inferendam, scilicet in corpore & anima puniendos. Quasi diceret: Ipsi vos afflixerunt in corpore tantum: & vos iudicate illos in corpore, & anima. Vnde ly duplum non refertur ad meritum, sed ad factum [Quantum glorificauit se] Dicitur est de poena quæ debetur impiæ ciuitati eo quod Sanctos afflixit, hic agit de poenis pro eis quæ in se commisit. Vnde dicit [Quantum glorificauit se] scilicet quantum ad peccata spiritalia [& in deliciis fuit] quantum ad peccata carnalia. Vel sic [Quantum glorificauit se] per superbiam ex parte animæ [& in deliciis fuit] per affluentiam nimiam ex parte corporis [tantum date illi tormentum] in corpore contra delicias [& luctum] in anima contra gaudia mundana: vt sic poena respondeat culpæ. Nota, quod quantum & tantum possunt dicere æqualitatem quantitatis: & sic non accipiuntur hic, quia Deus punit semper citra condignum: vel proportionem in genere, & sic accipiuntur hic. Vnde sensus est [Quantum glorificauit, &c.] hoc est, qui multum peccauit, multum esse puniendum iudicate secundum exigentiam culpæ. Math. 7. Eadem mensura qua mensi fueritis, &c.

Quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Pena cordis pondus culpa.

Supra determinauit de Babylonis poena quæ sibi debetur in genere, hic determinatur de poena quæ sibi debetur in specie. Et dicuntur duo. Primo ostenditur commissio culpæ. Secundo redditio poenæ [Ideo in vna die] Item culpa determinatur

in

in tribus. Primo in superbia vitæ [Sedeo vt regina] Secundo in rerum temporalium consolatione [& vidua non sum] Tertio in affectu carnalis concupiscentie [luctum non videbo] Continua. Quasi dicat. Punienda est & merito] Quia in corde suo dicit] id est, in animo, superbiendo, & gloriando [Sedeo vt regina] scilicet constituta in honore & dignitate. Et dicit [Sedeo] Quasi diceret: Moueri non timo, in quo notatur superbia [& vidua non sum] Quasi dicat. Multos habeo consolatores, & multas consolationes [& luctum non videbo] id est, non amittam delicias carnales, pro quibus oporteat me lugere. Sed contra: Dicitur Luc. 6. Vx vobis qui nunc ridetis: quia flebitis.

Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur; quia fortis est Deus qui iudicabit illam.

Posita culpa subiungitur poena. Et dicuntur hic quatuor. Primo dicitur generaliter, quod poenam habebit. Secundo, quod speciales poenas sustinebit [Et mors & luctus] Tertio, quod pro libidine illa æternaliter ardebit [Et igne comburetur] Quarto probat, quod ita erit [quia fortis, &c.] Continua [sedeo regina] dicit Babylon [Ideo] id est, merito iactantia [in die vna] id est, in die iudicii [venient plagæ] id est, poenæ eius, id est, vltiones debite pro peccatis suis [mors] id est, carentia visionis Dei qui est vita animæ [& luctus] pro acerbitate poenarum [& fames] id est, defectus omnium honorum. Deuter. 32. Consummentur fame, &c. [& igne comburetur] æternarum flammarum. Vel sic [mors] deiciens à dignitate] contra hoc quod dixerat, Sedeo vt regina [& luctus] deiciens à gaudio, contra hoc quod dixit, Et luctum non videbo [& fames] id est, defectus temporalium, contra hoc quod dixit, Vidua non sum [& igne comburetur] Math. 25. Ire maledicti in ignem æternum qui paratus, &c. [Quia fortis est Deus] id est, precibus non flectitur, vt dicit Gloss. [qui iudicabit illam] id est, Babylonem, malorum congregationem, scilicet in iudicio condemnationis.

Et flebunt & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Vx vx ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

Hæc est quarta pars principalis huius partis, in qua determinatur de consequentibus casum impiæ ciuitatis. Et dicuntur quatuor. Primo ponitur fletus & plangens reproborum. Secundo exultatio & lætitia Sanctorum [Exultate super eam celi] Tertio damnationis exemplum [Et instulit vnus Angelus] Quarto à gratiarum actione laudatur iudicium diuinum [post hæc audiui vo-

cem magnam] infra 19. In prima determinatur fletus reproborum tripliciter. Primo fletus regum, Secundo negotiatorum [& omnes negotiatores] Tertio gubernatorum. Et per reges intelliguntur illi qui præfunt in regimine temporalis, per nauitantes qui præfunt in regimine spiritali, per negotiatores vtrorumque subditi. Dicit ergo.

Et flebunt] corde interius [& plangent se] voce exteriori [super illam] id est, super seipso [reges terræ] Gloss. id est, principes seculi [qui] id est, quia [cum illa] id est, cum Babylone, id est, cum seipso [fornicati sunt] scilicet plus terrena quam Deum diligentes, & immunditie carnis seruientes [& in deliciis eius vixerunt] id est, in gaudio & festiue epulantes. Et subdit quando hoc erit [cum viderint fumum incendij eius] id est, incendium eius fumosum [longe stantes] scilicet volunrate & affectu, non actu, quia vellet fugere si possent [propter timorem tormentorum eius] quia plus cruciabit eos timor & horror continuationis poenæ, quam ipse sensus [dicentes] lamentando [Vx] pro amissione gloriæ. [Vx] pro sustinentia poenæ [Vx] propter poenæ acerbitatem [Vx] propter acerbitatis continuatatem. Vel sic [Vx] propter poenam animæ [Vx] propter poenam in corpore. Amos 5. Vx cunctis qui foris sunt, id est, extra ciuitatem Sanctorum [dicentes, Vx ciuitas illa] id est, malorum congregatio [magna] propter multitudinem impiorum, & enormitatem scelestorum [Babylon] d. gnâ confusione [ciuitas illa fortis] non virtutibus, sed vitiis, & malis operibus, & Sanctorum persecutionibus. Ierem. 23. Factus est cursus eorum malus, & fortitudo dissimilis: fortis ad Sanctos persequendum, & debilis ad adiuuandum vel bene operandum [quoniam vna hora] scilicet mortis, vel iudicij [venit iudicium eius] id est, æternum supplicium. Vel [vna hora] id est, subito [venit iudicium tuum] id est, tua damnatio. Iob 21. Ducant in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Et negotiatores terræ flebunt, & iugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo eruet amplius, merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thynnum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & aramento, & ferro, & marmore.

Hic agit de fletu negotiatorum. Et dicuntur quatuor. Primo ostendit eorum fletum, Babylone destructa. Secundo huius causam [quoniam merces eorum] Tertio, quod vellet longe stare ab ea [& mercatores] Quarto vocalis eorum querela [dicentes Vx vx] Dicit ergo.

Et negotiatores terræ] Ad literam sicut dicit Gloss. qui pro terrenis animas suas venales habent, sicut avari, id est, qui fraudulenter diuitias congregauerunt, dolebunt in morte & in iudicio & in inferno. Vnde dicit [flebunt] id est, dolebunt in corde [& iugebunt] oculis. Vel [flebunt] lacrymis [& iugebunt] planctu miserabili [super illam] Gloss. quia illa perire dolebunt, in quibus parabant prosperitatem. Vnde subditur [quoniam merces

merces eorum] scilicet in quibus gloriabantur [nemo emet amplius] id est, defecit emptio & venditio, & ita gloria sua priuabuntur. Zach. ultim. Non erit ultra mercator in domo Domini in die illa [merces auri & argenti] supple, nemo emet amplius [& lapidis pretiosi] carbunculi [& margaritæ, & byssi] quod est linum candidissimum crescens in Ægypto, vel pannus factus de eo [& purpura, & ferici, & cocci. & omne lignum thyminum] id est, cedrinum, secundum aliquos, vel est aliud lignum impuribile, de quo 3. Reg. 10. Fecit rex Salomon eithatas & lyras ex ligno thymino cantoribus [& omnia vasa ebore & omnia vasa ex lapide pretioso, & ærameto] id est, ære [& ferro & vitro, & marmore] Et hæc omnia pertinent ad visum. Deinde subdit quæ pertinent ad olfactum, dicens.

Et cinamomum, & amomum, & odoramentorum, & vnguentorum, & thuris.

Cinamomum Amomum. Et cinamomum quod dicitur quasi cannamomum, &c. species atomatica crescens ad modum cannae, & est cinerei coloris, quod fractum spirat suauem odorem [& amomum] quod est species feminis quod facie effluere menstrua & vrinam [& odoramentorum] supple, nemo emet amplius mercem [& vnguentorum, & thuris] Hæc omnia pertinent ad olfactum. Postea subdit ea quæ pertinent ad gustum.

Et vini, & olei, & similia, & tritici.

Similia. Et vini ad bibendum [& olei] ad cibos conediendum [& similia & tritici] ad comedendum. Et differunt: quia similia est farina delicatissima: triticum est granum. Deinde tangitur quæ sunt accommodata vsibus hominum.

Et iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animalium hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguis & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient mercatores hominum, qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt, propter timorem tormentorum eius, stentes, ac lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam vna hora destituta sunt tanta diuitia.

Zanura. Et iumentorum] supple, nemo emet mercem; & dicuntur hic iumenta quæ iuuant hominem, ministrando cibum, vel ex se, vel ex operibus suis [& ouium] quæ præstant vestimenta hominum [& equorum] ad homines portandam [& rhedarum] id est, quastrigam, vel currum ad

necessaria trahendum [& mancipiorum] qui tantum corpore vel ad tempus seruiunt [& animalium hominum] scilicet qui mente & corpore seruiunt, seruando ritum eorum & cultum quibus venduntur. Vel sic [& animalium hominum] qui seruiunt ad totam vitam [& omnia poma desiderij animæ tuæ] id est, quæ desiderabat anima tua, per quæ intelliguntur omnes fructus. Vel secundum Gloss. sunt quæcunque minima quibus immoderate adherent, & pro eis damnabuntur [discesserunt à te] Sicut dicit Haym. hoc fit quando hostes de regno ad regnum insurgentes, non solum depopulantur vrbes, sed omni malignitate regiones vastant, & incendio cremant. Et hæc omnia prædicta pertinent ad visum & gustum [& omnia pinguis] id est, omnia delectabilia gustui [& præclara] id est, delectabilia visui [perierunt] vel præterierunt [à te] Babylon meretrix. Sapient. 5. Transferunt omnia velut umbra. Et nota, quod licet rerum mutabilitatem transeat præsentia: tamen in mente malorum remanebit memoria delectationis pungens, quam potuissent euasisse [& amplius illa iam non inuenient] id est, non vendentur: quia iam non erit tempus negociandi vel locis [mercatores horum] id est, prædictarum mercium [qui diuites facti sunt] scilicet temporaliter, licet pauperes spiritualiter. Haym. Diuites non virtutibus sed peccatis [ab ea] id est, mercatoribus factis in Babylone [longe stabunt] id est, desiderabunt longe stare, tamen non poterunt. Vel [longe stabunt ab ea] scilicet voluntate, non corpore, id est, dolebunt quod non steterunt longe à commissione prædictorum, scilicet quando potuerunt. Vel [longe stabunt] quia iam talia exercere non poterunt [propter timorem tormentorum eius] id est, propter tormenta eius, quorum continuatio semper timebitur, & præsentia semper sentietur [stentes] pro commissis [ac lugentes] pro omissis [& dicentes] sono vocis [Væ, væ] scilicet pro pena animæ & corporis, vel pro pena sensus & damni. Nota, quod non ponitur aliquod nomen exprimens dolorem, vt ostendatur inexplicabilis [ciuitas illa magna] id est, congregatio malorum in inferno [quæ erat amicta] Gloss. circumdata [bysso] sicut diues epulo Luc. 16. Bysso ad mollitiem carnis [& purpura, & cocco] propter vanitatem mundi, vel delectationem oculi [& deaurata auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis: quoniam vna hora] id est, momento mortis [destituta sunt tanta diuitia] Sapient. 5. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra. Et nota, quod beatus Ioannes penam mundanorum aggrauauit in duobus. Primo, quia pristinam felicitatem ad memoriam eis reducit. Secundo, quia cito defecisse ostendit. Vnde Greg. Non est tanti honoris excelsa tenuisse, quantum doloris de excelsis cecidisse.

Nota ab illo loco [& negotiatores terræ, &c.] exponitur spiritualiter sic [negotiatores terræ] id est, cupidi, vel hypocritæ, vel hæretici, qui vendunt mundo virtutes & opera pro humana laude. Tales stebunt: quia iam nullus emet merces eorum [mercês auri] id est, sapientia [& argenti] eloquentia [& lapidis pretiosi] id est, eminentiam conuersationis sanctæ [& margaritæ] id est, candorem, bonæ vitæ [& byssi] sanctorum iustificationem [& purpuræ] martyrij amorem [& ferici] id est,

Pena mundanorum.

id est, virginitatis splendorem [& cocci] charitatem [& omne lignum thyminum] constantiam indeficientem [& ebore] castitatis [& as] longanimitatis [ferrum] patientia [marmor] humilitatis [cinamomum] penitentia [amomum] bonæ opinionis [& odoramentorum] orationum [& thuris] deuotionis [vini] compunctionis [olei] pietatis [similia] puritatis [triticum] firmitatis [iumentorum] laborum spiritualium [ouium] innocentia [equorum] fortitudinis [rhedarum] consilij & auxiliij [mancipiorum] mutui seruij [& animalium] rationalitatis [poma desiderij] id est, odorem bonæ famæ [& pinguis] id est, deuotio [& præclara] bona conuersatio.

Et omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ?

Hic agitur de fletu gubernatorum & nautarum, & dicuntur tria. Prima ostenditur simplex eorum pena. Secundo pena causa [& miserunt] Tertio pena vehementia [& clamauerunt] Dicit ergo.

Et omnis gubernator] Ad litteram, vel Episcopus qui regit nauem Ecclesie, vel sunt prælati maiores. Act. 20. In quo posuit spiritus regere Ecclesiam Dei [& omnis qui in lacum nauigat] Lacus mundus est nauigat per lacum qui ad maiora suspirat: & per hoc intelliguntur mediocres, vt archidiaconi, & diaconi, & decani, qui ad maiora aspirant [& nautæ] & per hoc intelliguntur minores, vt plebani, & rurales [& qui in mari operantur] id est, Doctores & Prædicatores. Psalm. 106. Qui descendunt mare in nauibus, &c. [longe steterunt] id est, stabunt à suis prælationibus degradati, & in infernum detrusi. Vel [longe steterunt] id est, stabunt à Deo per penam, qui ante longe steterunt per culpam [& clamauerunt] scilicet præ timore, dolore, & horrore [videntes locum incendij eius] id est, infernum succensum igne, & sulphure; vel seipos proiecetos in ignem inferni [dicentes] præ stupore [Quæ similis ciuitati huic magnæ] supple, quæ prius fuit in gloria quæ modo est in miseria & pena. Haym. Nulla ciuitas illi magnæ honore æquari potuit.

Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt stentes, & lugentes, dicentes. Væ, væ ciuitas illa magna in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora desolata est.

Supra ostendit damnationem, hic ostendit causam. Causa autem damnationis est concupiscentia terrenorum. Continua ita: Damnabuntur. [Et] id est, quia miserunt puluerem terræ [super capita sua] id est, in mente habuerunt terrena per amorem, non spiritualia. Vel sic miserunt] id est, mittent [puluerem terræ super capita sua] scilicet

Puluis terræ.

ad modum penitentis: sed fera erit tunc penitentia, quia locus non erit penitendi. Vel [puluerem] scilicet desperationis, qui maximè facit vilem & abiectum [super capita sua] id est, corda, quod est principale membrum hominis. Vel miserunt puluerem super capita sua] id est, se recognouerunt esse puluerem [& clamauerunt] id est, clamabunt præ nimio dolore [stentes] corde [lugentes] oculis. Vel stes notat vbertatem lacrymarum, lugens verba miserabilia [dicentes] plangendo [Væ, væ] pro pena corporis & animæ [ciuitas illa magna] multitudinem peccatorum, & populorum [in qua diuites facti sunt] scilicet quondam somnes qui habebant naues in mari] Ad litteram: quia multi ditantur in mundo ex his quæ in nauigio defuerunt [de pretijs] scilicet conducendis. Vel [de pretijs eius] id est, de mercibus quæ illo pretio emebantur, tunc quidem diuites fuerant, sed modo pauperes sunt in æternum. Aliter [habentes naues in mari] sunt rectores Ecclesie, qui modo ditantur ad litteram [de pretijs eius] id est, de diuitijs. Vnde dicunt illud Zech. 11. Benedictus Dominus, diuites facti sumus. Sed certe pauperes, & miseri sunt: quia cito deficient eis istæ diuitiæ, & peribunt in maxima defensione. Vnde sequitur [quoniam vna hora] id est, cito, vel subito adueniente die iudicij [desolata est] scilicet omni gaudio, & spe destituta; Nam post diem iudicij mali erunt destituti omni gaudio. Ierem. 20. Perdam ex eis vocem gaudij & lætitiæ.

Exultate super eam cælum & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.

Hic determinatur de gaudio Sanctorum consequente casum illorum. Et dicuntur duo. Primo inuitantur Sancti ad gaudendum. Secundo ponitur ratio gaudij eorum [quoniam Deus iudicauit] Vnde dicit [Exultate] id est, lætitiæ mentis intus conceptam exterius ostendite [super eam] id est, super Babylonis damnationem [cæli] id est, sancti. Et exponit per partes qui sunt illi [& sancti Apostoli] Vel [cæli] id est, Angeli [& sancti Apostoli] id est, sancti maiores [& Prophetæ] id est, minores. Nota: isti specialiter inuitantur ad gaudendum: quia ab Apostolis & Prophetis prænuntiata fuerunt [Quoniam iudicauit iudicium vestrum Deus de illa] id est, damnauit illam iustè, quæ vos damnauit iniuste. Hoc est iudicium quod quærebatur supra 6. Vsq; quo sanctus & verus non iudicis sanguinem nostrum: Et ideo dicit [vestrum] scilicet quod petebatis.

Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltra iam non inuenietur.

Hic ponitur exemplum damnationis Babylonis. Et dicuntur hic tria. Primo ponitur exemplum damnationis Babylonis in amaritudine pena. Secundo in ablatione omnis lætitiæ mundanæ [& vox citharedorum] Tertio ponitur ratio horum,

Gaudia Sanctorum.

Diuisio pena damnationis.

rum, scilicet immensitas culpæ [quia mercatores tui] Dicit ergo.

Christus dicitur Angelus.

Et sustulit vnus Angelus id est, Christus, qui dicitur vnus, quia singularis inuariabilis [so. tis] G. off. quia aëreas potestates deuicit. Et dicitur, sustulit, id est, in altum eleuari permisit [lapidem molarem magnum] id est, multitudinem malorum, qui dicuntur lapides quia duri & oblatini in peccatis: molares, quia voluuntur in temporalibus istis. Psal. 11. In circuitu impij ambulat: magni propter superbiam cordis [& milit in mare] id est, in amaritudinem inferni. Exod. 15. Descenderunt in profundum quasi lapis [dicens] supple. per Prædicatores suos [Hoc impetu] id est, hac velocitate [mittetur] scilicet in infernum [Babylon ciuitas illa magna] id est, impiorum multitudo, in qua multi & magni sunt [& ultra non inuenietur] scilicet in societate Sanctorum postquam ceciderit in infernum. Vel sic [Et ultra non inuenietur] scilicet in mundo, quia non reuertetur vt viuat in pristinis deliciis, vel vt penitentiam agat. Sap. 2. Non est agnitus qui sit reuersus ab inferis.

Mali dicuntur lapides.

Et vox citharædorum & muscorum & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnisque ars non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponæ & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ.

Et vox citharædorum & muscorum & tibia canentium & tuba, non audietur amplius in te] Quasi dicat. Nullum consolatorum auditus audietur in ciuitate damnata, sed potius plandus & gemitus. Exech. 15. Quiescere faciam multitudinem carminum tuorum, & sonitus citharæ tuæ non audietur [& omnis artifex] Hoc dicit quoad practicam [omnisque ars] quoad theoricam [non inuenietur amplius in te] Quasi dicat. Nullum officium vel artificium est ibi, vnde homo possit panem lucrari, vel aliquid apud Deum mereri. Eccl. 9. Quodcunque potest manus tua, instanter operare: quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erit apud inferos. Et est hic argumentum, quod illi non erunt memores scientiæ suæ in inferno, quod est satis probabile. Si enim homine adhuc viuente, facit aliqua infirmitas eum amittere scientiam aliquam: multo fortius pena infernalis, quæ omnem infirmitatem corporalem excedit: tamen si habet aliquam hoc non erit ad consolationem, sed potius ad dolorem [& vox molæ non audietur in te amplius] quæ scilicet est ad victualia præparanda. Gloss. Ibi non exquirentur panes delicatissimi. Vnde per hoc mouetur delectabile gustus. Iterum conuertit vocem suam ad Babylonem ad maiorem confusione[m] ipsius [& lux lucernæ non lucebit tibi amplius] quia scilicet aufertur ab eis delectabile visus: quia Eccl. 11. Dulce lumen, & delectabile oculis videre solem. Isidorus. Sol non descendet amplius sub terram, sed stabit in Oriente, ne eius

Vtrum scientia sua eat in inferno.

lumine persuantur damnati [& vox sponæ & sponsæ] id est, cantilenæ nuptiales. Vel gaudium scilicet quod solet fieri in nuptiis [non audietur adhuc] id est, amplius [in te] scilicet in inferno, vbi tu eris.

Quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum iuuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

Hic tangitur, quare hæc ciuitas priuabitur omni consolatione & delectatione. Et primo tangitur quoad inordinationem concupiscentiæ. Secundo quoad inordinationem rationalis [Quia in veneficiis] Tertio quoad inordinationem irascibilis [Et in ea sanguis] Continua: Ista prædicta non inuenientur in te: & hæc est causa [Quia mercatores tui] id est, dantes spiritualia pro terrenis, animas suas commutantes pro temporalibus diuitiis [erant principes terræ tuæ] ad literam. Quasi dicat. Tales eligebas principes tibi, qui multiplicarent tibi terrena, & amarent: & in hoc tangitur inordinatio concupiscentiæ [quia] vel [quoniam in veneficiis tuis] id est, maleficiis ad literam, quibus homines habent odio uxores suas. Vel sic [veneficiis] id est, potionibus mortiferis, vel persuasionibus peruersis, & malis exemplis [errauerunt omnes gentes] id est, aliqui de omnibus, vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Vel [omnes gentes] scilicet qui errauerunt similiter. Ioan. 1. Qui illuminat omnem hominem, &c. Quasi dicat. Nullus errauit de gentibus nisi per tua veneficia. Et in hoc notatur inordinatio rationalis [Et in ea] Quasi dicat. Et etiam puniis [Quia in ea sanguis Prophetarum] id est, peccatum pro effusione sanguinis [& Sanctorum inuentus est] Et quia multos occidit, ideo addit [& omnium qui interfecti sunt in terra] Quasi dicat. Non solum sanguis Sanctorum requiretur a te, sed etiam malorum quos occidisti iniuste, licet essent digni occidi. Vnde Gloss. si malus malum occiderit, non excusat nequitia occisi, sed cum iustitia excusat, vt si iuste & a iusto iudice occidatur. Et in hoc notatur inordinatio irascibilis.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [Longe stantes propter timorem tormentorum eius] queritur, Quomodo sint longe à ciuitate succensa, cum ipsi sint ipsa ciuitas? Responso. Gloss. Voluntate, non actu: quia vellent fugere, sed non poterunt. Sed quid est quod dicit, propter timorem tormentorum? deberet enim dicere propter sensum. Responso. Hoc dicit: quia plus cruciabit eos interius cogitatio de continuatione doloris, quam sensus exterioris tormenti.

Secundo super illo verbo [& poma desiderij animæ tuæ] queritur, Cum certum sit quod homines plus delectentur in rebus aliis, quam in pomis, quare in pomis addit desiderij animæ tuæ, & non cum aliis? Responso Haymonis. In hoc ostenditur, quod non solum in maioribus, sed etiam in minoribus valde offenditur Deus, si ultra quam appeti debeant, appetantur.

Tertio super illo verbo [Et ultra iam non inuenietur] id est, amplius [in te] scilicet in inferno, vbi tu eris.

Dub. 1.

Dub. 2.

Dub. 3.

Duplex visitatio.

uenietur] Contra: Isa. 24. Congregabuntur congregatione vnus falsis in lacu: & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Responso. Duplex est visitatio: Alia ad liberationem: hæc visitati sunt homines in aduentu primo. Alia ad damnationem: hæc visitabuntur omnes mali in iudicio: quando venient omnes de inferno, & resumptis corporibus simili in corpore & anima in perpetuum recludentur in infernum, audita sententia. De prima non loquitur Isaias, sed de secunda visitatione.

CAPVT XIX.

Post hæc audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium, Alleluia. Laus & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruatorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum.

Tuba prædicationis est.

VPRA actum est de damnatione ciuitatis Babylonie v hic agitur de consequentibus damnationem eius. Et dicitur hæc pars in duas. Primo, ponitur gratiarum actio pro effectu iustitiæ in damnatione impiæ ciuitatis. Secundo pro effectu misericordiæ in saluatione Ecclesiæ [Et audiui quasi vocem] In prima tanguntur tria. In primo ponitur gratiarum actio exhibita à Prædicatores. Secundo à Doctoribus & iudicibus [Et ceciderunt] Tertio fit monitio vt Deus laudetur communiter ab omnibus [Et vox de throno] Dicit ergo.

Tuba prædicationis est.

Post hæc [scilicet prædictam visionem] Post non est diuersitas temporis, sed ordo narrationis [audiui vocem magnam] id est, Sanctorum magnum desiderium, vt dicit Haym. [quasi vocem tubarum multarum] id est, prædicatores multorum, qui dicuntur tubæ propter sonum euidentem, & propter similem implerem. Nota: Sicut tuba recipit sonum sine strepitu, quem postea emittit: sic Prædicatores primo recipiunt in corde interius per internam inspirationem, quod postea effundunt exterius per Prædicationem. Et ideo dicitur Isa. 58. Quasi tuba exaltata vocem tuam [in celo] id est, in Ecclesia Sanctorum. Et dicit [vocem] in singulari ad inuendum, quod omne quod prædicant illi in vnus concordia consistit [dicentium, Alleluia] Alleluia. Beda. Laudate Deum. Sed si Alleluia idem est

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

quod laudate Deum, quare postea subditur, laus & gloria? Responso. Quæ sequuntur, expositio sunt eius quod dicitur Alleluia. Vnde Haym. hoc est, Alleluia dicere [laus] deinde exponit Alleluia sic [& gloria] id est, honor & exaltatio [& virtus] quia vicit diabolum, & sanctis dat vincendi potestatem. Vel sic [Alleluia] quod est laus humanis verbis inexplicabilis, refertur ad essentiam vnitatem quæ non potest comprehendi propter sui immensitatem, nec digne laudari [Laus, & gloria, & virtus] propter personarum Trinitatem [laus] ratione bonitatis quæ attribuitur Spiritui sancto [& gloria] ratione sapientiæ quæ attribuitur Filio [& virtus] ratione potentie quæ attribuitur Patri [Deo nostro est] qui est vnus & vnus. Vel [laus] pro operibus creationis [& virtus] pro operibus retributionis [& gloria] pro operibus recreationis. Vel sic [laus] pro Ascensione & Spiritus sancti missione [gloria] pro natiuitate Luc. 2. Gloria in Altissimis, &c. [& virtus] pro diaboli defectione, vt dicit Gloss. Vel sic [laus] in Ascensione & Spiritus sancti missione [gloria] in immortalitate in Resurrectione [& virtus] in Passione [Deo nostro] id est, Christo, qui datus est nobis. Isa. 9. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis [quia vera] promissa reddendo, & prædicta implendo [& iusta iudicia sunt eius] vnicuique secundum merita retribuendo. Psal. 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum [qui iudicauit] scilicet iudicio condemnationis [de meretrice magna] id est, malorum congregatione [quæ corrupit terram] id est, habitantes in terra suo exemplo, id est, persuasionem. Vel [terram] id est, seipsum [in prostitutione sua] id est, in carnis immunditia, vel se venalem faciendo pro rebus temporalibus. Eccl. 10. Nihil nequius quam amare pecuniam, item luxurjando. Iacob. 5. Epulati estis super terram, & in luxurijs emittistis corda vestra [Et vindicauit sanguinem seruatorum suorum] quem effudit impia multitudo. Deuter. 32. Sanguinem seruatorum suorum vindicetur [de manibus eius] quæ illum fuderunt occidendo. Psal. 78. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem. Item bona necessaria subtrahendo. Eccl. 34. Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est [& iterum dixerunt, Alleluia] id est, Deum laudauerunt. Et sicut dicit Gloss. per hanc iterationem debemus intelligere laudem Dei esse æternam. Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Vel bis ponitur Alleluia pro vindicta peccatorum quæ in se commiserunt, & pro vindicta peccatorum quæ persequendo Sanctos commiserunt. Vel propter duplicem damnationem, animæ scilicet, & corporis. Vel propter duplicem naturam ipsius iudicij, vel iudicis [Et fumus eius] id est, pena damni & sensus, quæ bene dicitur fumus, quia sicut fumus relinquitur ex applicatione ignis ad ligna, sic pena relinquitur ex applicatione ignis inferni ad peccata [ascendit in secula seculorum] id est, æternaliter durabit. Isa. ultim. Vermis eorum non morietur.

Laus, Gloria, Virtus.

Alleluia.

Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes, Amen, Alleluia.

M Hic

Seniores
vigin-
quatuor.

Hic redditur gratiarum actio à Sanctis Docto-
ribus & iudicibus. Vnde dicit [Et ceciderunt] se
scilicet humiliando [viginti quatuor seniores] id
est, omnes sancti iudices qui dicuntur seniores
propter sapientiam. *Iob* 12. In antiquis est sapien-
tia [viginti quatuor] propter patres Veteris & No-
ui Testamenti. Fuerunt enim 12. Patriarchæ in
Veteri, & 12. Apostoli in Novo [& quatuor ani-
malia] id est, universi qui signantur per quatuor
animalia, quæ gerunt figuram quatuor Euange-
listarum, & quorum doctrina fundatur in quatuor
Euangelis [& adorauerunt sedentem super thro-
num] id est, illum cuius est potestas iudiciaria. Vel
[super thronum] id est, super Sanctos in quibus
iudicat [dicentes, Amen, Alleluia] Per Alleluia in-
telligitur laudis exhibitio; per Amen eius con-
firmatio. Amen enim interpretatur, verum est:
Alleluia, laudate Deum. Vnde *Glossa*. Verum est
quia Deus est gloriosus, & laudandus vere de hoc
quod punit malos. Et *ly* Amen refertur ad mino-
res. Alleluia quod est laus inexplicabilis, ad maio-
res refertur.

Alleluia.
Amen.

Et vox de throno exiit, dicens, Lau-
dem dicite Deo nostro omnes Sancti
eius: & qui timetis Deum pusilli &
magni.

Hæc est tertia pars, in qua ponitur admonitio
vt Deus laudetur ab omnibus. Vnde dicit [Et vox]
id est, admonitio [exiit de throno] id est, de Ec-
clesia Sanctorum in quibus Deus sedet [dicens]
scilicet ad conseruos suos [Laudem dicite Deo
nostro] id est, Christo qui creauit, recreauit, &
glorificabit [omnes serui eius] non peccatores.
Ioan 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati.
Eccl 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris
[Et qui timetis Deum] scilicet timore filiali [pusil-
li & magni] supple, laudem dicite [Pusilli] id est,
minores [magni] maiores. *Iob* 4. Paruus & ma-
gnus ibi sunt. Vnde [pusilli] simplices [& magni]
Doctores: quia *Matth* 5. Qui fecit & docuerit,
hic magnus vocabitur in regno caelorum.

Et audiui quasi vocem tubæ magnæ,
& sicut vocem aquarum multarum, &
sicut vocem tonitruorum magnorum,
dicentium, Alleluia.

Hic est secunda pars principalis eius capituli,
in qua ponitur gratiarum actio pro effectu mis-
ericordie in Sanctis. Et diuiditur in duas partes.
In prima ponitur Sanctorum laudatio. In secunda
laudis ratio [quoniam regnavit] In prima parte
dicuntur quatuor. Primo auditur vox Sanctorum.
Secundo ostenditur multitudo eorum [& sicut
vocem aquarum] Tertio, quod terribilis est exul-
tatio eorum [& sicut vocem tonitru] Quarto,
quod est vox laudantium Deum [dicentium, Alle-
luia] Dicit ergo.

Et audiui [supple post mutuam exhortationem
[quasi vocem tubæ magnæ] id est, eorum qui vt
tuba vocem suam exaltauerunt predicando, &
nunc exaltant iubilando. Vel [quasi vocem tubæ
magnæ] scilicet inuitantis ad festum conuiuium
spirituale [& sicut vocem aquarum multarum]

id est, populorum multorum Deum laudantium
[& sicut vocem tonitruorum magnorum] *Glossa*.
Quia Sanctorum exultatio terret impios. *Sapient* 5.
Videntes turbabuntur timore hominili, &c. Nota:
Dicit [vox tubæ] propter sonum euidentem [vox
aquarum] propter laudantium multitudinem [vox
tonitruorum] propter malorum terrorem [dicen-
tium, Alleluia] Quasi dicat. Audiui vocem lau-
dantium Deum. Hi sunt de quibus dicitur *Isa* 14.
Populum istum formaui mihi, laudem meam
narrabit.

Quoniam regnavit Dominus Deus
noster omnipotens. Gaudeamus, &
exultemus, & demus gloriam ei.

Hic ponitur ratio laudis Sanctorum. Et dicun-
tur duo. Primo dicitur, quod Sancti laudant
Christum, eo quod aduenit regnum eius. Se-
cundo hoc probatur [quia venerunt nuptiæ] Di-
cit ergo.

Audiui vocem laudantium: & ideo laudabant
[quoniam regnavit] id est, se regnare manifestauit,
quod prius erat quasi occultum [Dominus] quia
potenter [Deus] quia sapienter [noster] ratione
creationis [omnipotens] ratione retributionis. Vel
sic [Dominus] qui regnavit [Deus] qui creauit
[noster] qui redemit [omnipotens] qui glorifica-
bit. Vel [Dominus] excellentia [Deus] natura [no-
ster] gratia [omnipotens] potentia. Nota, quod iam
quater positum est. Alleluia propter laudem Trin-
nitatis & unitatis: vel propter quatuor effectus
qui tacti sunt in his verbis, Dominus Deus no-
ster omnipotens [gaudeamus] intus in mente
propter dotem animæ, *Interlinearis* [& exultemus]
corpore propter dotes corporis, vel glorificati in
corpore [& demus gloriam ei] vt omnia bona
reputemus nos habere ab ipso. *Isa* 26. Omnia
opera nostra operatus es in nobis Domine.

Alleluia
quater
ponitur.

Quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor
eius præparauit se. Et datum est illi vt
cooperiat se byssino splendenti, &
candido. Byssinum enim, iustificationes
sunt Sanctorum.

Hic probatur, quod regnum Christi aduenit.
Continua ita: Dicunt sancti, quod regnum Chri-
sti aduenit, & vere ita est [quia venerunt nuptiæ
Agni] id est, Ecclesia Christo est manifeste copu-
lata. *Matth* 22. Simile est regnum caelorum ho-
mini regi qui fecit nuptias filio suo. Nota: Harum
nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in Pro-
phetarum sponsione. Perfectum est matrimonium
per verbum de presenti in collatione mutua
Angeli & Mariæ: consummatum fuit in carnis &
& Verbi vnione: solennitas cepit celebrari in
Ascensione: nunc autem paulatim introducit
sponsa in domum sponsi: sed totaliter traducetur
in fine; & tunc fiet conuiuium generale. *Ia* 25.
Faciens Dominus exercituum omnibus populis in
monte hoc, &c. [& vxor eius] id est, Ecclesia [præ-
parauit se] id est, fecit idoneam vt ei copularetur.
Matth 25. Venit sponsus, & quæ paratæ erant intra-
uerunt cum eo ad nuptias. Hæc autem præparatio
consistit in depositione verusatis & induitione
nouitatis.

Matri-
monium
agni.

Byssinum

nonitatis. *Rom* 13. Abiciamus ergo opera tene-
brarum, &c. Sed ne istam dignitatem meritis suis
attribuat, subditur [& datum est illi] scilicet à Deo,
à quo est omne datum optimum, &c. *Iacob* 1.
[vt cooperiat se] id est, ornet [byssino] id est, iusti-
tia Sanctorum. *Psalms* 131. Sacerdotes tui induan-
tur iustitiam [candido in se] [& splendenti] quo ad
alios. Vel sic [byssino] bonæ vitæ [candido] per
puritatem conscientie [& splendenti] honesta
conuersatione [Byssinum enim, sunt iustificatio-
nes Sanctorum] quæ candidæ sunt interius in
conscientia quoad se, & splendide exterius quoad
alios. Et bene hoc dicitur: quia sicut byssus per
multas rursiones ad candorem perducitur, sic
Sancti per multas tribulationes ad gloriam per-
ducuntur.

Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad
coenam nuptiarum Agni vocati sunt.

Hic dicitur Ioanni vt scribat gaudium con-
iunctionis Christi & Ecclesie. Vnde [& dixit
mihi] scilicet Angelus [Scribe] scilicet in libro,
vel in tuo corde [Beati] quia nihil eis deficit
[qui ad coenam nuptiarum Agni] id est, conui-
uium caeleste, cui nullum aliud succedet [vocati
sunt] scilicet per prædestinationem.

Et dixit mihi, Hæc verba Dei, ve-
ra sunt.

Hic ostendit quare scribere debeat. Vnde dicit
[Et dixit mihi] Angelus scilicet Ioanni [Hæc ver-
ba Dei, vera sunt] Quasi dicat. Non sunt ista mea,
sed Dei, ideo credenda [& vera] ideo quæ prænun-
tiant, infallibiliter ventura. *Num* 23. Dixit, & non
faciet: locutus est, & non implebit? Q. d. non.

Et cecidi ad pedes eius, vt adorarem
eum. Et dixit mihi, Vide ne feceris.
Conseruus tuus sum, & fratrum tuo-
rum habentium testimonium Iesu:
Deum adora. Testimonium enim Iesu
est spiritus prophetiæ.

Angelus
noluit
adorari
à Ioanne.

Hic ostenditur Ioannis obedientia. Vnde [&
cecidit] scilicet mente & corpore volens ei gratias
agere [ante pedes eius] scilicet Angeli mihi reue-
lantis [vt adorarem eum] scilicet dulcia, quasi ma-
iorem honorando & reuerendo [& dixit mihi]
scilicet volenti me ita humiliate [Vide] id est,
caue [ne feceris] id est, ne me adoraueris vt melio-
rem & digniorem te [conseruus tuus sum, & fra-
trum tuorum] Quasi dicat. Ego & tu & fratres
tui sumus serui eiusdem Domini [fratrum] dico
[habentium testimonium Iesu] id est, fidem &
gratiam Spiritus sancti, quæ testificatur ipsos esse
filios Dei & seruos Iesu. *Rom* 8. Spiritus reddit
testimonium spiritui nostro, quod filij Dei sumus.
Hoc testimonium habendum est in corde per fi-
dem, in ore per confessionem, in opere per imi-
tationem [Deum adora] cui soli debetur adora-
tio. *Matth* 4. Dominum Deum tuum adorabis,
&c. Consequenter exponit quod dixerat, testimo-
nium Iesu habentium, & dicit [testimonium enim
Iesu est spiritus prophetiæ] *Glossa*. Quicquid dix-
erunt prophetiæ, testimonium perhibet de Iesu.

D. Alber. Mag. in Apocalypsa.

Vel sic, quod aliquis habeat testimonium est spi-
ritus prophetiæ, id est, habet spiritum prophetiæ.
Ioan 15. Cum venerit Spiritus veritatis, &c. ille
testimonium perhibebit de me.

Et vidi caelum apertum, & ecce
equus albus: & qui sedebat super eum,
vocabatur Fidelis & Verax, & cum
iustitia iudicat & pugnat. Oculi au-
rem eius sicut flamma ignis: & in ca-
pite eius diademata multa, habens
nomen scriptum, quod nemo nouit
nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa
sanguine: & vocabatur nomen eius,
Verbum Dei. Et exercitus qui sunt
in caelo, sequebantur eum in equis
albis: vestiti byssino albo & mundo.
Et de ore eius procedit gladius ex
vtraque parte acutus: vt in ipso per-
cutiat Gentes. Et ipse reger eas in
virga ferrea: & calcet torcular vini
furoris iræ Dei omnipotentis: & ha-
bet in vestimento & in femore suo
scriptum, Rex regum & Dominus
dominantium.

Hic est secunda pars principalis sextæ visionis
vbi agitur de damnatione Antichristi & Pseudo-
prophetæ: & durat hæc pars vsque ad 20. capitu-
lum, & diuiditur in tres partes. In prima parte
describitur aduentus Christi cum exercitu suo ad
pendendum Antichristum. In secunda introducit
Antichristus ad præliandum cum exercitu contra
Christum [& vidi bestiam] Tertio ponitur ap-
prehensio bestie & sanctorum, & damnatio eorum
[& apprehensa est bestia] In prima dicuntur duo.
Primo describitur aduentus Christi cum exercitu
suo. Secundo inuitantur sancti ad gaudendum
de damnatione eorum qui adhererent Anti-
christo [& vidi alium Angelum] Dicit ergo.

Et vidi caelum apertum id est, ianuam paradisi
quæ prius fuerat clausa per peccatum hominis,
sed aperta fuit per meritum Christi [& ecce
equus albus] id est, humana natura portans ver-
bum Dei ad bellandum contra diabolum: de quo
Proverb 21. Equus paratur ad diem belli: Do-
minus autem salutem tribuit. Ergo equus albus
est humanitas Christi munda & immaculata [&
qui sedebat super eum] id est, super humanam
naturam velut super equum [vocabatur Fidelis]
quia sicut dicit *Haym*. quicquid promittit, adim-
plebit [& Verax] quia ipse est veritas Patris. Vel
sicut dicit *Glossa*. quia ipse veritas est, & veraces
facit. Vel [fidelis] in aduentu primo [& verax]
in secundo: quia tunc plene retribuet metris ho-
nis & malis [& cum iustitia iudicat] auctoritate
in quantum Deus, ministerio in quantum ho-
mo. *Ioan* 5. Pater omne iudicium dedit Filio,
& potestatem dedit ei & iudicium facere [&
pugnat] contra diabolum [iudicat] secundum
merita omnibus reddendo [pugnat] contra ad-
uersarios. *Deuter* 1. Dominus Deus pro nobis
ipse pugnabit [oculi autem eius] *Glossa*. dona
Spiritus sancti, quibus Ecclesiam suam respicit.

Equus
albus est
humani-
tas Chri-
sti.

Egna pro-
prietates
per quod
dona
Spiritus
sancti
signan-
tur.

Diademata

Psalm. 139. Oculi Domini super iustos sicut flamma ignis. Nota: Ignis illuminat & accendit, rubiginem consumit, datum feruum emollit, frigidum calefacit, quod in unum consolidat & connectit: sic dona Spiritus sancti inflammant ad amorem Dei & proximi, illuminant ad cognitionem veri & falsi, boni & mali, consumunt rubiginem peccati, emolliant duritiam cordis, cor frigidum calefaciunt, mente fragiles fortes faciunt: propter hoc missus est Spiritus sanctus in specie ignis. Item, Flamma ignis gratuita est sive speciei: sic dona Spiritus sancti Dei imaginem per gratiam imprimunt in sancti. [& in capite eius] id est, in deitate. *1. Corinth. 11.* Caput Christi Deus [diademata multa] id est, multæ victoriæ & coronæ pro triumpho multiplici de inimicis: virtute enim divinitatis Christus & sui triumphans de inimicis. *Sapient. 5.* Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. In hoc autem quod dicitur [diademata] notatur coronæ perpetuitas: quia diadema dicitur, quasi duo demens, id est, principium & finem: in quo notatur æternitas præmij [habens nomen scriptum] scilicet quod Deus & homo. *Philip. 2.* Hoc est nomen quod est super omne nomen [quod nemo novit nisi ipse] scilicet ad plenum [& vestitus erat veste aspersa sanguine] id est, carne proprio sanguine rubricata. *Isa. 62.* Quare rubrum est indumentum tuum? [& vocabitur nomen eius Verbum Dei] id est, Filius Dei *Iob 1.* Verbum caro factum est. Hoc est Verbum per quod Pater omnia creavit. *Ioan. 1.* Omnia per ipsam facta sunt. Item, quod Patrem occultum nobis nuntiavit. *Ioan. 17.* Pater manifestavi nomen tuum hominibus [& exercitus] scilicet Angelorum, martyrum & omnium bonorum qui pugnaverunt contra mundum, carnem, & diabolum [qui sunt in celo] id est, in Ecclesia numero & merito. Vel [in caelis] id est, qui pro caelestibus habendis pugnant, non pro terrenis & vanis [sequebantur eum] scilicet per viam paupertatis, humilitatis, & caritatis [eum] ut servi Domini, ut filij patrem suum [in equis albis] *Gloss.* in corporibus mundis [vestiti byssino] id est, iustitia [albo] per operationem boni [& mundo] per declinationem mali [& de ore ipsius] id est, Christi [procedit gladius] *Gloss.* divina sententia, dividens bonos à malis *Matth. 23.* [acutus] id est, pertingens vsque ad punitionem animæ & corporis. *Supra 1.* De ore eius procedebat gladius ex utraque parte acutus [ut in ipso percutat Gentes] id est, gentilitate viuentes, sicut sunt carnales. *Deuter. 32.* Et gladius meus devorabit carnes.

Gladius acutus.

Torcular.

Moraliter. Os Domini est Prædicator. Gladius est verbum Dei. In hoc debet percussere Gentes [in virga ferrea] *Gloss.* inflexibili iustitia: quia irrevocabiliter punit eas. *Psalm. 2.* Reges eos in virga ferrea, & tanquam vis figuli confringet eos, id est, simul in corpore & anima punit [& calcet] id est, destruxit in sua resurrectione [torcular] id est, mortem æternam [vini furoris iræ Dei omnipotentis] quia de ira furoris Dei procedit. Vel [torcular] id est, mortem temporalem, quæ dicitur vinum iræ: quia pro peccato primi hominis est inflata, pro quo iratus fuit Deus. Vel sic: Secundum *Hym.* per torcular intelligitur mors, per calcationem superatio: ergo torcular calcavit, quando superavit mortem resurgendo à mortuis. Et dicitur mors vinum furoris iræ Dei

omnipotentis: quia Christus mortuus est propter peccatum humani generis, quo iram Dei & furorē promeruit. Vel sic [& ipse calcet torcular] id est, poenam infernalem infligit [vini furoris iræ Dei omnipotentis] id est, quæ videtur infligi ex ira indignationis Dei. Sicut si Pater proiceret filium in ignem, videretur furor: sic cum Deus proicit in ignem rationalem creaturam, videtur furor [& habet in vestimento] id est, in electis de Gentibus. *Isa. 49.* Omnibus his velut ornamento vestieris. Et loquitur de Gentibus [& in femore suo] id est, in electis de Iudeis, à quibus secundum carnem originem traxit, quæ intelligitur in femore [scriptum] scilicet in cordibus eorum per fidem. Vel sic [& habet in vestimentis] in humanitate in quantum assumpta [& in femore suo] id est, in humanitate, in quantum à parentibus propagata [scriptum] indelebiter [Rex regum] quia omnia subiacent regimini suo [& Dominus dominantium] quia omnia subiacent suo imperio. Vel [rex regum] id est, sanctorum qui se & alios bene regunt [& Dominus dominantium] id est, sanctorum qui dominantur terrenis per contemptum.

Femur.

Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus aëibus quæ volabant per medium cæli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam, ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & feruorum, & pusillorum & magnorum.

Supra descripsit Christum & exercitum eius, hic invitatur Sancti ad gaudendum de pœnis reprobatorum. Et dicuntur duo. Primo ponitur Sanctorum invitatio sub specie aëium. Secundo dicit ad quid invitatur [ut comedatis] Dicit ergo.

Angelus est Prædicator.

Et vidi unum Angelum id est, cœtum Prædicatorum, qui dicuntur Angelus, quia verba Dei nuntiant. *Isa. 22.* Angeli pacis amare stebunt. Unus autem: quia nuntiant unam fidem [stantem] per rectam intentionem, vel per contemptum terrenorum, vel contemplationem [in sole] id est, in plenitudine cognitionis, & ardore dilectionis divinæ, & in fervore zeli animarum: vel in lumine fidei, & calore charitatis: in sole enim est lux, & calor. Vel [stantem in sole] id est, in Christo, qui est verus sol iustitiæ *Malach. ultimo.* Angelus ergo stat in sole, quando Prædicatores solidantur in Christi amore & fide, ut non auellantur ab eo aliqua persecutione. *Rom. 8.* Quis nos separabit à charitate Christi? [& clamavit voce magna] id est, prædicatione aperta, secuta, promittente magna. Vel [magna] id est, confirmata per Scripturas. Vox enim parva est, quæ Scripturis non confirmatur [dicens omnibus aëibus] *Gloss.* omnibus fidelibus qui sunt agiles & leues: agiles ad bonum, leues per terrenorum contemptum, & quia mente cælum petunt. *Philip. 3.* Conuersatio nostra in cælis est [quæ volant] scilicet pennis virtutum [per medium cæli] id est, per communitatem fidei, quæ est in celo Ecclesiæ militantis. Vel [per medium cæli]

Aëis sibi fideles.

Tribuni.

Antichristi pugna contra Chr. sibi.

cæli] quia non eleuantur in prosperitate, nec detrahuntur in aduersitate, sed semper tenent se in medio. Vel [per medium cæli] quia non ascendunt ad maiorum rebellionem, neque descendunt ad minorum obiurgationem. Vel [quæ volant] per contemplationem [per medium cæli] considerando ordines Angelorum, status, & collegia Sanctorum, dulcedinem diuinæ misericordiæ, & rigorem iustitiæ, &c. huiusmodi, per fidem, & desideria metis [Venite, & congregamini] per operationem bonam, & in vnitatem charitatis [ad cœnam magnam Dei] id est, Christi, hoc est, ad conuiuium Ecclesiæ æternæ retributionis, quæ cœna appellatur, quia post illam alia non sequetur magna, propter vocantis auctoritatem, propter inuitatoris nobilitatem. *Luce. 12.* Transiens ministrabit illis. Propter conuiuiarum dignitatem & multitudinem, propter feruorum diuersitatem. Patet parabit locum gloriæ. *Matth. 20.* sed quibus paratum est à Patre meo. Filij ministrabit cibum vitæ. *Luce. 12.* Transiens ministrabit illis. Spiritus sanctus pigmenta charitatis. *Psalm 67.* Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Angeli canticum laudis. *Isa. 6.* Clamabit alter ad alterum [ut manducetis carnes regum, &c.] ut delectemini in cruciatu tam maiorum quam minorum impiorum, non gaudentes de pœna in se, sed de iustitia diuina. *Psalm. 57.* Latabitur iustus, cum viderit vindictam, &c. [carnes regum] id est, maiorum in dignitatibus seculi [& carnes tribunorum] id est, iudicum aliorum. *Isido.* Sunt qui iura, vel opem tribunt subditorum [& carnes fortium] qui confidunt in fortitudine temporali [& carnes equorum] id est, subditorum aliis [& sedentium in ipsis] id est, Prælatorum [& carnes omnium liberorum ac feruorum, & pusillorum ac magnorum] omnis generis hominum. Vel sic [carnes hominum liberorum] à iustitia [& feruorum] peccati [& pusillorum] id est, acediosorum [ac magnorum] id est, superbiorum.

Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius.

Supra posuit Christi descriptionem, & exercitus eius: hic ponitur pugna Antichristi contra Christum, & exercitum eius. Vnde dicit.

Et vidi bestiam id est, Antichristum bestialem, & effrenatum [& reges terræ] *Gloss.* Apostolos eius sola terrena quærentes [& exercitus eorum] *Gloss.* omnes seruientes eis [congregatos] vniuersi malitia & crudelitate [ad faciendum prælium cum illo] id est, contra Christum [qui sedebat in equo] id est, in humanitate assumpta, vel in Prædicatorum choro, qui sunt equus Christi, portantes eum per mundum. *Iob 39.* Nunquid præbebis equo fortitudinem? id est, Prædicatori [& cum exercitu eius] id est, contra exercitum eius, hoc est, contra Sanctos. *Hym.* Facient bellum contra Christum, & eius fideles, blasphemis, opprobriis, & miraculis pugnantes.

Et apprehensa est bestia, & ctm ea Pseudo-propheta: & qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos

D. Alb. Mag. in Apocalypsim.

qui acceperunt characterem bestiae, & qui adorauerunt imaginem eius: viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris: & cæteri occisi sunt in gladio fedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

Hic ostenditur damnatio Antichristi, & suorum. Et dicuntur tria. Primo determinatur damnatio Antichristi, & suorum. Secundo damnatio aliorum malorum [& cæteri] Tertio pro damnatione omnium malorum ponitur exultatio Sanctorum [& omnes aues] In prima parte dicuntur duo. Primo ponitur apprehensio Antichristi, & suorum. Secundo damnatio eorum [viui missi sunt] Dicit ergo.

Damnatio Antichristi.

Et apprehensa est bestia id est, apprehenderetur præteritum pro futuro, id est, æternaliter punitur [& cum illa Pseudo-propheta] id est, Prædicatores Antichristi, qui bona futura promittebant seruis Antichristi [& qui fecit signa coram ipso] id est, quicumque fecit signa coram Antichristo [quibus seduxit] id est, seorsum à via [eos] duxit fidei [qui acceperunt characterem bestiae] id est, conformauerunt se Antichristo in vita & doctrina: vel qui crediderunt in eum [qui adorauerunt imaginem eius] id est, illos qui cum imitabantur. Ad literam statum [viui missi sunt hi duo] scilicet caput, & corpus: Pseudo-propheta, & Antichristus: vel diabolus, & omnes mali [in stagnum ignis sulphuris ardentis] id est, tormentum inferni stabile & immobile, ut stagnum, plenum ardore & feore. Nota: Pœna inferni dicitur stagnum, quia demergit illos qui voluptatem huius mundi quasi aquam biberunt, item propter stabilitatem, & immobilitatem suam: ignis, quia exurit illos qui in feore luxuriæ vixerunt: vnde *infra 2.* Pars illorum erit in stagno ardenti ignis & sulphure [& cæteri] scilicet sequaces Antichristi, qui per prædicationem Pseudo-Apostolorum seducti sunt [occisi sunt] id est, occidentur [in gladio] id est, in istu gladii [sedentis super equum] id est, in sententia Christi [qui] scilicet gladius [procedit] id est, procedet in die iudicii [de ore ipsius] *Supra eodem* de hoc. *Iob 19.* Fugite à facie gladii, &c. Nota: Sententia Christi dicitur gladius propter duo: quia separat à vita æterna, & quia vulnus infligit pœnæ æternæ: quoniam gladius separat, & vulnerat [& omnes aues] Hic ostenditur exultatio Sanctorum de visa pœna malorum. Vnde dicit [& omnes aues] id est, omnes Sancti qui eleuantur à terra penam virtutum, & cum hoc conuersantur in cælis. *Philip. 3.* Nostra conuersatio in cælis est [saturatæ sunt] id est, delectati sunt in eoribus suis [carnibus eorum] videndo pœnas inflictas pro opere carnali. Nota: Non est intelligendum, quod delectentur in pœna, ut pœna est, sed ut vindicta est, exiens à diuina iustitia. *Psalm. 57.* Latabitur iustus, cum viderit vindictam. Item, gaudebunt tali pœna visa, quia eam euaserunt diuina misericordia. Vnde *Hym.* Ex internæ contemplationis dulcedine interius satiantur electi, quo reproborum tormenta exterius conspiciunt, quæ diuina misericordia euaserunt.

Pœna inferni dicitur stagnum ignis sulphuris.

Sententia Christi dicitur gladius.

Dub. 1. Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [Beati qui ad cenam Agni vocati sunt] Contra. *Luc. 14.* Nemo vitorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam. Multi enim vocati sunt, pauci vero electi. Non ergo sunt beati, qui vocati sunt. **Responsio.** Duplex est vocatio: per præsentem iulitiam, & per prædestinationis gratiam. Loquendo de prima, multi vocantur ad cenam qui non sunt beati. Loquendo de secunda, omnes sunt beati qui vocantur: & de hac loquitur hic, Beati qui vocati sunt ad cenam Agni.

Dub. 2. Secundo super illo verbo [Et cecidi ad pedes] quæritur, Cum Angelus non habeat membra corporalia, quomodo se dicit cecidisse ad pedes eius: **Responsio.** quod idem Angelus pedes habuisse dicitur: quia nimirum veniens, ex aere corpus assumpsit.

Dub. 3. Tertio super illo verbo [ut adorarem eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris] quæritur, Aut voluit adorare eum latria, aut dulia: Si latria: ergo peccavit, quia talis adoratio debetur soli Creatori. Si dulia: cum hoc fuerit bonum Ioanni ut sic adoraret: ergo non debuit prohiberi: ergo male dicitur, Vide ne feceris. **Responsio.** Ioannes voluit adorare Angelum Iuliam, qui est honor quo proximus honoratur: tamen Angelus prohibuit tali ratione, scilicet propter dignitatem humanæ naturæ assumptæ à Christo, & sic exaltatæ super omnes Angelos: vnde causa humilitatis dixit, Ne feceris.

Dub. 4. Quarto super illo verbo [habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse] Contra: Vna est notitia trium personarum: ergo si ipse nouit, & Pater, & Spiritus sanctus nouit. Item, Ioannes statim dicit, & vocabitur Verbum Dei: ergo illud nouit: ergo male dicit, quod nemo nouit nisi ipse. **Responsio.** Posita vna persona (ut dicit *Haym.*) non excluduntur alia. Vnde cum Filius dicitur aliquid scire, tota Trinitas intelligitur illud scire: sicut enim vna est trium essentia, ita vna notitia. Quod opponitur de Ioanne, dicendum secundum *Haym.* Nemo extraneus nouit nomen eius, nisi ipse cum corpore suo quod est Ecclesia. Similis modus loquendi habetur *Ioa. 3.* Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, &c. vbi non tantum ipse intelligitur: sed ipse & suum corpus. Sed adhuc opponitur: Nonne infideles multi & mali cognoscunt nomen eius? Certe sic. **Responsio.** Duplex est cognitio: simplicis notitiæ, & experientiæ. Primo modo cognoscunt: secundo modo non, quia non experiuntur dulcedinem suæ bonitatis.

Dub. 5. Quinto super illo verbo [Vini missi sunt in stagnum ignis, &c.] Contra. *2. Thess. 2.* Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Loquitur de Antichristo. Item, omnes alij generale debitum mortis soluent: ergo, &c. **Responsio.** Secundum *Haym.* vini hic appellantur, qui in aduentu Christi ad iudicium vini rapiuntur, & paululum degustata morte in igne oculi resurgenti: ideo non mortui, sed vini appellantur: vel vini appellantur qui scienter operantur malum, & isti magis torquentur.

CAPVT XX.

Et vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Satanus, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius Gentes, donec consummentur mille anni: & post hoc oportet illum solui modico tempore.

Hic est tertia pars sextæ visionis, vbi agitur de damnatione diaboli. Duplex est autem damnatio eius. Prima ipsius ligatio quæ facta fuit in primo aduentu. Secunda erit per secundum aduentum ad iudicium. Vnde hæc pars diuiditur in duas partes. In prima agit de damnatione facta per primum aduentum Christi. In secunda de damnatione faciendâ per secundum aduentum [Cum consummati fuerint] Prima damnatio sic describitur. Primo tangitur ipsius ligatio. Secundo post ligationem animarum liberatio [Et vidi sedes] In prima primo auctor ligationis describitur. Secundo damnationis modus [et apprehendit] Tertio tempus [mille annos] Quarto locus [et misit eum] Quinto finis [ut non seducat] In prima primo describit illum ab aduentu humili. Secundo à potentia inuitabili [habentem clauem abyssi] Dicit ergo.

Et vidi Angelum id est, Christum [descendentem] per carnis assumptionem [de cælo] id est, de sinu Patris secreto *Psal. 18.* A summo cælo egressio eius [habentem clauem abyssi] id est, potestatem super diabolum, ligandi scilicet, & soluendi eum. Ipse enim nihil potest nisi permissus [et catenam magnam in manu sua] *Gloss.* inuitabilem potentiam quæ constringit omnia [in manu sua] id est, in diuinitate Verbi, per quam Pater fecit omnia, & per quam Christus operatus est virtutes & miracula. Vel [in manu sua] id est, in opere Passionis, vbi abscondebatur suæ potentia: & tamen ea diabolus ligabatur. *Habac. 2.* Ibi abscondita est fortitudo eius. Et tamen ante faciem eius ibit mors, id est, diabolus [et apprehendit draconem] id est, Christus diabolum qui dicitur draco secundum *Gloss.* propter nocendi violentiam [serpentem antiquum] propter consuetudinem longam [qui est diabolus] id est, deorsum fluens, scilicet de cælo in infernum. Vel [diabolus] id est, duos bolos faciens de peccatoribus: vnum de anima, alterum de corpore [et Satanus] *Gloss.* Aduersarius qui semper aduersatur omni bono. **Nota.**

Nota: quoad illos qui peccant, vel peccant ex infirmitate, dicitur draco per tentationis violentiam: quoad illos qui peccant ex ignorantia, serpens per deceptionis astutiam: quoad illos qui peccant ex certa malitia, diabolus, id est, deorsum fluens per malitiam: quoad bonos recipit vltimum nomen, scilicet Satanus, quia talibus semper aduersatur per tentationis impugnationem [et ligauit eum] id est, potestatem dimittit, ne tantum seueret, quantum vult [per annos mille] **Nota:** Mille numerus est perfectus, & signat totum tempus vitæ præsentis à Passione Domini vsque in finem seculi, sicut dicit *Haym.* [et misit eum in abyssum] id est, in infernum qui est sine candore æternæ lucis, & vbi est profunditas interminabilis. Vel [in abyssum] id est, in cordibus profundis reproborum. Et dicitur ibi à Deo missus, id est, permissus dominari in eis [et clausit] id est, potestatem exeundi subtrahit, ne alibi realitatem exerceat, nisi quantum Deus permiserit [et signauit super illum] id est, tempus suæ solutionis non manifestauit. Sicut literis signatis, nescitur earum tenor: sic nescitur tempus solutionis suæ. Vel sic [signauit super illum] id est, signum crucis posuit, quo eum superauit, ut à fidelibus possit expelli: omnino enim subiaceret cruci, & nihil potest nisi permissus à Christo [ut non seducat amplius Gentes] sicut ante [donec consummentur mille anni] id est, vsque ad aduentum Antichristi [et post hoc] id est, mille annos hoc est, appropinquante fine mundi [oportet] secundum Dei ordinationem ad electorum purgationem [illum solui] id est, relaxari eius potestatem [modico tempore] id est, tribus annis & dimidio, quantum regnabit Antichristus.

Et vidi sedes: & federunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter Verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.

Hic agitur de liberatione Ecclesie, quæ post ligationem Satanæ secuta est. Vnde dicit [et vidi] scilicet, ligato diabolo [sedes] id est, fideles subditos ad obediendum paratos [et federunt super eas] scilicet, maiores bene regendo. Vel Apostoli, & Prædicatores eorum imitatores [et iudicium] id est, auctoritas iudicandi, vel potestas ligandi & soluendi [datum est illis] id est, Prælati, & hoc à Deo, quia *Rom. 13.* Non est potestas nisi à Deo. Vel [iudicium] id est, discretio & executio iusti iudicij in præsentem [et vidi animas decollatorum] id est, martyrum [propter testimonium Iesu & propter verbum Dei] id est, propter fidem humanitatis & diuinitatis Christi. Sicut enim dicit *Haym.* in Iesu intelligitur Christi humanitas, in Verbo Dei eius diuinitas [qui non adorauerunt bestiam] id est, Antichristum [neque imaginem eius] id est, statuum eius, vel eius Apóstolos, vel qui non consenserunt infidelibus qui sunt bestie imago per imitationem [et qui non

acceperunt characterem] id est, conformitatem in vita & doctrina: vel notam criminis, vel signum ostensivum quoddam essent de familia eius [in frontibus suis] *Gloss.* In manifesta confessione [aut in manibus suis] id est, in operatione [et vixerunt] & in præsentem per gratiam, & post mortem corporis per gloriam [et regnauerunt cum Christo mille annis] id est, toto tempore à Passione Christi vsque ad finem mundi, ante receptionem corporum quæ fiet in resurrectione generali. Vel sic [et vixerunt] per gratiam in præsentem seculo [et regnauerunt] scilicet carnem, mundum, & diabolum vincendo. *Hebr. 11.* Sancti per fidem vice-runt regna.

Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni.

Supra dictum est de libertate quæ secuta est ex alligatione draconis, id est, diaboli: hic dicitur, quod illa libertate carebunt omnes alij. Et dicitur duo hic. Primo, quod mali hac libertate carebunt: quia non viuunt in perpetuum. Secundo ratio huius tangitur [hæc est resurrectio prima] Continua: Vidi animas interfectorum pro Christo regnare & vivere [Et cæteri mortuorum] id est, illi inter mortuos qui non fuerunt de prædictis [non vixerunt] id est, vita naturali prout anima viuunt in corpore [donec consummentur mille anni] id est, donec veniat finis mundi: & tunc resurgent corpora, ut puniantur æternaliter in eis. Et sic ly donec sumitur exclusiue. Aliter secundum *Haym.* exponitur de morte spirituali, id est, peccati. Et est sensus [et cæteri mortuorum] id est, mortui sunt anima per peccatum [non vixerunt donec consummentur mille anni] id est, in peccato fuerunt mortui toto tempore, quod signatur per mille annos, & sic tenetur ly donec inclusiue, & cum negatione. Q. d. Nec ante nec post viuunt. *Haym.* Quia enim non viuunt hic per fidem & operationem bonam, illic non viuunt per resurrectionem.

Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus de carcere suo: & exibit & seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog: & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ & circuerunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris: vbi & bestia & Pseudo-Propheætæ cruciabantur die ac nocte in secula seculorum.

Hic ponitur ratio, quare m illi non viuunt in futuro.

futuro. Et dicuntur duo. Primo, quod mali non uiuent in futuro: quia noluerunt uiuere spiritua-liter in hac uita, que est resurrectio prima. Secundo ostenditur resurrectionis dignitas [beatus & sanctus] Q. d. Prima mali non uixerunt per gratiam, ideo in futuro non uiuent, quia hæc est resurrectio prima, scilicet resurgere à peccato per penitentiam, & uiuere per gratiam, secunda autem erit in die iudicij [beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima] id est, qui hic resurgit in anima per gratiam: unde beatus, id est, felix [& sanctus] id est, firmus propter glorie securitatem [qui habet partem in resurrectione prima] id est, qui hic à peccato resurgunt per gratiam, & in hoc perseverant. *Matth. 10.* Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Vel sic [beatus] per gloriam anime iam adeptam [& sanctus] propter securitatem non amittendi eam [qui habet partem in resurrectione prima] Et dicit partem quia hæc resurrectio fit tantum secundum partem, hoc est, in anima. Secunda uero fiet secundum totum, id est, in corpore & in anima [& in his secunda mors] Q. d. Beatus est qui habet partem in resurrectione prima [&] pro quia [in his] scilicet quia habent partem in resurrectione prima [secunda mors] *Gloss.* æterna damnatio [non habet potestatem] supple, sicut in aliis de quibus prædictum est [& ceteri mortuorum] [sed erunt sacerdotes Dei] id est, laudes offerentes diuinitati [& Christi] referendo laudes humanitati. Vel [sacerdotes Dei] id est, Patri [& Christi] id est, Fili, qui fuit actor nostræ redemptionis & minister [& regnabunt cum illo mille annis] id est, in æternum. *Haym.* In mille annis in quibus regnabunt electi cum Christo, omne tempus futurum intelligitur. *Gloss.* exponit sic de presenti [& regnabunt cum illo] id est, cum Deo homine, seipos bene regendo, & alios [mille annis] id est, toto tempore à Passione Christi usque ad finem seculi, vel usque ad aduentum Christi.

Et cum consummati fuerint mille anni [illa pars mille annorum que est ab aduentu Christi usque ad tempus Antichristi] & ponitur totum pro parte [soluetur Satanus] id est, relaxabitur eius potestas, que modo quasi inclusa & ligata tenetur in cordibus reproborum [de carcere suo] id est, de reprobis, ubi est modo quasi in carcere. Vel de inferno. Vel carcer intelligitur cohibito suæ potestatis [& exibat] scilicet de occulto in manifestationem: de occulta tentatione in persecutionem [& seducet] id est, à Christo ad se ducet per erroris seminationem [gentes que sunt super quatuor angulos terræ] id est, aliquos de illis [Gog & Magog] Nota: Augustinus de ciuitate Dei 20. c. 11. uult, quod Gog refertur ad gentes, ut sit nomen exercitus diaboli, id est, omnium malorum quia Gog interpretatur re-ctum diaboli, & gentes malæ sunt re-ctum diaboli. Et Magog refertur ad diabolum. Nam interpretatur de re-cto: & ipse de re-cto, id est, reprobis exibat, Ecclesiam impugnando. Sensus ergo est secundum Augustinum [& exibat] scilicet de malis, potentiam suam exercendo contra bonos [& seducet omnes gentes] id est, aliquos de omnibus [que sunt super quatuor angulos terræ] id est, super quatuor partes terræ, ut dicit *Haym.* Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Meridiem [Gog]

Magog

Gog & Magog

id est, re-ctum, id est, omnes malos: quia in eis prius latebit persequendo bonos occulte [& Magog] id est, de re-cto, hoc est, de eis aperte procedens, quando per eos aperte persequetur bonos. Et sic per Gog & Magog accipitur populus malorum, & diabolus exiens ab eis [& congregabit eos] id est, gentes illos per quos occulte, & illos per quos aperte impugnabit Ecclesiam. Non congregabit autem eos in unum locum sicut dicit *Haym.* sed in unum consensum malum [in prælium] id est, contra Ecclesiam [quorum] scilicet Gog & Magog [numerus est sicut arena maris] id est, innumerabiles, & steriles [& ascenderunt] id est, ascendent superbiendo in omni orbe [super latitudinem terræ] id est, contra Ecclesiam, tunc ubique diffusam [& circuerunt] ad decipiendum [castra Sanctorum] id est, Sanctos, & ordinatos, & munitos armis uirtutum, & paratos ad bellandum [& ciuitatem] id est, Ecclesiam, hoc est, eosdem Sanctos unanimes in bello sicut ciuitas de qua *Psalms. 86.* Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei [dilectam] scilicet à Deo.

Et descendit ignis] id est, inseritque Antichristi & suorum repentinus [à Deo] scilicet missus [de celo] id est, desuper ad opprimendum [& deuorauit illos] id est, undique occupauit] id est, ita absorbitur, quod uita non comparuerunt. Nota: Pœna dicitur ignis: quia sicut igni nihil potest resistere nisi aqua, sic illi pœnæ nihil potest resistere nisi gratia Dei [& diabolus qui seducebat eos] supple, per se, vel per sua membra [missus est in stagnum ignis] id est, in profundam pœnam inferni & ardentem [& sulphuris] id est, pœnam fortentem. Est ergo sensus [missus est] id est, mittetur. Et ponit præteritum pro futuro [in stagnum ignis & sulphuris] id est, in damnationem stabilem, ardentem, & fortentem [ubi bestia] id est, Antichristus [& Pseudo-propheta] id est, omnes complices diaboli, & falsi Apostoli, per quos alios decipit [cruciabuntur die ac nocte] id est, continue, & sine interpolatione. Vel dicit [die ac nocte] non propter interpolationem temporis, sed propter mutabilitatem pœnarum, scilicet caloris, & frigoris [in secula seculorum] id est, in æternum.

Et uidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum: & locus non est inuentus ab eis.

Hic agitur de damnatione diaboli que fiet per secundum aduentum Christi. Et determinatur hic ordo damnationis. Et dicuntur hic tria. Primo ponuntur antecedentia ad iudicium, scilicet immutatio elementorum. Secundo ponuntur concomitantia iudicium, que sunt resurrectio corporum, & apertio conscientiarum [& uidi mortuos] Tertio ponuntur consequentia iudicium, scilicet diaboli damnatio & omnium reproborum [& infernus & mors] In prima parte dicuntur duo. Primo Christus ad iudicandum paratus. Secundo tangitur elementorum immutatio à presentia eius [à cuius conspectu fugit terra] Dicit ergo.

Et uidi thronum] auctoritate & soliditate uirtutum [candidum] per innocentiam in presenti, vel per splendorem immortalitatis [& sedentem super

super eum] id est, Christum qui sedet in cordibus fidelium [à cuius] scilicet Christi Ecclesie præsentis [conspectu] id est, presentia [fugit terra] scilicet à specie quam nunc habet [& cælum] scilicet æreum [& locus non est inuentus ab eis] *Gloss.* à terra & celo, quod uerum est secundum priorem statum. Quasi dicat. Sicut dicit *Haym.* Figura præterit, natura permanet.

Et uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est, qui est uita: & iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera ipsorum.

Hic determinatur de iudicio, & concomitantibus iudicium. Concomitantia iudicium sunt resurrectio corporum, & apertio conscientiarum. Et dicuntur hic tria. Primo agitur de concomitantibus iudicium, secundo de iudicio [& iudicati] Tertio iterum exequitur ordinem iudicij [& dedit mare] in prima dicuntur tria. In primo dicitur, quod omnes resumptis corporibus uenient ad iudicium [& uidi mortuos] secundo, quod tunc conscientie singulorum aperientur [libri aperti sunt] Tertio, quod tunc manifesta erit prædestinatio Sanctorum, & reprobatio impiorum [& alius Liber apertus] Dicit ergo.

Et uidi mortuos magnos & pusillos, id est, malos maiores & minores [stantes] scilicet in die iudicij, corporibus resumptis [in conspectu throni] id est, iudicij, & omnium Sanctorum in quibus sedet Deus, qui uidebunt uerita eorum, & iudicabunt eum Dominus, ut dicit *Gloss. Sapient. 3.* Iudicabunt sancti nationes [& libri aperti sunt] scilicet conscientiarum, in quibus legentur merita singulorum. *Dub. 2.* Iudicium sedet, & libri aperti sunt [alius Liber apertus est] scilicet præsentia Dei que modo latet. Sed tunc omnibus erit manifesta, quia tunc manifeste scient omnes qui sunt [saluandi & qui damnandi] alius Liber] id est, Christus apertus est] id est, aperietur, quod tunc omnibus apparebit iustus dominando malos, & premiando bonos. *Psalms. 96.* Cognoscetur Dominus iudicia faciens [qui est uita] supple, dator spiritualis & naturalis, æternæ & temporalis. Secundum Augustinum sic [& libri aperti sunt] id est, Sancti in iudicio manifesti uisi, in quibus mali poterunt legere bona que debuerunt facere & neglexerunt [& alius Liber apertus est] id est, quedam uis diuina ostendens unicuique facta sua [qui est uita] id est, Christi, qui est uita. *Joan. 14.* Ego sum uita, ueritas, & uita [Et iudicati sunt mortui] id est, mali mortui culpa [ex his que scripta erant in libris] id est, in propriis conscientijs. Vel secundum *Haym.* in utroque Testamento, secundum quod ea que scripta sunt in eis, fecerunt vel non fecerunt. Vel [in libris] id est, in Sanctis, ex quorum comparatione iudicabuntur reprobis, & in quibus legent bona que facere poterunt & noluerunt [secundum opera eorum] id est, ut maioribus maior, & minoribus minor infligatur pœna. *Psalms. 61.* Reddet unicuique iuxta opera sua.

Et dedit mare mortuos qui in eo

erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in Libro uite scriptus, missus est in stagnum ignis.

Hic per recapitulationem prosequitur ordinem iudicij. Et dicuntur duo. Primo, quod omnes indifferenter uenient ad iudicium. Secundo, quod de illis erit iudicatum secundum opera ipsorum [& iudicatum est] In prima parte dicuntur duo. Primo, quod omnes tunc uisui in iudicio presentabuntur. Secundo, quod omnes mortui prius uitæ restituentur [& mors] unde dicit.

Et mare] id est, hic mundus [dedit mortuos suos] id est, dabit in iudicio illos quos habebit mortuos, bonos & malos: boni enim dicuntur mortui culpa. *Coloss. 3.* Mortui estis, & uita uestra abscondita, &c. Mali similiter sunt mortui in peccato. *Matth. 8.* Sine mortuos sepelire mortuos suos [qui in illo erant] id est, qui uini reperientur in eo. Hoc modo legit Augustinus secundo de ciuitate Dei. Vel sic [Et mare] id est, seculum [dedit] id est, dabit [suos mortuos] scilicet in pœnatis [qui in eo erant] quia nondum obierunt. Vel ad literam [mare dedit mortuos suos] id est, corpora mortuorum [qui erant in eo] id est, que submersa sunt in mari [& mors] id est, diabolus [& infernus] id est, tenebrarum locus, ut dicit *Gloss.* [dederunt mortuos suos] id est, animas mortuorum [qui in ipsis erant] id est, quos uolenter dederunt [& iudicatum est de singulis secundum opera eorum] id est, sine acceptione personarum [& infernus] id est, omnes mali qui se fecerunt loca tenebræ diaboli [& mors] id est, diabolus, primus auctor mortis. *Sapient. 1.* Inuidia diaboli, &c. [missi sunt] id est, mittentur [in stagnum ignis] id est, in profundam damnationem: stabilem siue perpetuam, & acetam [Hæc est mors secunda] id est, corporum & animarum simul damnatio. Prima enim mors est culpa, secunda gehennæ [& qui non est inuentus in Libro uite scriptus] per prædestinationem [missus est in stagnum ignis] id est, simili damnatione damnatus, sicut diabolus & angeli eius. Et sic per mortem intelligitur diabolus, per infernum angeli eius. Per eum qui non est inuentus in Libro uite, omnes mali intelliguntur. *Matth. 25.* Itē maledicti in ignem æternum qui preparatus est diabolo & angelis eius.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo uerbo *Dub. 2.* [uidi Angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi] Contra: *Supra 9.* dicitur diabolo data clauis pœni abyssi: si ergo habet clauem abyssi, Christus non habet eandem. Responsio. Duplex est clauis. Una qua aperitur ad culpam, & hæc est tentatio, uel mala suggestio: & hanc habet diabolus permissiue. Alia qua aperitur ad pœnam, & hæc est iustitia malos puniens. Hanc habet Christus à Deo Patre: hæc non aperit ad culpam, sed tantum ad pœnam, & cetera.

Secundo super illo uerbo [Et ligauit eum per annos

annos mille] Hym. à tempore Passionis Domini usque ad finem mundi. Contra: Statim subditur, Oportet eum solui modico tempore, id est, tempore Antichristi: & tamen tunc non erit finis mundi: ergo Hym. male exponit. Responsio. Tempus quo soluetur Satanas non darabit nisi tribus annis & dimidio: & ita parum est respectu temporis gloriæ: & ideo non facit numerum cum toto. Et sic intelligit Hym.

Dub. 3. Tertio super illo verbo [Post oportet eum solui modico tempore] queritur, Quare sic alligatum postea velut Deus solui, cum videretur melius, quod esset semper ligatus? Responsio. Secundum Hym. hoc fiet ut magis appareat eius malitia, & magis ut probeatur Sanctorum patientia: item, Dei virtus, & diaboli infirmitas: Dei virtus in hoc quod Sancti perseverabunt in fide, licet positi in maximis tribulationibus: diaboli infirmitas, quia vincetur à puellis & infantibus.

Dub. 4. Quarto super illo verbo [Et vidi sedes & sedebunt super illas] Cum supra 4. dictum sit singulariter, & ecce sedes posita erat in celo, queritur, quare pluraliter hic dicitur vidisse sedes in iudicio? Responsio. Secundum Hym. una est sedes Ecclesia in qua Christus sedet: pluraliter tamen dicitur, propter multos status qui sunt in ea, & multas personarum conditiones. Sunt enim in ea conjugati, virgines, & viduæ, continentes, Prælati, & subditi: & propterea pluraliter dicitur sedes. Alii Ecclesia dicitur sedes singulariter propter fidei unitatem, sed pluraliter sedes propter virtutum multipliciter: vel singulariter dicitur, quia ipsi præfider Christus: pluraliter, quia cura Ecclesiæ commissa est Prælati pluribus.

Dub. 5. Quinto super illo verbo [Hæc est prima resurrectio] queritur, Cum supra nulla ante facta sit mentio de resurrectione, quare dicit, Hæc est resurrectio prima, utens pronomine demonstrativo? Responsio. Quamvis secundum vocem non sit facta mentio de resurrectione: tamen secundum rem facta est, cum præmisit de animabus decollatorum, & de his qui bestiam non adoraverunt: tales enim prima resurrectione resurrexerunt, quia hic vixerunt vita gratiæ, quam vocat hic resurrectionem primam.

Dub. 6. Sexto super illo verbo [Et vidi thronum magnum candidum, &c.] id est, Ecclesiam. Contra: 2. Corinth. 5. Stabimus ante tribunal, &c. Si ergo Ecclesia stabit ante thronum: non videretur, quod ipsa sit thronus? Responsio. Ecclesia in quantum à Deo regitur, dicitur thronus, & sic in ea sedet Deus: in quantum examinatur, dicitur stare ante thronum & sic pater solutio.

VISIO SEPTIMA, CAPVT XXI.

Et vidi cælum novum, & terram novam. Primum enim cælum, & terra prima abiit, & mare iam non est.

SUPRA posita sunt sex visiones, hic ponitur septima & vltima. Et in hac secundum Bedam ostenditur ornatus sponiæ, id est, sanctæ Ecclesiæ. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima agitur de inuouatione elementorum, & glorificatione Sanctorum: in secunda de pulchritudine ciuitatis, & eius dignitate [et venit ad me vnus] In prima parte dicuntur duo. Primo agitur de elementorum inuouatione. Secundo de sanctorum glorificatione [et ego Ioannes] Nota: Hæc visio differt à prædicta: quia præcedens continet ea quæ circa iudicium & post facta sunt circa malos: hæc autem quæ fiunt circa bonos. Dicit ergo.

Et vidi cælum novum] id est, aërem inuouatum secundum Augustinum [et terram novam] id est, inuouatam. 2. Petr. vltim. Nouos calos, & nouam terram expectamus secundum promissam eius [Primum enim cælum, & prima terra abiit] id est, per immutationem iam mutata sunt: & pristina figura recessit, sicut dicit Hym. [et mare iam non est] Nota: Secundum Augustinum 20. de ciuitate Dei sic exponitur [mare iam non est] id est, hoc seculum vita mortalium turbulentum: vnde accipit mare pro mundo, secundum illud Psalm. 103. Hoc mare magnum, &c. Vel sic [et mare iam non est] scilicet secundum priorem statum: quia amaritudo aquæ & grossities auferretur, & remanebit in primo statu, tamen inuouato & meliorato.

Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de celo, à Deo, paratam, sicut sponsam ornatum viro suo.

Supra dictum est de immutatione elementorum, hic agitur de gloria Sanctorum. Et diuiditur hæc pars in quatuor. In prima ostendit glorificationem Sanctorum. In secunda inducit sanctorum Patrum auctoritatem [et audiui vocem] In tertio ponit ipsius Dei auctoritatem ad maiorem confirmationem [et dixit qui sedebat] In quarta ponitur iussio de Scriptura ad posterum utilitatem [et dixit scribæ] Dicit ergo.

Ego Ioannes vidi ciuitatem] id est, Ecclesiam. Psalm. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hæc est ciuitas cuius rex est veritas, lex est charitas, modus æternitas. Augustinus [Vidi] per spirituales intelligentiam [ciuitatem] id est, Ecclesiam habentem in se Deum inhabitantem [sanctam] per lauacrum regenerationis mundatam [Ierusalem]

lem id est, Deum, qui est pax vera, plenè videntem. 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicut est [nouam] id est, inuouatam, immortalem, & impassibilem factam [descendentem de celo] scilicet per timorem reuerentiæ quo descendet Ecclesia à Dei magnitudine in suam paritatem. Vel [descendentem de celo] per humilitatem suam attribuendo Deo non sibi suam gloriam. Vel [descendentem de celo] August. 20. de ciuita. Dei. c. 15. De celo dicitur descendere ciuitas: quoniam cælestis gratia est, qua Deus eam fecit. Et de celo quidem ab initio sui descendit, cum per huius seculi tempus gratia Dei de super veniente per lauacrum regenerationis in Spiritu misso de celo, subinde ciues eius accrescunt. Hym. [descendentem de celo] non modo cum est in gloria, sed prius per infusionem gratiæ in baptismo. Iacob. 1. Omne datum optimum [à Deo paratum] scilicet bonis operibus [sicut sponsam ornatum] Hym. omnibus virtutibus compositam [viro suo] id est, ad honorem viri sui, id est, Christi. Hic queritur, Cum Ecclesia dicatur hic sponsa & Christus sit eius sponsus, quare non dicitur, sponso suo, sed viro suo? Responsio Hym. Sponsa nunc est etiam per fidem, spem, & dilectionem: sed tunc erit vxor, quando ad amplexus viri, id est, ad contemplationem Dei omnipotentis persenerit. Ad significandum ergo quod sponsa est hæc, & Christus sponsus, dicitur sponsam. Ad inueniendum etiam, quod in futuro erit vxor dicit, viro suo: nam viro proprie respondet vxor, & sponsa sponso.

Vidi sanctam ciuitatem. Nota: Hic tanguntur septem quæ pertinent ad Ecclesiæ gloriam, quorum quatuor habebit in futuro, & tria habet in presenti per quæ venit ad futura. Quatuor prima sunt hæc: vnanimitas vel conformitas: & ideo dicit [vidi ciuitatem] id est, ciuium unitatem. Secundum est securitas, propter quod dicit [sanctam] id est, firmam & securam. Tertium est pax: vnde dicit [Ierusalem] Gloss. in omni quiete & pace positam. Quartum, nouitas quam habet per dotes: & ideo dicit [nouam] id est, inuouatam, quia immortalem, & impassibilem, &c. & in his quatuor consistit perfecta gloria: quæ sunt vniformitas in appetendo, securitas in possidendo, pax quoad regem & confortes, nouitas in se quoad dotes. Alia tria sunt quæ habet Ecclesia in presenti. Primum est gratiæ infusio: vnde dicit [descendentem] Secundum, bonorum operum multitudo: vnde dicit [à Deo paratam] Tertium, virtutum decor & compositio: vnde dicit [sicut sponsam]

Et audiui vocem magnam de throno.

Hic ponit Patrum auctoritatem ad confirmationem. Et dicuntur duo. Primum, quod Patrum admonitionem audiuit. Secundo, quid dixerunt ostendit [ecce tabernaculum Dei] Dicit ergo. [Et audiui] Q. d. Ita inuouabuntur elementa, & glorificabuntur Sancti. Vnde [et audiui vocem] id est, prophetiæ admonitionem [magnam] quia magnorum, & quia de magnis, id est, de cælestibus secretis [de throno] id est, de Ecclesia, in qua Deus sedet.

Dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Hic tangit, quid annuntiauerint Sancti, quoniam duo: iucunditatem gloriæ, & amotionem omnis miseriæ. Et secundum hoc hic dicuntur duo. Primum notatur iucunditas gloriæ, secundo amotio omnis miseriæ [Absterget Deus] Primum erit ex præsentia humanitatis Christi, quod ibi [Ecce tabernaculum] Secundum, ex præsentia diuinitatis, quod ibi [et ipse Deus] Q. d. [audiui] id est, prophetarum à Prophetis cognoui: & quid [ecce tabernaculum] id est, Christi humanitas, in qua contra diabolum militauit. Psalm. 18. In sole posuit tabernaculum suum, id est, in Passionis feruore. Vnde scotus est [ecce tabernaculum] id est, in euidentem est, quod Christi humanitas in qua militauit, est [cum hominibus] id est, cum Sanctis, in eadem gloria cum ipsis [et habitabit cum eis] scilicet Dominus cum seruis, magister cum discipulis, amicus cum amicis. Ezrah. vltim. Nomen ciuitatis ex illa die Dominus ibidem [et ipsi populus eius erunt] Gloss. In nullo cum offendentes Levit. 26. Ero iuxta Deus vosque eritis mihi populus [et ipse Deus] id est, secundum diuinitatem existens [Cum eis] id est, præsentialiter, [erit eorum Deus] perfecte dilectus & possessus, ut soler dici de re maxime dilecta, quod est eius Deus. Nota: In his duobus, scilicet præsentia Christi Dei, & hominis erit totum bonum nostrum & gloria. Vnde Augustinus de spiritu & anima. Propter hoc Deus factus est homo, ut totum hominem in se beatificaret, & tota hominis esset ad ipsum conuersio, & tota delectatio esset in illo: ut sine ingrederetur, sine egrederetur, pascua inueniret: pascua foris in carne, pascua intus in diuinitate Creatoris.

Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Posita omni affluentia boni quæ erit ex præsentia diuinitatis & humanitatis, hic remouet omnem miseriæ, & miseriæ causam: vnde dicit.

Et absterget Deus omnem lacrymam] id est, omnem lacrymandi causam [ab oculis eorum] Psalm. 114. Liberabit animam de morte, oculos meos a lacrymis. Et nota, quod dicit magis omnem lacrymam &c. quam oculos eorum à lacrymis. Vnde Hym. Sciendum, quod diuersæ sunt qualitates lacrymarum, quibus in hac vita affliguntur electi: & ideo in futurum fugatis doloribus, ab oculis eorum omnis lacryma dicitur abstergi.

Et mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.

Hic remouet omnem causam lacrymæ à Sanctis. Aut enim est lacryma pronecessitate moriendi, quæ remouetur, cum dicitur [et mors] Aut pro

pro aliorum miseriis, quæ remouetur, cum dicit [neque luctus] Aut pro animæ & corporis defectibus, quæ remouetur, cum dicit [neque clamor] Aut pro peccatis propriis, quæ remouetur, cum dicit [neque dolor erit ultra] Deinde ostendit ultra, quæ hic non erunt [quæ prima abierunt] Dicit ergo.

Et mors non erit ultra id est, dissolutio animæ & corporis, neque in cælo neque in inferno. *Isa. 25.* Præcipitabit Dominus mortem in sempiternum [neque luctus] pro alienis miseriis [neque clamor] pro pugna spiritus & carnis [neque dolor erit ultra] de propriis peccatis [quæ prima] scilicet quatuor prædicta [abierunt] id est, præterierunt. *Haym.* Hæc prima fuerunt: quia in seculo hæc omnia sancti sustinent: sed cum innouata fuerint cælum & terra, tunc & ipsi electi innouabuntur, & nequaquam præteritas passiones sustinebunt. *Isa. 65.* Obluioni tradita sunt angustia priores. Vel sic secundum *Gloss.* [quæ] id est, quia ea quæ sunt [prima] id est, antecedentia ad ista, & causa eorum [abierunt] scilicet peccata quæ sunt causa eorum. Vel dicitur [quæ prima abierunt] quia prædicta antecedunt ad gloriam, sicut via ad terminum. *Matth. 14.* Per multas tribulationes oportet intrare, &c. *Matth. 5.* Beati qui lugent, &c.

Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

Hic ponitur auertitas Dei ad maiorem dictorum confirmationem. Vnde dicit [et dixit qui sedebat in throno] *Haym.* Deus omnipotens qui præsidet Ecclesiæ, vel Christus [Ecce] quasi euidentis, & statim [noua facio omnia] scilicet quæ prædicta sunt. *Isa. 65.* Ecce ego creo cælos novos, & terram nouam. *Gloss.* Hic cælum & terra, Sanctorum animæ & corpora.

Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt & vera Et dixit mihi, Factum est.

Hic præcipitur, quod scribat prædicta ad frequentium utilitatem. Et dicuntur quatuor. Primo præcipitur ei ut scribar. Secundo dicitur, quod hæc cito complebuntur: ne aliquis scripturam contemnât [Et dixit mihi] Tertio hoc probat ut omnis amoueat ambiguitas [ego sum alpha] Quarto hortatur ut omnes ad desiderium inuolutionis alliciat [sitienti dabo] Dicit ergo.

Et dixit mihi, Scribe scilicet quæ audiisti ad aliorum utilitatem [hæc verba fidelissima sunt] id est, talia quibus omnino adhibenda est fides: quia complent quod promittunt. *Psal. 144.* Fidelis Dominus in omnibus verbis suis [et vera] quia non fallunt *Num. 23.* Non est Deus ut homo ut mentiarur. Hic queritur, Quare non dicit, fidelissima & verissima? Responso. Fidelissima dicit per comparationem ad nos, respectu quorum potest fieri comparatio, sed vera refertur ad Deum, in quem non cadit comparatio [et dixit mihi, Factum est] id est, cito fiet quod quasi factum est: vel pro certo fiet, & non dubites, tanquam si factum esset.

Ego sum alpha & ω initium & finis.

Hic est tertium, ubi probat hæc omnia esse vera, & hoc per locum a maiori: quia si potuit creare, multo fortius & recreare, vel creatum innouare. Et est sensus. Et fiet innouatio, sicut dixi, & hanc potero facere: quia omnia creauit, & quantum ad hoc dicit [Ego sum alpha] id est, omnium principium. Et omnia in me consummabuntur: & ideo subdit [et ω] id est, finis. Et exponit se subdens [initium & finis] *Haym.* Quia ab illo cuncta sumpserunt initium, & in ipso resument terminum: quia omnia consummat & concludit.

Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ, gratis. Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

Hic est quartum, ubi ponit exhortationem, ut alliciat. Et dividitur in duas partes. In prima ponitur premium Sanctorum. In secunda pœna malorum [timidis autem] Dicit ergo.

Sitienti scilicet iustitiam. *Matth. 5.* Beati qui esuriunt. Et sitiunt iustitiam, &c. [dabo de fonte aquæ viuæ] id est, quæ facit viuere omnes qui bibunt. Hic fons Christus est. *Ecl. 1.* Fons sapientia verbum Dei in excelsis. *Psal. 35.* Quoniam apud te est fons vitæ. Vel sic [ego sitienti] id est, desiderantis [dabo] non reddam meritis [de fonte] aquæ, ut prius [gratis] quia supra merita remunerabit: vel quia per gratiam gratis infundit quæ est radix meriti. Sed quia non sufficit desiderare, nisi perseveretur in desiderio: ideo subdit [Qui vicerit] scilicet mundum, carnem, & diabolum, perseverando in bono [possidebit hæc] id est, firmiter & immobiliter habebit prædicta, sicut dicit *Haym.* carnis immortalitatem, & incorruptionem firmiter & immobiliter habebit [et ero illi Deus] *Haym.* æterna satietas & remuneratio. Vel [Deus] id est, providens, & custodiens [et ipse erit mihi filius] in presenti per fidem. *Iuan. 1.* Dedit illis potestatem filios Dei fieri, &c. in futuro autem per apertam visionem. *1. Ioan. 3.* Charissimi nunc filij Dei sumus, &c. Vel sic [et ipse mihi erit filius] id est, casto timore me timens, & filialiter me amplectens [timidis autem] Q. d. Vincentibus dabo prædicta: sed [timidis] qui timore humano vel mundano peccant: ecce deordinatio irascibilis per defectum spei [et incredulis] qui negant fidem: ecce inordinatio rationalis per defectum fidei. Vel [incredulis] id est, de hac inuolutione desperantibus [et execratis] id est, excommunicatis & sine pudore peccantibus: ecce inordinatio concupiscibilis per defectum charitatis. Nota: Excommunicati dicuntur execrati, id est, extra communionem Sanctorum positi, quam facit charitas: & in his tribus consistit inordinatio actuum interiorum. In consequentibus consistit inordinatio actuum exteriorum: & primo, ad proximum [et homicidis] scilicet corporalibus, & spiritualibus. Secundo, ad seipsum [et fornicatoribus] scilicet corporali

corporalibus, & spiritualibus. *1. Corin. 6.* Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Tertio, inordinatio ad Deum [et veneficis] id est, illis ad literam qui venenum propinant. Vel illis qui vengum detractionis effundunt. Vel [veneficis] id est, maleficis, ut dicit *Haym.* quod est contra Dei bonitatem [et idololatriis] id est, qui colunt idola, quod est contra Dei maiestatem. *Psal. 96.* Confundantur omnes qui adorant sculptilia, &c. [et omnibus mendacibus] quod est contra Dei veritatem. *Gloss.* quibus mendacium est in vsu. *Sap. 1.* Os quod mentitur, occidit animam. Et intelligitur de mendacio pernicioso, non iocoso vel otioso, quia talia non funt mortalia [pars illorum] id est, omnium prædicatorum. Et dicitur pars: quia quidam patientur plus, quidam minus, secundum quantitatem culpæ. *Psal. 10.* Ignis, sulphur, & spiritus procellarum; pars calicis eorum [erit in stagno ardenti igne & sulphure] id est, in profunda inferni damnatione, ubi ignis est ardens, & sulphur fœrens [Quod est mors secunda] scilicet corporis, & animæ. Prima enim mors est in anima per peccatum Secunda est in corpore & anima per æternum supplicium.

Et venit ad me vnus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum.

Supra actum est de Sanctorum glorificatione, hic agitur de pulchritudine & dignitate. Et primo introducit hic Angelus promittens se ostensurum pulchritudinem illius ciuitatis. Secundo ponitur eleuatio Ioannis [et sustulit] Tertio subditur impletio promissionis [et ostendit mihi ciuitatem] Dicit ergo.

Et venit ad me vnus de septem Angelis] Nota: Secundum *Bedam* vnus de septem Angelis est ordo Prædicatorum. Ioannes ad quem venit est multitudo auditorum, quibus Prædicatoris pandunt gaudia futura Ecclesiæ: & dicuntur vnus propter vnâ fidem quam prædicant, & propter charitatem per quam inuicem adherent, secundum illud *Act. 4.* Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, &c. Secundum *Haym.* [vnus ex septem Angelis] Christus est, qui est nuntius, vel Angelus dicitur: quia nobis nuntiavit patetnæ voluntatis secretum: vnus vero, quia caput est omnium electorum. Hic venit per incarnationem, & per internam inspirationem. Idem autem est siue dicatur Angelus Christus, siue Prædicatorum ordo: quia cum Prædicatoribus loquuntur, Christus in eis loquitur. Dicit ergo.

Et venit ad me vnus de septem Angelis] id est, Christus, vel ordo Prædicatorum, & Christus in eis: Christus per incarnationis mysterium vel per inspirationem, Prædicatoribus per fidei annuntiationem [habentibus septem phialas plenas septem plagis nouissimis] sicut supra expositum est 15. & 16. septem Phialas, septem Prædicatoribus sunt: quæ dicuntur plagæ, quia quidam auditorum vulnerantur ad salutem, quidam ad perniciem. *D. Alber. Mag. in Apocalypsim.*

Dicuntur etiam nouissima: quia in nouissima hora mittuntur, hoc est, ab incarnatione Domini vsque ad finem mundi. De hoc dicitur *1. Ioan. 2.* Filioli, nouissima hora est. Propter quod istæ plagæ nouissimæ dicuntur: quia in nouissimo tempore mittuntur: vel quia de pœnis insignendis nouissimo tempore loquuntur [et locutus est mecum] Non dicit, mihi, quia mutua erat locutio [dicens] interius inspirando [Veni] per fidem & amorem, ut dicit *Haym.* Vel [Veni] *Gloss.* id est, intellectum amplia, quod fit per intentionem [et ostendam tibi sponsam] id est, Ecclesiam, quæ modo sponsa est per fidem [vxorem Agni] id est, Ecclesiam, quæ in futuro tradetur in domum sponsi per gloriam. Quasi dicat. Ostendam tibi qualis Ecclesia sit, & qualis futura sit [et sustulit me in spiritu] id est, sursum, tulit per spiritus eleuationem maiorem [in montem magnum] id est, Christum [et altum] magnum in humanitate, & altum in diuinitate. Vel [magnum] in diuinitate [et altum] id est, insuperabilem in potestate.

Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo, habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum.

Hic est tertia pars, in qua Angelus soluit promissum suum. Et dicuntur quinque. Primo ostenditur ciuitatis pulchritudo. Secundo eius munitio [et habebat murum] Tertio ciuitatis dimensio [et loquebatur mecum] Quarto muri edificatio [et erat factura] Quinto eius dignitas, & illuminatio [et templum non vidi] In prima parte tria dicuntur. Primo pulchritudo gratia, vel Ecclesiæ innuitur [et ostendit mihi] Secundo à quo habeat eam subditur [habentem claritatem] Tertio describitur Christum qui est lumen ciuitatis illius [et lumen illius] Dicit ergo.

Et ostendit mihi ciuitatem] id est, Ecclesiam, habentem Deum habitatorem [sanctam] per gratia infusionem [Ierusalem] quia ad hoc laborat ut perueniat ad pacis visionem [descendentem de cælo] quoad bonorum omnium receptionem. *Iacob. 1.* Omne datum optimum, &c. [à Deo habentem claritatem Dei] id est, à Filio Dei illuminatam, qui dicit *Iuan. 8.* Ego sum lux mundi. Vel [à Deo] à quo est omne bonum [habentem claritatem Dei] id est, claram cognitionem de Deo quam in nouissimo habemus obsecramus [Et lumen eius] id est, Ecclesiæ, scilicet Christus, qui est lumen [simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum] Nota: Lapis iaspis est viridis coloris: crystallus albi, & est transparentis. In beata autem visione nihil erit quod lateat, nihil erit quod tristitiam inferat. Ad signandum ergo, quod tibi nihil erit tristitiam inferens, imo ex omni parte delectans, dicitur quod lumen eius est simile lapidi iaspidis cuius viriditas maxime delectat visum. Ad signandum vero, quod tibi nihil erit latens, sed totum patens, dicit sicut crystallum. Aliter secundum *Gloss.* [et lumen eius] id est, ipsa ciuitas, lucens, vel luminosa [simile lapidi pretioso] id est, Christo, qui fuit firmus in proposito, & lucens miraculo [tanquam lapidi iaspidis] in quo intelligitur Dei viros & firmitas.

firmitas [sicut crystallum] in quo confessio pura. Sicut enim crystallus transparentis est, sic confessio nihil celat.

Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis angulos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël. Ab Oriente portæ tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab Occasu, portæ tres.

Hic reuelatur munitio huius ciuitatis, & dicuntur quatuor. Primo dicitur, qualis & quantus est murus. Secundo, qualis muri ornatu [habentem portas] Tertio dispositio portarum tangitur [ab Oriente portæ] Quarto fundamentum muri subditur [et murus ciuitatis] Dicit ergo.

Et habebit murum] id est, Ecclesia Christum defensorem. *Isa. 16.* Vires fortitudinis nostræ Sion, &c. [magnum] potestate [et altum] incomprehensibilitate, vel æternitate. Vel [magnum] secundum humanitatem per vitæ eminentiam [et altum] secundum diuinitatem omnia excedentem. *Psal. 98.* Dominus in Sion magnus & excelsus super omnes populos [habentem portas duodecim] id est, duodecim Apostolos & Doctores vniuersos, per quorum ministerium intramus in Ecclesiam secundum *Haym.* Vel [duodecim portas] id est, duodecim Patriarchas, per quorum exemplum alij introducantur ad fidem. *Isa. 26.* Aperite portas, & ingredietur gens iusta faciens veritatem [et in portis] id est, in fide & doctrina Patriarcharum [angulos duodecim] id est, Apostoli duodecim qui ad vnitatem fidei duos populos vocauerunt. Item duo prædicauerunt, fidem, & mores. Item duo seruaerunt, præcepta, & consilia. Vel [et in portis angulos duodecim] id est, omnes Prælati & Doctores sub Apostolis, qui anguli dicuntur, quia sicut angulus coniungit duos parietes, sic isti populum debent adquare doctrina & predicatione in vna fide. Item quia duo præcepta charitatis seruare debent, & aliis predicare, & in signum huius misit Dominus binos discipulos & binos ante faciem suam *Luc. 12.* In portis ergo duodecim sunt duodecim Apostoli, quando Doctores & Prælati imitantur fidem Apostolorum & vestigia eorum [et nomina inscripta] supple, in portis, hoc est, in Apostolis & Patriarchis, &c. [quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël] id est, memoria & auctoritas & sanctitas Patrum Veteris Testamenti quæ conseruant Apostoli, & Apostolici viri, quia prædicant iam factum quod illi futurum [Ab Oriente portæ tres] Nota: Secundum *Haym.* per Orientem signatur populus Iudeorum, de quo Christus natus per portas tres fides Trinitatis, quæ est eis nuntiata per Apostolos *Act. 12.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. Ergo ab Oriente portæ sunt tres, quando Iudeis per Apostolos predicata est fides Trinitatis [et ab Aquilone portæ tres] Nota: Secundum *Haym.* per Aquilonem intelliguntur Gentiles, in frigore infidelitatis & ignorantie manentes. Ibi sunt tres portæ: quia Gentiles per doctrinam Apostolorum & aliorum Doctorum fidem Trinitatis

Orient. Aquilone.

receperunt. Et quoniam primo receperunt fidem Dei Iudei, deinde Gentiles: ideo primo dicit, ab Oriente portæ tres: deinde, ab Aquilone portæ tres [et ab Austro portæ tres] Nota: Per Austrum intelligitur claritas fidei, quæ in toto orbe terrarum lucet: quia dum sol ad Austrum vertitur, illuminat totum mundum, & signat Christum qui luce fidei suæ illuminat Ecclesiam suam. Ab Austro ergo portæ tres: quia modo dicto fideles illuminantur splendore fidei sanctæ Trinitatis [et ab Occasu portæ tres] Nota: Per Occasum intelligitur ætas mundi nouissima secundum *Haym.* in qua fides Trinitatis sanctæ diffundetur: & dicuntur esse omnes portæ duodecim propter prædicationem fidei Trinitatis per quatuor partes mundi. Ad litteram possunt exponi hæc: quia per fidem Trinitatis quam tenuerunt Patres Veteris Testamenti, & quam prædicauerunt Apostoli, ex omni parte mundi intrabunt in regnum Dei. *Matth. 8.* Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob.

Moraliter [Ab oriente, &c.] Duodecim portæ ciuitatis sunt 12. differentiæ prædicationis: quia sicut per portam intratur in ciuitatem, sic per prædicationem in Ecclesiam. Et per Orientem signatur prædicatio admonitoria, cuius sunt tres portæ, id est, tres species admonitionis. Prima sit ad pugnandum quoad incipientes. Secunda ad progrediendum quoad proficientes. Tertia ad persequendum quoad perfectos. Vel triplex est monitio, ad fidem, spem, & charitatem [et ab Aquilone portæ tres] Nota: Per Aquilonem signatur prædicatio comminatoria, cuius sunt tres species, sicut tres portæ. Prima est comminatio incerta mortis. Secunda, districti iudicij. Tertia, æternæ supplicij [Ab austro portæ tres] Per Austrum signatur prædicatio consolatoria, cuius sunt partes tres, sicut tres portæ, promissio veniæ promerendæ, gratiæ recuperandæ, & gloriæ adipiscendæ [et ab Occasu portæ tres] Per Occasum signatur prædicatio redargutoria, quæ est triplex: prima de peccato cordis, secunda de peccato oris, tertia de peccato operis. Item de concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Item de peccato in Patrem, in Filium, in Spiritum sanctum. Item de peccato in se, in proximum, in Deum. Vel portæ tres possunt dici, fides, spes, & charitas. Vel tres portæ penitentiae: contritio, confessio, satisfactio: per quas ex quatuor partibus intratur in Ecclesiam.

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum & Agni.

Hic describitur ciuitatis fundamentum [et murus ciuitatis] *Gloss.* id est, fides quæ Ecclesiam munit & tuetur [habens fundamenta duodecim] id est, duodecim Patriarchas, qui primi hanc fidem tenuerunt. *Psal. 86.* Fundamenta eius in montibus sanctis, &c. [et in ipsis] id est, super omnia fundamenta duodecim [nomina duodecim Apostolorum] supple, scripta erant [et Agni] id est, Christi erat nomen scriptum in eis. Q. d. super fidem Patriarcharum fuit fundata fides & doctrina Apostolorum, & ipsi de Christo plenam fidem habuerunt.

runt. *Ioan. 8.* Abraham exultauit ut videret diem meum: vidit, & gauisus est.

Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur ciuitatem & portas eius, & murum.

Hic est tertia pars, in qua dimensio ostenditur huius ciuitatis. Hæc autem dimensio intelligitur secundum merita. Et dicuntur duo. Primo inducitur Christus tenens mensuram ad mensurandum merita singulorum. Secundo dicitur penes quid accipitur mensura meritum [et ciuitas in quadro] Dicit ergo.

Et qui loquebatur mecum] scilicet Angelus in persona Christi. *Gloss.* ad meum beneplacitum [habebat mensuram arundineam auream] Nota: Mensura est facta doctrina, quæ mensura dicitur, quia in ea determinatur, quod secundum differentiam meritum erit diuersitas præmiorum: arundinea, quia arundine scribitur, vel propter prædicationis sonoritate aurea, propter eius fulgorem & pretiositatem [ut metiretur ciuitatem] id est, minores [et portas] id est, Prælatos, & Prædicatores, qui alios ad fidem introducant [et murum eius] id est, Ecclesie defensores spirituales & temporales, dummodo sint principes Catholici.

Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia.

Supra ostensum est, quis sit mensurans, & qui mensurantur: hic ostenditur, penes quid mensura sumatur meritum. Et quia penes motus virtutum attenditur meritum: ideo determinatur hic mensura meritum in comparatione ad virtutes, & primo ad virtutes cardinales, secundo quoad theologicas [longitudo] Tercio innuitur præmium quod consequitur ad meritum [mensura hominis] Dicit ergo.

Ecclesia virtus que quadratura.

Et ciuitas] id est, Ecclesia [in quadro posita est] id est, quadrata est. In quadro autem sunt quatuor latera, quorum vnum aliud non excedit. Et hæc sunt quatuor virtutes principales, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Et sicut dicit *Haym.* ita debent esse in electis, ut vna alteram non excedat. Hanc quadraturam *Augustin.* ostendit sic, 6. de Trinitate. Si dixeris æquales istos esse in fortitudine, sed illum præstare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit ac per hoc nec fortitudines æquales sunt, quoniam est illius fortitudo prudentior. Atque ita de ceteris inuenies, si consideratio percutat. Mensuretur ergo fidelium vita per quadratum, & tantum habebit latitudinem quantum fuerit tantum enim quisque prudens est, quantum temperans, fortis, & iustus. Secundum *Gloss.* sic, quatuor latera sunt fides, spes, charitas, & operatio. Iste sunt æqualia: quia quantum quis credit, tantum sperat, diligit, operatur. In quadro ergo posita, quia robusta in fide, longanimis in spe, uerba caritate, efficacis operatione. Nota, quod quadratum virtutum cardinalium manebit in æquo secundum aliquos *D. Alb. Mag. in Apocalypsim.*

Quadratum virtutum.

vsus, non secundum omnes. Prudentia enim duplex est: actus: præcauere insidias, & iste non manebit in patria: nullum Deo præponere vel aquare, & iste manebit. Item temperantia duplex est actus: noxias delectationes conhibere, & iste non manebit: nullo motu noxio delectari, & iste manebit. Item duplex est actus fortitudinis: fortiter molestias ferre, & iste non manebit: Deo firmiter adherere, & iste manebit. Item iustitia duplex est actus: miseris subuenire, & iste non manebit: Deo regenti subditum esse, & iste manebit. Item quantum ad habitum remaneunt [et longitudo eius] id est, virtutes quibus se eleuat ad cognitionem [tanta est quanta est latitudo] id est, virtutes quibus se extendit ad dilectionem. Q. d. amor affectus adæquatur cognitioni intellectus.

Virtus moralis actus ad pinguiorem.

Et mensus est ciuitatem] Dicitur est supra, quod mensura singulorum mensurantur penes virtutes cardinales. Hic dicit, quod mensurantur penes status. Vnde dicit [et mensus est] scilicet Angelus, vel Christus [ciuitatem] id est, Ecclesiam [arundine aurea] id est, sacra Scriptura [per stadia duodecim millia] Nota: Stadium est sparium cursus vnus anhelius, & signat tendentes ad beatum, sicut dicit *Gloss.* Per stadium ergo intelliguntur illi qui in exercitio virtutum laborant. Tales sunt duodecim millia: in quo signatur triplex status hominum, incipientium, proficientium, & perfectorum. Quod pater sic: Duodenarius sit ex ternario ducto in quaternarium, & è conuerso. Et per ternarium intelligitur status incipientium, qui recipiunt fidem Trinitatis. Per quaternarium ductum in ternarium, signatur status proficientium, qui per fidem sanctæ Trinitatis in exercitio quatuor virtutum proficiunt. Per mille, qui est numerus perfectionis, intelligitur status perfectorum. Hos igitur metitur Angelus [arundine aurea] id est, sacra Scriptura: quia Christus per sacram Scripturam merita singulorum ostendit, & quantum vnusquisque merito respondeat. *Zach. 4.* Adequabit gratiam gratiæ eius per stadia duodecim millia] id est, per omnem statum Ecclesie. Vel aliter per ternarium intelligitur status credentium, per quaternarium status operantium, per mille status perseverantium. Quod ergo dicit [et mensus est ciuitatem arundine] per stadia duodecim millia] idem est ac si dicit, quod in Scriptura omnibus credentibus operantibus & perseverantibus determinauit gloriam secundum meritum mensuram. Et intelligendum est conuenienter: quia credens tantum, vel credens & operans tantum, non habebit præmij, sed credens & operans & perseverans. *1. Corin. 9.* Vnus accipit brauium. *Gloss.* perseverans. Vnde ergo dicitur ciuitatem mensuram] quia præmij reddetur secundum mensuram mensuram. *Corin. 3.* Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum.

Merita Ecclesie Stadium.

Et longitudo & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.

Hic determinatur mensura meritum quoad virtutes theologicas, quæ sunt tres: fides, spes, & charitas. Et dicitur duo. Primo attenditur mensura meritum quoad ipsas virtutes, secundo quoad status hominum differentes, & mensus est minor] Dicit ergo.

Et longitudo] *Gloss.* id est, fides, & dicitur longitudo

girdo, quia facit credere quod Deus mundum creavit, & recreavit, & tandem glorificabit [& altitudo] Glos. spes, quæ dicitur altitudo, quia mentem eleuat ab imo nostræ infirmitatis vsque in finem sublimem diuinæ maiestatis [& latitudo eius] Glos. charitas, quæ dicitur latitudo, quia se extendit vsque ad inimicos. Math. 5. Diligite inimicos, &c. Psalm. 118. Latum mandatum tuum nimis [æqualia sunt] quia sicut dicit Haymo. Quantum credit quis, tantum sperat, & diligit: & quantum sperat, tantum credit, & amat: & quantum diligit, tantum credit, & sperat. Sed contra. 1. Corinth. 13. Nunc manet fides, spes, charitas: tria hæc, maior horum est charitas: ergo non sunt æquales virtutes. Responso. Æquales sunt quoad rationem eliciendi actum suum, sed quoad rationem meriti, charitas est maior, quæ est forma virtutum. Vel dicendum, quod istæ sunt æquales in perseverantia: quia nulla virtus consequitur gloriam sine perseverantia: vnde perseverantia est vna omnium mensura.

Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est Angeli.

Hic ostendit, quod merita habent mensurari secundum differentes status. Nota: Per centum, qui est numerus perfectus, signatur status perfectorum: per quadraginta status penitentium, nam partes eius aliquotæ simul aggregatæ, reddunt quinquaginta, qui est numerus remissionis Levit. 25. per quatuor status minorum, qui simpliciter consistunt Trinitatem personarum in unitate essentia: est enim quaternarius ex tribus & vno. Per cubitum in quo est manus, intelligitur operatio. Muri sunt ipsa Ecclesia. Cum enim singulariter ponitur, signat Christum qui est caput omnium: cum autem pluraliter, signatur membra, scilicet fideles omnes. Est ergo mensura [mensus est] scilicet Angelus qui gerebat personam Christi [muros eius] id est, Ecclesie [centum cubitorum] Hoc dicit quantum ad opera perfectorum [quadraginta] quantum ad opera penitentium [quatuor] quantum ad opera minorum [mensura hominis] Hic ostenditur præmium quod consequitur ad meritum. Vnde dicit [mensura hominis quæ est Angeli] id est, Sicut in Angelis sunt quidam superiores, quidam inferiores, quidam medij: sic in hominibus, cum ruina singularum debeat ex hominibus reparari. Quia ergo tanta erit multitudo hominum quanta Angelorum, tamque perfecta hominum quam Angelorum: ideo recte dicitur eadem esse mensura hominis & Angeli. Vel sic, sicut dicit Beda [mensura hominis quæ est Angeli] id est, ille qui mensurabat in specie hominis, erat Angelus. Vel hoc dicitur: quia æquale erit præmium hominis, & Angeli. Math. 22. Erunt sicut Angeli Dei in celo.

Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo.

Hic est quarta pars, in qua ostenditur muri ciuitatis ædificatio. Et dicuntur quinque. Primo, qualis sit ædificatio muri. Secundo, qualis ciuitas

sit [ipsa vero ciuitas] Tertio, ex quibus consistant fundamenta muri. Quarto, portatum materia [& duodecim portæ. Quinto, ciuitatis munditia [& plateæ ciuitatis] Dicit ergo. Et erat structura muri id est, ædificatio, sicut dicit Haymo. [ex lapide iaspide] Nota: Lapis iaspideus viridis coloris est, & delectat visum, & signat Christum, in cuius contemplatione erit summa delectatio electorum: vnde Ioan. 10. Ingredietur contemplando diuinitatem, & egredietur contemplando humanitatem, & pascua inueniet, id est, viriditatem, hoc est, delectationem. Item per iaspidem signatur electi, quorum fides semper viuet. Ex iaspide ergo structura muri ciuitatis efficitur: quia primus Christus in fundamento ponitur. 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere. Deinde omnes fideles superponuntur. 1. Petri. 2. Ad quem accedentes lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viuus edificamini, &c. Vel secundum Glos. [Et erat structura muri] id est, murus constructus [ex lapide iaspide] id est, ex viris in fide fortibus, & perfecte eam seruantibus. Cantic. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt [ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo] Nota: Per aurum signatur Ecclesie claritas, per vitrum eius puritas: vnde in parua corda Sanctorum sibi inuicem fulgebunt claritate, & sic est ciuitas aurum mundum: & puritate translucebunt, & sic est vitrum mundum.

Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Et fundamentum primum, iaspis: secundum, saphirus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonius: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, berillus: nonum, topazius: decimum, chrysopterus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.

Hic ostenditur ex quibus construuntur muri ciuitatis. Dicit ergo. Et fundamenta muri id est, Prophetæ, Patriarchæ, & Apostoli sunt, super quorum fidem & doctrinam tota Ecclesia fundata est [omni lapide pretioso ornata] id est, omni genere virtutum, vel omnibus bonis imitatoribus, qui Ecclesiam ornant vita & moribus. De his Isai. 54. Ego sternam per ordinem lapides tuos [& fundamentum primum] Nota: Hic ponuntur duodecim lapides, qui significant duodecim virtutes: & ponuntur sub tali numero, ad signandum quod omnibus virtutibus splenduerunt Apostoli, Prophetæ, & alij. Hic numerus vniuersitatem signat: quia ex septem partibus conficitur, id est, ternario & quaternario. Et quia fides prima est, secundum illud Prudentij.

Prima pæsit campum dubia sub sorte duelli pugnatura fides. Ideo in primo fundamento ponitur. Vnde dicit. Fundamentum primum id est, primum fundamenti ornamentum [iaspidis] id est, fides, quæ signatur per iaspidem: quia sicut iaspis semper viuet per operationem, & nunquam marcescit per persecutionis ardorem. Et dicitur bene fides primum fundamentum: quia sine fide impossibile est placere Deo Hebr. 11. Vel quia ex ipsa ceteræ virtutes

virtutes generantur quantum ad actus, non quantum ad habitus. Vnde Math. 11. Abraham genuit Isaac. Glos. fides spes, spes charitatem.

Secundum, saphirus id est, spes quæ signatur per saphirum: quia sicut saphirus habet colorem caelestem, sic Sancti habitant in celo per spem. Philip. 3. Conuersatio nostra in caelis est. Item saphirus percussus radiis solis emittit splendorem: sic Sancti repleti gratia emittant Dei laudem, bonam doctrinam, sanctam conuersationem tantum splendorem.

Tertium, calcedonius Nota: Secundum Isidorum, iste lapis similis est pallenti lucernæ, & magis fulget sub diuo quam in domo, calefactus à sole vel digitorum attractu paleas ad se trahit: & sicut dicit Haymo, fortissimus est natura, vt omnium sculpsentium argumentis resistat. Per hunc signatur charitas, quæ calata intus in cordibus, pallet sicut lux in lucerna: sed cum foris ad alios exit, patet, quid fulgoris intus habeat: contra aduersa scull fortis est, omnia suffert, sculpsentiam vanæ gloriæ non recipit. Spiritus sancti digitus attracta, paleas, id est, peccatores ad se trahit, & sibi coniungit. Cantic. 8. Fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus æmulatione.

Quartum, smaragdus Nota: Hic lapis, vt dicit Isidorus, omnes herbas viriditate superat & frondes, & dicitur ab amaritudine, quia omne yride amarum, vt dicit Isidorus, ærem vicinum ex repercussione virescere facit. Nulla gemma gratior oculis: cuius corpus exterius sicut speculum imagines reddit. Hinc Gryphes hominibus auferunt: sed populus quidam, qui habet vnum oculum solum, pugnant contra eos, auferit eis. Per hunc lapidem signatur castitas vel virginitas, quæ virorem carnis integre seruat, & in amaritudine penitentia malos morus castigat. Hæc est gratiosa oculis Angelorum & Christi. Item in se portat imaginem Christi & Angelorum: quia sicut dicit Hieronymus cognata est Angelis virginitas &c. Hanc demones nituntur auferre hominibus: sed mens & intentio indiuisa à Deo, quæ signatur per vnum oculum, resistit, & custodit eam illisam. Et bene dicitur quartus lapis: quia in quatuor Euangelij præcipue commendatur.

Quintum, sardonius Nota: Sicut dicit Beda, iste lapis ex onyche candorem, ex sardio ruborem trahit: & ex vitroque sardonius nomen accepit. Huius sunt multa genera sicut dicit Haymo, sed pretiosius trium colorum inuenitur: primum habens nigrum, medium candidum, superius rubrum: & in sigillando nihil ceræ aufert vel auellit. Et per hunc signatur Sanctorum patientia, per quam à mundanis nigri reputantur, tamen in medio vel in corde sunt candidi puritate conscientia & lucidi, item ardore martyrij tutei. Hic nihil auellit: quia totum dimittit persecutoribus suis, secundum illud Eccli. 28. Relinque proximo tuo nocenti te. Hæc virtus bene quinto loco ponitur: quia molestia circa quas est patientia, corpus comprimunt, quod regitur quinque sensibus.

Sextum, sardius Nota: sicut dicit Haymo, lapis iste terræ rubeæ similis dicitur, & significat Sanctorum humilitatem, & in sui custodia sollicitudinem, qui exemplum Adæ qui terra rubra dicitur, semper habentes, in mente ardent ante Deum D. Albert. Mag. in Apocalypsim.

charitate pro suæ passionis rubore, & terram sui corporis non cessant exercere laboribus. Et bene, sicut dicit Haymo, sextus dicitur: quia homo sexto die est conditus, & eodem die peccauit, & eiectus est de paradiso, & dictum est ei, Terra es, & in terram ibis.

Septimum, chrysolithus Sicut dicit Beda, iste chrysolithus lapis quasi aurum fulget. Vnde dicitur à χρυσός aurum, quod est aurum, & quaedam scintillas ardentes videtur emittere, per quem sapientia Sanctorum intelligitur: quia sicut aurum cetera metalla superat, sic sapientia cetera dona. Hæc enim Sanctos splendere facit, & verba exhortationis & instructionis in proximos velut scintillas ardentes ignis emittit, seu effundere facit.

Octauum, berillus. Nota: Hic lapis gignitur in India, & à lingua gentis nomen habet: similis smaragdo in viriditate, sed tamen cum pallore. Politur ab Indis in sexangulam formam, vt ex repercussione angulorum color excutitur: aliter enim politus non habet fulgorem, & signat actiuos, qui seruant vigorem gratiæ, sed tamen cum pallore, quia hæc vita non potest exerceri sine venialium offuscatione, & per opera sex misericordie quibus intendunt, colorem ex charitate recipiunt, quia ex fructu recompensatur lippitudo lux. Et bene octauo loco ponitur: quia non hic, sed in octaua ætate mercedem expectat. Psalm. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Nonum, topazius Iste lapis est secundum Isidorum, Topazius ex virenti genere, omnique colore resplendens, & fuit inuentus primo in quadam fylua Arabiæ, vbi fame & tempestate fessis prædones, effodiebant radices herbarum, & ex hoc nomen accepit: nam topazion lingua eorum habet significationem quærentis. Et hæc gemma amplissima & regibus chara. Glos. tamen super Exod. dicit, quod quamuis sit omnium colorum, maxime tamen duos habet, aureum, & æthereum. Et dicitur topazion quasi topaudion, id est, omnium colorum, à παν quod est totum. Hic cum radio solis tangitur, omnium gemmarum claritatem superat. In aspectum suum singulariter prouocat insipientes: qui si plus poliatur, obscuratur: si naturæ relinquatur, clarior est: & nihil charius regibus inter diuitias. Per hunc signatur vita contemplatiua, quæ ex charitate aurea est, & cognitione ætherea lucet, quæ in æthereo colore intelligitur. In hac Deus videtur limpidus: & ad hanc homo singulariter trahitur: & qui in seculi dignitatibus sunt ornati, obscurantur, quia turbantur erga plurima. Quod hic lapis omnium colore præfulget, signat quod qui tales sunt, omnium virtutum lucem gerunt. Hæc est gemmarum amplissima: quia maxime cor dilatat. Et bene nono loco ponitur: quia qui tales sunt, Angelis (quorum novem sunt ordines) in Dei contemplatione pro suo modulo simulantur. Math. 19. Angeli eorum semper vident faciem Patris.

Decimum, chrysopterus Hic lapis secum Isidorus, chrysopterus dicitur, & viridis coloris, & guttulis diuisus, & auris, vnde & nomen accepit chrysopterus, id est, passim habens aurum. Et per istum lapidem caelestis patriæ signatur desiderium. Per colorem aureum perperissio tribulationum: quia quanto Sancti plus patiuntur propter Deum, tanto plus accenditur

accenditur eorum desiderium. Quia, sicut dicit Greg. quod status carboni, hoc tribulatio charitati. Et bene decimo loco ponitur, propter obseruantiam decalogi: vel quia tales festinant venire ad decimum ordinem, qui ex hominibus est reparandus. Et dicitur decimus ordo cecidisse: non quia fuerint decem ordines, sed quia tot ceciderunt, quod possunt facere vnum ordinem, sicut habetur 2. lib. sent. di. 9.

Hyacinthum.

Vndecimum hyacinthus] Hic lapis ex nomine sui flore vocatus est. Hic in Æthiopia inuenitur, habens colorem caruleum. Optimus, qui nec rarus est, nec densitate obtusus, sed ex vitioque temperatus: lucet vt purpura, quia refulgens: in sereno perspicuus, in nubilio obscurus. Et signatur per eum discreta Sanctorum compassio, qua secundum Deum omnibus in omnibus se conformant, vt omnes lucrifaciant. Et per hunc etiam signatur circumspectio Prædicatorum & Doctorum, qui attendunt quid quibus est prædicandum, quia maiora maioribus, minoribus minoribus. 1. Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos &c.

Amethystus.

Duodecimum amethystus] Sicut dicit Haym. iste lapis tribus principalibus respergitur, purpureo, violaceo, & roseo, & quasdam flammulas de se effundens, & est facilis sculpturæ. Per hunc signatur Sanctorum humilitas & mundi contemptus, cum desiderio etiam martyrii, sicut fuit in Confessoribus, quorum multo martyrio non defuerunt, sed martyrium defuit eis. Et isti Sancti effundunt flammam consolationis infirmorum & largitionis elemosynarum, quibus alios inflammant ad amorem Christi: vel secundum Gloss. flammula signant virtutem illam qua pro inimicis oratur, quæ est virtus virtutum. Math. 7. Orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos. Colorum varietas est virtutum multiplicitas. In purpura patientia, in viola humilitas cum bona fama, quia viola est herba humilis & bonum odorem reddit: in colore roseo caritas, quæ tantum in illis viget, vt etiam pro iniustis suis orat. Et bene ultimo loco ponitur humilitas: quia ipsa bonorum operum & virtutum est custodia. Dicit enim Grego. Perit enim omne quod ægitur, nisi solite in humilitate custodiatur.

Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis.

Hic ostendit, quæ sit materia portarum. Vnde dicit. [Et duodecim portæ] supple, cum sint [duodecim margaritæ sunt per singulas] scilicet portæ [& singulæ portæ erant ex singulis margaritis] Hic videtur aperta contradictio textus. Responso. Per portas duodecim sicut dictum est supra, intelliguntur vniuersi Prædicatorum introducentes alios ad fidem Trinitatis in quatuor partibus mundi. Per margaritam quæ est candida, signantur illi qui per eos intrant ad fidem, habentes candorem virtutis, qui propter hoc dicuntur duodecim, quia ad fidem Trinitatis ex quatuor mundi partibus vocati sunt. Iste duodecim margaritæ dicuntur esse per singulas portas, ad si-

gnandum quod multitudo fidelium in triplici ita per eos vocata est ad fidem: quod patet sic. Cum enim sint duodecim portæ, & per singulas duodecim portas duodecim margaritæ, patet quod sunt duodecim duodecim: duodecim autem duodecim sunt 144. per quem numerum vniuersitas fidelium signatur in triplici statu, vt dictum est supra. Cum ergo dicit, quod duodecim margaritæ sunt per duodecim portas, idem est ac si diceret, multitudo secundum triplicem statum virtutibus splendens, per huiusmodi portas ingressa est ad fidem. Et quia ipsi Prædicatorum virtutibus splendent, ideo ad signandum eorum virtutem subdit [& singulæ portæ erant ex singulis margaritis] Est ergo sensus [& singulæ portæ erant ex singulis margaritis] id est, quilibet porta, id est, quilibet prædicator erat margarita vna, habens candorem virtutum. Vel potest intelligi, quod sancti licet habeant omnes virtutes designatas per margaritas: tamen singuli singulariter possident eas quantum ad vnam à qua singuli commendantur vt Abraham à fide, Lot à hospitalitate, Moyses à mansuetudine, David à humilitate: & tamen generaliter omnes habebant, sed in vniuersi vniuersisque singulariter eminebat. Nota: Margarita prima est gemma candida, quæ sic vocatur, quia in conchis marinis inuenitur, vt dicit Isido. Et melior est candida quam quæ flavescit: & gignitur de tore caelesti quem certo anni tempore conchæ conceperunt: ergo duo concurrunt ad generationem margaritæ, conchæ apertio, & cæli ros. Et ros signat infusam gratiam, apertio liberi arbitrii libertatem: ergo ex gratia & libero arbitrio acquiritur vita æterna.

Margarita.

Margarita pro-

Et plateæ ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.

Hic ostenditur ciuitatis munditia: sed cum non sit aliud ciuitas, aliud platea ciuitatis, & supra dixerat quod ciuitas erat aurum mundum, quæritur, Quare dicit iterum, & plateæ ciuitatis aurum mundum? Responso. Per aurum signatur vitæ æternæ claritas, quam habebunt omnes Sancti maioris & minoris meriti, sed plus & minus. Et ad hoc signandum dictum est supra, ciuitas aurum mundum, & hic similiter, plateæ ciuitatis aurum mundum: quia per ciuitatem intelliguntur Sancti maioris meriti, per plateas Sancti minoris meriti. Dicit ergo [Et plateæ ciuitatis] id est, illi qui minorem habent gloriam [aurum mundum] supple, sunt quantum ad animarum glorificationem [tanquam vitrum perlucidum] quantum ad corporis glorificationem.

Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus. Et ciuitas non eger sole neque luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam.

Supra ostensa est Ioanni vxor Agni, hic ostenditur

ditur dignitas eius. Et dicuntur quatuor. Primo ostenditur dignitas ciuitatis ratione templi, secundo ratione luminis [& ciuitas non eger sole] Tertio securitas [& portæ eius] Quarto ratione refectionis dignitas [& ostendit mihi flumini] Dicit ergo.

Et templum] quod est locus orationis [non vidi in ea] id est triumphante Ecclesia. Et in hoc signatur adeptio omnis boni, & cærentia omnis mali. Templum enim est locus orationis: oratio autem fit aut pro malis amouendis, aut pro bonis adipiscendis: sed in patria nullum erit malum amouendum, nullum bonum adipiscendum: vnde nec oratio erit ibi, nec templum. Item templum est locus oblationis: oblatio vero fit pro tribus, aut pro emendatione offerentium, aut pro sustentatione ministrantium, aut ad placandum Dominum: nullum istorum erit ibi, quia nec ministri aliquo indigebunt, nec aliquid erit expiandum, nec Deus erit offensus alicui: & sic patet, quod non erit necessaria oblatio. Per templum ergo materialis amotionem, ostendit beatus Ioannes omnium bonorum in patria esse plenitudinem, & omnium malorum absentiam. Et in hoc commendatur regis bonitas, qui ciuitatem suam omnibus bonis repleuit, & omnibus malis euacuauit. Erlicet non erit ibi templum materiale, tamen erit ibi templum spirituale, vnde subdit Dominus enim Deus omnipotens templum illius est] id est, in quo Sancti requiescunt, omnia bona in ipso possidentes. Tunc enim rationalis habebit plenitudinem lucis, irascibilis multitudinem pacis, concupiscibilis magnitudinem dulcedinis. Psalm. 30. quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, &c.

Et Agnus] supple, est templum eius, id est, quies & resectio eorum. Nota: in hoc quod Deus est templum, & Agnus est templum, signatur quod Filius est eiusdem naturæ cum Patre. Item per primum potest intelligi beatitudo animarum. Per secundum beatitudo corporis cuius beatitudo erit in visione humanitatis Christi [& ciuitas non eger sole & luna] ad litteram, quia beneficium solis & lune non erit necessarium ad implendum officium diurnum, sicut modo [nam claritas Dei] id est, claritas quæ Deus est [illuminabit eam] id est, Sanctos, dando intellectui plenissimam cognitionem. Ierem. 31. Omnes cognoscent me à minimo vsque ad maximum eorum, ait Dominus [& lucerna eius erit Agnus] id est, Christus: per quod innuit, quod Christus in deitate est idem lumen cum Patre. Lucerna autem lumen continet: & in Christo habitat plenitudo deitatis corporaliter Coloss. 2. [& ambulabunt gentes] id est, minores [in lumine eius] id est, per lumen cognitionis eius. Psalm. 88. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, &c. [& reges terræ] id est, maiores, qui nouerunt se & alios regere. Vel [terræ] id est, carnis, quæ de terra est [afferent gloriam suam] id est, conscientie puritatem. 1. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ [& honorem] gentium, id est, profectum subditorum. Vnde Haym. Honor regum vocatur hi pro quibus reges iidem coronantur [in illam] ciuitatem qua omnem remunerationem & prosperitatem & exultationem ibi recipient. Psalm. 125. Venientes autem venient cum exultatione, &c. sicut victores deserunt spolia in suas vrbes. Isa. 9.

Lætabantur coram te, sicut qui lætantur in messe, &c.

Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit crit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: nisi qui scripti sunt in Libro vitæ Agni.

Hic determinatur de eius securitate: vnde dicit [& portæ eius] id est, Prædicatorum, qui portæ dicuntur, quia per doctrinam eorum homines in Ecclesiam ingrediuntur [non claudentur per diem] ergo nunquam: quia ibi erit dies perpetua. Hæ portæ aliquando in presenti clauduntur propter hominum indignitatem & malitiam, quibus prædicatio absconditur. Math. 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. Haym. Tunc portæ non claudentur quia sublato noctis timore, dies perpetua fulgebit electis: nec iam dicitur, Vigilate, & orate. Math. 27. quod ad noctis aduersitatem pertinet: sed, Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: quod ad diem redigitur securitatem ex hoc, quod sequitur [nox enim non erit illic] ad litteram, nec ea quæ per noctem intelliguntur, scilicet aduersitas, mortalitas, corporis corruptio [portæ non claudentur] Contra. Math. 25. Et clausa est ianua. Responso. Dicitur clausa esse damnatis: sed non claudentur bonis. Damnatis reclusis in carcere inferni, claudentur porta, quia non est regressus ab inferis [& afferent] scilicet Prædicatorum [gloriam gentium] id est, gentes glorificatas Deo presentabant, sicut Gloss. dicit [& honorem] id est, puritatem conscientiarum [in illam] scilicet ciuitatem. Psalm. 59. Afferite Domino gloriam & honorem, id est, multitudinem conuersorum, quod est Deo honor & gloria, secundum illud Proverb. 14. In multitudine populis, regis dignitas: & in paucitate plebis, ignominia principis [& non intrabit in illam] scilicet ciuitatem [aliquid coinquinatum] id est, cum aliis inquinatum per consensum peccati quantum ad immunditiam cordis [& abominationem faciens] quantum ad immunditiam corporis [& mendacium] quantum ad immunditiam oris. Isa. 35. Non transibit per illam pollutus [nisi qui scripti sunt] Q. d. Quid dicam per singula: nemo intrabit nisi illi qui scripti sunt. Iste prædestinationis [in Libro vitæ] id est, præscientia Dei [Agni] id est, Christi humanitate, de quo Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Vel [in Libro vitæ Agni] id est, in fide humanitatis Christi, per quam dabitur vita bonis. Ioan. 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Vel [in Libro vitæ Agni] id est, in imitatione vitæ Christi, qui se nobis posuit exemplum bene viuendi. 1. Petr. 3. Christus passus est pro nobis, &c. Psalm. 138. In libro tuo omnes scribentur. Gloss. in me qui sum forma & exemplum viuendi. Ioan. 14. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis.

Quibus ianua claudetur.

Hic sunt dubitabilia. Primo super illo verbo [ego Ioannes vidi ciuitatem sanctam Ierusalem] quæritur, Quare Ioannes loquens de glorificatione Sanctorum, nomen sancti apponit, quod non fecit quando alia vidit: Responso. Hoc fecit ad signandum, quod ad hæc ciuitatem non veniet aliquis,

Dub. 1.

aliquis qui hoc prius gratiam non habuerit, quia Ioannes interpretatur in quo est gratia. Vel quia confirmatus fuit ex alto.

Dub. 2.

Secundo super illo verbo [ut metiretur civitatem, & portas, & murum eius, &c.] id est, Prædicatores, & Doctores Ecclesiam defendentes. Contra: Supra dictum est, quod murus civitatis est Christus: ergo Angelus non debet hunc metiri. Responsio. Christus est murus Ecclesiam defendens principaliter, & Prædicatores murus eandem per Christum defendens: unde sunt murus in muro. Unde propter convenientiam capitis cum membris, & Christus est murus, & ipsa murus. Hunc murum metitur Angelus: quia unicuique dat Deus intelligentiam Scripturæ secundum capacitatem suæ intelligentiæ, & secundum mensuram gratiæ dabit mensuram gloriæ, alij plus, alij minus. Unde Rom. 2. Unicuique sicut Deus dicitur mensuram fidei.

Dub. 3.

Tertio super illo verbo [& civitas non eget sole & luna &c.] Contra: Isa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, &c. ergo erunt in illa corpora maxime claritatis: sed viderentur illam frustra habere, nisi illam civitatem illuminarent: ergo, &c. Responsio. Illa immutatio tantæ claritatis corporum superiorum, non erit ad sanctorum necessitatem, sed ad mundi decorem: quod pater per hoc quod sequitur hic, nam claritas Dei illuminabit illam.

CAPUT XXII.

Et ostendit mihi fluvium aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni, in medio plateæ eius.



Supra actum est de dignitate civitatis in se hic agitur de eadem in comparatione ad suam refectionem. Et dicuntur hic tria. Primo describitur ipsa refectionis, qua reficiuntur civitates illius civitatis. Secundo ostenditur continuatio illius refectionis [& omne maledictum] Tertio ostenditur, quod ter in visione æternæ pulchritudinis [& videbunt faciem, &c.] In prima parte dicitur quatuor. Primo describit æternam beatitudinem sub figura fluminis. Secundo dicitur: quod quilibet accipiet eam, secundum qualitatem meriti sui in medio plateæ eius. Quarto dicit, quod hæc refectionis communis erit hominibus, & Angelis [ex utraque parte fluminis] Dicit ergo.

Beatitudo dicitur fluvium aquæ vivæ.

Et ostendit mihi sicut Angelus qualia mihi ostenderat [flumen aquæ vivæ] id est, æternam beatitudinem, quæ dicitur flumen aquæ: quia præter refrigerium post laborem: & quia per aquam baptismi venit ad illam. Isa. 44. Nisi quis renatus fuerit, &c. Item aqua vivæ vel vitæ: quia dicit vitam æternam. Luc. 4. Qui biberit ex

hac aqua, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam [splendidum] propter corporum claritatem. Math. 13. Fulgebunt iusti, &c. [tanquam crystallum] propter immortalitatis firmitatem, vel etiam propter cordium & corporum transparentiam, unde & cogitationes cordium mutuo videbuntur: ergo unicuique mentem ab oculis alterius corpus non abscondet [procedentem de sede Dei] id est, de maioribus Sanctis, in quibus Deus Pater sedet & quiescit [& Agni] id est, Filij, & in Patre & in Filio intelligitur Spiritus sanctus [in medio plateæ eius] id est, in minoribus Sanctis. In hoc intelligitur, quod in Sanctis maioribus tanquam fons redundabit: & quod per eos, id est, per eorum instructionem alij minores coronabuntur.

Et ex utraque parte fluminis Lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia Ligni ad sanitatem Gentium.

Hic est quarta pars, in qua dicit, quod hæc beatitudo Angelicam naturam reficit & humanam. Et dicuntur hic tria. Primo dicitur, quod illa beatitudo Angelicam naturam reficit & humanam. Secundo quod hæc refectionis erit eis sine fine [afferens fructus] duodecim. Tertio, quod ex hoc laudabunt Deum continue [& folia Ligni vitæ] Dicit ergo.

Et ex utraque parte fluminis [Nota: Flumen est beatitudo.] Fluminis impetus laudat civitatem Dei. Vna pars est natura Angelica: altera natura humana. Lignum vitæ est Christus satians Angelos & homines sua contemplatione. Vel vna pars appellatur Patres Veteris Testamenti, altera pars Novi Testamenti [lignum vitæ] est Christus qui lignum dicitur propter humanitatem: vitæ propter divinitatem, secundum enim divinitatem est vita in se. Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita: & vitam alij dans. Ioan. 17. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet [afferens fructus duodecim] H. ym. id est, mercedem immortalitatis qua fruuntur electi, quæ dicitur fructus duodecim, propter duodecim Apostolos & Prædicatores universos per quorum instructionem alij pervenerunt ad gloriam. Vel dicuntur duodecim: quia hic merces est eorum qui per exercitium quatuor virtutum in fide sanctæ Trinitatis perseveranter vixerunt: ternarius enim ductus in quaternarium facit duodecim [per menses singulos] id est, æternaliter. Nota: Æternitas aliquando signatur per unum diem. Psalm. 81. Melior est dies vna in atriis tuis, &c. Quandoque per annos. Psalm. 101. Et anni tui non deficient. Quandoque per mensem. Isa. 65. Erit mensis ex mense. & sabbatum ex sabbato [reddens fructum suum] id est, suam refectionem. Aliter [ex utraque parte] Nota: Vna pars est vita præsens, alia pars vita futura lignum vitæ est Christus, qui in hac vita reficit sacramento corporis & sanguinis. M. th. ultim. Ecce ego vobiscum sum, &c. [afferens fructus duodecim] de quibus Galat. 6. Fructus autem spiritus, gaudium, pax, &c. [per singulos menses reddens fructum] id est, per singulos de fructibus reddens perfectiones singulas virtutum.

Lignum vitæ est Christus.

Æternitas per unum diem.

atum [ex altera parte fluminis] id est, in vita beata, est Lignum vitæ Christus, de quo: Psalm. 1. Er erit tanquam lignum quod plantatum est, &c.

Afferens fructus duodecim] id est, duodecim feracula, quæ transiens ministrabit illis. Luc. 12. Hæc sunt feracula: sanitas sine corruptione. Ps. 146. Qui sanat contritos corde. Aug. de civitate Dei. Esse nostrum non habebit errorem, amare nostrum non habebit offensionem. Secundus fructus est plenitudo sine defectu. Isa. 49. Non esurient neque sitient amplius, &c. Aug. de civitate Dei. O quanta erit ibi felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum! Tertius, refectionis sine fastidio. Eccli. 14. Qui edunt me, adhuc esurient, &c. Quartus, scientia sine ignorantia. 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut cognitus sum. Quintus, gaudium sine tristitia. Isa. 55. Gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum. Sextus, securitas sine timore. Proverb. 1. Qui me audierit, absque timore requiescet & abundantia perfruetur, &c. Septimus, pax sine turbatione. Ps. 36. Declarabuntur in multitudine pacis. Aug. Pax civitatis celestis, est ordinatissima & concordissima societas fruendi Deo & se invicem in Deo. Octavus, libertas sine servitute. Ioan. 15. Iam non dicam vos servos. Gal. 4. Illa quæ servum est Ierusalem, libera est, &c. Novus est gaudium de iustitia Dei in malorum condemnatione. Ps. 57. Latabitur iustus, cum viderit vindictam. Decimus, laus sine intermissione. Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, &c. Undecimus, gaudium de sanctorum multitudine. Tunc enim Ioseph, id est, Christus fratres suos invitabit, & expulsis Aegyptiis, epulabitur cum eis Gen. 43. Duodecimus, iucunditas de Dei visione. Ioan. 17. Hæc est vita æterna ut cognoscant te verum Deum, &c. [per singulos menses reddens fructum suum] id est, pro singulis profectibus reddens fructum gloriosum. Sap. 3. Laborum bonorum gloriosus est fructus.

Folia ligni.

Vel [ex utraque parte fluminis] id est, Scripturæ [Lignum vitæ] id est, Christus: sed in Veteri Lege sub figura, in Nova in re] afferens fructus duodecim [quia in Veteri Testamento duodecim Patriarchas, in Novo duodecim Apostolos] per singulos menses reddunt fructum suum] quia per singulas mundi partes fides est plantata per ipsos [& folia ligni] id est, laudes Iesu Christi [ad sanitatem Gentium] supple, erunt: quia laudes patriæ sanctis dabant perpetuam sanitatem. Vel [folia eius] id est, Christi præcepta, & eius documenta [ad sanitatem gentium] scilicet in presenti, & in futuro. Psal. 106. Misit verbum suum, & sanavit eos.

Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi eius servient illi.

Hic est secunda pars, in qua ostenditur continuatio refectionis. Et dicuntur tria. Primo, quod non erit operatio iniquitatis. Secundo, quod Deus requiescit æternaliter in eis [sed sedes Dei] Tertio, quod omnino facient beneplacitum voluntatis eius [& servient ei] Dicit ergo.

Et omne maledictum] id est, iniquitas vel iniquitatis operatio, propter quam homo meretur maledictionem Dei. Vel [maledictum] id est, subtractio gratiæ. Vel [maledictum] ad litteram, id est, malum verbum, ut detractio, adulatio, &c. [Non erit amplius] Isa. 60. Non audietur ultra iniquitas in terra [sed sedes Dei] scilicet in qua Deus Trinitas

regnat vel requiescit [& Agni] id est, Christi [in illa erunt & servient ei] id est, facient eius voluntatem. Sed cum dicitur Ioan. 15. Iam non dicam vos servos, &c. Responsio. Duplex est servitus: vna filiorum timentium partem filialiter, alia servorum timentium Dominum serviliter: prima servitus erit in paradiso, quia talis procedit ex amore: secunda non erit ibi, quia talis procedit ex servili timore. De prima loquitur hic, de secunda obicitur.

Et videbunt faciem eius: & nomen eius scriptum in frontibus eorum. Et nox ultra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum.

Hic est tertia pars, in qua ostenditur, quod illa refectionis consistit in visione Dei. Et dicuntur hic quinque. Primo dicitur, quod aperte Deum videbunt, in quo consistit eorum refectionis. Secundo dicitur, quod pro fide quam tenuerunt, reddetur eis manifesta remuneratio [& nomen eius] Tertio, quod nulla erit ibi obnubilatio [& nox non erit ultra] Quarto, quod Sancti non indigent corporalis luminis officio [& non egebunt lumine] Quinto, quod æternaliter regnabunt cum illo [& regnabunt in secula] Dicit ergo.

Et videbunt faciem eius. Secundum Hieron. id est, cognoscant Deum quem nunc vident Sancti: & in hoc erit eorum refectionis. Ps. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nota: Triplex est Dei facies. Præsentia Dei per gratiam. Ps. 173. A facie Domini mora est terra. Præsentia Dei per carnem assumptam. Ps. 79. Ostende nobis faciem tuam. Præsentia Dei per gloriam. Job 33. Videbis faciem eius in nubilo. Et hic similiter [& nomen eius] id est, Dei [scriptum] indelebiliter [in frontibus suis] vel [eorum] id est, in aperto, & claritate evidenti vocabuntur filij Dei. Ps. 81. Ego dixi, Dii estis & filij Excelsi omnes [Et nox ultra non erit] id est, nulla mentis ignorantia, nulla corporalis obscuritas, nulla tribulatio, nulla adversitas, quæ per noctem signantur [& non egebunt lumine lucernæ] quo humana infirmitas vitur in nocte ad consolationem [neque lumine solis] ad faciendam diurnam operationem. Isa. 60. Non atropius tibi orientur sol ad lucendum per diem. Vel sic [& non egebunt lumine lucernæ] id est, doctrina Veteris Testamenti neque lumine solis] id est, doctrina Novi Testamenti. Jerem. 31. Non docebit ultra vis fratrem suum & proximum suum, dicens, Cognosce Dominum, &c. [quoniam] [Dominus] qui potest [Deus] qui scit illuminabit illos] per gloriam. Isa. 60. Erit tibi Dominus in lucem sempiternam [& regnabunt] scilicet cum Christo [in secula seculorum] in æternum.

Duplex servitus.

Triplex facies Dei.

nostrum item opus commendatur à quinque. Primo ab auctoritate Angeli. Secundo ab auctoritate Ioannis. Tertio ab auctoritate Christi. Quarto ab auctoritate Ecclesie. & totius Trinitatis. Quinto ab auctoritate legentis & intelligentis. Et qui audit. In prima dicitur tria. Primo testimonium Angeli. secundo manifestatio necessitatis. oportet fieri cito. tertio utilitatis. beatus qui custodit. Dicit ergo.

Et dixit mihi Angelus. scilicet qui cetera ostendat. Hæc verba scilicet quæ à principio libri tibi sunt ostensa. fidelissima sunt. id est. fide dignissima. [& vera] quia à Deo vero prolata. secundum Hym. Vel [fidelissima] quia solvunt quod promittunt. [& vera] quia nullum fallunt. [Dominus Deus Spiritus sanctus] [Prophetarum] id est. per quem locuti sunt Prophetæ. Non enim voluntate humana allata est aliquando. [& misit Angelum suum] id est. quæ creavit ad hoc ut esset nuntius suus. [ostendere] id est. ut ostenderet. [servis suis] id est. humilibus non superbis. Gl. non regibus. vel Philosophis. quæ oportet fieri cito. propter Dei præordinationem. & propter honorem & malorum remunerationem. [& ecce venio] ad bonos glorificandum. & malos puniendum. Ioh. ult. Cito velociter reddam vicissitudinem. &c. Nota. Secundum Hym. dicit [cito] vel [velociter] quia omne tempus præsentis vite æternitati comparatum. sicut momentaneum habetur. [Beatus qui audit] intelligendo. obediendo. opere implendo. &c. [verba prophetie libri huius] id est. ea quæ in libro hoc continentur. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei. &c. Greg. Si vis custodire verbum. manus necesse est vt adhibeas.

Et ego Ioannes qui audiui. & vidi hæc.

Hic ponitur commendatio operis ab auctoritate Ioannis. Primo testatur Ioannes. quod hæc vidit. & audiuit. Secundo manifestat. qualiter his visis se habuit. [& postquam audissem] Dicit ergo [Ego Ioannes] Gl. qui nihil falsum soleo dicere [qui audiui] verba [& vidi hæc] scilicet figuras. supple. sum perhibens testimonium de prædictis.

Et postquam audissem & vidissem. cecidi vt adorarem ante pedes Angeli. qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi. Vide. ne feceris. conseruus enim tuus sum. & fratrum tuorum Prophetarum. & eorum qui seruant verba prophetie libri huius. Deum adora. Et dixit mihi. Ne signaueris verba prophetie libri huius. Tempus enim prope est.

Hic dicit. qualiter his visis se habuerit. Et dicitur tria. Primo. quod Angelum adorauit. Secundo. quod ab Angelo prohibitus fuit. [Et dixit mihi] Tertio prohibet. ne occultet mysteria huius. [Ne signaueris] Vnde dicit.

Et postquam vidissem & audissem. scilicet omnia prædicta. cecidi corde & corpore me humiliando. [vt adorarem] id est. exhiberem honorem reuerentie quæ est dulcia. ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat. Q. d. Pro hac causa volui adorare. [Et dixit mihi] scilicet Angelus quem volebam adorare. [Vide] id est. caue. ne feceris. Q. d. Attende diligenter dignitatem humane nature. & noli me adorare. conseruus enim tuus sum. id est. ego & tu fumus vnus Dei serui. & fratrum tuorum Prophe-

tarum. Gl. id est. prædicantium. & eorum qui seruant verba prophetie huius libri. Gl. id est. Prædicantibus obedientibus. Deum adora. scilicet qui solos supra naturam humanam est exaltandus. Mat. 14. Dominum Deum tuum adorabis. Et dixit mihi. scilicet Angelus qui mecum loquebatur. [Ne signaueris] id est. sigillaueris. vel claueris. [verba libri huius] Simile Habac. 2. Scribe visum & explana eum super tabulas. &c. Et subdit causam. [Tempus enim prope est] scilicet quo hæc debent impleri. & ideo vnusquisque debet esse sollicitus bona facere. Eccl. 9. Quodcumque potest manus tua. instanter operare. &c.

Qui nocet. noceat adhuc. & qui in sordibus est. sordescat adhuc. & qui iustus. iustificetur adhuc. & qui sanctus. sanctificetur adhuc. Ecce venio cito.

Hic est alia causa quare manifestanda sunt verba libri. scilicet vt iusta appareat malorum damnatio. & bonorum saluatio. Vnde dicit [Qui nocet] mala operando. [noceat adhuc] scilicet ea quæ scripta sunt in libro contemnendo. [& qui in sordibus est] id est. in vitis conuersatur. [sordescat adhuc] id est. in deterioribus labatur. [& qui iustus] Hym. per fidem iustificetur adhuc. per operationem bonam. Ps. 83. Ibunt de virtute in virtutem. [& qui sanctus est] scilicet in se sanctificetur adhuc. amplius proficiendo. [Ecce venio cito] scilicet ad iudicandum bonos & malos. Ioh. ult. Iuxta est dies Domini in valle concisionis. Et cum dicit [ecce] notatur euidentia. [venio] præsentia. [cito] velocitas.

Et merces mea mecum est. reddere vnicuique secundum opera sua.

Hic ostendit. quod iusta erit impiorum damnatio. & iustorum saluatio. Et dicuntur tria. Primo dicit. quod vnicuique reddetur secundum exigentiam sui meriti. Secundo ostendit. quod hoc facere poterit. [Ego sum alpha] Tertio. quod reddet bonis & malis. [beati qui lauant] Dicit ergo [& merces mea mecum est] id est. quæ dabitur à me. Isa. 60. Ecce merces eius cum eo. [reddere vnicuique] id est. ad reddendum. [secundum opera sua] scilicet alij plus. alij minus. Eccl. 35. Reddet Dominus omnibus secundum actus suos.

Ego sum alpha & omega. primus & nouissimus. principium & finis.

Hic ostendit quoniam hoc poterit facere. quia ipse est finis. & principium omnium. Vnde dicit [Ego sum alpha & omega] Beda. In alpha Verbi diuinitatem. in omega susceptam humanitatem designat. Item Hym. Alpha. id est. principium manens cum Patre. id est. finis natus temporaliter de matre. De alpha dicitur Ioh. 1. In principio erat verbum. De omega dicitur ibidem. Et verbum caro factum est. [Primus & nouissimus] id est. ante quem nullus. Isa. 44. Ante me non est formatus Deus. & post me non erit. [principium] Gloss. à quo ceperunt omnia. [& finis] in quo consummabuntur omnia.

Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni. vt sit potestas eorum in Ligno vite. & per portas intrent in ciuitatem.

Hic dicit. quibus Deus redditurus est præmia. quoniam bonis paradysum. [beati qui lauant] malis æternum supplicium. [foris canes] Vnde dicit. Beati

Cito.

Alpha.

Beati qui lauant stolas suas. Hym. Qui lauant corda sua & vitæ suam fonte baptismatis. & aqua penitentie. Ps. 6. Lauabo per singulas noctes. &c. [vt sit potestas eorum in Ligno vite] Gl. id est. vt possint edere de ligno vite. Supra 2. Vincenti dabo edere de ligno vite. Vel sic in ligno vite. id est. in Domino Iesu Christo. quem habentes. vtique in capite suo omnia possidebunt. Huius autem est resectio in visione Dei delectatio. Mat. 5. Beati mudo corde. &c. [& per portas] id est. per fidem & doctrinam bonorum. vel per obseruantiam mandatorum. Mat. 19. Si vis vitam ingredi. serua mandata. Vel per portas. id est. virtutes. & dona. [intrent in ciuitatem] id est. Ecclesiam triumphantem.

Foris canes & venefici. & impudici. & homicidæ. & idolis seruientes. & omnis qui amat & facit mendacium.

Muli form eorum.

Hic Ioannes ostendit qui sunt illi qui foras eiciuntur. Vnde dicit [foris] id est. extra ciuitatem. scilicet manebunt. expositi ventis & tempestatibus & procellis. & in perpetuum excludi. [canes] id est. ad peccata redeunt. sicut canes ad vomitum. de quibus 2. Petr. 2. conigit eis illud proterbium. Canis reuersus ad vomitum. Vel canes dicuntur inuidi & detractores. Phil. 3. Videte canes. videte concisionem. [& venefici] ad literam. qui venena propinat aliis. Habac. 2. Vt qui potam dar amico suo. mittens sel. [& impudici] id est. inuerecundi. Ier. Frons mulieris meretricis facta est tibi. &c. [& homicidæ] qui interficiunt materiali gladio. vel voluntate. vel verbo. vel victu subtrahendo necessariis. Aug. Non pauidi. occidisti. [& idolis seruientes] vt Pagani. Vel spiritualiter. vt avari. Eph. 5. Omnis auarus. quod est idolorum seruus. non habet hæreditatem. &c. [& omnis qui amat] id est. qui libenter audit. [& facit] id est. inuenit. [mendacium] Hym. Ille dicitur amare mendacium & facere. qui studio & amore peccandi mendatur.

Ego Iesus misi Angelum meum. testificari vobis hæc in Ecclesiis.

Hic commendatur opus ab auctoritate Christi. Et dicuntur duo. Primo introducit Christus dicens se Angelum misisse ad revelationem diuinarum mysteriorum. Secundo descriptis seipsum. ego sum radix David. Dicit ergo.

Ego Iesus. supple. sum. à quo est omnis salus. & ideo mihi credendum. [nisi] vt Dominus [Angelum meum] id est. quem creauit ad meum seruitium. [testificari vobis] id est. ad testificationem. [hæc in Ecclesiis] scilicet per Ioannem. qui hæc sunt retulata. Supra 1. Mittens per Angelum. scilicet seruo suo Ioanni. Et sequitur. Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia.

Ego sum radix & genus David. stella splendida & matutina.

Radix David.

Hic describit Christus seipsum. Et primo à natura diuina. Secundo ab humana. [& genus David] tertio ab effectu potissimo quem fecit in natura humana. [stella splendida] Dicit ergo [Ego sum radix David] id est. origo & sustentamentum David per diuinitatem. sicut radix est sustentamentum arboris & origo. & ea natiuitas. [& genus David] quia ab eo genus secundum humanitatem. Rom. 1. Qui factus est ex semine David secundum carnem. [stella] quia noctem huius mundi illuminauit. Item [splendida] quia splendorem omnium Sanctorum excellit.

[& matutina] quia diem gratiæ annuntiauit. & fecit. Item [stella] alios illuminans doctrina & predicatione. [splendida] in miraculorum operatione. [matutina] in resurrectione. Eccl. 31. Quasi stella matutina in medio nebulæ.

Et Spiritus & Sponsa dicunt. Veni. Et qui audit. dicat. Veni. Et qui sitit. veniat. & qui vult. accipiat aquam vite gratis.

Hic est quarta pars. vbi commendatur opus ab auctoritate totius Trinitatis. & Ecclesie generatis. Vnde dicit [& Spiritus] id est. tota Trinitas. Vel [Sponsus] secundum alia litera. id est. Deus Trinitas. Ioh. 1. Qui habet Ecclesiam sponsam. sponsus est. [& Sponsa] id est. sancta Ecclesia quæ Deus sibi desponsauit per fidem. Osee 2. Sponsabo te mihi in fide. &c. [dicit] scilicet cuilibet fidelis. [Veni] scilicet ad audientiam huius libri. Nota. Hym. dicit. Deus per occultam inspirationem vocat. Sponsa per apertam predicationem inuitat. [& qui audit] id est. librum intelligit. [dicat. Veni] scilicet ad nuntium eorum quæ sunt scripta in hoc libro. Supra 1. Sine fictione didici. & sine inuidia communico. &c. [& qui sitit. veniat] id est. qui desiderat credere in Christum. veniat. scilicet per rectam fidem. & opus bonum. Ioh. 7. Siquis sitit. veniat ad me. [& qui vult. accipiat aquam vite gratis] Contra. Rom. 9. Non est volentis. neque currentis. sed Dei miserentis. Ergo male dicit. Qui vult. &c. Responsio. Volentis est accipere gratiam se preparando. sed Dei efficiendo. Primo modo loquitur hic. secundo modo ad Rom. 9. Hym. sic respondet. Sciendum. quod prius præuenit misericordia. vt velimus. deinde sequitur voluntas nostra. vt per eandem gratiam operemur. Philip. 2. Deus qui operatur in nobis & velle. & perficere. Vnde [qui vult] id est. qui volens ex misericordia Deo est factus. non suis meritis. sed gratuita bonitate Dei. [accipiat aquam vite] id est. æternam beatitudinem. [gratis] scilicet quantum ad radicem meriti. quæ est charitas. quia illa gratis datur. quia habita meretur vitam æternam.

Sponsus Ecclesie.

Gratiam accipere.

Contestor enim omni audienti verba prophetie libri huius. si quis apposerit ad hæc. apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius. auferet Deus partem eius de Libro vite. & de ciuitate sancta. & de his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam. Venio cito. Amen. Veni Domine Iesu.

Hic est tertia pars huius partis. in qua prohibet Ioannes per sententiam excommunicationis. ne aliquid huic operi addatur. vel subtrahatur. Et dicuntur quinque. Primo prohibet ne quid apponatur. Secundo. ne quid subtrahatur. [& si quis] Tertio auctoritate Christi suam sententiam confirmat. [qui testimonium] Quarto vt sententia magis timeatur. cito Christum venturum demonstrat. [venio cito] Quinto respectu huius aduentus suam affectionem manifestat. [Veni Domine Iesu] Dicit ergo.

Contestor enim. id est. testificor. omni audienti verba prophetie libri huius. [& sequitur de quo testificatur] si quis apposerit hæc. id est. his quæ continentur in hoc libro apposerit aliquem errorem. [apponet Deus super illum plagas scriptas in libro]

Apoc. 17. 18. 19. 20. 21.

libro ubi dicitur... Tertio super illo verbo [Cecidi ante pedes Angeli]...

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Hic consummato libro suo, optat omnibus fide libus gratia. Vnde sicut supra primo capite inceptit...

Dub. 1. Hic sunt dubitalia. Primo super illo verbo [sed sedes Dei & Agni in illa erunt]...

Dub. 2. Secundo super illo verbo [Et nomen eius scriptum in frontibus eorum]...

Tertio super illo verbo [Cecidi ante pedes Angeli]...

Quarto super illo verbo [Ante pedes Angeli]...

Quinto super illo verbo [Et dixit mihi, Ne feceris]...


Sexto super illo verbo [Ne signaveris verba libri huius]...

Septimo super illo verbo [Qui nocet nocet adhuc]...

Octavo super illo verbo [Auferet Deus partem eius de libro vite]...

Auferre partem reproborum, nihil aliud est quam ostendere nunquam fuisse scriptos in Libro vite...

F I N I S.



I N D E X

Rerum notabilium, quæ in commentariis in Apocalypsim continentur.

Litera, A, designat primam Columnam, B, secundam.

Table with two columns: A (left) and B (right). Contains entries like 'Angelorum qui assistant, & qui ceciderint', 'Antichristus dicitur bestia', 'Agnus quæ accipere sit dignus', etc.

Index rerum.

Familia diaboli quæ. 97.a
 Fides pro fidei remuneratione sumitur. 136.a
 Fides iaspide representatur. 148.b
 Filij spirituales qui. 91.b
 Per thum quædam intelligantur. 96.b
 Fletus damnatorum quis. 129.b
 Eorum pena diuina. 131.b
 Flumina mysticè quid. 70.b
 Folia ligni quæ. 153.a
 Per fornicationem plures pereunt, quam per
 cetera peccata. 79.b
 Fornicari quid, & quod duplex fornicatio. 23.b
 Fræna equorum quid. 111.a
 Per fœnum qui designentur. 73.b
 Fræna quid. 25.a
 Fructus duodecim qui. 153.a
 Fructio in tribus consistit. 65.a
 Fugere in solitudinem quid. 93.a
 Fulgura, voces, & tonitrua quid. 44.b
 Fumus quid. 72.b
 Fundamenta Ecclesiæ qui dicantur. 146.b

G

G Ad, Afer, Nephthalim, Manassés, Simeon,
 Levi, Isachar, Joseph, Benjamin inter-
 pretatio. 62.b. & 63.a
 Gaudia cœlestia sunt duodecim. 91.b
 Gaudia sanctorum. 13.b
 Gaudium & dolor antiquorum patrum circa
 Christi dilationem. 49.a
 Per gentes, reges & mercatores, quid. 127.b
 Gentiles dicuntur mare. 69.b
 Gladius Christi qua ratione acutus. 16.a
 Gladius acutus quid. 136.a
 Sententia Christi dicitur gladius. 137.b
 Gloria electorum gehennam augebit repro-
 borum. 72.a
 Gog, & Magog interpretatio. 140.a
 Gratiam accipere quid. 155.b
 Grossi quid. 59.a
 Gubernatoris nomine quid designetur. 131.a

H

Hæresarcha dicitur stella magna. 70.b
 Hæresis dicitur absinthium. ibid.
 Hæretici de Patre & Filio male sentientes
 19.b
 Hæretici in quo casu suscipi debent. 31.b
 Hæretici humanitatem præferunt, licet cru-
 delitate sint pleni. 79.b
 Hæretici diuersi. 8. in prol. Gilb.
 Hæretici dicuntur puteus abyssi. 72.b
 Hæretici equis comparantur. 74.b
 Hæreticorum persecutio aliis grauior. 122.a
 Henoch, & Eliæ aduentus, uterque quis.
 85.a
 Eorum prædicatio quantum durabit. ibid.
 Uterque in multis commendatur. 85.b
 Hermagedon interpretatio. 120.a
 Hierusalem describitur. 140.b
 Hierusalem cœlestis munditia. 150.b
 Ad gloriam cœlestis Hierusalem septem per-
 tinent. 143.a
 In ea erit iucunditas gloriæ, & amotio omnis
 miseriæ. 141.b
 Hierusalem dicitur ciuitas magna. 86.b

Hominum duæ sunt partes. 57.b
 Homo sex modis accipitur. 45.b
 Horror persecutionis Antichristi quis. 78.a
 Hora tentationis quæ. 56.b
 Hora mortis cur incognita. 33.a
 Modus humiliandi se in quibus consistat.
 47.b
 Humilitatis & patientiæ utilitas. 36.a
 Hypocrisis dicitur cauda. 92.b
 Hypocrita est sine vita & spiritu. 32.a
 Et sanctitatis nomen habet sincere. 32.b
 Hypocritæ dicuntur equus pallidus. 57.b
 Hypocritarum opera vacua sunt. 32.b

I

I Anua cœli quibus claudatur. 151.b
 Iaspidis color quid denotet. 43.b
 Iaspidis & cristalli proprietates. 145.b
 Idololatrya dicitur fornicatio, & vinum ira.
 107.c
 Iesabelis malitia quanta fuerit, eius legi
 conformis est hæresis Mahometi. 28.a
 Ignis inferni qualis. 78.a
 Ignis proprietates per quas dona Spiritus san-
 cti explicantur. 136.a
 Imago Antichristi. 107.b
 Eius character. ibid.
 Eius calix. ibid.
 Imago bestie quæ. 101.a
 Crudelitas huius bestie in eos qui suos non
 adorauerint. 101.b
 Immutatio claritatis superiorum corporum ad
 quid erit. 152.a
 Incarnationem verbi nullus potest compre-
 hendere. 49.a
 Incarnatio dicitur signum magnum. 91.b
 Iudicant aliqui per se, alij per alios. 41.b
 Infernalis pœna magna est. 29.a
 Infernus diabolum sequitur. 57.b
 Inuidia est sedes diaboli. 119.a
 Inuidi & detractores bufonibus assimilati.
 ibid.

Ioannes fleuit in persona veterum patrum.
 53.a
 Ioannes certò sciebat Christum venturum.
 156.a
 Ioannes quomodo miretur causam damnatio-
 nis mulieris quam depingit. 124.a
 Ioannes quo cultu Angelum adorare voluerit.
 138.a
 Ioannes altius aliis de diuinitate tractauit.
 54.a
 Ioannes fuit solum scriptor Euangelij, Apoca-
 lypsis autem fuit author & scriptor. 19.a
 Coram quibus Ioannes predicauerit. 83.a
 Ioannes descripsit suas prophetias aliter à pro-
 phetis aliis. 47.b
 Quem ordinem seruet Ioannes in suis scrip-
 tis. 47.b
 Ioannis interpretatio. 13.a
 Per Iridem denotatur reconciliatio generis
 humani. 80.a
 Iudæ interpretatio. 62.b
 Iudæorum tria genera. 69.b
 Iudas in tribus Israel cur primo anume-
 reretur, cum sit quartus filius. 66.a
 Iumenta qui dicantur. 130.a
 Iurati

Index rerum.

Iurati per viuentem quid. 80.b
 Quandoam iurare licet. 83.b
 Iuratorum partes duæ sunt. 69.a

L

Labor triplex est. 20.a
 Lachrymarum diuersæ conditiones. 143.b
 Lampades ardentes sunt dona Spiritus sancti.
 44.b
 Laodicæ interpretatio. 38.a
 Duodecim lapides pretiosi quid significant.
 145.b
 Lapis mundus Christus est. 114.b
 Latra in quibus consistat. 106.b
 Lauare stolas quid. 155.a
 Laus, gloria, virtus explicantur. 133.b
 Laus & honor Christo datur. 52.b
 Lectus spiritualis quid. 28.b
 Librum aperite quid. 48.b
 Liber iste cur Apocalypsis dicatur. 6.a. in prol.
 Gilb. & 9.a
 De libro vitæ qui dicantur deleri. 156.b
 Liber vitæ quid. 151.b
 In libro vitæ dupliciter aliqui inscribuntur.
 34.a
 Liber inuolutus quid. 59.a
 Ligna scindere est sanctos flagellare. 119.a
 Lignum vitæ mysticè quid. 22.b
 Locustis assimilantur hæreticorum discipuli.
 73.a
 Lorica quid. 75.a
 Lorica hyacinthinæ, & ignea quæ. 78.a
 Hiacinthus significat vitam cœlestem. ibid.
 Lucifer quid. 30.b
 Luna, & stellæ quid. 58.a
 Luxuria per mare designatur. 117.a

M

Mali plerumque denotantur nomine ma-
 ris, & fluuij. 117.a
 Mali libertate carebunt, & vita æterna priua-
 buntur. 139.b
 In malo duo sunt considerata. 31.a
 Malum Deo non placet ut fiat, sed ut punia-
 tur. 126.b
 Mali dicuntur lapides. 132.a
 Manna absconditum quid. 26.a
 Margarita proprietates, quoniam per eam de-
 signentur. 150.a. & b.
 Maria virgo describitur. 91.b
 Maria duodecim stellæ. 92.a
 Maris septem proprietates. 61.a
 Tria ad martyrium requiruntur. 23.a
 Mendacium fugiendum. 145.a
 Quid per menses quinque designatur. 74.a
 Merita Ecclesiæ. 147.b
 In merito duo pensantur. 89.b
 Meritum duplex. 105.a
 Per meritum magnâ quid designatur. 122.b
 Messis Christi quid. 109.b
 Metaplastus quid. 29.b
 Michael pugnat cum dracone. 93.b
 Per mille annos quid intelligendum. 140.a
 Miracula dicuntur fulgura. 90.b
 Missio Filij Dei. 80.a
 Modus emendandi qualis. 21.a
 D. Alb. Mag. in Com. Apoc.

Mors duplex, prima & secunda. 24.b
 Mors triplex mala cum remedijs. 108.b
 Mors bona duplex. ibid.
 Mortis desiderium in vltima mundi persecu-
 tione. 74.b
 Mortis nomine quid insinnetur. 144.a
 Mortuorum variæ acceptiones. 145.b
 Mortificantes se, quo sensu dicantur mortui.
 17.a
 Mortuum de scensu Christi quodnâ fuit. 80.a
 Quatuor facta in Christi descensu. ibid.
 Mulier caput peccati. 123.a
 Muliere designatur congregatio malorum.
 126.a
 Mundanorum pœna. 130.b
 Mundus tripliciter accipitur. 88.a
 Mutabilitati præsentia quo sensu transeat.
 120.b
 Mysterium quid. 123.b
 Mysteria bonis aperta, malis occulta. 123.b

N

Natiuitas Christi comparatur ortui solis.
 61.a
 Naues sunt auari. 70.a
 Negoriantes terræ, qui dicantur. 130.b
 Nicolaitarum, & Manichæorum origo. 22.a
 Nomen Dei qua ratione intelligendum. 37.b
 Nomen Dei dicitur nouum. ibid.
 Nomina bonorum sunt laudabilia. 33.b
 Numerorum variæ significationes. 147.b
 Per nubes quid intelligendum. 12.a
 Nuditas multiplex. 39.a
 Quo numero omnes sancti designentur. 62.a
 Numerus septenarius vniuersitatem designat.
 124.b
 Numerus senarius est perfectionis. 34.a
 Numerus exercitus dæmonum. 77.a
 Numerus duplex & quis. ibid.
 Numerorum præsertim senarij perfectiones
 ostendantur. 102.b. & 103.a

O

Obedientia prompta commendatur. 42.b
 Occasus significatio. 146.b
 Odium duplex est. 126.b
 Odium & vinum quid representant. 56.b
 Oliua & candelabra quid. 85.a
 Opinio asserentium Apocalypsim non esse à
 Ioanne Euangelista conscriptam, frivola est.
 in prol.
 Oratio comparatur odori. 50.b
 Ordo inuenitur tam in Angelis, quam in ho-
 minibus. 148.a
 Ordo duplex. 31.b
 Oriens, Auster & Aquilo quid designent.
 146.a
 Ostium cordis quid, ostium duplex. 40.b
 Ostium multiplex est. 35.b

P

Per palmam victoria designatur. 63.b
 Partus virginis dicitur lignum magnum.
 91.a
 Paruuli quibus diuina sectera reuelantur, qui-
 nam sint. in prol.
 Passiones

Index rerum.

Passiones sanctorum Christus sustinet. 116.a
 Pastoris officium est vigilare. 32.b
 Sollicitudine vigilandum ob mortem. ibid.
 Patientia sanctorum exhibetur Sardonice lapide. 149.a
 Sadio eorum humilitas. ibid.
 Et Chrysolito eorum sapientia. 149.b
 Patientia sanctis necessaria erit tempore Antichristi. 99.b
 Antichristi membra. 100.a
 Dabit suis diuitias & gloriam. ibid.
 Eius discipuli omnibus modis decipient. 100.b
 Quae miracula facturi sunt. ibid.
 In actu peccati tria sunt. 62.b
 Peccata luxuriae & gulae inter alia sunt maioris infamiae. 25.b
 Peccata usque ad caelum crescere quid. 128.a
 In fine mundi quinam de peccatis dolebunt. 128.b
 Peccator dicitur terra & mare. 95.a
 In malitia perfecti qui dicuntur. 87.b
 Persecutio duplex. 95.b
 Persecutiones non praualent in Ecclesiam. 96.a
 Ad perseverantiam tria concurrunt. 63.a
 Persona vna in diuinis posita, intelliguntur aliae. 138.a
 Philadelphia interpretatio. 34.a
 Philosophi dicuntur creatura mundi. 70.a
 Pietas duplex, & quae. 5.b. in prol. Gilb.
 Pietas auro ignito comparatur. 39.b
 Piscis assus quis. 40.a
 Plagae nouissimae quae. 145.a. & b
 Septem plagae nouissimae quae. 112.a
 Planctus malorum in iudicio quantus. 12.b
 Poena inferni dicitur stagnum ignis, & sulphur. 137.b
 Poena correspondens culpa. 128.b
 Poena diuersa. 129.a
 Septem comminationes poenarum. 81.b
 Penitentia tempus quod. 28.b
 Penitentia praecedat charitatis latitudinem. 50.b
 Potestas Christi duplex. 30.b
 Potestas iudicialis dicitur falsa. 109.a
 Praecones draconis & agni. 105.b
 Praedicatorum dicuntur quatuor animalia. 45.b
 Praedicatorum per quatuor animalia designantur. 115.a
 Praedicatorum ordo per Angelum designatur. 106.
 Praedicatorum est exhortari, & Christi comminari. 81.b
 Praedicatorum debent habere quatuor citharas. 113.a
 Praedicatorum percutiunt. 114.b
 Praedicatorum omnes vnus dicuntur. 145.a
 Qua ratione veniant ad nos. ibid.
 Praedicatorum per Aquilam representantur. Aquilae proprietates. 71.b. & 72.a
 Praedicatorum dicuntur Angeli septem stantes, quibus datae sunt septem tubae. 66.1
 Praedicatorum quinque sunt necessaria. 91.b
 Praelati conditiones quae. 18.a

Praelatus debet se firmum vt columnam praebere. 37.a
 Praelati & doctores angulis assimilantur. 146.a
 Praelati per solem representantur. 71.a
 Praelatus dicitur Angelus multis de causis. 20.a
 Praelati boni maiori gloria, & mali grauiori poena digni. 26.a
 Proficiendum in bono. 154.b
 Prophetarum ceteris cur vnus dicitur. 49.a
 Prophetarum eximius quis sit. 6.b. in prol. Gilb.
 Proprietates terrae quae. 46.b
 Puluis terrae quid. 131.a
 Purpura quid denotat. 123.a

Quadratum virtutum quid. 147.a
 Vt quid dicatur, Ab eo qui erat, qui est, & qui venturus est. 11.a

Ranz vani doctores sunt. 120.a
 Raprus Filij Dei. 93.a
 Rectores triplices. 70.a
 Reges septem valde mali. 124.b
 Per hos intellige septem aetates in quibus regnarunt mali. ibid.
 Regnum Christi optimum. 125.a
 Reges & sacerdotes sumus ipsi Deo diuersa ratione. 51.b
 Regnum caelorum emittit diuersimode. 40.a
 Religiosi dicuntur stellae. 18.b
 Remissio peccatorum speciatim attribuitur Spiritui sancto. 19.a
 Reprobatorum desolationes. 132.b
 Quomodo reprobi sint a ciuitate successa longe distantes. 132.b
 Reprobatorum poena dupliciter accipitur. 126.b
 Responso interdum fit sine quaestione. 64.b
 Resurgendo Christus tria fecit. 88.b
 In secundo aduentu duo faciet. ibid.
 An aliqui in iudicio resurgent absque morte. 138.a
 Resurrectio duplex. 140.a
 Quae bonis & malis reuelanda aut signanda. 83.b
 Romanum imperium tempore Antichristi diuidetur. 125.b
 Romphaea quid sit. 24.b. & 25.a
 Ruben interpretatio. 62.b

Saccus quid. 85.b
 Saluatorum & damnatorum erit manifesta cognitio in iudicio. 141.a
 Sanguis diuersificatur. 111.a
 An omnes sancti agnum sequantur, quocumque ierit. 111.b
 Cur potius de virginibus dicatur quod sequuntur agnum quam de martyribus, vel praedi-

Index rerum.

praedicatoribus. ibid.
 Sancti prompte nutum Dei sequuntur. 82.
 Sancti non gaudent de malorum poena, sed de diuina iustitia. 122.a
 Sancti iudicabunt. 120.a
 Sanctorum lachrymae. 65.b
 Sanctus quid. 46.b
 Saphyrus spem denotat. 49.a
 Sapientia carnis, & diuina quae, & quomodo differant. in prol.
 Ad sapientiam spectat abscondere, & reuelare scientiam. in prol.
 Sapientia a Graecis est. 132.a
 Sais interpretatio, & quid significat. 32.a
 Sathanas soluetur tribus annis & dimidio. 142.a
 Vtrum scientia maneat in inferno. 132.a
 Scorpionis potestas in quo sit. 73.b
 Sacra scriptura quomodo debeat peti, eius utilitates. 10.b
 Sacra scriptura mensura comparatur. 147.a
 Scriptura comparatur calamo & vitge. 84.a
 Scriptura dicitur statera. 56.a
 Statera dolosa quae. ibid.
 Scripturarum intelligentia sana haereticis denegatur. 57.a
 Scripturarum intelligentia. 82.b
 Scripturarum intelligentia reprobus denegabitur. 115.b
 Scrutatur hominum corda Deus. 29.a
 Sedes Sathanae quae. 25.a
 Sedes Dei vna & plures diuersa ratione. 156.a
 Quantum numerus sedium in iudicio. 44.a
 Seniores viginti quatuor qui. 134.a
 Seruitium Domini triplex. 69.a
 Seruitus duplex. 153.b
 Sigilla septem quid denotent. 48.a. & b
 Sigillum secundum & apertio eius quid. 55.a
 Signum Dei viui quid. 61.a
 Signum confirmationis. 61.b
 Difficultas circa Simconem in hebdomadibus. 67.a
 Similia quid. 130.b
 Sion interpretatio. 103.b
 Sitis pro desiderio accepta. 144.b
 Per smaragdi & lapidis colores quid designantur. 44.a
 Smaragdi virtutes, per hunc lapidem intelligenda castitas, & virginitas. 149.a
 Smyrna quasi myrrina interpretatur. 22.b
 Sodoma, & Aegyptus quid. 86.b
 Sol est Dei filius. 80.a
 Solis proprietates quae. 58.b
 Spiritus sanctus est nexus Patris & Filij. 105.b
 Spiritus septem quo sensu intelligendi. 11.a
 Stadium quid, & a quo sic dicatur. 111.a
 item 247.b
 Status Christi septem. 32.b
 Status aetatis hominis, & Ecclesiae describuntur. in prol.
 Stella matutina multipliciter exponitur. 30.b
 Stellarum proprietates quae. 16.a

item 71.b
 Stella septem quid. 52.a
 Stellarum tertia pars quid. 92.b
 Stola animae ex tribus conficitur, stola vera corporis ex quatuor doribus. 34.b
 Superbia, ira, odium & blasphemiae quomodo erunt in inferno. 127.a
 Superbia vitanda. 59.b
 Superbi per montes designantur. 124.a
 Synagoga sathanae moraliter quid. 36.a
 Synagoga sathanae qui dicantur. 133.b

Tacens consentire videtur. 26.a
 Templi diuersae acceptiones. 84.a
 Templi dignitas & vsus. 111.a
 Orationes in eo faciendae. ibid.
 In partia non erit materiale templum, sed spirituale. 151.a
 Deus & agnus templum dicitur. ibid.
 Temporalia in cuius manu sic dicantur. 126.b
 Tempore Antichristi apparebit infirmitas diaboli, & virtus Christi. 142.a
 Tempus vt momentum est aeternitati comparatum. 154.a
 Tempus aequiuocatur. 82.a
 Tempus quo Antichristus regnabit. 84.b
 Terrae motus vniuersalis. 121.a
 Verus Testamentum dicitur foris scriptum, & Nouum intus. 48.a
 Thau signum quid. 74.a
 Theologicae virtutes dimensionibus designantur. 148.a
 Thyrisculum aureum quid. 67.b
 Vrbis Thyatirae interpretatio. 25.a
 Thyrium quid. 130.a
 Topatio contemplatiui perhibentur. 149.b
 Tribulationes magnae maiores, & maximae quae. 65.a
 Tribulationum utilitates. 9.b
 Tribuni qui dicantur. 137.a
 Per duodecim tribus filiorum Israel quid. 246.a
 Tribuitas personarum septem modis reperitur. 46.b
 Trinitas, Filius Dei, & sancti diuersimode iudicantur. 111.b
 Tristitia duplex. 63.a
 Per stricum quinam intelliguntur. 56.b
 Et per hordeum qui. ibid.
 Thronus cui vnus dicitur, & sedes duodecim. 41.b
 Per turbam sine numero quid significetur. 66.a
 Tuba comparatur praedicationi. 68.a
 Tuba canere quid. 69.a
 Tuba praedicationis est. 133.a
 Turba pro quo supponat. 63.b


Va triplex. 71.a
 Vae multiplex. 119.b
 Vana gloria soli comparatur. 118.b
 Quatuor venti. 60.b

Index rerum.

Denotant quadruplicem prædicationem. 60.b	Visiones quatuor mysticè quatuor in nobis signant. 90.a
Per ventilabrum quid. 109.a	Visitatio duplex. 133.a
Verbum Dei custodire quid. 144.a	Vita triplex & quæ. in prol.
Vestimenta sua custodire quid. 122.2	Vita lucem præcedit. 32.a
Vestis poderis quæ, & zona aurea. 15.a	Vita gratiæ resurrectio prima dicitur. 142.a
Videte interdum fumitur pro intelligere. 51.b	Vitium quid denotat. 112.b
Vigilia triplex. 120.b	Vnitas Ecclesiæ in Nouo, & Veteri Testamento. 53.a
Vincenti diabolum quæ promittantur. 30.2	Vocatio duplex. 138.a
Vindemiæ, & torculari appropriatur iudicium. 110.b	Vox magna quæ, & cur dicatur. 14.2
Vinea & botrus quid. ibid.	Vox Angelorum in Dei laude qualis. 53.b
Virginum prærogatiua. 105.a	Vox prima audita quid. 42.b
Virginitatis dignitas. 105.b	Vox aquarum quæ. 104.b
Virginum conditiones quæ. 33.b	Per vinum quid signat. 114.b
Virtutum æqualitas quomodo intelligenda. 148.a	
Virtutum moralium actus depinguntur. 147.b	Z
Visonum tria sunt genera. 7.a. in prol. Gilb.	Zona aurea quid. 114.a
Visio spiritualis duplex. ibid.	
Differentia prophetarum in videndo. ibid.	



INDEX



I N D E X

Locorum Sacræ Scripturæ, qui in Commentariis in Apocalypsim explicantur.

Genesis.

CAP. I. **P**ONAM arcum meum in nubibus cæli. 54

Deuteronomij.

33. Gladius meus denegabit carnem. 109.a

Iob.

- 1. Nudus egressus sum de utero matris mee. 39.a
- 13. Animam meam in manibus meis porto. 51.b
- 25. Qui facit concordiam in sublimibus suis. 52.b
- 28. Terra in qua oriebatur panis, de loco suo igne subuersa est. 116.b
- 35. Numquid est numerus militum eius? 52.a
- 37. Numquid produces luciferum in tempore suorum? 30.b
- 40. Sub umbra dormit, in secreto calami. 25.a

Psalmorum.

- 31. Reati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reuera sunt peccata. 122.a
- 31. Fuerunt mihi lacryma panis die ac nocte. 53.a
- 33. Mors peccatorum pessima. 108.6
- 44. Audi filia & vide. 54.a
- 44. Omnis gloria filie regis ab intus. 46.a
- 44. Lingua mea calamus scribæ. 84.a
- 54. Ecce elongans fugians, & mansi in solitudine. 93.a
- 59. Afferre Deo gloriam, & honorem. 151.b
- 67. Currus Dei decem millibus multiplici. 77.a
- 68. Deleantur de libro viventium, & cum istis non scribantur. 156.b
- 74. Ego confirmavi columnas eius. 80.a
- 80. Non audiuit populus meus vocem meam. 156.b
- 86. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. 142.
- 88. Et testis in cælo fidelis. 11.b
- 92. Eleuauerunt flumina vocem suam. 70.b

- 98. Intellectum dat paruulis. 35.b
- 103. Extendens caluum sicut pellem. 90.b
- 113. A facie Dei mota est terra. 153.b
- 114. Liberauit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis. 143.b
- 115. Omnis homo mendax. 105.b
- 120. Per diem sol non urit te, neque luna per noctem. 65.b
- 129. Copiosa apud eum redemptio. 51.a
- 138. Tenebit me dextera tua. 20.a
- 238. In libro tuo omnes scribentur. 151.b

Proverbiorum.

- 3. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beatæ. 22.a
- 25. Aufer iniquitatem de argento. 67.b

Canticorum.

- 3. Egredimini filia Sion, & videte regem in diademate &c. 54.6
- 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. 26.b

Sapientiæ.

- 1. Os quod mentitur, occidit animam. 145.b
- 3. Ab itinere iusto abierunt in extremum. 76.a

Ecclesiastici.

- 11. In die malorum, ne immemor sis bonorum. 21.b
- 24. Tyrannus meus in columna nubis. 109.a
- 24. Ab initio, & ante secula creata sunt. 99.b
- 24. Qui edunt me, adhuc esuriunt. 65.b
- 39. Confitemini in voce labiorum, & canticis & citharis. 113.a & b

Haic.

- 11. Propheta docens mendacium, ipse est cauda. 73.b
- 12. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius &c. 14.b
- 19. Ecce Dominus ascendet super nubem caeruleam, & ingreditur in Ægyptum. 80.a
- 30. Erit lux luna, sicut lux solis. 151.a & b

Index locorum Sacrae Scripturae.

30. Os Domini non interrogastis. 38.b
 33. Angeli pacis amare se debent. 109.b

Ieremiz.

9. Ecce cibabo eos absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. 71.a
 51. Calix Babylonis aureus in manu Domini inebrians omnem terram. 126.b

Baruch.

3. Stelle dederunt lumen in custodiis suis. 16.a

Ezechielis.

4. Filius non portabit iniquitatem patris. 29.a
 8. Et cum perfudissem parietem, aperuit mihi ostium unum. 35.b
 10. Super quem videritis thau, ne occidatis eum. 74.a

Danielis.

7. Potestas eius potestas aeterna. 89.b

Ioelis.

7. Computruerunt iumenta in stercore suo. 137.a
 1. Expergiscimini ebrj & flete, & ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. 122.b

Habachuc.

3. Ibi abscondita est fortitudo eius. 83.b

Matthæi.

11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. 154.a
 14. Nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit canam meam. 138.a

Lucæ.

6. Et ne nos inducas in tentationem. 36.b
 11. Confiteor tibi Domine cali & terra, quia abscondis sibi hæc & à sapientibus & prudentibus, &c. in prol.
 12. Tunc vadit & assumit septem spiritus nequiores se. 92.b

14. Inimicus homo hoc fecit. 46.a
 14. Dominum Deum tuum adorabis. 106.b
 23. Simite crescere utraque usque ad messem. 31.b

25. Veni sponsus, & que parata erant, intra- uerunt eum eo ad nuptias. 134.b
 25. Clausa est ianna. 151.b
 27. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? 35.b

Ioannis.

1. Medici vestrum stetit, quem vos nescitis. 103.b
 3. Qui male agit, odit lucem. 10.b
 5. Ipse erat lucerna ardens & lucens. 32.a
 15. Iam non dicam vos seruos. 153.b

Actuum.

4. Non est aliud nomen sub celo, in quo oportet nos saluos fieri. 25.a

Ad Romanos.

6. Christus resurgens ex mortuis iam non moriturus. 17.a
 6. Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iniustitiæ. 101.b
 6. Spiritus reddidit testimonium spiritui nostro, quod filij Dei sumus. 135.a
 9. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserantis. 155.b
 13. Non est potestas nisi à Deo. 98.a

1. ad Corinthios.

9. Vinus accipit branium. 147.b
 13. Caritas patiens est, benigna est. 20.b
 13. Cum veneris quod perfectum est, enacnabitur quod ex parte est. 156.a

Ad Thessalonicenses.

5. Dies Domini sicut fur, ita in nocte veniet. 33.a

2. Petri.

2. Canis reuersus ad vomitum, &c. 155.a

1. Ioannis.

2. Filij nonissima hora est. 145.b

FINIS.

